# AGONISTICON
# PETRI FABRI
## SANIORIANI IVRISCONS.
REGII CONSILIARII
LIBELLORVM EXMAGISTRI
& in Senatu Toloſano Præſidis;

SIVE

*DE RE ATHLETICA LVDISQVE veterum Gymnicis, Muſicis, atque Circenſibus Spicilegiorum tractatus, tribus libris comprehenſi.*

OPVS TESSELLATVM.

Elucubratum denuò, amplificatum, & ab innumeris quæ in priorem editionem irrepſerant mendis vindicatum: vt nunc primum in lucem editum videri poſſit.

*Cum indice rerum ac verborum memorabilium locupletiſſimo.*



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS THOMÆ SOVBRON,
ET MOSIS A PRATIS.
M.D.XCV.

# AGONISTICON
# PETRI FABRI
## SAN-IORIANI IVRISCONS.
REGII CONSILIARII

LIBELLORVM EXMAGISTRI

& in Senatu Toloſano Præſidis;

SIVE

*DE RE ATHLETICA LVDISQVE veterum Gymnicis, Muſicis, atque Circenſibus Spicilegiorum tractatus, tribus libris comprehenſi.*

OPVS TESSELLATVM.

Elucubratum denuò, amplificatum, & ab innumeris quæ in priorem editionem irrepſerant mendis vindicatum: vt nunc primùm in lucem editum videri poſſit.

*Cum Indice rerum ac verborum memorabilium locupletiſſimo.*



DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.

Biblioteca Universitaria GRANADA

*LVGDVNI,*

SVMPTIBVS THOMÆ SOVBRON, ET MOSIS A PRATIS.

M. D. XCV.

# PETRVS FABER

## Iacobo filio dulciſsimo S.

AGONISTICON *hoc meum ſuperiore anno ſilentibus in vrbe inter arma legibus, cùm in hæredium iſtud ſuburbanum ſeceſſiſſem, nec poſſem eſſe otioſus, inchoaui: quod nunc denique cum tertio Semeſtrium iamdudum affecto ( cui manus itidem adhibita extrema eſt) Iacobe fili, ad optatum finem perduxi: verſatis, non vt ille alter, doliis, ne ſuis ciuibus vltrò citróque diſcurrentibus, ac de Republica ſollicitis nihil agere ſolus videretur: ſed foliis, & Sibyllarum quidem foliis. Quid enim aut mendoſius, aut obſcurius illis, quos vndique ſelegi, tractaui, concoxi, variis & prope innumeris (vt ipſa huiuſce operis oſtendet lectio) poëtarum, hiſtoricorum, philoſophorum etiam, atque medicorum: Theologorum, immò, tam Græcorum quàm Latinorum locis? Tibi verò vt cæteras reſculas meas, ex communi parentum voto, & paraui, & relinquere ſtatui: quando eo te pede, quo ire iam cœpiſti, perrecturum ad arcem illam & auguſtum templum virtutis, per ſanctum doctrinæ domicilium ſpero atque confido: ita hoc meum Agoniſticon ipſe do; quod ſum præſenti ante aliquot dies vltrò pollicitus: amoris erga te mei, ob expectationem, quam de iſta tua indole apud omnes dudum commouiſti, non vulgari hoc quidem munus teſtimonio. Quapropter eo tu quoque munere charius nihil, æquóve in pretio habere debes: & verò, quoniam ex iis, Q. I. M. P. habeo, nihil æquè meum eſſe cenſeo, nunc quidem quo te impertiri poſſim. Noſti vetus illud Philoſophi* [a],

[a] *Cratetis apud Plutarchũ περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, fol. 968. Longè ſanè rectius, honeſtius, verius, quã illud Sardanapali alterum, quod verbis aſſimile ac penè geminũ ſentẽtia toto genere diuerſum immò contrariũ, Ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἐρώτων τερπν' ἔπαθον. vt videre eſt apud Dionẽ Chryſoſt. extremo lib. 4. de regno, f. 56. Aldinæ editionis, & in illo Plutarchi ſup. d. loco.*



ταῦτ'

ταῦτ᾽ ἔχω ὅσ᾽ ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ μουσῶν
σέμν᾽ ἐδάην.--

*Nolo te titulo muneris offendi, & nomine; tanquam omen infauſtum id habeat: quo tibi certamen contentio, vel quid ſiniſtrum eiuſmodi optetur à me, denuncietur etiam, atque indicatur; pacis, concordiæ, quietis, ac beneuolentiæ paternæ loco. Etenim quid omnino rerum omnium eſt (fili) quod non tibi benè ac feliciter, ad animi potiſſimùm tranquillitatē tui euenire cupiam: ita vt æquum eſt patrem, his moribus hominem, in extraneos etiam & ignotos à natura perhumanum ſua? Verumtamen ſic habe: quando virtute atque adeò pietate vigere imprimis ac pollere te oportet, meo certè quidem ex voto eſt; βίον ἀβίωτον [a] tibi fore, niſi perpetuum agonem ſubeundum eſſe aduerſus cacodæmonas, aduerſus Circæas ſæcularium Sirenum blanditias, cæteraq́ monſtra vitiorum; immò & aduerſus teipſum τὸν ἔξω δῆλον καὶ παλαιὸν (vt loquar cum B. Paulo [b]) ἄνθρωπον decreueris. Equidem ſic ſtatuo [c], Chriſtianum hominem verè probum, καὶ οὐ χειλέων ἄχρι, ſophiſtarum ignauorum more φιλοσοφοῦντα, ita comparatum eſſe ab animo debere; vt*

Per varios caſus per tot diſcrimina rerum
Tendens in Latium;--

*totam hanc vitam; non actuoſam modò, verùm etiam [d] σὺν πάσῃ μελέτῃ ἀσκήσει καὶ πονήσει prorſus Agoniſticam eſſe ſentiat [e]: quæ dum ſuppetit, ab ætatis carceribus ad metas vſque, Chriſti Domini Epiſtatæ illius, & aleiptæ noſtri exemplo (qui ſuo nos ad hanc rem vnxit ſpiritu [f] in afflictionibus atque anguſtiis per patientiam, ex qua probatio eſt, ita decurratur; ὥστε διὰ τὴν καταστολὴν τελειωθῆ. Qua de re non vulgari more, ſed noua quapiam, eaq́ (vt ſperare libet, quod opto) probabili, atque ad puram putam Beatorum Apoſtolorum ſententiam, alioqui obſcuriorem, accommodata ratione, libro tertio [g] Agoniſtici iam tui diſſeritur: ſicut alia eiuſmodi Theologica complura, toto iſto opere identidem, vt ſe dat occaſio, aſperſa deprehendere per te ipſe legendo poteris. Quod equidem propterea dico: ne ludicra modò intenſis animi*

[a] Huc pertinent quæ Dio Chryſoſtomus tradit de agonibus aduerſus labores & voluptates ſubeundis in Diogene, ἢ περὶ ἀρετῆς, f. 90. pag. 2 & 91. & ſeq. Ald. exempl. & in Diogene, ſiue Iſthmico, fo. 95. pag. 2. & quod Iſidorus Peluſiota epiſt. 4. lib. 1. στάδιον ἡμῖν τὰ πάρεργα περιτίθεσθαι ἀόρατον (inquit) ἐν ᾧ θνητοῖς οὐκ αἰσθητοῖς ἀλλὰ νοητοῖς τοῖς πάθεσι προσπαλαιόμεθα, & ſimiliter epiſtol. 303 eiuſdem libri fol. 109. eo loco quem adfero Agoniſtici tertij cap. 3. ad extremum.

[b] iis locis qui notantur mſ. lib. 3. cap. 14.

[c] cū S. Sixto III. Papa in lib. de caſtitate, fo. 212. Erras ſi aliquādo Chriſtianum in hac vita pacem habere putes. Toties enim perſecutionē patimur, quoties alicuius ſanctitatis officiū amittere cōpellimur.

[d] περὶ τῆς μελέτης καὶ ἀσκήσεως, τὸ πᾶν εἶναι Periander dixit: quod latiùs explicatū à Sinopenſi Diogene. Vide Laërtium in ipſorum vita: huc etiam pertinent, quæ aduerſus otium Dio Chryſoſt. in Diogene, ſiue de ſeruis oratione 10. diſſerit, fol. 98.

[e] iuxta iſtud B. Pauli apud D. Lucam Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, & vide quæ ex Antonij collectaneis apud Stobæum ſermone 304. ſcribimus Agoniſt. 3. cap. 10. circa princ.

[f] Tertull. verbum quod explico lib. 1.

[g] cap. 10. toto.

*animi corporíſque viribus tractaſſe, quoniam de gymnicis præcipuè Muſicis, Circenſibus, & aliis quibuſdam ludis egerim; ac proinde luſiſſe tantùm exiſtimer. Nam ſiue ipſos exhibui, ſiue potiùs in iis ipſe contendi, atque certaui, de quibus adhibita induſtria & labore incredibili ſcripſerim: qui ſpectatoribus, auditoribus, lectoribus ludi ſunt; hos pugilibus, aliíſque athletis, itémque Circenſibus agitatoribus, aut actoribus ac recitatoribus ſcænicis; & multò magis ipſis dramatum carminúmve auctoribus poëtis agonas eſſe, nemo paulò humanior ignorat: χαλεπώτεροι γὰρ οἱ ἀγῶνες οἱ τῆς ψυχῆς (ſicuti Dionyſius alicubi [a] ſcribit) ἢ οἱ τοῦ σώματος. In hoc quidem opere Agoniſtico tute ſcis, mi fili, quantum laboris per totum iſtud annuum tempus, & quanta quamq́ obſirmata contentione animi (vt ſanè non luderem, ſed aut meditarer ſeriò, aut peruolutandis aliquot ex tanto noſtrorum numero ſelectis atque huc aſportatis libris continuè occuparer) à me inſumptum fuerit. Quale idcumque eſt, quod exanclaui aut præſtiti: hoc ita tibi datum donatum ſcias, vti tum aliis literarum ſtudioſis, tum præcipuè noſtris communicatum per te ciuibus velim: quibus etiam in eo cum primis gratificatum eſſe me arbitror, quod Argyrophyllinos noſtræ ab antiquo Palladiæ Toloſæ Rhetoricos, hoc eſt poëticos agones, tertio potiſſimùm tractatu, ſed & ſecundo ad extremum ita celebrarim: vt in iis, aut ad ipſos quæcumque agi fieríve hodie cernimus, è vetuſto Græcorum more tranſlata ſapienter, atque à maioribus recepta noſtris pleraq́ omnia oſtenderem; & corrogatis undique veterum teſtimoniis comprobarem. Igitur vt alia plurima ſatis idonea fidei charitatíſque in ipſos, & communem patriam noſtræ argumenta, poſt quindecim annos, & quod excurrit, ordinariæ in vrbe Iuriſdictioni apud Prætorianam ſedem Occitanam impenſos habent à nobis; quæ commemorare, ne videantur ingratis exprobrari, nihil attinet: Ita hoc quoque documentum illis eſſe non minimum, quod dixi, ſentio; ac per te quidem id vt habeant, volo: quem cum iſto vtriuſque noſtrum Agoniſtico, vluti bonis prædiis (vt veteres loquebantur (mei reditus in vrbem, vbi noſtra Reipublicæ opera vſui fore videbitur (quando iam ordinis ampliſſimi decreto literisq́ iſthuc benigniſſimè reuocor) adpromiſſorem, vadem, prædémque do, inuidia licet ringente ac obſtrepente, aſſiduum atque locupletem. Iſtum intereà quem olim dilexi ſeceſſum, non tam propter altius mihi pinguiúſque*

[a] ἐν προτρεπτικῷ ἀθληταῖς, fol. 41. edit. Francof.


guiúſque

*guiúſque otium, vbi nulla neceßitas togæ, nemo accerſitor ex proximo: quàm quòd hîc animo maximè, corpore ſatis valeo, dum liberioribus illum ſtudiis, hoc ambulationibus & venatu quoque interdum exerceo; lubentiùs incolam, & in ipſo vehementiùs placebo mihi quàm anteà: iuſtißimis hiſce de cauſis, vt videtur, vel quoniam in ipſo deliteſcens, illas anni ſuperioris indignitates, furores, furias [a] (quibus tantopere oppreſſa virtus fuerat, quantò præmiis ſiue honorariis ipſi conſtitutis excitari ſolet [b]) euitaui: vel etiam quia in hoc meo iucundiorum & meliorum ſtudiorum tanquam nidulo, ternus iſte Agoniſtici noſtri tractatus creuerit, in quo tum diligentia & laboris aßiduitate, tum verò ſagacitate, atque ad caſtigationes mendorum commodas, coniecturarum felicitate ſuperaſſe me ipſe videor. Vale, muneréque hoc noſtro per te ipſe ac per alios, quibus in tui gratiam communicabitur, vtere fruere: valetudinis verò, & ſtudiorum in literas tuorum rationem hanc inito (ſi me, quod facis, amas atque obſeruas) vt ad Omnipotentis Domini laudem honorémque quicquid agis, meditaris, optas, referendum eſſe memineris. Iterum atque iterum vale, mi fili. E Sanjoriano ſuburbano A.D. Kalen. Mart. anno Chriſti M.D.X C.*

[a] *ita Plinius in epiſtol.*
[b] *videſis quæ ex lib.16. Bibliotheca Diodor. Sicul. ſcribimus lib. 2. cap. 22.*

# PETRVS FABER

## Lectori Beneuolo S.

ΠΑΙ'ΖΩ μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ, puerum tenens dicebat apud Euripidem Iouis filius Hercules; quem labores, quos in certaminibus ſubibat, ludicris alleuare, atque cum pueris animi cauſa verſari ſolitum [a] ferunt: ſicuti regem Ageſilaum in ſeuera illa & propemodum Stoica Lacedæmoniorum Republica educatum, cum filio puero ludere ſæpiùs repertum, & (quemadmodum poëta cecinit)

--*equitare in arundine longa.*

Nam quid ego de Socrate omnium homine longè ſapientiſſimo iudicato à Pythia [b] loquar, quẽ cum Lamprocle adhuc infante ludentẽ Alcibiades deprehendit? quid de Archyta Tarẽtino egregio illo & philoſopho Pythagorico & ſimul politico? quẽ ſummæ in omni virtutis genere admirationi etiam fuiſſe à Laërtio traditur [c]: adeò vt ciuib. ſuis ſepties, cùm alij, niſi ſemel annuum illum magiſtratũ gerere legib. vetarentur, præfuerit: at ipſum tamẽ vernularum conſuetudine atque alloquiis, in cœna præſertim delectari & exhilarari ſolitum ſcimus: de quo Æliani verba, quæ memoria repeto, vt inſolentiã interim faſtúmque noſtrorum hominũ contundam ac reprimam, hiſce literis conſigno perlubenter: ὅτι πολλοὺς ἔχων οἰκέτας τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων. μάλιστα δὲ ἐφίλει τέρπεσθαι αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις. Itaque ſi de ludis aut certaminibus ſcribere ad filiũ, ætate adhuc ipſius tenera (quod feci) ludere eſt: tueri me veterum exemplo Regum, heroum, philoſophorum, vbi velim, profectò liceat. Sed nihil eſſe magnopere video, quamobrem de conquirendis excuſationibus, meóque iſti facto prætexendis, eſſe ſollicitus debeam: quando ſeria plurima, & non minimi quidem ea momenti

[a] *Vide hac de re, & ſequent. apud Ælia. li. 12. var. hiſt. cap. 15.*
[b] *vide Laërtiũ lib. 2. in eius vita, Plin. lib. 7. ca. 34. poſt Cic.*
[c] *octauo lib. de vitis philoſoph. fo. 336. Sic enim illa interpretor, ἐθαυμάζετο δὲ καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ, &c.*

menti ( vt mea fert opinio) tum ad veritatem aliquorum Catholicæ atque Orthodoxę religionis dogmatum aſſerendam, quæ nimium ſanè confidenter à recentioribus quibuſdam in dubium vocantur : tum verò ad plurimorum [a] vtriuſque ſed noui potiſsimum fœderis locorum genuinam & ſimplicem (quæ in imo figurati ſermonis hactenus delituerat ) ſentẽtiam eruendam, & omnino patefaciendam;non vano labore, iſtorum ſiue ludorum ſeu potiùs agonũ inſcriptioni permiſcuiſſe me,ſpero atque confido. Addam hoc quoque paulò fortaſſe audaciùs, veruntamen pro eo ac ſentio, quod ipſum de ſcriptis circa naturam animalium ſuis, Ælianum literis tradidiſſe video: ἤδη μέντοι καὶ εἶπόν τινα ὧν οὐκ ἄλλος εἶπεν. Itaque nec iniucundum laborem hunc meum, in antiquitatis agonũ apud veteres Græcos percelebriũ obſitæ, ac propemodum ſepultæ indagatione aut illuſtratione poſitum, nec infructuoſum tibi fore;ſiue philologus & humaniorum literarum ſtudioſus es, ſiue Iuriſprudentiæ noſtræ, aut ipſius Theologiæ ſacra colis atque tractas.: facilè mihi perſuadeo. Quotus enim quiſque eſt è veteribus ſacroſanctorum bibliorũ interpretib. & eccleſiaſtis ſiue concionatoribus(potiſsimùm Græcis) qui non ſibi quoque Apoſtolorum ipſorũ imitatione, ſimilitudines atque tranſlationes à re athletica ducendas exiſtimauerit ? quorum ſententiam, niſi quis in hoc noſtro Agoniſtico gnauiter aliquandiu, velut in palæſtra, ipſiſque adeò gymnaſij [b] proagonibus committendis exercuerit;vix profectò eſt omnino conſequi,nedum populo in concionib. explicare ſatis vt poſsit. In iis porrò,quas nõ è foro,& mẽſa,ſed domo & ex arca protuli, monetæ(vt credo)bonæ obſeruationib. atq; caſtigationib. nouis ; erit fortaſſe nonnihil, quod erroris olim conuinci ab aliis queat:nec ſanè hoc inficior,qui me hominẽ ſcio,nec acuti adeò ingenij eſſe hominẽ quotidie experior;quique in aliquot etiam cõiecturis,acuẽdæ ſcilicet aliorũ induſtriæ à me prolatis,nondum ipſe mihi planè ſatisfacio. Diſsimulationis certè cuiuſquam,aut fallaciæ,fucíue;aut cõtrà torporis,acediæ, ſtuporis meritò non arguar. Quòd ſi veritatẽ non ſum aliquoties ( tametſi omnibus veſtigiis odorarer ) aſſecutus ; at pro meo illo more atq; inſtituto,ſecutus ſum tamẽ: φίλη γὰρ ἀλήθεια μοι, τῇ τε ἄλλῃ καὶ ἐνταῦθα οὐχ ἥκιστα [c]; vt quod Meligloſſus ille protulit, vſurpare

[a] *Notantur loci in ipſis ſingulorum capitum periochis atq; argumentis, quæ vulgò ſummaria vocantur.*

[b] *de his agimus lib. 3. ſub initiũ. in cap. xi.*

[c] *Philoſoph. quaſdam ἀπὸ οἰήσεως dictos φιλαλήθεις narrat Diogenes Laërti⁹ in procœmio de vitis philoſophorũ, fol. 16.*

vſurpare mihi quoque, vel ſciente animo meo, per tuam (bone lector) patientiam liceat. De dormitatione cauſam non dixero apud te, niſi prorſus es iniquus,& eius immemor oraculi poëtici, Fas eſſe opere in longo ſomnũ obrepere. Porrò de meliore aliquo in hiſce rei athleticæ ſpicilegiis ordine ( quo perſpicuitas conciliari ſcriptioni ſolet, quémque ars in docendo videtur exigere) minimè ſeruato: futurum ſpero, vt conſiderata Spicilegiorum appellatione, quam tituli vice, Agoniſtici huius noſtri libris præpoſui, cùm artem tradere athleticam (ſicuti germanam huius Gymnaſticam ante aliquot annos alij fecêre [a] ) apud me ſtatutum non fuiſſe cognoueris; perſolutum tibi eſſe intelligam. Certè quidem, vbi perlecto ſecundi libri extremo, rationem conſilij mei ( quam non eſſe improbabilem reor ) omnino perceperis; nihil fore confido, quamobrem huius ergô, iure meritóque me à quoquam reprehenſum iri, aut incuſatum exiſtimare debeas. De Muſicis autẽ,& equeſtribus ſiue Circenſibus, itémque de Naualibus, Pilæ, atque Arcus ludis; ea tantùm adferenda cẽſui, quæ gymnicis illuſtrandis viſa ſunt facere: propterea quòd hoc mihi ſolum in animo fuit ab initio ſuſcepti laboris huius, vt reſcriptum principale de athletis interpretarer; quod nomen ad ſolos gymnicorum agoniſtas pertinere mihi perſuaſeram. Quæ tibi omnia nota eſſe, ac perſpecta volui; ne à me aliquid amplius expectares, aut etiam poſtulares, quàm pro ſuſcepti muneris & officij ratione: in qua tenenda, quicquid operæ huius eſt, ſi non inutile nec iniucundum tibi fuiſſe intellexero : voti mei compos, eo me vt exoluam, Herculi Gallico Muſagetæ, ipſiſque adeò Muſis ſacra fecero; quas vtique propitias habuiſſe videor:

--ὃς γὰρ ὁρῶσι
γαθεῦσιν, τὼς δ' ἔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκα.

quemadmodum Theocritus [b] cecinit. Vale ſtudiíſque ac laboribus noſtris bene precari, tibi paratis (vt vides) ac exhibitis, adhuc ne deſine.

[a] *Mercurialis.*

[b] *ἐν νομεῖ eidyllio 9.*

ẽ

## Auctor de ſuis huius Agoniſtici Spicilegiis ad Lectorem.

*Meßis multa fuit : tamen hoc liquêre priores*
*Spicarum poſt ſe, vellere quod potui :*
*Vix aliunde tibi congeſtus ſurget aceruus*
*Tantulus, hinc plena, quod pote, ſume manu.*
*Zoilus vt dicat meliora & plura daturum,*
*Non facit : & quod me vellicet vſque feram.*
*Qui bonus edendis id agonis agonibus hauſi,*
*Cur minus hoc poßim ferre, quod inuidear?*

## Idem ad eundem de Agoniſtico ſuo.

*Non luctor medio librorum ſcammate, cæcis*
*Cum laruis cæcus, vel nouus Andabates.*
*Nam labor Herculei mihi fit non vanus agonis,*
*Tot monſtra errorum dum fugo, dum ſupero.*
*Qui tibi ludus erit, tabula ceu pictus in ampla:*
*Proh olei ac operæ quàm mihi plenus agon!*
*Nec merus iſte tamen tibi ludus inutilis, (vt ſpes)*
*Nec mihi nudus agon, aut inhonorus erit.*

Faciebat in rure ſuo Sanjoriano ad Toloſam Tectoſagum, menſe Martio ann. M. D. X C.

## E L O G I A.

### Ex Caſsio Parmenſi in Orpheo.

*Non leuis aſcenſus, ſi quis petit ardua : ſudor*
*Plurimus hunc tollit, nocturno exſomnis oliuo*
*Immoritur.*

### Ex Syneſio epiſt. 75. ad Nicandrum.

αἱ δὲ σπουδαὶ πλέον δύνανται τῶν ἐνιαυτῶν.

### Ex Plutarcho περὶ παίδων ἀγωγῆς.

καὶ τὰ μὲν ῥᾴδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται.

### Ex B. Hieronymo aduerſus Vigilantium.

*Operis mei eſt & ſtudij multos legere, vt ex plurimis diuerſos flores carpam : non tam probaturus omnia, quàm quæ bona ſunt electurus : aſſumo multos in manus meas, vt à multis multa cognoſcam.*



# S V M M Æ   C A P I T V M
## L I B R I   P R I M I.

### C A P. I.

O P E R I S *huius Agoniſtici præfatio. Argumentum. Verba reſcripti principalis quod exponendum ſuſcipitur. Finalis cauſa ipſius: item ſcopus & finis rei Athleticæ.*

### C A P. I I.

*Obſonia & alimenta hieronicis à ſuis cuiuſque oppidis præſtita Coronatæ hieronicarum patriæ. Coërciti à Solone ſumptus qui in hieronicas fierent. Galenus athletis & gymnaſtis infenſior è repub. deturbabat omnem athleticam: cùm tamen ipſi faueat Plato. Cuius ætate aut paulò antè vſurpari cœperat gymnaſtica. De ipſius Platonis ſententia diſputatur aduerſus Galenum. Curſus militibus inutilis exiſtimatus à Lacedæmoniis, & à Diogene Cane improbatus, non tamen à Platone ac Papinio : non ab Epaminonda, apud Æmilium Probum. Quamobrem athletica ab Imperatoribus Romanis retenta. Athletarum nomen vtrum generaliter, an propriè ac ſtrictè in hoc reſcripto accipi debeat. Artifices itémque Muſici.*

### C A P. I I I.

*Iſtius reſcripti ſententiam ſtrictè accipi debere. Thucydidis locus de honore athletarum apud Græcos perperam à Polluce adſcriptus Xenophonti. Agones dijs ſacri. Ludorum religio: de qua Beati Cypriani locus inſignis illuſtratur atque aſſeritur, adhibito Clementis teſtimonio; quod ipſum exponitur, circa Ludempiſtæ, Olympici & Agonis vocabula. Muſicus ſiue poëticus agon vbi exhibitus; quæq; in eo conceſſa olim præmia. Plutarchi locus ad marginem caſtigatus. Præmia ſcenicis dramatum actoribus conceſſa : In his coronæ ſcenicæ. Item ciuitas. Poëtis apud Romanos coronæ, & ſtatuæ ludis Capitolinis, ſicut etiam athletis Vetuſtæ in eam rem inſcriptiones proditæ : quæ docent ludos illos fuiſſe triplices, ſicuti Neronianos. Choragorum ſumptibus ſuis ſpectacula edentium Coronæ ob victoriam, diuitiarum gratia; tripodúmque dicatio. Per agitatores equorum Circenſium, domini licet abſentes pro victoribus coronati. Subſcriptiones ab his in grammateio, aut horum nomine ab illis aliiſve factæ.*

### C A P. I I I I.

*De Cypriani verborum ad agones pertinentium veritate diſputatur. De Tibiarum cantu plurima. Quis eo primum præſtiterit in certamine præmiúmque adeptus ſit. Auloedos ſiue Tibicines non Auletas olim coronatos. Pindari locus. Thymelici. Nemæis itidem vt Pythijs, tibiæ cantui conſtitutum præmium. Olympia Muſicum agonem & Poëticum ante Neronem non admiſerat, ſed Elis tamen apud Lalichmium. Tibiam & illa, cùm ſaltatores de victoria contenderent. Ἔνθεα quæ proœmia & hymni. Thymele. Tibiæ cantus & in ſce-*

nicis ludis vſurpatus. Choragos publicè ipſos interdum inflaſſe tibias, quæ in priuatis quoque Muſicæ commiſſionibus adhibitæ. Citatus in hanc rem Seneca, & fortaſſe caſtigatus. Quando Athenienſes à tibiarum cantu abſtinere cœperint, & quamobrem. Apud Cyprianum verba quædam loco forſitan mutanda.

## Cap. V.

Adhuc de conſtituenda Cypriani loci lectione agitur. Quibus Dijs Heroibúſue dicati agones ſacri. De Olympij Iouis ſigno & fanis in marg. Tertullianus caſtigatur. Non omnes vbique luſtrales ſacróſue agones ab auctoribus enumeratos. Quæ πάλης aut ἅλματος vocabulis exercitia comprehenſa. Πυγμῆς agonem omitti non debuiſſe, qui fuerit è trium vetuſtiſſimorum numero, ſed Diſci potiùs aut Iaculi ludum Homerico exemplo. De diſco & ſolo in margine. Pugilatus virtutis nomine deſignatus ab Iſidoro, vel potius pancratium. Pugiles præſtantiſſimi duo Euthymus & Melancomas, de quo apud Themiſtium. Ariſtophanis Græcus ſcoliaſtes carpitur quòd in ludorũ enumeratione prorſus deerrarit. Sex gymnicorũ agonũ propriè ſpecies carmine Pindarico cõprehenſæ.

## Cap. VI.

Apud Plautum non omnes exercitationum ſpecies enumeratæ, neque apud Paulum Iuriſconſ. Vbi quid ſit haſta, quid pugnare: pro Pilo non Diſco ſed Pila reponendum eſſe. de Pilæ ludo plurima. Alpheni I.C. de Sphæromachia reſponſum illuſtratum, Ouidio potiſſimum, qui leuiter emendatur; Galeno, Polluce, Euſtathio, Clemẽte Alexãdr. adhibitis; apud quos de Sphæræ Epiſcuri harpaſti & Phænindæ ludis: ſed Athenæi etiã & apud eum Antiphanis de harpaſto agentium aduocatis teſtimonijs. De Sphæromachia Senecæ aſſertus aduerſus Pincianum locus, adhibito Arriano: qui vbi Harpaſti ludum egregiè deſcribit; vna inſuper aut altera vocula ſuppletur. Altera Sphæromachia pugilum ſcilicet quibus Sphæræ pro cæſtibus. In certamine ſeu ludo non eſſe iniuriam apud Vlpianum adhibito Tertulliano expoſitũ. Sphæriſtra & Sphæriſterium. Τὸ κερητίσαι, de follis impulſione accipiendum apud Plutarchum reprehenſo interprete. Cornea certamina vel certè curulia, non crinea vel Ciuica apud Caſſiodorum exaudienda. Pilæ luſum non fuiſſe è ſacrorum ludorum numero. Sphæriſtis honos habitus ab Athenienſibus non à Mileſiis. Emendatus Euſtathius circa proprium ſphæriſtæ nomen. Σφαιρεῖς. Pauſaniæ lectio in dubium vocata. Dromi apud Olympiam in Alti.

## Cap. VII.

Onomaſtus Smyrnæus pugilatu victor primus apud Olympiam. Mutilus Galeni locus de Epeo ſuppletur, & caſtigatur Homeri beneficio. Pugilatus quamobrem cæteris exercitationibus gymnicis cõtemptior, aut minoris dignationis, adeò vt eo qui contenderent, deridiculo habiti fuerint morborúmque periculis & Chriſtianorum diuini verbi præconum reprehenſionibus expoſiti. Cyprianus emendatus. Pugilatus laudes à Dione Chryſoſtomo prædicatæ. Pugilum & luctatorum differentia. Illorum cruenta ſpectacula, qui de vita etiam periclitati: quamobrem pœnæ cauſa è Chriſtianis nonnulli in agonem pugilatitium ſub Romanis Imperatoribus illorum perſecutoribus olim damnati. Monomachi. Vnus Melancomas pugil, nullum formæ aut valetudinis damnum perpeſſus, ἡ τῶν χειρῶν ἀνάτασις Melancomæ pugili apud Themiſtium attributa quò pertineat plurimis Euſtathij teſtimoniis allatis expoſitum, qui Cratero etiam pugili (hoc autem è Pauſania interpretor eſſe nomen proprium) id ipſum de manus extenſione aſſignat, quod Melancomæ Themiſtius & Dio Chryſoſtomus tribuunt.



## Cap. VIII.

Plutarchi locus difficilis explicatus aliter atque à Xylandro, cuius tamen interpretatio nequaquam reiicitur: deſperatos & cedentes manum tollere. Ἀπαυδᾶν apud Plutarchum, Arrianum & Marcum Imperatorem, quod ἀπαγορεύειν & ἀπογινώσκειν iis locis qui notantur in margine. Manus remittere. B. Pauli ad Hebræos verba quæpiam locis Ephremi adhibitis illuſtrata: Nempe τὸ παρειμένας χεῖρας, παραλελυμένα γόνατα, τὸ κάμνειν, τὸ ἐκλύεσθαι ψυχαῖς. Ecquid τὸ κοπιᾶν & τὸ κάμνειν inter ſe diſtent: illuſtrato quopiam Apocalypſeos loco, de cuius lectione poſſit ambigi, tametſi certa ſcientia Νεῖκος ἀπαυδᾶν apud Theocritum, & ἀνασχεῖν τὰς χεῖρας. Apud Pauſaniam ἀπαγορεύειν: & item apud Philoſtratum enarrantem eandem Arrichionis fabulam. Natalis Comes id verbi non aſſequutus carpitur: itémque Latinus interpres Theocriti, qui τὸ ἀπείπῃς peſſimè reddidit, Græcus autem ſcoliaſtes optimè. Quod verbum ea ſignificatione apud Philonem, Nazianzenum, Arrianum, Plutarchum agnoſcitur, vbi fugam animi ſuis viribus diffidentis & prope iam victi ſignum eſſe oſtenditur. Cedere apud Senecam & Vlpianum. Inſuper Philonis Galeni & Philoſtrati allata de verbis illis ſimiliter acceptis teſtimonia: ſed & Thucydidis. ἀναπίπτειν pro eodem, Athenæi fide.

## Cap. IX.

Exercitia quæ Lycurgi legibus permiſſa Lacedæmoniis etiam puellis, ſed ſine pædotriba. Quamobrem in pugilatu non in cæteris exercitiis victorem oſtenderet victi confeſſio. μέχρι αἵματος ἀντικαταστῆναι apud B. Paulum. Mercurialis notatus. Philonis locus expenſus de victi confeſſione: & cum Paulino Theocritico ac Themiſtiano leuiter emendato comparatus. Ioſephi locus obſcurior ea de re intelligendus, adhibitis Iſidori Peluſiotæ ac Dionis Chryſoſtomi teſtimoniis illuſtratur. Remiſſioni manuũ. Porrectio contraria: de vtraque Papinius. Seneca de pugilatu Lacedæmoniis interdicto. Alexander à pancratio & pugilatu non à reliquis exercitationibus abhorruit: nec aliter de ipſo agentem Plutarchum accipio. παίειν ὀρθοστάδην. De pancratio plurima. Nexus luctatorum & pancratiaſtarum: qui & Pammachi dicti. Pyctas à pammachis diſtinxiſſe Theocritum videri. Pancratiaſtæ cæſtibus nequaquam depugnabant, ſed fortaſſe Meilichis: de quibus apud alios nihil.

## Cap. X.

Duplex lucta, vna erecta quæ ſtantium, ſicuti & pugilatus, altera volutatoria, quæ fortean pancratiaſtarum fuit. B. Chryſoſtomi Pauſaniæ item ac Platonis ab aliis nequaquam animaduerſi aut indicati loci. Chryſoſtomum τοὺς παλαίοντας pro pancratiaſtis poſuiſſe videri. Quæ inter pugiles, pancratiaſtas & luctatores, vel ſimilitudo, vel differentia. Verba luctatorum propria enumerantur: in his καταστρέφειν, κονίζειν ſiue κονίεσθαι, πτερνίζειν & ὑποσκελίζειν. Quod poſtremum tamen ad curſores à Chryſoſtomo relatum, niſi non integer locus.

locus. Philo πλερνισ... nomen Iacobo aſſignat quodam loco iſta luctatoria vocabula vſurpans... n quo ſuperuacanea quædam notantur. In eiuſdem altero ea de re loco le... mendum animaduerſum. Καταβράττειν: quod verbi, vt apud ipſum ſic... apud Pollucem forſitan reponi debeat.

## CAP. XI.

Τετραχηλισμένα apud B. Paulum vnde tranſlatum ſit, ab Eraſmo minimè perceptum, de quo verbo locus apud Laërtium expenſus, & item περὶ τοῦ κειϐ. Luctatores conferebant capita, Inq; gradu ſtetimus, apud Ouidium, quid ſit. ἐκτραχήλισις in pilæ ludo. In lucta, Victor is demum, qui aduerſarium deiecerat, victus qui deiectus. In pancratio & ſubiectus vincere potuit, attracto ad ſe de induſtria ſcilicet aduerſario. Inſignis locus B. Chryſoſtomi. Luctatoria Catabletica & Cabbalica apud Galenum. Ex ambigua τοῦ καταβάλλειν ſignificatione, tùm alterius apud Paulum loci, tum dicti Diogeniani elegantia apud Laërtium. Dionis Chryſoſtomi de pammachis locus expoſitus. Πεπλωκέναι cadere apud Plutarchum & Apuleium. Παλαιόπλω nomen apud Clementem Alexandrinum de pugilibus ſicuti τῶν παλαιστῶν in Etymologico: & alia huiuſmodi apud alios impropriè poſita: vt τὸ πάλη, παλαίειν, παγκρατιαστής, pugil, πυκτεύειν. Ἀπλώτιδες, ἀμφώτιδες.

## CAP. XII.

Pugilum eſſe τὸ ὀρθοστάδην παίειν. ἵσταθαι ἀνταγωνίσασθαι. Pugilaticia Plutarchi verba è Sophocle deſumpta. Erigere ſeſe ἐναντίον ἀνδρὶ καταστῆναι εἰς ὀρθόν, apud Theocritum & Plutarchum, qui obiter emendatus. Συγκαταστῆναι apud Polybium, pugilatitium certamen deſcribentem. Arenoſum ſtadium. Palæſtra & colluctatio apud Lacedæmonios. Pugilatus à Feſto, quamobrem in quinquertionis explicatione, non diſcus prætermiſſus. Pancratiaſtis mordere oculóſve aut latus fodere non licuiſſe, niſi apud Lacedæmonios; reprehenſo Viginario Philoſtrati metaphraſte. πλω. Inita ratio conciliationis inter Senecam atque Philoſtratum. Morſus in lucta familiaris Lacedæmoniis, quibus & ante Lycurgum in vſu pugilatus, & poſteà ſaltatio: cuius è genere ſphæriſtica, ſiue pilaria; cui principi, priuato nationi potiſſimùm placuerit, quiſue ipſam inuenerit primus. Rurſum ſaltationis tres ſpecies ad lyricam poëſim pertinentes. Socrati placuiſſe Memphiticam: ex Athenæo, qui aliter atque ab aliis explicatur. Italica ſiue Pantomimica ſaltatio. Quis eius author. Illuſtrato interim Plutarcho.

## CAP. XIII.

Adhuc de Cypriani loco in quo iſtud, In viribus, perpenditur. Ariſtotelici cuiuſdam loci lectio in dubium vocata. Velocitatem a Roboris aut Virium nomine interdum ſeparari, plerumque ſub ipſo comprehendi. Vires in curſu neceſſarias. Perpenſus accuratè Dauidis locus, qui alios hactenus latuiſſe videatur. Ars Palæſtrica à Theſeo, de quo & in margine. Τέχνη in lucta, cuius artis ille repertor, & Oricadmus quidã quaſi legiſlator. Ante quos ab Hercule in colluctatione aduerſus Antæum impoſito iracundiæ fræno ars adhibita, quæ Aſtus nomine à Papinio deſignatur: & τῶν παλαισμάτων ab Ariſtide Maximo Tyrio, ac Philone. In quo ea verſaretur, ex Ariſtide; qui perperam de pugile, non de luctatore, ab interprete acceptus. Melius in lucta quod

gymnaſti



gymnaſticum apud Platonem. Ars diſcobolorũ: Pugilatitiâ & Luctatoriâ, qui veterum teſte Platone præſtiterint. De Melancomæ pugilis arte Themiſtij locus, in quo τοῦ καλλίστου nomen expoſitum.

## CAP. XIV.

Qualis pulchritudo in athletis commendata. Fœminæ auriferæ inter quas de forma certamen apud Elidem, ſicut & inter homines, ab Athenæo. Ventilatio ex arte pugilum. Duratio & patientia ex virtute. Caſtigatus obiter Dionis Chryſoſtomi locus. Laus pugilis ex eo quod aduerſarium fateri ſe victum cogeret. χειρονομία quid aduerſus alios Pauſania & ipſo Macchabæorum hiſtoriæ auctore illuſtratis. Παλαίσματα & χειραλ... : quæ duo cum aliis compluribus athleticis ad rem bellicam traducta: ex Plutarcho, cujus interpres notatur: & Suida. Locus alter Plutarchi eôdem pertinens, expenditur, illuſtratur, & fortaſſe caſtigatur. Ventilare, pro, Exercere. Vſus irrationalis. Miracula pilariorum ac ventilatorum in ſcenis. Ars pugilum fuit vt ſublatis manibus conſiſtere, ita cruribus pede fixis rectâ oculorum aciem in aduerſarium intendere: Tergúmque ſuum ad ſolem, oculos aduerſarij ad ſolis radios obuertere. Olei & palæſtræ res apud Ciceronem, cuius verba cum Quintiliani duobus locis nunc primùm contendimus. Ἀπάλαιστοι motus. Ars in pancratio curulique certamine. Plurimis gymnaſtica ad valetudinem profuit. Gymnaſtica diuerſa Galeno à palæſtrica. Nullus ad palæſtricam Lacedæmoniis pædotriba: quorum exercitationibus ſenes præerant, & pædonomi: virtutem potiùs, quàm artem profitentium: ex Ariſtotele, cuius locus à Victorio non ſatis perceptus exponitur: & ex Plutarcho, cuius varia vndique proferuntur teſtimonia. Ars virtutis apud Prudentium.

## CAP. XV.

Herodianus caſtigatus. Σοφία καὶ φιλοσοφία pro arte, aſtúque in agonibus. In præclaris gymnici agonis præceptoribus Pyrrhus, Xanthias, Euodorus, Iccus, Diotimus. De Pyrrhicha in margine.

## CAP. XVI.

Rurſum de ludorum gymnicorum religione qui Herculanei appellati. Eorum origo vlterius ad Deos porrecta. Tentata Solini cum Hygino conciliatio, de eo qui primus pancratio, victoriam coronámve apud Olympiam adeptus. Pelopi dicatus agon Olympicus vt aliis reliqui ſacri mortuis. Phlegon explicatus & fortaſſe caſtigatus: Athletæ: pueri, cultores, ac imitatores Herculis: allata Galeni & apud ipſum vetuſti poëtæ ac inſuper antiquorum marmorum in eam rem teſtimonia. Herculis ſtatuæ in gymnaſiis, imò & fana vel ſacella: propoſitum animi, & ludorum editio. Mercurij etiam Enagonij ſigna ibidem. Arnobius obiter emendatus. Præterea Theſei ſtatuæ ibidem Herculeis & Mercurialibus adiunctæ. Phornuti ea de re ſingularis locus leuiter caſtigatus. Comitem robori rationem in agonibus eſſe debere: quî ſignificatum à veteribus. Pauſanias atque Euſtathius Phornuto in eam rem adhibiti. Duplicem propterea Mercurij figuram apud Aegyptios: & cùm Occaſio Mercurij ſoror ſit vtrique aras fuiſſe apud Olympiam poſitas. Philoſtrati de Mercurio gymnicorum præſide, cuius palæſtra filia, loci duo: quorum alter explicatus. Deus apud Papinium Mercurius: cuius apud Horatiũ palæſtram

intelli

intelligēd… illam quam dixi, non quam interpres poëtæ recens coniicit, Dionyſij …toritate inſuper oſtenſum.

## Cap. XVII.

T…us Hercules, cui ludi & ſacra olim fiebant. Quis Hercules Olympiæ cultus & ludorum apud ipſam inſtaurator. Hercules Muſagetes, item Celticus ſiue Gallicus. Eloquentia Herculis à Pindaro commendata. Athenienſia gymnaſia in marg. Plutarcho expoſito. Apollinis ſignum in gymnaſiis. Apollo itidem Enagonius, vt Mercurius, ac præſes gymnicorum à veteribus habitus. De Pythicorum ludorum loco: vbi de Criſſa & Petreſſa, ſiue Petroſa Pythone quod, ſicuti Νάπης vocabulum, Cœlio ignoratum. Pythia apud Delphos. Pytho oppidum in eo territorio. Vetus inſcriptio græca prolata. Expoſita L. vt profanos. C. de pagan. & ſacrific.

## Cap. XVIII.

Athletarum nomine in Reſcripto quod explicamus qui non contineantur. Agitatores equorum apud Olympiam coronatos: Dionis loci duo in eam rem, quorum vnus de Euprepe auriga egregio caſtigatur. De Corace, ac altero Lichi auriga victoribus coronatis, aliorum loci. Deſignatores. Agonothetas eoſdem cum athlothetis eſſe aduerſus Heſychium, & Sudam, ac pleroſque recentiores, variis veterum teſtimoniis comprobatur. In Chryſoſtomi quendam locum nonnulla videri ab interprete iniecta. Plutarchus à Xylandro perperam redditus exponitur. De curatoribus ſiue procuratoribus agonum. Alytarchæ nominis notatio inueſtigata. Αἰσυμνῆται, moderatores ludorum, caſtigata de ipſis agente vetuſta inſcriptione. Aſiarchæ & Syriarchæ alytarchis atque agonothetis adiuncti, quodam Theodoſiani Codicis loco.

## Cap. XIX.

De Hellanodicis in margine eorum ſeſſionis in ludis locus & aliorum. Expoſitus Pauſanias Agonothetarum ornatus purpura & ſceptrum, ſeu virga. De virga Mercurij ſeu Caduceo fabula ex Hygino præcipuè qui correctus, itémque Priſcus fortean Horatij commentator qui certè illuſtratur. Suetonij vulgata lectio aduerſus clariſſimum Lipſium aſſerta. Veſtis nomine Tunicam apud illum deſignatam. In agonothetarum ornatu itidem corona Dionis vtriuſque Arriani etiam & Diodori explicatis locis. Popinæ. Theatra, obſcænaq; artificia ſacerdotibus interdicta, ad marg. Rurſum de aureo Mercurij caduceo. Virgæ ſeu ferulæ maſtigophororum: quibus & ſpectatores & athletæ coërciti, & quibus ex cauſis è B. Auguſt. & Plutarcho, qui ſummè illuſtratur in verbis προεξανίστασθαι, & ῥαπίζειν, in quo poſteriore fruſtra fuiſſe illius auctoris interpretem: ſed & ſcoliaſtem Noui teſtamenti nuperum. Rapiſmata apud Iuſtinianum. Plutarchi de virgis illis locus ab interprete neutiquam perceptus explicatur. Alter Dionis Chryſoſtomi leuiter emendatur. Tertius Philoſtrati negatione iniecta caſtigatur. Thucydide interim Luciano atque Pauſania illuſtratis.

## Cap. XX.

Adhuc de virga gymnaſiarcharum. Taciti caſtigatio in margine obiter indicata. Sidonius ope manuſcripti Cluniacenſis emendatus. Tentata inſuper altera ex ingenio apud ipſum caſtigatio. Nexus luctatorum, & pancratiaſtarum non pugilum: ἅμματα Græci, Nodos etiam Lucanus, Ligaturas dixit Ambroſius.





Vnde catenatæ palæſtræ Papinio Virga iudicum Athenienſium inſigne, ſeu baculus ab Homero ſceptri vocabulo deſignatur. Olim geſtabatur & à præconibus qui eis aderant.

## Cap. XXI.

Bidellus, ſeu viator Floralium apud Toloſates ludorum. Grammatei functus munere. Iuxta vetuſtas agonis poëtici leges de quibus plurima è chartis Opicis. Virgæ geſtandæ ius habere aliiſq; inſignibus fuiſſe olim præditum quæ obſoleuerint. Earum legum verba vernaculo idiomate proponuntur in margine. Magiſtratibus Toloſanis præiuiſſe viatores Rabduchos ſimiliter atque collegiis eccleſiaſticis qui à Cedrino Decani nuncupati. Maſſarij Cardinalium & regum virgam argenteam ſed deauratam gerunt. Apud græcos virgis ſignum certaminis datum. Διακοσμῶν apud Plutarchum & κοσμητὴς ἐφήβων in vetuſta inſcriptione. Mulctæ pecuniariæ ab Hellanodicis indictæ aduerſus agoniſtici iuris moriſue temeratores, ex quibus conflatæ Deorum ſtatuæ. Eupolus Theſſalus huiuſmodi mulctam primus pependit apud Olympiam, deinde Callipus Athen. Sed & Serapion Alexandrinus ob ignauiam. De pœnis & mulctis athletarum ex Dionyſio Halicarnaſſeo, & Ariſtide.

## Cap. XXII.

Gymnaſiarchos ius virgæ illius habuiſſe, cùm & athletis præmia de ſuo proponerent, videri. Iaſonis Hieroſolymitani impuritas qui mutato patrio nomine, ac more, Græcóque aſſumpto, athletas ad diſcum ſuppeditatis in ludos ſumptibus prouocarit: qua de re ſingularis è ſacra Macchabæorum hiſtoria locus proponitur: & adhibito Flauij Ioſephi teſtimonio illuſtratur. Gymnaſiarchi ſacra itidem vt alij ſacerdotes olim curarunt. De Xyſtarchis. Bato gymnaſiarchus corona donatus à communi aſcetarum, ex antiquo marmore. Laniſtarum virga quæ Rudis. Item præpoſitorum vrbanæ familiæ, & hoſtiariorum & curæ palatij. De virgis lictorum.

## Cap. XXIII.

De deſignatoribus brabeutis, & agonothetis, eorúmque inter ſe ſimilitudine vel differentia diſputatum, βραβεῖς qui apud Sophoclem: & quid εἰσεκήρυξαν & ἦξαν· τὸ Ἐφίστηκεν apud Dionyſium, & ἐφεστᾶσι apud Pollucem expenſum. Κηδέμονες & item Epiſtatæ. Rabdodi. Rapſodorum virga. Scenicorum & hiſtrionum baculus. Baculi nomine apud Suetonium regium potiùs ſceptrum ſignificari, aduerſus nuperum ſcoliaſtem.

## Cap. XXIIII.

Vltimo loco victor auferebat præmia. Ὕστατον λαχεῖν. Meliore conditione fuiſſe athletas eos videri qui poſtremo contenderent loco. Seneca explicatus. Athletarum ſortitio trináque commiſſio. Pauſanias illuſtratus. ἰσόπαλοι. Vnde origo iſti vocabulo. Expenſus Euſebij locus, vbi ἀπιλάλων & κλήρου mentio. Ἔφεδρος apud Plutarchum tribus locis, ſicut τὸ ἐφεδρεύειν apud Philonem: eum pro felice habitum. Bis aut tertiò poſt primam ſortitionem vincere. Vetuſtæ inſcriptiones græcæ expoſitæ. Sophoclis ſcoliaſtes de Ephedro. Curſores locum in ſtadio ſortitos. De palæſtræ nominis notatione diſceptatū aduerſus Plutar.

## Cap. XXV.

Sortitio in naualibus & equeſtrib. ſiue curulibus ludis, vt & in arcus certamine.

Item in Muſicis agonibus, qui commiſſi apud Lalichmium in Elide, & aliis locis. De Muſicis multa in margine. Qui in ipſis primùm coronam meruerint. Olympiæ ſoli equeſtres & gymnici editi, quos Muſici, apud Pythonem ſiue Delphos præcederent. Philoſtrati enarratus & expoſitus locus. Herculéſne an Oenomaus, curulis apud Olympiam agonis auctor. Interpolator priſci ſcoliaſtis apud Horatium nuper publicatus carpitur. Apollinis citharœdi ſignum apud Delphos. Ei ac Muſis dicati apud Alexandriam ludi.

## Cap. XXVI.

Oratorum & poëtarum commiſſiones Romæ in Capitolinis Neronis & Domitiani agonibus Muſicis exemplo ac more græco & victores coronati. Plinius explicatus, atque Auſonius. Quæſtionum inter priuatos parietes expeditionis ratio, non ſine ſortitione, ac præmio, ex Agellio, priuatæ recitationes è Plinio. Victores equeſtribus, ſeu curulibus ludis quorum equi pernicitate præſtiterant, & ipſi coronati: ſiue abſentes, ſiue etiam præſentes, qui tamen ipſi equos non agitaſſent. Expenſus Homeri hac de re locus. παραβάται. Deſultores, ἀποβάται. ἀναβάται. Fœminæ Olympionicæ ob equos præſtitos qui ludis alios pernicitate ſuperaſſent: quarum prima Cyniſca Archidami filia Ageſilai ſoror, tum Euryleonida atque Beliſthica. Forſitan & Berenice. Alexander nummos ſignari iuſſit ſuis curruum victoriis Olympiacis. Choragi ludorum Muſicorum ſiue ſcenicorum corona donati. Athletarum choragi olim tripodibus. Choragi ſcenicorum ſortitò ducti, ſed, & Critæ, ſiue indices ludorum: qui olim quinque poſteà decem.

## Cap. XXVII.

Quomodo athletæ tertia commiſſione victoriam conſequuti. τριαχθῆναι περιλετριαζόμενος. Varia Milonis Crotoniatæ in agonibus gymnicis victoriarum hiſtoria. Theocritus interim enarratur & Lucillianum carmen illuſtratur. Milo vbi conſtitiſſet, inde nulla vi nullo cuiuſquam impetu deiectus. Ab iſto more athletico ducta ſimilitudo, in quodam apud B. Paulum loco indicatur. Plautus explicatur. De Milone iucunda ex Æliano prolata hiſtoria: ſed & alia pleráque minimè vulgaria è veterum libris collecta in huius capitis marginem reiiciuntur.

## Cap. XXVIII.

Plautinus locus enarratur, in quo de ſeptenorum cyathorum ludis. Curules ludi apud Græcos duodecimo, apud Romanos ſeptimo ſpatio conſummati. De dolichodromo ſcoliaſtes Ariſtophanis notatus: cuius verba librarij forſitan errore laborantia proponuntur. Oreſtis aut etiam Sophoclis temporibus curulem agitatorum curſum ſeptimo ſpatio concluſum, & in Græcia videri, quod Plautino illi loco explicando facit.

## Cap. XXIX.

Accurata de tempore gymnicorum & ſcenicorum ludorum apud Romanos editorum hiſtoria. Græcum certamen, quale intellexerit Tacitus aduerſus eruditiſſimum commentatorem nuperum diſceptatur. Deprauatiſſimus Appiani locus emendatur. Ἐπινίκια. Ludi victoriales poſt actum triumphum, ſacrificiáque ſolemnia celebrata editi: circa id allatis hiſtoricorum variis locis: vno Athenæi eximio aduerſus interpretum opinionem accepto, illuſtrato, atque caſtigato.



caſtigato: luctu autem publico intermiſſi, occluſáque gymnaſia & palaſtræ. Illo veterum exemplo itidem Toloſæ triſti & calamitoſo tempore muſicos ſiue poëticos agones intermitti meritò vſurpatum.

## Cap. XXX.

Ex agonibus gymnicis quidam Grauiores, Leuiores alij nuncupati Aeſchines obiter caſtigatus, & item Plato. Curſus ante ſolis exortum, aliique leuiores ante meridiem agones commiſſi. Grauiores poſt meridiem. Curſores omnium agoniſtarum primi citati à præcone. Sophoclis recepta lectio in dubium vocata: & item Heliodori. Præconiæ citationes binæ, dationéſque præmiorum per ſingulos ludorum Olympicorum dies itidem binæ. De Pentathlo Laërtius vno verbo mutilus ſuppletur, & integritati reſtituitur: vbi de Democrito philoſopho, qui Pentathlus nuncupatus. De Pauſaniani cuiuſpiam loci conſtituenda lectione diſputatum. Timocreon Pantathlus apud Athenæum, non vt viſum interpreti Pentathlus. Pantathlon, pammachon, pancratium idem eſſe videri, & pammachos atque pancratiaſtas, è Pollucis etiam ſententia, Platonem citantis: qui illuſtratur & caſtigatur, huius interprete recenti, & item Cælio notatis. Pancratium autem à pentathlo diſtingui apud Xenophanem, atque Ariſtotelem.

## Cap. XXXI.

Quid ſit πένταθλον, & quis hoc certamine victor eſſe diceretur. Rectè apud Pauſaniam pentathlon inter grauia certamina relatum: Eoſdem pancratiaſtas, & pentathlos eſſe potuiſſe Plinio explicato. Pentathlum ab aliis grauioribus, ſed ſingulis certaminibus meritò diſtingui: ſed, ita vt ipſis interim, de quibus in vniuerſum agitur, aut etiam leuibus non incommodè adiungatur Diodori expenſo loco, & forſitan correcto. Sophoclæus ſcoliaſtes, & Paulus Feſti abbreuiator notantur, exiſtimantes à pentathlis vna die decertari debuiſſe omnibus quinque agonibus. Pindarus illuſtratur, de Xenophonte Corinthio, qui curſu & pentathlo ſimul vicerat. Poſt inuectum pentathlum vni ex agoniſtis omnium certaminum præmia tribui cœpta: expenſo altero eiuſdem poëtæ loco. Pancratiarij.

## Cap. XXXII.

Perfectiſſimum exercitium, quod per integrum diem obiretur, ab athletis habitum. καθολικόν. Quo quiſque agonum tempore apud Olympiam inductus. Pugilatum pentathlo non eſſe comprehenſum è Pauſania colligi. Exercitiorum ſeu exercitationum aliæ à Galeno differentiæ; apud quem quod Dolichus curſus in exercitiis remiſſioribus connumeratur, in controuerſiam non immeritò adduci poſſe oſtenditur. Grauibus exercitiis maior dignatio iuxta Euſtathium. Gymnicis tamen prælati equeſtres ſeu curules, quorum haud dubiè in leuioribus & velocioribus licet habitorum peritiam Amphitruone patre ipſum exercente conſequutus Hercules fuerit, auctore Theocrito.

---

## SVMMÆ CAPITVM LIB. II.

## Cap. I.

Stadium, & Circus, Cauea Scamma ὄρυγμα. Luciani lectio in dubium vocata circa τὸ σκάπτειν. Scammatis etymon & item τὸ κατὰ τό. παρορύττειν apud

...nium. Ambroſij locus & Hieronymi: notato huius ſcoliaſte. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, Adagium aliter, atque ab alijs expoſitum. Tertullianus obiter caſtigatus. Homeri locus & ad eum Euſtathij expenſus. Itē vtriuſque alter circa diſci ludum, de quo plurima. Σημεῖον τέρμα. Pentathli Phayli fabula. De Saltu. Συγκατατίθεσθαι ſitne aſſentiri apud Arrianum: an potiùs committi ad pugnam, quod Latinè Componi etiam dicitur.

## Cap. II.

Adhuc de ſcammate Vnctio athletarum in marg. Chryſoſtomi locus de inunctâ veſte athletarum expoſitus. Subligaculum athletarum Zona ſiue Cingulum lumbare. ζῶμα Homero. Hiſtoria Orſippi curſoris, de quâ lux ab Euſtathio allata Iſidoro: quamquam in eius enarratione paulùm diuerſus ab illo Epigrammatarius; atque Pauſanias; quibus maior fides.

## Cap. III.

Athletæ in ſtadio nudi decertarunt: qua de re Ariſtophanis inter cæteros locus, à Suida perperam acceptus. De curſoribus veſte exutis. B. Paulus explicatur aſſerta ipſius lectione. περὶ τοῦ ὄγκου, ἢ βαρέων; lux ei allata Galeno & Luciano adhibitis, itémque Quintiliano, Papinio, & Ouidio: apud quos ponderis, grauitatis, molis, oneris vocabula. Ὀλκηστὴς in Senariis vetuſtis apud Galenum, qui obiter caſtigatur. De curſoribus inunctis.

## Cap. IIII.

Saltatores decertaſſe nudos. De diſcobolis quæſitum. περὶ ὀρχήσεως, Plato expenſus, ac aliter atque ab interprete nupero expoſitus & caſtigatus. Itemq; Dionyſius Halicarnaſſeus. Saltatores Thyreatico feſto apud Lacedæmonios. Diſcobolos nequaquam inunctos, neque id velle Tullium. Cùm nec omnino nudi decertarint. Diſcus amentum, ſeu funiculum foramini aptum habuit. Tunicati diſcoboli: Subligacula vetuſto more iam inde ab Hercule vſurpata in gymnicis, quorum ad Romanorum vſque tempora vſus perdurauit, à Lacedæmoniis tandem ac Eleis apud Olympiam iam inde ab Orſippo repudiatus, ex Platone Thucydide ac Dionyſio. De iaculatoribus, quod interdum veſtiti decertarint.

## Cap. V.

Ceroma. Non inunctos curſores neque pugiles: ſed Palæſtritas ſiue luctatores. Pugiles non in pelo & luto, ſed in arena & puluere, itémque curſores. Statius emendatus. Pugil pro Pammacho apud Apuleium. Scamma apud Tertullianum cuius verba de Chriſto Epiſtata & Aleipta explicantur. De Epiſtata luctæ, ac Gymnaſij præfecto palæſtra cuſtode, ac magiſtro palæſtrico, Gymnaſta, Pædotriba, & aleipta, ſiue vnctorum magiſtro, eorúmque inter ſe nominum differentiis. Aedificatores athletarum apud Pindarum & alios. Ad aleiptas victus quoque ac ſaginæ athletarum curam pertinuiſſe, citato Ariſtotele. Angelum qui cum Iacobo luctatus, fuiſſe Chriſtum Dominum, Clementis Alexandrini ea de re loci allati. Philonis expoſitus vnus, & fortaſſis caſtigatus, altero eiuſdem auctoris adhibito. Sacram baptiſmo initiandorum, & item extremam decumbentium atque adeò morientium vnctionem, velut athletarum Chriſti, è more gymnaſtico deducta ſimilitudine inuiſibilis gratiæ ſignum & ſacramentum eſſe: B. Iacobi verbis, veterum patrum teſtimonio adhibito, illuſtratis.





## Cap. VI.

Adhuc de Aleiptæ Gymnaſtæ, ac Pædotribæ officio & munere, vtrum id promiſcuum fuerit, nécne, ambigitur. Præclari aliquot Pædotribæ ac Gymnaſtæ vetuſti, quorum nonnulli cotibus comparati. Cotis nomen apud Pindarum, Horatium, Plutarchum. Qui athletarum præmiis caruiſſent, Gymnaſtas, ſeu Pædotribas nihilominus fuiſſe, & palæſtricam exercuiſſe. De cuius artis variis appellationibus è Galeno. Epiſtata Philoni, qui Gymnaſta, & præceptor Gymnici certaminis dictus à Seneca. Proſcholus, Cantorum ſchola, ſcholares & ſcholaſtici: explicatis præter aliorum ſententiam duobus, aut tribus è iure Pontificio locis. Eccleſiaſtica militia ſcholaq; ad ſimilitudinem & exēplum armatæ vel palatinæ comparata. Unde ſcholarum acies in choro Eccleſiæ.

## Cap. VII.

Denuò de ſcammate: de quo alij loci vndiquaque conquiſiti atque huc congeſti. Vnus Tertulliani, aliter atque ab Adriano Iunio expoſitus. Scoliaſtis error aput Chryſoſtomum. Cælius Aurelianus obiter emendatus in margine. Vetus inſcriptio Græca caſtigata Γραμμὴ ſiue linea duplex in ſtadio Κανὼν ſiue regula & ſcopus: expoſitis B. Pauli duobus minimùm locis. linea pro ſcammate. Diſceſſum ab Hadr. Iunij ſententia quibuſdam veterum locis. Tranſilire lineas apud Ciceronem.

## Cap. VIII.

Σκάφιον apud Plutarchum aliter atque ab interpretibus explicatum. Ecquis Ligoni locus in re palæſtrica diſputatum, aduerſus Græcum Theocriti ſcoliaſtem σκαπάνη ἅμη, Ruttum. Galeni locus obiter correctus. Theocritus præter aliorum ſententiam ratione noua expoſitus. σκαφίς. μᾶλα. Cymbia pocula excipiendo lacti vſum præbuiſſe ſicuti & Cupella. Scaphium pro cranio, Syncipite, hoc eſt, anteriore capitis parte, quam glabram caluamq; veteres athletæ habuerint, & inuicem in ipſa concertatione commiſerint. Lucani adhibito Luciano, vnus & alter. Suetonij locus ita vt à Turnebo emendatus eſt præter aliorum ſententiam exponitur. Abantes ſincipite tonſi. Theſeus quoque agonum Olympicorum atque Atticorum inſtaurator. Græci aduerſus Darium depugnaturi capillum & barbam in procinctu, Alexandri Macedonis iuſſu ad Arbela totonderunt: è Plutarcho ipſumq; illuſtrants Syneſio. Tonſionis duæ ſpecies κῆπος, καὶ σκάφιον: Imò plures Laertij de Menedemo illuſtratus, & cum priore illo Plutarchi de Arato compoſitus locus: ad habitum athleticum æquè vt eandem uterque ſententiam præferat pertinens.

## Cap. IX.

Thematici agones æquè ac Stephanitæ ſacri, aduerſus Budæum. Varia præter coronas agonum apud veteres Græcos præmia. Coronarij, qui ſacri. Δόσις apud Clementem & φυλλοβολία. Galenus in tranſitu caſtigatus. Δῶρον apud Athenæum, δόσις apud Pindarum. Tertullianus obiter emendatus. & item Strabo de certamine agens Olympico Calculus albus, ab Areta. Gloriæ verbum in Tertulliano quò pertineat. De renunciatione præconia, & deductione hieronicarum.

## Cap. X.

Tranſuectio Hieronicarum & murorum diſiectio. Ælianus expoſitus De Iſelaſticis agonibus, Emendata inſcriptione vetuſta. Annus Iſelaſticus. Carmen

S[illegible]anum caſtigatum & expoſitum. Ignis prælatio. De triumphantibus apud Romanos à cœna reductis domum cum funalibus, aut lampadibus. Valerius obiter caſtigatus. Ignis Spartano Regi prælatus.

CAP. XI.

Hieronicarum diuini penè honores è Luciano, & Gregorio Nazianzeno. Monſtratio per digitum in marg. acclamatio ſpectatorum cum laudibus Hieronicarum coniuncta. Ἐπινικίων nomen apud Sophoclem aduerſus interpretes: itémque apud Heliodorum; in cuius verbis macula obiter deleta. Δακτυλοδεικτεῖσθαι apud Dionyſium Helicarnaſſeum; cuius verba cum Luciani, & Nazianzeni verbis comparata.

CAP XII.

Honorifica hieronicæ coronati per ſtadium deductio. Locus è ſapientia Salomonis eximius, qui eò pertinet, aliter atque ab interpretibus expoſitus, & conſtituta ipſius latina verſio: itemq; Græca loci alterius apud Chryſoſtomum lectio perperam à doctiſſimo quopiam obſeruatore nuper in dubium vocata. Solemnis deductio victorum agonibus Muſicis. Hieronicarum florida & triumphalis veſtis: olim pura, ſed niueáne an purpurea: vel ſplendida potiùs & ſubalbida, non alba, ob admixtum purpureum colorem: explicato interim vno Apocalypſeos loco de Martyrum inſignibus.

CAP. XIII.

Adhuc de gloria athletarum. Philonis locus caſtigatus & item alter apud ſeptuaginta in Geneſeos cap. 32. Κηρύγματα. ἀνάρρησις. ἀνακήρυξις. Priſca præconia hieronicarum renuntiationis formula, explicatio, explicato Gregorij Nazianzeni loco Athletarum renunciationi coniunctam præclarorum fortibus factis virorum laudationem & ſpoliorum de hoſtibus reportatorum oſtetationem. Ἐπινίκιον ᾄδειν, ſuaſq; laudes ipſos hieronicas deprædicare ſolitos. Carmen hieronicis compoſitum olim, & fortaſſis etiam decantatum ab Euripide, Simonide, Pindaro aliiſque lyricis Poëtis. Actæ Dijs gratiæ ab hieronicis.

CAP. XIV.

Eorum qui Muſico certamine vincerent laudatio publica, qualis & apud Tholoſam Tectoſagum Poëtico, qui Rhetorices dicitur agone. Verba Commentarij vetuſti Occitano Idiomate perſcripti ad illum pertinentia prolata. Nero agone Muſico victor deprædicatus. Ab hieronicis ſuæ ipſorum coronatæ patriæ. Sophocles, & Euſebius imprimis, nocnon Ælianus explicantur. Nero ſe victorem contra vetuſtum morem pronunciabat, ac præconio contendebat.

CAP. XV.

Adhuc de Muſico agone: expoſitus de Nerone Dionis Chryſoſtomi locus. Ara apud Altim Olympiæ lucum, vbi Muſicus agon præconum exhibitus. De præconia pedis pronunciatione. Victimarij olim præconio functi munere. Emendatum carmen vetuſtum apud Pollucem. De Tubine ſiue Buccinatore hieronica Hermodoro, ille cum Athenæo comparatus. Περιοδονίκαι. Heriodonicarum nomina in publicum commentarium relata: ideóque ipſis Olympiadum numeris apud Hiſtoricos adiuncta, ſed & eorum qui ab illis eſſent ſuperati præſcripta in commentario illo nomina Dionyſio Areopagita illuſtrato. Sacra diptycha Eccleſiaſtica: & Vnde ipſis origo: atque commemorationes



tiones defunctorum vetuſtæ in ſacris precibus. Xyſticorum grammateia. Athletarum decertaturorum nomina in albo propoſita.

CAP. XVI.

Hieronicarũ gloria ex Proedria, qui ἰσόθεοι & Herculi æquales. Philippus Crotonienſis Olympionica iam mortuus, at Euthymus pugil etiamnum viuus conſecratus. Cæleſtium nomen hieronicis apud Horatium, & Suetonium tribui. Quod noua ſignificatione acceptum. Athletarum ex voto anathemata: & meretricum, honori Veneris adductio. Coronarij agones non coronati, qui στεφανῖται. Hieronicæ Spartano regi depugnaturo proximi aderant; Quod in honore ab ipſis habitum.

CAP. XVII.

Priuilegia publica Hieronicis conceſſa: in quibus immunitas. Annonaria commoda ſiue obſonia, de quibus Iureconſultorum loci, non ſatis à vulgaribus interpretibus percepti exponuntur. Conuiuia in Prytaneo. δόρπου λύσις apud Pindarum Athenæi locus eximius. κτεάνων vocabulum apud Xenophanem. Poſſeſſiones agonotheticæ. Σύγκτησις ἀγωνόθετου apud Iuriſcõſultum. Paraſitium horreum, atque Archeium. Item Herculis Paraſiti apud Athenæũ: ex quo & Plutarcho, de præbitis epulis à ludorũ curatore ſiue agonotheta ſiue ſacerdote.

CAP. XVIII.

Adhuc de Annonariis Hieronicarum ſumptibus ex Dionyſio, Athenæo, Laërtio & Plutarcho cuius alter quidam locus exponitur. Victorialia ſeu Victricia conuiuia. Hieronicis ab ipſorum amicis olim præbita ἑστιᾶν τὰ ἐπινίκια ἤδεν νικητήρια. De Autolyco Hieronicâ excepto cœna victoriali è Xenophonte atque Athenæo, cuius interpres notatur. Item de Phoco ex Plutarcho, huius itidem notato interprete: ac etiam ex Athenæo quem corruptum interpres non animaduertit nos integritati ſuæ reſtituimus & explicamus. Hieronicis Soſicli & Agathoni, à Muſico agone victorialem cœnam amicos præbuiſſe.

CAP. XIX.

Ab Alcibiade, Leofrone, aliiſque hieronicis amicos, immò alios pleroſque victoriali conuiuio exceptos: De Empedoclis & Ionis ob victoriam equeſtribus & Muſicis ludis partam in populum munificentia. Mendum ex Athenæo intereà ſublatum, quod interpretem fugit. Κεράμειον. Epulum amicis à Scopa pugile, ac Hieronica exhibitum. Confirmata loci Athenaici ſup. capite prolata reſtitutio reprehenſo interprete, ludis triumphalibus à munerario datum populo epulum, & Æmilij Pauli æmulatione in Macedonia ab Antiocho Rege apud Daphnem: non tam ex Romano, quàm è Græco vetuſto more: quem Conon Athen. & Philippus Macedo in cæteris tenuerint. Mendum è Suda ſublatum; Athenæo adhibito. A Sylla victore præbita populo epula ſumptuoſiſſima, ſicut olim à Valerio primo Conſule Romano poſt triumphum, & ab Herode itidem poſt celebratum variis agonibus feſtum conditæ Cæſareæ diem.

CAP. XX.

Salaria, & annonæ profeſſorum è conſtitutionibus principalibus. Item ſtatua ipſorum, ſed & pilæ luſorum. Icones Hieronicarum ἰσομέτρητοι. Grandiores euerſæ. Imaginum nomen. Imagines quæ nudæ, aut perizomate velatæ. Equæ Auræ dicata apud Olympiam effigies, & Cleoſthenis agitatoris cum biga inſcriptis etiam

etiam equorum nominibus. Statuis athletarum Iconicis inſcriptiones additæ. συ[illegible]γραμμάτων vocabulum apud Dionyſium. Ode Epinici. Emendatus obiter Ariſtides. Eo ſtatu geſtuq; corporis hieronicarum Icones effictæ, ac poſitæ, quo ipſi tum fuerant, cùm vincerent. Aemilius Probus interim explicatus & emendatus. Ladæ curſoris ſtatua. Item Clitomachi.

## CAP. XXI.

Icones, ſiue imagines Martyrum in baſilicis commendatæ. Ἐπαναπαλαῖσαι. Icon Caſſiani martyris: item Hippolyti, ac Euphemiæ denique. Verba Greg. Nyſſeni de martyrum iconibus præclara: item Eunapij. Vbi etiam de orationibus ſupplicibus veterum Chriſtianorum ad martyria, qui locus malè acceptus ab interprete doctiſſimo à nobis caſtigatus & expoſitus: eiq; tertius à Theodoreto perilluſtris adhibitus. De Eunomi Citharœdi ſtatua locus Clementis Alexandrini eximius. Citharœdorum qui ſuperati forent verberatæ ſtatuæ. Miltiadi poſt Marathoniam victoriam talis honor ſtatuæ, qualis Olympionicis attributus, itemq; aliis ducibus. Athletarum icones Ethicæ, ſignifices, ſiue ſtatuarij Ethici. Demetrij Phalerei locus diligenter expenſus, ut eò referatur.

## CAP. XXII.

Selecta quæpiam de Coronis athletarum. In menſis olim propoſitæ Olympicæ aureæ. Pindarus ea de re aliter ac ab interprete intellectus: Tertullianus interim caſtigatus. Hercules Callinicus & ab eo ſaltationi modóque tibiarum nomen, itemq; martyribus. Olea Calliſtephanus, quod hieronicarum coronæ olim ex oleaſtro apud Olympiam: non è lauro, ut perperam apud Chryſoſtomum alicubi ſcriptum. Athenis autem ex oleâ quæ μορία, ſed & oleum (quo etiam inuncti) oblatum præmio, Suidas in tranſitu caſtigatus. Arrianus atque Laërtius expoſiti. Olei ſignificationem & ad labores & ad ipſorum præmia. Sicut εἰρηνικοῦ καρποῦ nomen apud Beatum Paulum ad oleam inſigne pacis & victorialis ſeu victricis in ſtadio præmij pertinere.

## CAP. XXIII.

Curſus agon apud Olympiam antiquiſſimus. Corœbus, aut (ut alij volunt) Daicles, aut Milo primus inibi hoc genere victor. Olympica certaminis celebritas ab Iphito reſtituta: quando Romanis communicari cœpta. Quãdo apud Sicyonios celebrata Iſthmia; obiter emendato Pauſania: in quibus præter athletas ac thymelicos venatorum ſeu beſtiariorum ſpectacula poſterius exhibita. Olim verò in ipſis primùm è malo, deinde ex oleaſtro coronæ victoribus donatæ: Iuliani locus vnus leuiter caſtigatus. Alter Phlegontis Tralliani locus indicatus. Iſthmiacarum coronarum variatio. Nemæa apud Argos celebrata, ſed & apud Cleonas, immò apud Thebas quoque ipſas antiquitus. Archemoro dicata: vel ſecundùm alios Pronacti, ſed & Ioui. His ludis, qui bis in quadriẽnium ſicut Iſthmici ac tandem quater hoc eſt annuatim celebrati: armatos primùm decurriſſe. Quod genus poſteà eſſe apud Olympiam receptum, ac exploſum denique à Græcis omnibus. Pindarus expoſitus.

## CAP. XXIV.

Pythicum agônem initio fuiſſe coronarium, deinde pecuniarium, poſtremò coronarium. Muſicum initio fuiſſe: citharædorum, utique Pæana, vel Epitaphium Pythonis canentium: amictu ſplendido atque ornatu: deinde auledorum. Cantus ſiue Nomus Pythius. Curulem illum Oreſtis temporibus agonem fuiſſe videri, vel Sophoclis potiùs: cuius explicata ſententia; Camerario notato. Picturæ quoque certamen fuiſſe Pythiis, apud Delphos, quæ primùm apud Cyrrhæos, deinde apud Delphos, & Pythonem celebrata. Statius interim explicatus, reprehenſo eius interprete. Variatio coronarum Pythiarum. Ouidij carmen caſtigatum. Pythiorum nomen à Pythone ſerpente cæſa. Seneca emendatus, & ab errore grauiſſimo, quem ne recentiores quidem caſtigatores perceperint, vindicatus. Δελφύνης ſiue δελφίνη vtroque genere. De Africana ſerpente miræ magnitudinis, & aliis Draconibus prælongis: in marg.

## CAP. XXV.

Ludorum auctores. Palma in ludis omnibus conceſſa victoribus, qui virgam, ſeu ramum palmæ dextrâ, ſed & interdum capite coronam palmeam gerere ſoliti. Palmæ rami menſæ in medio ſtadio collocatæ impoſiti. Vetuſta huiuſce rei figura explicata, ſi non etiam caſtigata, in qua duo vaſa, quorum alterum fortaſſe Diſci nomen habuit, immò etiam Petaſi. Τὰ Βαΐα Αἱ. Spadix. Quamobrem palma, ſiue ſpadice, donati meritò Hieronicæ.

## CAP. XXVI.

Diſcus Iphiti Olympiacus Lycurgi nomine inſcriptus, qui ei Olympicorum agonum inſtauratori ſocius fuit: à Plutarcho, Phlegonte, Athenæo, Paterculo, ac Dione Chryſoſtomo. Ab Olympiadib. dinumeratio temporis quando cœpta vel deſita è Cedrino. Eo diſco feriæ Olympicæ indictæ. Pauſaniæ hac de re inſignis locus, apud quem ἐκεχειρίας vocabulum exponitur, adhibitis Dionyſij Halicarn. ac Plutarchi teſtimoniis, aliter atque ab ipſorum interpretibus. Quo etiam vocabulo Phlegon illam diſci ab Hellanodicis cõſcripti hiſtoriam commemorans vtitur. ideò coronatum ab Ececheiria Iphitum in Olympiaco templo aſpici; quod Pauſanias refert. Δίσκου πρόκλησις in hiſtoria Macchabæorum. Ciceronis & Statij loci de diſco ut exponendi.

## CAP. XXVII.

Victores ad Hellanodicas accedere, tum coronas adpenſas comprehendere, ac rapere ſoliti. D. Pauli vnus ea de re locus nondum expenſus indicatur. Item aliter à Chryſoſtomo, Procopio & Papinio, qui explicatur. Fores. Miſſus oſtio. Athlothetæ ad carceres ſedebant: immò & ad metas fortean, & in medio ſtadij loco, pro diuerſa ratione certaminis. Plutarchi locus, ad illam coronarum apprehenſionem pertinens, exponitur, quæ forſitan illi propriè competiit, qui ſine antagoniſta victor eſſet declaratus: cùm alioqui à præcone corona imponeretur victoris capiti: Cicero in eam rem citatus. Coronam Olympicam ſub Ioue datam, quid ſit apud Plinium. Eo ſcilicet loco, vbi decertatum foret, oblatam; nempe in ſtadio, ſed non vtique ſemper in eadem ipſius parte ſiue regione: B. Chryſoſtomi & Heliodori teſtimoniis prolatis. De ſtatua ſiue ſigno Iouis Olympici. De proëdria Hieronicarum aliquid. B. Ioannis Chryſoſt. locus illuſtratur de coronis & brauiis: & coronarum palmarúmque nomine victorias interdum ipſas, non præmia oſtendi.

## CAP. XXVIII.

Suſpirium in agonibus, hoc eſt, gemitus athletarum laborantium, & exclama-

tio, è Cicerone, Papinio, Seneca, Chryſoſtomo. Tentata loci cuiuſdam de Æſchylo apud Stobæum caſtigatio, Plutarchi auxilio aduocato. De Pyctarum ſiue pugilum ictorum patientia, & conſtantia: deq; exclamatione ſpectatorum encomiis, & cantilenis ad laudes athletarum pertinentibus, ex Homero: Platone, Plutarcho, atque Euſtathio, qui leuiter intereà notatur. Equi ἀθλοφόροι dicti, quòd ſicuti bellorum atque certaminum, ita coronarum quoque hominibus participes fuerint. Ἄσκησις athletica & monachica. Quod nomen & item ἀγωνιστικῆς ad equos relatum. De equorum ingenio, docilitate, iudicio, affectu, voluptate, cognationis, adhortationis, & gloriæ intellectu, præſagitione, luctu, deſiderio, lachrymis permulta. Emendato interim Solino, & expoſito, itémque Plinio. Equi athletæ & agoniſtæ, & victores dicti, & cæteris huiuſmodi appellationibus honeſtati, Dio Chryſoſtomus obiter caſtigatus. De Aura equa Phidolæ Corinthij, déque Circenſibus equis albatæ factionis ſub Claudio Imp. à Plinio, qui emendatur, atque illuſtratur. Sepulturæ honor equabus triſolympionicis conceſſus Athenis in Ceramico; de qua re agens Aelianus caſtigatus adhibito Plutarcho, & Herodoto: ex cuius verbis vti dubium quoddam tollitur, ita Latina ipſius verſio vno membro mutilo ſuppletur. Ceſſio renunciationis præconiæ in gratiam antagoniſtæ ſuperati. Bucephalo habitus honos poſt mortem, & Boriſtheni. Agrigentina regio equorum, ſed & pugnatricium auium ſepulchris frequens. Diodorus in cæteris hac de re agens illuſtratur. Annui auium certaminis quod publicè Athenis & Romæ haberi ſolitum origo indagatur. Auguſti equus tumulatus. Equi agoniſtæ ſtatuarum honore donati. Cimonis equarum iconicæ ſtatuæ. Circenſibus equis debilibus alimonia de publico præſtita. Palmati equi in duabus Theodoſiani Cod. conſtitutionibus cur appellati. Equi olim (vt hodiéque in generoſis pleriſque fit, imò & in gregalibus) ſignati ad marginem. Quo ætatis anno equi circo deputati, aut ab ipſo miſſi antiquitus, ex Plinio.

### Cap. XXIX.

Dionis locus de Circenſib. agonibus à turpi mēdo vindicatus, & illuſtratus. Sumptus ad ludos Circenſes maximi. Eorum aliorúmque ludorum ſub Imperatoribus poſterioribus exhibita etiam in prouinciis ſpectacula, quæ apud Treueros Saluianos presbyter improbabat. Oppida in quibus olim Circenſes dati nonnulla teſtimoniis D. Hieronymi allatis in eam rem luculentiſſimis celebrata. Philoſtrati locus de Apollonio apud Alexandrinos in Circenſib. tumultuantes tranquillitatem Olympicorum agonum memorante.

### Cap. XXX.

Populi clamor, fauor, incitatio, in ſpectaculis conſpiratio, item ac diſſenſio: illius iudicium. Lintei ſiue orarij excuſſio, ab Euſebio & Vopiſco qui fortè caſtigatur. Demyli paterna adhortatio è Pauſania. Item altera amici ex Epigrammatario. Socius in pugna qui adhortator. Exhortatio Achiuorum ad Vlyſſem apud Homerum. Virtus precum apud Deum etiam ex opinione profanorum in certamine. Homerus, Papinius, Clemens, Nonnus in eam rem citantur. Inconditus laſciuientis populi clamor in agonibus, ab Euſtathio ſcitè apud Homerum adnotatur: qui & à vetuſtis aliis, atque claſſicis memoratus auctoribus Theocrito, Virgilio, Papinio, Plutarcho, Clemente, Arriano, Dione Chryſoſtomo:



Chryſoſtomo: quorum verba partim ipſi contextui, partim etiam margini adſcripta. Theocriticus cum Homerico comparatus locus. Chryſoſtomi Dionis emendatus.

### Cap. XXXI.

Hellanodicarum & athlothetarum exhortatio ad athletas. Præfatio Olympica, item Pythia & Iſthmia. Exhortatio Gymnaſtarum, & Pædotribarum è D. Baſilio, Æliano, Arriano, & ipſo etiam Homero, Apollonio, Sozomeno (qui obiter emendatur) B. Chryſoſtomo, ac Dionyſio Halicarnaſſeo. Huius adhuc de adhortationibus, & incitationibus iſtis egregius profertur locus, ex quo leue mendum ſublatum. In Toloſanis Poëticæ agonibus adhortatio Latina, ſicut & in promotione Iuriſperitorum ad gradus in Academiarum Cancellariis, Græcorum veterum ad athletas protrepticorum exemplo: cuius petitum à Dionyſio illo teſtimonium.

### Cap. XXXII.

Ἀλείφειν pro παρακελεύεσθαι apud B. Chryſoſt. Philonem, Gregor. Nazianzenum, Procopium Gazeum, Ioannem Damaſcenum atque Iſidorum Peluſiotam, cuius ſententia exponitur, notato bis Prunæo Billio interprete: ſed & apud Plutarchum. Athlothetarum in ipſo certamine adhortatio. Athletica victoria à ſpectatoribus in theatro acclamantib. celebrata. Philoſtrati, & Dionis Chryſoſtomi ea de re verba inuicem collata. ἐπέγερμος apud Clem. Alexandr. In Muſicis agonibus, præfationes atque adhortationes: ἐνθύελα προοίμια, Quintiliano fortaſſe caſtigato.

### Cap. XXXIII.

Curſores hieran facere dicti apud Senecam: quo ſenſu diſputatum, B. Paulo duobus locis inuicem commiſſis obiter illuſtrato. Quo palliorum teſſeræ in agonibus Olympicis, quo alibi calculi ad manum victorum ibidem dati apud Plinium & Aretam, quò ἐσκενόμενος apud Plinium, adhuc eſſe quod dubitetur. Lineæ in ſtadio. Lycophronis carmen expoſitum. In calculorum ludo lineæ ſacra, quæ media. Media linea in pilæ luſu. In curſura ſacra lineam, & mediam fuiſſe videri ad metas. Theocriti verſus expoſitus, & item Sophoclis. Contactu metæ ſtadiodromi victores Athletæ in ſtadio ſe linea circumſcribere ſoliti: vnde ſi antagoniſtarum vi eximi nequiuiſſent, viciſſe dicerentur: ſicuti Democrates, de quo apud Aelianum. Eodem relati tres ex B. Pauli epiſtolis loci ζυγός: explicato Pythagoræ ſymbolo ζυγομαχεῖν.

### Cap. XXXIV.

Στάσις in curſura, vt in pugilatu, quæ ἀνάπαυσις. Curſores à carceribus interdum diuerſis partibus miſſi ad eoſdem athlothetas contendebant. Præludium vt in pugilatu, ſic & iu curſurâ. Curſores quando, id quod agerent, impleuiſſe dicti. Vbi curſuram deſinerent, ibi luctatores decertabant. Balbis, vnitas carceribus, Myrias metis, cæteri numeri curſoribus à Philone comparantur: vetuſto Lexicographo notato, Suida caſtigato, Euſtathij beneficio. Valuæ templorum à balbidibus δίαυλος: ad quem Pauſaniæ de Aurâ equâ Phidolæ Corinthij locus pertinet. Dolichodromi curſus perfectus: expoſito Plutarcho, eiuſque Latino interprete ac Mercuriale itidem notatis. Interiùs flectere. Agitatores equorum Circenſium non nudi, ſed galero, petaſo ſiue galea caput oper-

*tum habuêre, corpus reliquum tunicis è panno colorato. Athenæi præclarum in hanc rem teſtimoniũ. Epiſcopi orthodoxi, velut Agoniſtæ veri, pro Chriſtiana in Deum pietate inſigniti mitra, tanquam galero illo ſeu galea. Saltatoribus interdum æneæ galeæ attributæ ab auctoribus. Curſores non ſemper omni ex parte nudos decertaſſe: verùm ita, vt manu clypeum, aut facem, vitiſve ramum, pedibus autem endromidas ferrent. De Hoplitodromis in margine, ſed & in contextu plurima: ut ad eorum ſimilitudinem inſtructos & munitos Epiſcopos, ſandaliáque ipſorum ab illorum Endromidibus tranſlata doceatur: illuſtratis non paucis ex Epiſtola D. Pauli ad Epheſios locis, in quibus è re athletica commodè ab Apoſtolo metaphoram deſumptam, præter interpretum opinionem oſtenditur. Facienda omnia feciſſe apud Sueton. Vt ſandalia in calceamentis, ita ſoleæ Caligæ, Caligulæ, Gallicula ita Campagi tzaggia Vdones.*

CAP. XXXV.

*Libri huius & ſuperioris quoque accurata coronis: in qua tum Ariſtotelem de Hieronicis multos libros edidiſſe oſtendimus, tum etiam vindicamus nobis quæ libro ſecundo Semeſtrium duobus ſermonibus, cùm de gladiatoriis, & venatoriis ludis tradita longè anteà fuiſſent, ſibi alius poſteà tribuit. Poſtremò vbi de dolichodromis, & ſtadio in margine quidpiam traditum: breuis inſuper de ordine in his Agoniſticis libris non obſeruato & quibuſdam aliis apologia profertur.*

---

## SVMMÆ CAPITVM LIB. III.

CAP. I.

*Legitimè decertare apud B. Paulum, & Galenum: apud quem error interpretis notatur. Heliodorus de citatione athletarum, & corona poſt certamen. Iſidorus de collatione Olympicorum certaminum & Chriſtianorum. Item alius Chryſoſtomi atque alius locus: vbi de athletica ciborum & continentiæ lege. Athletarum dormitatio & ex ea periculum apud Platonem & Galenum; itémque apud Aelianum, cuius verba ſeciùs ab interprete accepta. De athletarum voracitate in notis ad marginem, ex auctoribus melioris notæ compluribus. Galeni ſcomma in athletas ab etymo: de quo, Euſtathianus cum illo intereà (vt ſpes) caſtigato compoſitus illuſtratur locus, Aeſchine adhibito. Monomachi nomen de athleta. Expoſitus præcipuè Clementis locus ex Apoſtolicis conſtitutionibus.*

CAP. II.

*Vetus athletarum ſaginatio & recens. Pythagoras gymnaſta. Pauſaniæ locus illuſtratus: alter Philoſtrati obiter caſtigatus: item alius apud Plutarch. expoſitus. Euſtathij vnus ad Galeni alterum comparatus de ſagina & ſomnolentia athletarum. Moles pondusq́; corporis athletis in ſtadio, ſed non vtique omnibus: & qualis in laude poſita pancratiaſtis atque luctatoribus moles.*

CAP. III.

*Athletarum abſtinentia & Xerophagia. Commentatoris Horatiani locus emendatus. Coliphium. Aedificare robur & vires corporis apud Tertullianum,*

*Laërtium*



*Laërtiũ & Plutarchum. Chryſoſtomi locus ab interprete aliter acceptus, perperam appoſito Vigiliarum vocabulo. Militum atque athletarum diuerſa vitæ ratio ex Platone ac Plutarcho. Tentata apud Dionem Chryſoſtomum caſtigatio. Vigiliæ Eccleſiaſticæ. Quod monachorũ veterum ipſisq́; anteriorum Eccleſiæ naſcentis initio Chriſtianorum aſcetica ſeu exercitatrix profeſſio ab athletica vitæ ratione circa patientiam & continentiam parum diſcreparit: ex Eccleſiaſtica Euſebij hiſtoria: ex qua nimiam vincti pro Chriſto Alcibiadis, ab Attalo martyre caſtigatam, quæ minor iam ſatis afflicti eſſe debuit, victus abſtinentiam. Clementis Alexandrini locus de athletarum precibus, déque operibus piorum ac libero arbitrio indicatur: qui à gloſſemate ſuſpectus.*

CAP. IIII.

*D. Baſilij locus de Ieiunio à re athletica. Eiuſdem locus alter de palæſtricis circa caſtitatem athletarum legibus: & item Paulini vnus de caſtitate athletica: qui leuiter emendatur. Sponſorum coronæ, itemq́; amantium, in margine. Alij nonnulli de athletica continentia loci: à qua Icchus & Eubata commendati ab Aeliano, cuius verba in tranſitu notantur. Mania ſui copiam duobus Olympionicis vna nocte quòd feciſſet, qui excuſauerit. Aleiptæ athletas vt curarent. De Amœbei citharœdi. Diogenis tragœdiarum actoris & Clitomachi pancratiaſtæ auerſo ab omni Veneris vſu animo. Aſtyli & Criſonis athletarum continentia. De Ariſtotele athleta, eadem omnia circa ſpretam ab ipſo Laïdis conſuetudinem narrari à Clemente Alexand. quæ de Eubata Aelianus memorauerit.*

CAP. V.

*Horatij locus de patientia laborum athletica. Itemq́; aliorum tam Latinorum, quàm Græcorum: præſertim Senecæ, Aeliani, ac vtriuſque Chryſoſtomi.* Ἄντλητος *pro* ἄνιωπος *legendum apud eorum alterum, Dionem ſcilicet: & item* λειφθήσεσθαι *pro* ληφθήσεσθαι.

CAP. VI.

*Adhuc de athletica patientia æſtus potiſſimùm, è variis auctoribus: ſed & frigoris ex Arriano. Dio Chryſoſtomus intereà explicatus & correctus. Athleticus ſudor. D. Iacobi vnus & D. Pauli alter illuſtratus locus. Similitudo athleticæ rei cum bellica, quam & illa imitatur. Athletarum appellatio ad milites producta à Platone, Polybio atque Diodoro. Militiæ etymon. Malè, laborioſè è Seneca. Monachorum veterum in toto vitæ aſceticæ genere humilitas, patientia, conſtantia, ſimilis athleticæ, ex Epiphanio & Caſſiano. De athletico æſtu cæteráque patientia Chriſtianorum, quibus per martyrij conſummationem liberentur, B. Ioannis in Apocal. locus nunc primum oſtenditur. Quòd Martyribus quibuſdam, tametſi ſanctis, illi Monachi ob laborum merita prolati à D. Baſilio & Euſebio Emiſeno.*

CAP. VII.

*Arida ſaginatio Athletarum apud Tertullianum, qui fortean caſtigatur. Exercitatio coram in proagonibus & in ipſis ſtadijs. Perpeſſio ictuum periculoſorũ athletica. Vlpiani animaduerſus locus & illuſtratus, Plutarcho, Euſtathio, Philoſtrato adhibitis. Monomachiæ agon olim apud Olympiam. Athleta poſt*

 *obitum*

obitũ coronatus. Chriſti Domini cum Arrichione cõparatio, à Chryſoſtomo.

## CAP. VIII.

Nudos athletas decertaſſe. Leges Athleticæ. Æliani de Oricadmo locus cuius interpretatio notatur in marg. Lex de non occidendo aduerſario. Platonis de ipſa expenſus locus & fortè caſtigatus. Qui morderent in decertando eos κακομαχεῖν dictos. Plutarchus de Pugilatu expoſitus, interpretib. notatis. Agonibus Muſicis ſuæ leges. Athletæ liberi nec famoſi aut notati, ſed & exploratæ virtutis. Quamobrem athletis tributa immunitas. πάλη apud Platonem, notato ipſius interprete. Ioannis Caſſiani de athletis locus, unde legis vnicæ C. de athletis petita explicatio. Puerorum certamen etiam in ſtadio. Plutarchi locus illo Caſſiani adhibito expoſitus, eiúſque interpres Xylander notatus. Equorum agitatores pueri cum viris commiſſi curulibus ludis, ſicuti gymnicis Pythiis athletæ.

## CAP. IX.

Adhuc de puerorum agonibus. Caſtigatus Solinus. Laërtius expoſitus. Plutarchus illuſtratus, atque à gloſſemate purgatus. Dionyſius Halicarnaſſeus aliter atque ab interprete intellectus. Item Agellius: apud quem, Aetas ambigua quid ſit, exponitur. Expenſus Ariſtotelis locus de puerorum agonibus, vnde Plutarcho & Pauſaniæ allata lux.

## CAP. X.

Perfecti athletæ. Caſſiano Ephremo & Platone adhibitis, D. Paulus illuſtratus aliquot locis, & item D. Iacobus. Καταρτίζειν Locus D. Pauli ad Heb. expenſus atque aliter quàm à recentiore quopiam ſit factum, expoſitus, defenſa vulgata verſione. Alius D. Pauli ad Epheſios, & item Iſidori Peluſiotæ locus περὶ τοῦ τελείου aliter explicatus: Billio interprete notato. Inæqualia puerorum & virorum in agonib. præmia. Perfecta quæ perfectis darentur dicta, & quibus tributis conſummati athletæ oſtenderentur. B. Paulo illuſtrato aliquot Epiſtolar. ad Hebræos, & ad Philippẽſes locis: Oecumenij atque Gregorij tum Nyſſeni tum Nazianzeni citatis teſtimoniis. Conſummatio Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum poſt deſcenſum Chriſti ad inferna, ſed & in vltima carnis reſurrectione. Euſebij Pamphili atque B. Ioan. Chryſoſtomi de martyrum & monachorum obitu velut athletarum teleioſi, hoc eſt, conſummatione ſingulares loci. Alius Emiſeni Euſebij correctus. Coronæ & præmij nomina de ijs quæ viris cõcederentur ſpecialiter ac propriè accepta. Κατασπουδὴ perfectum integræ diei certamen: Linacro Galeni interprete notato, allatis Chryſoſtomi Dionis teſtimonijs. Petri Chryſologi caſtigatus locus, Καλῶς ἀγωνίσασθαι, τελέως ἀεισδῶσαι apud Aelianum. Apud Plutarchum ἐπιτελείωσις, cuius interpres notatur.

## CAP. XI.

Aemuli nomen. Athletarum probatio. Progymnaſiæ ac proagones ſeu μελέται, vt athletarum, ita eorum qui pœnæ cauſa pugilatus agoni addicebantur ſub Romanis Impp. & item eorum qui intra domum valetudinem curabant: ſed & eorum qui baptiſmo ſacro initiabantur, & ſophiſtarum: Euſebio, Seneca, Eunapio, partim caſtigatis, partim explicatis: Piorum denique Chriſtianorum omnium. Illuſtratis ex re athletica, D. Pauli aliquot locis.

## CAP. XII.

Anno 35. athletas artem deſiiſſe, ex Macrobio & Plutarcho; ſed vt interim ante hoc ætatis ex cauſa dimitterentur ac reuocarentur, prolata in eam rem vetus inſcriptio. Hieronicas non deſiiſſe. Athletarum in probatione circumductio & accuſatio è Chryſoſtomo, qui fortaſſe caſtigatur Caſſiano, & Dionyſio. De probatione ordinandorum in diaconos, presbyteros & epiſcopos clericorum, adhibito ſcilicet ipſius etiam plebis teſtimonio atque aſſenſu ad marg. Hellanodicarum ad athletas cùm probarentur admonitio. Viles etiam homines (ſi modò ingenui nec infames forent) ad certamen admiſſos. Iſocratis interpres obiter notatus. Ad Olympicum agonem non alios decertandi gratia quàm Græcos admiſſos videri: expoſito Herodoti loco.

## CAP. XIII.

De illa probatione athletarum locus D. Pauli, cuius lectio aduerſus Budæum aſſeritur. Ὑπωπιάζειν. Præconis munus in certamine. Aëris verberatio. Σκιαμαχία. Προπεῖραι. Δόκιμος & ἀδόκιμος apud DD. Paulum & Iacobum. ἀδόκιμος apud Iſidorum Peluſiotam notato eius interprete. Tentatur alicuius apud B. Iacobum loci eadem opera explicati caſtigatio. Sibyllinum carmen emendatum & expoſitum. Θέμα in agonibus.

## CAP. XIV.

Tentata loci cuiuſdam è D. Pauli epiſtolis emendatio. Κηρύξας, quid apud Chriſtianos propriè ſignificet. Interpres Iſidori Peluſiotæ notatus. Ὑπωπιάζειν. Seneca è manuſcripto correctus libro. De caſtigatione corporis. Domandi verbum pugilatitium; ad marg. Chryſoſtomus emendatus. Cilicium quod ſuccinctorium pœnitentiæ: cuius origo indagatur. Ieiunium, eiúſque cæſtus & agones. Anima pro homine vel eius carne, aut corpore.

## CAP. XV.

Continua exercitatio athletarum. Gymnaſia quando Romæ inſtituta Lipſius ad Tacitum notatus. Græco ſtadium. De gymnaſijs è Galeno, frictionibus, & lauationibus Ἀποθεραπεία. Exercitationum variæ ſpecies. Laſſitudo athletarum poſt immodica plerumque certamina, vt curaretur, aut præcaueretur. Τέλειον γυμνάσιον, τὸ δι' ὅλης ἡμέρας, ὃ καὶ Κατασπουδὴ. φυλάξασθαι ad marginem. Iidem Xyſtis & balneis præfecti. Emendata vetus inſcriptio.

## CAP. XVI.

De gymnaſio Neroniano aduerſus Lipſium. Oleum ad quid præbitum. Athenæi locus de Antiochi Epiphanis editione ludorum expoſitus, notato interprete; Vbi de Oleo præbito cuius & in thermis vſus, & in campeſtribus exercitationibus. Ad hoc allatæ inſcriptiones vetuſtæ. Album agoniſtarum apud Olympiam: Ἀπογράψαι à quo diuerſum ἀναγράψαι in margine. Editio nominis ac profeſſio, vt ipſorum, ita tinctorum atque inunctorum in baptiſmo fidelium velut athletarum Chriſti. Clericorum quoque ſed orthodoxorum in commentariis Eccleſiæ perſcripta nomina: hæreticorum abolita. Scholarium noſtratium matriculæ origo, ad Muſæi Alexandrini album relata. Ariſtidis locus expoſitus, & item Lucilij atque Arriani Album agoniſtarum & in muſicis ludis. Ad ludos inuitatio præconis voce ac tuba. Citatio agoniſtarũ præconia: quo ea ordine fieret, item circunductio per ſtadium. Pindarus illuſtratus.

CAP.

## Cap. XVII.

Athletarum probatio quæ ἐγκρίσεις καὶ ἀποκρίσεις Ariſtidi, ac Philoni: Qui inter athletas non recepti. De ſeruis notatus error auctoris librorum de re gymnaſtica; illuſtrato Vlpiano. Seruile monomachorum certamen Aricinum. Athletica vitæ ratio illiberalis. Ariſtotelis locus expoſitus. Athletæ ſeruilibus verberibus nonnunquam coerciti, vt vitibus milites Romani, & apud ipſos extranei milites fuſtibus. Serui in athletarum numerum non allecti: Æſchine in eam rem expenſo. E Dionyſij Halicar. loco tria menda ſublata. Libertini admiſſi inter athletas & ſimili ratione in Chriſtianis aſcetis: licet inter martyres nulla conditionis, ſexus, ætatis, differentia ex Theodoreto (qui emendatur ad marginem) tamen inter clericos & monachos præterquam inuitis patronis: Seruilis adſcriptitiæ vel colonariæ conditionis homines ne volentibus quidem dominis inter iſtos antiquitus recepti. Sed è poſterioribus Iuſtiniani conſtitutionibus non volentibus modò, verùm etiam ignorantibus dominis inter Monachos, allecti: & quidem ita vt per monachiſmum dominica poteſtate poſt certum tempus liberari poſſent, quandiu tamen in monaſterio permanerent: A quo vel à clero eos retrahendi ius dominis eo caſu perpetuum eſſe Leo philoſophus & imperator conſtituit. Veteris conſtitutionis nomē in Leonis atque Anthemij reſcripto. Notatus ad marginem Balſamon apud Photium. De probatione perſonarum ad baptiſmum accedentium: & ſeptem ſcrutiniis ex ordine Romano: vnde macula fortean eluitur, ad marg.

## Cap. XVIII.

Themiſtij locus de illa probatione Athletarum explicatus & emendatus. Bomonicæ διαμαστιγώσεις. Pauſanias interim caſtigatus, atque Themiſtius: de Laconum regum familiis. Probatio Pythagorica, & monaſtica ſublato intereà mendo ex ordinis Pontificalis codice. Militia cœleſtis ſiue Chriſtiana. Sacræ probatoriæ. Poëtici apud Toloſates agonis leges, & ex ijs agoniſtarum probatio.

## Cap. XIX.

Athletas interdum ſine pugna, qui tamen in ſtadium deſcendiſſent, coronatos. Adagium apud Platonem & Plutarchum expoſitum. Relinqui λείπεσθαι: caſtigato bis Dione Chryſoſtomo & quodam inſcriptionis antiquæ lapide. Λείπεσθαι deficere ac vinci: notato interprete Athenæi ad marginem, cui πλεονεκτεῖν contrarium apud eundem Plutarchum reprehenſo eius interprete: ſed & τὸ διώκειν apud D. Paulum. Excluſum ab agonibus eum qui ad diem præſtitutam non adfuiſſet. Alius Plutarchi locus expoſitus notato itidem interprete in marg. Detrectantem certamen, aut ex eo fugientem, pro victo habitum. Interdum eos qui fraude aduerſarij ſuperati forent coronatos. Dolum ac proditionem inter agoniſtas in reprehenſione poſita. Epheſiæ literæ incantatoriæ: Suda correcto quem Parœmiographus non intellexit. Ecquid Alcibiades Olympionica verberatus ab Elæis. Victos quoque ſuis, ſed minoribus affectos præmiis. Τὸ ἀέθλιον apud Homerum ὑποκοριστικῶς aduerſus Euſtathium exponitur. Leptotes exempla.

## Cap. XX.

Prima, ſecunda, tertia in agonibus præmia, Philonis præcipuè ac Herodiani locis expoſitis: τὰ πρωτεῖα δευτερεῖα & cæt. ſed & πρῶτα & δεύτερα: confirmata vulgari quam in dubium alij vocarant lectione ad marg. Themiſtius explicatus, Maiora præmia & minora. Lemniſcata palma. Ludi ſeu agones poëtici apud Toloſam, & eorum præmia: itémque commentarij. Athlothetæ ſeu Critæ. Præco qui & commentarienſis è vetuſtis idiomate vernaculo ante 240. annos conſcriptis legibus, quarum ipſa verba referuntur, Epulum, Tibicines, ex agonotheticorum ab Iſaura Clementia conceſſorum reditu Iſauræ ſtatua cum inſcriptione in agonum loco. Præmia extraordinem à Cancellario tributa de ſuo. Hæc omnia non ſine vetuſto Græcorum exemplo.



## Cap. XXI.

Variis agonibus vnus eodem die decertare athleta potuit bis vt vinceret. De Stratone inſigni athleta, de Timone ac Cimone in eam rem loci. Paradoxonicæ apud Plutarchum, emendatis ipſius verbis, eorúmque reprehenſis interpretibus, ſed ita vt excuſentur quod poteſt. Paradoxi, qui Fortunatiano, Arriano, & lapidibus vetuſtis: qui Euſebio. Emendatur interim Arrianus & Suidas. Hominibus ipſis tributa hæc, Victoriæ, Veneris, Lyræ, Muſæ, Atticæ Muſæ, Domeſtici boni ſiue Ornamenti, atque Sapientiæ cognomina. Interdum omnia vnus auferebat præmia. Ἀκονιτὶ, ἀπονητὶ. Plutarchi de Alcibiade locus illuſtratus, Iſocrate adhibito, quem ipſius interpres aſſequutus non videtur, item Athenæo atque Thucydide. ζεῦγος, ξυνωρίς. Biga Olympicis agonibus addita ætate Alcibiadis. longè anteà currus, quo Alcmæon Athenienſium primus inibi vicerat. Alium poſcere. Nemo ſine pugna propriè victor: citato imprimis B. Chryſoſtomo, in quo macula quæpiam deletur. Sed coronatus tamen etiam non victor, ſi leges athleticas omnes obſeruaſſet. Victor etiam poſt lapſum: ex Ambroſio, Chryſoſtomo, Arriano, & Chryſologo; cuius verba caſtigantur. De lapſis pœnitentibus in Eccleſiam recipiendis nonnihil aduerſus Nouatianos.

## Cap. XXII.

Rurſum de victoribus ſine puluere, labore, aut ſudore Ἀκονιτί. Præſtantiſſimorum Athletarum nomina: Leonidas in marg. Item Glaucus Caryſtius Polydamas. Philammon, Soſtratus, Euthymus, Dicon, Glycon, Craterus, Harpalicus, Melancomas, Iatrocles, Theagenes μυριόαθλος, (de quo Chryſoſtomi Dionis locus, cum Pauſaniæ comparatus loco) & Milo. Ἀφή. Notata recens quædam Budaicæ contraria opinio de victoribus ſine puluere. Hieronicæ interdum mortui coronati: vt Arrichion & Creugas.

## Cap. XXIII.

Iuſiurandum de obſeruatis legibus athleticis præſtitum ab athletis. Item alterum ab Hellanodicis de iuſta, ſyncera & ſecreta iudicatione. Integritas Hellanodicarum ſimplicitati coniuncta. Commendatitiæ agoniſtarum ad ipſos literæ poſt certamen demum reſignatæ. Scommata in Hellanodicas iactata è Plutarchi duobus locis, Herodoto item atque Diodoro. Plutarchus adhibito Pauſania caſtigatus. Hellanodicarum poteſtas ac munus. Ariſtoteles expoſitus. Brabeutarum poteſtas ac munus. A quorum vno relata Hieronicarum & ludorum præſidis in commentarium publicum nomina, è Pauſania, Strabone, Arriano, & vetuſtis marmoribus: notato Strabonis interprete. Grammateia ſeu tabularia gymnaſiis adiuncta. Ἀναγράψαι. Laërtio lumen allatum. Olympia-

*dis deſignationi, victoriis plerunque adſcriptum ab hiſtoricis nomen. Quando tempus ab Olympiadibus cœptum ſupputari, & qua tempeſtate anni, quóve interuallo temporis Olympia celebrata: ad margi. Gymnaſticon Philoſtrati.*

## Cap. XXIV.

*Prouocatio ab Hellanodicis ad Elæum ſiue Olympiacum Senatum. ab Amphictyonibus ad Agenothetam, ab hoc ad Romanum Imperatorem. Hellanodicæ per decem menſes à Nomophylacibus de officio ſuo admoniti, ad quos fortaſſe, itidem vt ad Senatum fuit prouocatio, Ἀπάλαιστοι motus Hellanodicarum ſenior quiſque præibat. Codicilli à Principe ipſis conceſſi.*

## Cap. XXV.

*D. Paulus explicatur, quodam ad Timotheum loco. Exponitur principale reſcriptum de vacatione munerum athletis conceſſa poſt tres demum coronas adeptas: & quid noui iuris eo inductum fuerit oſtenditur antiqua Græcia, quæ Achaia. Ludi antiqui. Pliniani loci lectio in dubium vocata. Achaicus currus apud Horatium. Achæum ſtadium, Achæa præmia, apud Sulpitium & Papinium. Vetus Gallia. Vetus Pergamum. Antiqua Italia. Vetus Roma & noua.*

## Cap. XXVI.

*Quibus locis antiquitus gymnici ludi exhibiti. Epheſus ac Triopus Ilium, Syracuſæ, Delos, Nicopolis, Pergamus, Smyrna, Mænala, Platææ, & Lebadia, vtrumque in Bœotia oppidum ſicuti & Thebæ: Dium denique in Macedonia Chios, Cheronæa. Expoſitus obiter Aeliani locus vnus; & Laërtij Diogenis alter, qui ab interprete non perceptus, interim corrigitur. Gymnaſia in omnibus Græciæ oppidis. Iunonia feſta quæ Lyſandria. Neapoli ludos gymnicos, muſicóſque luſtrales celebratos, qui Auguſtales dicti & Græco vocabulo Auguſtæa, itémque Sebaſta, vt Pia quæ Puteolis certamina. Chryſanthinus agon in vetuſta inſcriptione atque Chryſantianus Sardianorum in quodam pandectarum loco, cuius lectio partim in dubium vocatur, partim caſtigatur. Non vbique licitam nec ſine auctoritate publica gymnici agonis aliorúmve ſpectaculorum celebrationem, ex Plinio & Modeſtino.*

## Cap. XXVII.

*Nicenſe gymnaſium, item Antinoium apud Antinoum Thebaidis oppidum ab Adriano cõditum, honori Antinoi catamiti, & apud Mantineam Arcadiæ celebrari cum ſacris ſolitum. Loto roſeo Antinoium cognomen datum ex quo Antinoiæ coronæ Antinôium ſydus. Cherſoneſitarum agon equeſtris & gymnicus. Alexandrinum gymnaſium & Muſæum è Spartiano, Dione Chryſoſtomo & Vitruuio qui obiter emendatur. Quinquennale certamen multiplex Hieroſolymis, & apud Cæſaream: Theatrale ac Circenſe apud Antiochiam, ibique alentium equos immunitas. Gymnici ſeu Pythici agones Carthagini: De quibus Tertullianus emendatus: & in Codice Iuſtinianico locus expoſitus. Ephæbia gymnaſijs adiuncta quæ fuerit, diſceptatum aduerſus alios, ἡβητήρια apud Athenæum & Euſtathium: Plutarcho expoſito aliquot locis aduerſus interpretes. Varino interim & Suda notatis. Cauponarum apud veteres atque ganearum infames loci, & ideò cum meritorijs ſiue Lupanaribus coniuncti. Nauis Hieronis, in qua gymnaſium ambulationes. Aphrodiſium Scholaſterium cum bibliotheca & balneum. Syriacæ Voluptates ac deliciæ. Grammateia publica epulorum loca. Explicatus aliter atque ab interprete Athenæus & apud ipſum grammateij nomẽ expoſitum. Inſcriptio Græca vetus obiter correcta & expoſita. Grammateium æneum in Olympijs quid ſit apud Aelianum.*

## Cap. XXVIII.

*Macchabæorum locus de Ephebia gymnaſio adiuncta explicatus. Sub petaſum agere vel ducere. Circa id Lyrani probata interpretatio: ſicut & de Cadeſim in libris Regum qui Græcè τετελεσμένοι. Reprehenſa circa gymnaſij vocabulum. De Petaſo reiectis aliorũ opinionibus, allata plurima minimè vulgaria. Expoſitus Athenæus aliter atque ab interprete. Petaſus aurigarum proprius: non curſorum, qui nudi contendere ſoliti: ſicuti diſcoboli quoque nudo capite. Πῖλον. Altera de adactis ſub Petaſum allata interpretatio. ἡβητήρια popinas ſiue ganeas fuiſſe non lupanaria. Ephebia cellæ Epheborum gymnaſiis adiunctæ: παρασίτιον cum quo idem fortè an ἐφήβιον ſeu ἡβητήριον. Ἐφηβεύειν; notato Hippocratis interprete. Petaſus & curſorum & aliorum athletarũ, ſed extra ſtadium tamen imitatione Mercurij Enagonij, qui Petaſatus. Cur de antiqua Græcia diſertè cautum in reſcripto principali. De promotis ad magiſterium in famoſis vniuerſitatibus iuxta concordata. Item de probatione Magiſtrorum Regentium ſiue Anteceſſorum ſicuti Sophiſtarum apud Græcos ſub Romanis Imperatoribus: Déque Sophiſtarum auctoritate ſiue Regia quadam poteſtate atque tyrannide. Denique de examinatione, probatione ac per gradus promotione clericorum.*

## Cap. XXIX.

*De conſtituenda cuiuſdam apud Tacitum loci lectione aduerſus clariſſ. Lipſium agitur pleniſſimè. Ludorum religio. Curules ludi à principibus Romanis dati populo, ſuis ſuorúmve natalitiis. Panathenæa. Dij Ætti ci, Gymnici Panatheneis ludi, & iam inde à Pericle Muſici exhibiti. De filijs Themiſtoclis apud Suidam locus vnde ſumptus, Plutarcho adhibito, ad marg. cuius verbis ab interprete non perceptis ille inuicem affulget. Ludi in campis Marathoniis certamina Hellotijs ſacris. Corinthi & Athenis: itémque apud Æginã & Dialibus ludis apud Athenas. Eleuſinium & Theſeum certamen de quibus Agellius, atque Ariſtides. Emendatus Dio. De non exhibendis Circenſibus gymnicis, theatralib. ludis muneribúſve per dies dominicos, alióſque Epiphaniorum Paſchæ & quinquageſimæ ſolemnes etiam ſi natalitia Imperatorum in eos incurrerint: quorum tamen etſi Chriſtianorum ſucceſſione, atque inauguratione Circenſes dati, vt ex his illa innoteſceret. Emendato interim Euagrio. Taciti locũ illum de Circenſibus ad exemplum Atticorũ exhibitis intelligẽdum. Suetonij locus de ludis Atticis. Caſtigatio Lipſiana reprehenſa, & allata noua, ſi quid tamen vlla opus eſſe cuipiam videbitur. Antiqua vel Achaica religio.*

## Cap. XXX.

*Totius operis agoniſtici concluſio.*

# AGONISTICON.

## P. FABRI SAN-IORIANI IVRISCON. CONSILIARII REGII, Libellorum Exmagiſtri, & in Senatu Toloſano Præſidis,

SIVE

## *DE RE ATHLETICA, LVDISQVE Veterum gymnicis, Muſicis, atque Circenſibus Spicilegiorum tractatus tribus libris comprehenſi.*

## LIBER PRIMVS.

*Operis huius Agoniſtici præfatio. Argumentum.*
*Verba reſcripti principalis quod exponendum ſuſcipitur.*
*Finalis cauſa ipſius: item ſcopus & finis rei Athleticæ.*

### CAPVT I.

PRÆPOSTERVS mihi ſemper ac inutilis eorum viſus eſt, & in omni, & in hoc [a] præſertim genere ſcriptionis labor; qui actum agunt, nec alia, quàm quæ vel cæteris omnibus, vel ex eruditorum cohorte cuipiam placuiſſe conſtat, ipſi proferunt in medium: etiam-ſi alio fortaſſe modo (quod de Stoicis apud M. Tullium [b] legitur) ea enarrent ac differant. Illius contrà eximij ac præcellentis Iureconſulti bo-

[a] *Semeſtriũ obſeruationũ, quarum ἀποσπασμάτια quædam ſunt hi tres de re Athletica tractatus.*

[b] *lib. 4. Tuſculan. vide quæ ſcripſi cap. 21. lib. 1. Semeſt.*

num eſſe factum duco; qui nos iſta Iuris diſciplina, quam tractamus & excolimus, adhuc iuuenes informauit, Iacobi Cuiacij: cùm aliorum Repetitionibus (quas ipſi vocant) valere iuſsis; ea tantùm ſcribendo exhibet quæ orealio indicta ſunt, nec habeas vnde alioqui expiſcari poſsis atque pernoſcere. Quod enim cætera in re omni, ſi naturæ conuenienter viuas rectum cenſere debes, quam nihil fruſtràfacere ipſi philoſophi [a] tradunt; cur non in ſcriptione itidem exiſtimes? Quamquam eorum Doctorum damnare diligentiam nolo: qui, vbi difficiles iuris nodos & ænigmata diſſoluere ſtatuunt, veras an falſas aliorum ſententias breuiter ac ſtrictim, quaſiq; per indicem relatas, vel comprobant noua quapiam ratione atq; illuſtrant; ſed ita vt priores ſua laude ne defraudent (quod fucis quibuſdam ſordidis planè ac illiberalibus hodiè mirum quantum in more eſt) vel etiam improbant damnantq;: ſi non immodeſtè tamen atque iracundè; ſed potius cum bona illorum venia id factum velint, qui dum honori velificarentur ſuo, non minimùm induſtriæ ad vtilitatem noſtram conferre ſe crediderunt. Equidem trino ſermone ſiue tractatu iſto, Diocletiani & Maximiani principum reſcriptum [b] de vacatione munerum athletis conceſſa, quod in Codice Iuſtiniani extat, ita explicare conſtitui; vt ea quidem quæ circa gymnicos ludos ab aliis prętermiſſa, ſecúſue, ac ipſe ſentio prolata ſunt, paucis (quantum rei difficultas patietur) deliquem, atque adpoſitis auctorum tam Græcorum quàm Latinorum teſtimoniis illuſtrem: de Circenſibus, muſicíſque nonnulla interim (vt fit) permiſceam; rerúmque Græcarum varietate, atque adeò voluptate (quam elegantia & pulchritudo parere ſolet) immò etiam vtilitate, quæ non mediocris ex veterum libris percipitur; tripertitum Syntagma iſtud quod paro, τὰ παραλειπόμενα καὶ τῆς δηλώσεως ἢ ἐπανορθώσεως δεόμενα, ὡς οἷόν τε διϊχνεύμενος καὶ σαφέστερον ἐξηγούμενος condiam. Eius Reſcripti hæc omnino verba ſunt:
» Athletis ita demum, ſi per omnem ætatem certaſſe, coronis
» quoque non minus tribus certaminis ſacri, in quibus vel ſemel
» Romæ, ſeu antiquæ Græciæ meritò coronati, non æmulis cor-
» ruptis ac redemptis probentur, ciuilium munerum tribui ſolet vacatio. Quibus nimirum verbis athletarum fraudibus occurrere principes voluerunt: poſt indeptas quaq; ratione coronas pro

[a] *Ariſt. lib. 5. Ethicor. Nicom.* ὅτι φύσις μάτην οὐδὲν ποιεῖ.

[b] *l. vnica de Athlet. lib. 10. Cod.*





pro agonum ſacrorum præmio præſtari ſolitas, ita ſe ciuilium publicorúmque munerum functioni eximere parantium; non paruo vtique incommodo, atque detrimento Reipub. cuius intereſt, tum vt ad ſubeundos athleticos labores incitati per has immunitates, aliáq; præmia victoribus attributa, plurimi fortiores ſe magíſque animoſos, & tolerandis militaribus laboribus pro Republica, ipſius etiam vel propagandis vel tutandis obiectu corporis finibus, efficiant (hunc enim eſſe finem athleticæ debere, vt rei militari ſubſeruiat, ipſe quoque Plato [a] exiſtimauit: & verò gymnici agonis laudes Dionyſius Halicarnaſſeus [b] ex eo deduci non iniuria poſſe iudicauit, ὅτι ὁ τρόπος τῆς ἀγωνίας χρήσιμος πρὸς τὴν ἀνδρείαν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις, quod genus iſtud exercitationis ad virtutem bellicam magnopere conducat) tum etiam ex diuerſo, vt munera quæ patrimoniis, communis vtilitatis gratia indicuntur, iuxta reſcriptum Imp. Antonini [c] ſubeantur ab omnibus: ac denique vt his immunitatum priuilegiis qui fruantur perpaucos, cóſque peritos & probos artifices atque athletas notæ virtutis, probatíque roboris, obſtrictę huiuſmodi munerum functioni ciuitates habeant: quemadmodum & profeſſores, hoc eſt grammaticos, ſophiſtas, rhetores (eos inquam qui publicè iuuenibus proſunt philoſophos, oratores, grammaticos) itémque medicos, illos ſcilicet qui περιοδευταὶ ſiue circuitores nuncupantur; itidem numero perpaucos (iuxta diſtinctionem vtique metropoleôn municipiorum atque oppidorum, conſtitutionibus principalibus introductam [d]) eſſe oportere conſtitutiones Imperatorum illæ definiunt.

*Obſonia & alimenta hieronicis à ſuis cuiuſque oppidis præſtita. Coronatæ hieronicarum patriæ. Coërciti à Solone ſumptus qui in hieronicas fierent. Galenus athletis & gymnaſtis infenſior è repub. deturbabat omnem athleticam, ſicut Ægyptij: cùm tamen ipſi faueat Plato. Cuius ætate aut paulò antè vſurpari cœperat gymnaſtica. De ipſius Platonis ſententia diſputatur aduerſus Galenum. Curſus militibus inutilis exiſtimatus à Lacedæmoniis, & à Diogene Cane improbatus, non tamen à Platone ac Papinio: non ab Epaminonda apud Æmilium Probum: non ab Athenæo. Quamobrem athletica ab Imperatoribus Romanis retenta. Athletarum nomen vtrum generaliter, an propriè ac ſtrictè in hoc reſcripto accipi debeat. Artifices itémque Muſici.*

[a] *lib. 7 de legib. fol. 814. ex quo verba ipſa poſui ſub initium libri 3. facit etiam quod de luctatoribus Lacedæmoniis è Philoſtrati Arrichione inferius profertur.*

[b] *In arte* περὶ γυμναστικῶν *fo. 34.*

[c] *lib. 2. C. de muner. patr. lib. 10.*

[d] *videto in l.* ἐὰν δύο *6. in prin. & §. philoſophis. D. de excuſat. tutor.*

## Cap. II.

APVD veteres quidem Grȩcos etiam qui vicerant, adeò eſſe magno ſuæ reipubl. diſpendio cenſebantur; cuius annuis etiam ſumptibus (ſi qua Vitruuio [a] fides) alerentur: vt aduerſus patriam potiùs, quàm aduerſus antagoniſtas, æmulóſque coronati eſſe viderentur, qui tamen ipſi de more ob victoriam è ſacris certaminibus reportatam non coronari, ſed patrias ſuas coronare dicebantur, vt Plinius [b] refert. Quamobrem eos coërcendos ſumptus atque mercedes moderandas cenſuit Solon: in cuius vita Laërtius, ἀθληταὶ δὲ καὶ ἀσκούμενοι (ait) πολυδάπανοι, καὶ νικῶντες ἐπιζήμιοι, καὶ στεφανοῦνται κατὰ τῆς πατρίδος μᾶλλον, ἢ κατὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν, γέροντές τε γινόμενοι κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

τρίβωνες ἐκλείποντες οἴχονται κρόκας.

ὅπερ συνιδὼν ὁ Σόλων μετρίως αὐτοὺς ἀπεδέξατο: exiſtimans fortaſſe ad falſam illam vanorum Deorum religionem pertinere totam rem athleticam, cum cætero ludorum omni genere; ad populi verò voluptatem potiùs, quàm vtilitatem aliquam. Quapropter ab optimè conſtituta Repub. eliminandam atque exturbandam artem illam, cuius cultores & profeſſores omnino ſint non Reipub. modò belli aut pacis tempore, ſed priuatis etiam ad valetudinem curandam, atq; conſeruandam aliaq; omnia inutiles; Galenus ille præſtantiſsimus medicus, verùm gymnaſtis atque adeò athletis, quos illi exercerent infenſior, haud paulò quàm par eſſet, pronuntiauerit: ſic admodum ſcribens ad Thraſibûlum, de palæſtrico illo deprauato (nam κακοτεχνίαν ὑποδύουσαν ὀνόματι σεμνῷ ipſe nuncupat) artificio; ὅπου γε καὶ ἡ ὑγιαίνουσα πολιτεία μισεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ βδελύττεται: πάσης μὲν τῆς εἰς τὸν βίον ἰσχύος ἀνατρεπτικὸν ὑπάρχον, οὐκ εἰς ἀγαθὴν δὲ τοῦ σώματος ἄγον διάθεσιν. ἐγὼ γοῦν ἐπεθεάθην ἐμαυτοῦ πολλάκις ἰσχυροτέρους τῶν ἀρίστων εἶναι δοκούντων καὶ πολλοὺς στεφανίτας ἀγῶνας ἀνῃρημένων ἀθλητῶν. εἴτε γὰρ ὁδοιπορίαις ἁπάσαις ἀχρηστοι τελέως ἦσαν, εἴτε ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν πολιτικαῖς τε καὶ γεωργικαῖς. εἰ δέ που καὶ φίλῳ νοσοῦντι παραμεῖναι δέοι πάντων

[a] lib. 9.

[b] lib. 7. nat. hiſt. cap. 26. vbi de Pompeio, & lib. 16. c. 4. vide Heliod. li. 4. hiſt. Æthio. fo. 87. v. Xiphilini locū de Nerone Hieronica proclamato à præcone, ipſaq; concepta præconij verba, quæ inferius adſcribam lib. 2. & illum alterum D. Io. Chryſoſt. ex homil. 6. ad pop. Antioc. Præterea illū Philoſtrati ex lib. 5. de Apollonio, quem paulò poſt proferā, vbi de virgis Hellanodicarū. Ideò Pindar. olim. od. 14. ſub finē, ἕνεκα Ὀλυμπιόνικος ὁ Μινύα σοῦ ἕκατι. Ideò apud Philoſtratum lib. 2. de vita Sophiſta. in Hippodromo ita ſcriptum vbi de Clemēte Byzantio tragœdo, νικῶν δὲ κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς τὸ Βυζάντιον ἐπολιορκεῖτο ἀπῄει ἁμαρτάνων τῆς νίκης, ὡς μὴ δοκοίη δι' ἑνὸς ἀνδρὸς κεκηρύχθαι πόλις ὅπλα ἐπὶ Ῥωμαίους ἠρμένη. Saluia. lib. 7. de guber. Dei. Plutar. eo. apophth. Laconi. loco, qui à me lib. 2. proferetur vbi de clamore ſpectatorum in ludis. Alios iſtis prætermiſſis hac ipſa de re vetuſtorum auctorum locos libri ſequentis cap. 14. exhibebimus.



ἀχρηστότατοι συμβουλεῦσαί τε καὶ συσκέψασθαι καὶ συμπρᾶξαι. Eadem Ægyptiorum fuiſſe ratio videtur, Muſicam omnem æquè ac palæſtram à ſuis ciuitatibus excludētium: ſicuti Diodorus [a] in hæc verba ſcribit; παλαίστραν δὲ καὶ μουσικὴν οὐ νόμιμόν ἐστι παρ' αὐτοῖς μανθάνειν: ὑπολαμβάνουσι γὰρ ἐκ μὲν τῶν καθ' ἡμέραν ἐν τῇ παλαίστρᾳ γυμνασίων τοὺς νέους οὐχ ὑγίειαν ἕξειν, ἀλλὰ ῥώμην ὀλιγοχρόνιον καὶ παντελῶς ἐπικίνδυνον. τὴν δὲ μουσικὴν νομίζουσιν οὐ μόνον ἄχρηστον ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ βλαβερὰν, ὡς ἂν ἐκθηλυνοῦσαν τὰς τῶν ἀνδρῶν ψυχάς. Nihilominus tamen vt ea prætermittam, quæ in vtramq; partem hac de re à Luciano diſſeruntur Anacharſi: cùm omnium maximè celeritas, ſiue agilitas manuum, pedúmque militiæ conducat, horum quidem ad fugiendum & inſequendum, ſicuti manuum pugnæ conflictuíque, in quibus illæ conſeruntur; quando huic rei robur & vires ſunt neceſſariæ, vt inquit Plato [b]. Propterea cùm paulò ante ipſius Platonis tempora, gymnaſtarum ars ſimul cum athletico vitæ inſtituto vſurpari cœpiſſet (quemadmodum Galenus memorat [c] quo loco, ἤρξατο γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν ait τῶν Πλάτωνος χρόνων ἡ τέχνη τῶν γυμναστῶν, ὅτε περ καὶ τὸ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα συνέστη) rem athleticam in ſua Republ. philoſophus [d] retinendam cenſuit: hactenus ſcilicet, vt gymnicis certaminibus, ſi quæ ab bellicam exercitationem conferrent, ſua quadam ratione certa temperatis, victoriæ præmia conſtitueret; quæ verò non iuuarent, ea prætermitteret: ὡς ὅσα μὲν γυμνικῶν ἀγώνων πρὸς πόλεμόν ἐστιν ἀγωνίσματα, ἐπιτηδευτέον καὶ θετέον ἆθλα νικητήρια καὶ νομοθετητέον, πρῶτον μὲν τὰ περὶ δρόμον καὶ τάχος. ὅσα δὲ μὴ πρὸς πόλεμόν ἐστι χαίρειν ἐατέον. Tametſi non ignoro quid Galenus de illius philoſophi ſententia, ex libro eius de Repub. tertio, in ſupra d. loco ad Thraſybulum ſcripſerit: quod confutare aut conuellere, nunc quidem operæ non duco; non magis quàm quod curſus exercitationem auſus eſt in libello de ludo paruæ pilæ, inutilem bellicæ rei eſſe dicere: tam calumnioſè hoc quidem, vt videtur, ac cynicè (nam Canis Diogenes apud Dionem Chryſoſtomum [e] cum ſtadiodromo Iſthmionica loquutus; pernicitatem, ignauiæ ac timiditatis ſignum eſſe pronuntiauit) quàm aduerſus ea quæ Statius Papinius [f] ſic ferè cecinit,

Sollici

[a] Diodo. Sicul. lib. I. Biblio. fol. 51. Circa Muſicos autem quod ait Diodorus: id ipſum Dionyſ. in arte in c. περὶ πανηγυρικῶν, f. 33. & 34. vbi, ἡ δὲ γυμνικὴ, ὅτι τὴν μουσικὴν ὡς ἐκθηλύνουσαν τὴν ψυχὴν παρῃτήσατο τὴν δὲ ῥώμην τῶν σωμάτων περιέλαβε.

[b] Cuius hæc verba ſunt, ex 8. de legibus fo. 832. ἔστι γοῦν πάντων πολεμικώτατον ἡ σώματος ὀξύτης πάντως. ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ποδῶν ἡ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν. φυγεῖν μὲν καὶ ἑλεῖν, ἡ τῶν ποδῶν, ἡ δ' ἐν ταῖς συμπλοκαῖς μάχη καὶ σύστασις ἰσχύος καὶ ῥώμης δεομένη.

[c] Ad Thraſybulum in ſup. dict. lib. f. 296. lin. 53.

[d] In ſup. dicto loco fol. 832. & ſeq.

[e] In Diogene ſiue Iſthmico, f. 95. p. 2. Aldini lib. οὐκ οἶσθα ἔφη ὅτι τὸ τάχος δειλίας σημεῖόν ἐστι τοῖς γὰρ αὐτοῖς ζώοις συμβέβηκε ταχίστοις τε εἶναι καὶ ἀνανδροτάτοις.

[f] lib. 6. Thebaid.

*Sollicitat tunc ampla viros ad præmia curſu*
*Præceleres. Agile ſtudium & tenuiſsima virtus*
*Pacis opus cum ſacra vocant, nec inutile bellis*
*Subſidium ſi dextra neget.*

Sed & aduerſus illa quæ ſuperiùs à Platone attuli; receptamq; Vegetij, Polybij, & aliorum, qui de re militari tractarunt ſententiam; his admodum verbis differens [a]: οὐκοῦν οὐδὲ δρόμους ἐπαινῶ, τῷ καταλεπτύνειν τὴν ἕξιν, καὶ τῷ μηδεμίαν ἄσκησιν ἀνδρείας ἔχειν. οὐ γὰρ δὴ τῶν ὠκέως φευγόντων τὸ νικᾶν, ἀλλὰ καὶ τῶν συστάδην κρατεῖν δυναμένων· οὐδὲ διὰ τοῦτο Λακεδαιμόνιοι πλεῖστον ἐδύναντο τῷ τάχιστα θεῖν, ἀλλὰ τῷ μένοντας ἀναιρεῖν. At quicquid Galeno hac de re viſum fuerit, illis potiùs credendum quos antè nominaui Philoſophis atq; Hiſtoricis: ac vel vni Epaminondæ, de quo in hęc verba narratum ab Æmilio Probo memini; Poſtquàm ephœbus factus eſt, & palæſtræ dare operam cœpit: non tam magnitudini virium ſeruiuit, quàm velocitati. Illam enim ad Athletarum vſum, hanc ad belli exiſtimabat vtilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimùm currendo, & luctando ad eum finem, quoad ſtans complecti poſſet atque contendere. Athenæus etiã quodam loco [b] Pyrrhicham (ſaltationem vtique armatam) in qua opus velocitate fuerit; ideò commendat, quòd ipſa velocitas ad rem militarem vſui ſit maximo: idq; his omninò verbis; πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυρρίχη, ἐν ὅπλοις γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται. τάχους δὲ δεῖ τῷ πολέμῳ εἰς τὸ διώκειν καὶ εἰς τὸ ἡττωμένους φεύγειν, μηδὲ μένειν μηδ᾽ αἰδεῖσθαι κακοὺς εἶναι. Romanis verò Imperatoribus partim voluptatis populorum (vt de religione taceam: cuius illi quidem auctores huius reſcripti, quoniam gentiles erant rationem habere potuerunt; Iuſtinianus, qui ſuo id Codici iuſsit inſeri, vtpote Chriſtianus, non item) partim etiam vtilitatis publicæ gratia: quò ſcilicet per exercitationes pleraſque huiuſmodi, habiliores & expeditiores ad rem militarem (vt antè dixi) iuuenes fierent; gymnicos agones atq; athletas iam olim in antiqua Græcia & ante

[a] *Vbi de Lacedæmoniis quod ait, hoc ad Androclidam poſſis referre: quem, cũ eſſet vna mutilus tibia, nomenq́; militiæ dare volens, ob id corporis vitium repelleretur, dixiſſe ferunt: non tamẽ fugientibus ſed cõſiſtẽtibus aduerſus hoſtes depugnandũ eſſe:* ἀλλ᾽ οὐ φεύγοντα (εἶπεν, *vt apud Plutar eſt in apophthegm. Laco. f. 384. lib. à Steph. excuſi*) μένοντα δὲ δεῖ τοῖς ἀντιτεταγμένοις μάχεσθαι. *Cui ſimile quod ab eodem Plutarch. in eo ipſo lib. fol. 395. Callicratidæ tribuitur depugnaturũ ad Arginuſas Hermoni gubernatori admonenti, multo plures Athenienſium triremes: reſpondiſſe,* καὶ τί τοῦτο; ἀλλὰ φεύγειν αἰσχρὸν καὶ βλαβερὸν τῇ Σπάρτῃ· μένοντα δὲ ἢ ἀποθανεῖν ἢ νικᾶν ἄριστον. *Itemq; Ageſilao à quo claudum Lacones in militiam eundi cauſa quærentem equum: tale reſponſum abſtuliſſe, idem eodem lib. narrat, fol. 372.* [illegible] ἔφη ὅτι οὐ φευγόντων ἀλλὰ μενόντων ὁ πόλεμος χρείαν ἔχει.

[b] *lib. 14. Deipnoſoph. fol. 269.*



ante ipſius Platonis tempora receptos, in orbis Romani repub. retinere placuit.

Porrò Athletarum nomen generaliter & latiſsima ſignificatione in hoc loco accipiendũ aliquando credidi: vt ad quoſlibet ſacrorum, hoc eſt non gymnicorum modò, quæ in palæſtris, xyſtis, & ſtadiis exhiberi ſolita, de quibus apud Xenophontem; [a] ſed muſicorum quoque, ſiue ſcenicorum ludorum agoniſtas, τοὺς τὴν θεατρικὴν μουσικὴν (vt Ariſtoteles [b] loquitur) μεταχειριζομένους omnéſque aſcetas ab Atticis nominatos, producerentur: exceptis tamen actoribus, ſiue hiſtrionibus, pantomimis, & reliquis id genus artificibus ſcenicis; quos cùm à Latinis [c] ita vt à Græcis [d] τεχνίτας, τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον, ſiue διονυσιακοὺς vocatos eſſe memoret: ipſos tamen coronatos ſaltaſſe, vnde coronã, quaſi choronam ἀπὸ τοῦ χορο[illegible] dictam, & iſtud coronæ præmium vti mererentur, enixè contendiſſe Athenæus [e] ex Appionis libro de lingua Latina retulit. Et mouebar eo ſcilicet quòd Romæ, iam inde à Nerone principes quoque ſcenam inſcendiſſe, citharam tentandi cauſa; proceres Romanos ſpecie orationum & carminum, ſcena pollutos de Tacito [f] didiceram. Nunc in ea opinione ſum, vt de ſolis gymnicorum agoniſtis, quos γυιοδάμας Pindarus [g] nominauit; atq; ita propriè ac ſtrictè athletarum vocabulum exponi debere pronuntiem. Nam etſi coniunguntur pleriſq; vetuſtorum & claſsicorũ auctorum [h] locis οἱ τεχνῖται μετὰ τῶν ἀθλητῶν: vt ſimilem penéque gemellam, ſi non eandem, vtrúmque nomen ſignificationem inibi habere videatur: quin imo muſicorum quoque præmia ἔπαθλα καὶ ἆθλα, βιαζόμενος δ᾽ ἂν καὶ ἐπ᾽ ἐκείνων εἴποι τις διονυσιακῆς ἀγωνίας ἀθληταί, ἀθληταὶ δὲ μουσικοὶ καὶ διονυσιακοὶ τεχνῖται, vt Pollux [i] tradit: vnde apud Platonem

[a] *Inde dictis & factis Socra.* ὥσπερ οἱ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἀθληταὶ ῥᾳδίως περιγιδόσαντες, *&c.*

[b] *lib. 8.* πολιτικῶν.

[c] *Cicero in ea pro Archia poëta ſub initium. Rheginos credo aut Locrenſes, &c. quod Scenicis artificib. largiri ſolebant. id huic ſumma ingenij prædito gloria noluiſſe. Seneca Epiſt. 11. Liuio libro 39. vbi. Multi artifices ex Græcia venerunt honoris eius cauſa: athletarum quoque certamen, tum primò Romanis ſpectaculo fuit, &c. quin & quos Græci* θυμελικοὺς καὶ ὀρχηστὰς *dicũt, hos artificum reliquorum nomine à Vitruuio lib. 5. deſignatos ſciendum eſt. Et à Liuio initio lib. 7. vbi de ludorum Scenicorum origine. Sicuti ſaltatores Muſici* δημιουργοὶ *dicti ab Athenæo libro 4. Deipnoſoph fol. 268. Aldini exemp. A quo etiam paulò antè in fol. 265. Amœbeus cytharædus* ἀνὴρ τεχνίτης κατὰ νόμους τῆς μουσικῆς *dictus fuerat. De Actuariis Thymeles, equorumq; curulium, vide in l. 21. & 22. Cod. Theodoſ. de diuerſ. apparit. & offic.*

[d] *Ariſtot. quem Agellius citat c. 4. lib. 20. noct. Attic. Illum videto problem. ſect. 30. quæſt. 10. Philoſt. lib. 5. de Apollo. Pollucem cap. 30. lib. 3. col. 187. & Athenæum lib. 5. Deipnoſoph. fol. 59. lin. 41.*

[e] *lib. 45. Deipnoſoph.*

[f] *lib. 14. Annal. & initio libri 16.*

[g] *Iſthmiis ad fin. Od. 5.*

[h] *In his Diodori Siculi lib. 20. fol. 788.* Ἀντίγονος δὲ προχειρισάμενος ἀγῶνα μέγαν καὶ πανήγυριν ἐν Ἀντιγονείᾳ συντελεῖν πανταχόθεν ἀθλητάς τε καὶ τεχνίτας τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐπὶ μεγάλοις ἄθλοις καὶ μισθοῖς ἤθροιζε. ὡς δ᾽ ἤκουσε τὴν Λυσιμάχου διάβασιν καὶ τῶν στρατηγῶν τὴν ἀπόβασιν, τὸν μὲν ἀγῶνα διέλυσε, τοῖς δ᾽ ἀθληταῖς καὶ τοῖς τεχνίταις ἀπέδωκε μισθοὺς οὐκ ἐλάττους διακοσίων ταλάντων.

[i] *d. c. 30. lib. 3.*

nem in VI. de legibus [a], Athletarum nomen tam ad muſicos quàm ad gymnicos ludos relatum videre eſt; vbi, ἀγωνίας δὲ ἔντε τοῖς γυμνικοῖς καὶ περὶ τὴν μουσικὴν ἀθλοθέτας ἀθλητάς: Propriè tamen ad gymnicos Athletarum vocabulum ſpectare, idem Pollux admonet, ſic ferè; ἰδίως δ' ὑπὸ τῶν γυμνικῶν ἆθλοι οἱ πόνοι, &c. ὥσπερ ἐπὶ τῶν μουσικῶν ἴδιον ὅ φησι Δημοσθένης τὸ λειτουργεῖν τῷ θεῷ, καὶ οἱ γυμνικοὶ μὲν κυρίως ἀθληταὶ καλοῦνται καὶ ἀσκηταὶ καὶ ἀγωνισταί. Vbi appellatione τῶν μουσικῶν rhapſodos, & choreutas, ſiue ſaltatores, & hypocritas, ſiue actores deſignatos intelligas è Platonis de Republ. ſecundo; & ex iſto itidem eius auctoris de legibus octaui [b] loco, in quo certamina inter ipſos fuiſſe feſtis Deorum diebus, præmiaq́; victori præſtituta ſignificat, ſic admodum ſcribens; τὰ δὲ ῥαψῳδῶν καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων, καὶ ὅσαι ἐν ἑορταῖς ἅμιλλαι χορῶν ἀναγκαῖαι γίγνεσθαι, ταχθέντων τοῖς θεοῖς τε καὶ τοῖς μετὰ θεῶν μηνῶν καὶ ἡμερῶν καὶ ἐνιαυτῶν, &c. Et ſtatim, τότε καὶ τοὺς μουσικῆς ἀγῶνας χρὴ προσδοκᾶν κατὰ μέρος ἀγωνιεῖσθαι, ταχθέντας ὑπό τε ἀθλοθετῶν, καὶ τοῦ παιδοτρίβου τῶν νέων καὶ τῶν νομοφυλάκων εἰς κοινὸν περὶ αὐτῶν τούτων συνελθόντων.

[a] *fol. 764. exemplaris à Stephano excuſi.*

[b] *fol. 834. & 835.*

*Iſtius reſcripti ſententiam ſtrictè accipi debere. Thucydidis locus de honore athletarum apud Græcos perperam à Polluce adſcriptus Xenophonti. Agones diis ſacri. Ludorum religio, de qua Beati Cypriani locus inſignis illuſtratur atque aſſeritur; adhibito Clementis teſtimonio; quod ipſum exponitur, circa Ludempiſtæ, Olympici & Agonis vocabula. Muſicus ſiue poëticus agon vbi exhibitus; quæq́; in eo conceſſa olim præmia. Plutarchi locus ad marginem caſtigatus. Præmia ſcenicis dramatum actoribus conceſſa. In his coronæ ſcenicæ. Item ciuitas. Poëtis apud Romanos coronæ, & ſtatuæ ludis Capitolinis, ſicut etiam athletis. Vetuſtæ in eam rem inſcriptiones proditæ: quæ docent ludos illos fuiſſe triplices, ſicuti Neronianos. Choragorum ſumptibus ſuis ſpectacula edentium. Coronæ ob victoriam, diuitiarum gratia; tripodumq́; dicatio. Per agitatores equorum Circenſium domini licet abſentes pro victoribus coronati. Subſcriptiones ab his in grammateio, authorum nomine ab illis aliiſve factæ.*

## CAP. III.

CVM itaque obſit vtilitatibus Reipubl. ſingularum ciuitatum, athletis conceſſa iſto reſcripto immunitas [c]; ac proinde odioſa ſit arctari debet interpretatione quantum poteſt, iuxta vulgare noſtrorum axioma; vt in iis modò, quos athletas eſſe negare nequit, illa obtineat. Ac in his quidem; ob eam ſcilicet rationem: quod cùm gentiles, veſanè

[c] *Cui adiũgebatur etiã ſalariũ ſiue ſtipendiũ publicum, ſicuti ſuo loco exponemus lib. 2. quod ex viribus reipubl. tribui ab Imperat. vetitum niſi ei qui iuſſu ipſorũ id eſſet cõſequutus l. 1. C. de præbẽdo ſal. lib. 10.*



veſanè ſuperſtitioſi per ipſos, hoc eſt eorum miniſterio atque opera, Diis atque idolis ſuis honorem haberi, ſibíque felicia & fauſta omnia impetrari ab illis exiſtimarent; [a] ipſis quoque viciſsim permagnos cum pręmiis honores tribui à popularibus, immò à Senatoribus etiam ſoliti. [b] Quò Thucididis illud de Scionæis & Braſida verbũ [c] pertinet, καὶ τὸν Βρασίδαν τά τ' ἄλλα καλῶς ἐδέξαντο, καὶ δημοσίᾳ μὲν χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν, ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα· ἰδίᾳ τ' ἐταινίουν τε καὶ προσήρχοντο, ὥσπερ ἀθλητῇ. Huc accedat quod Romani, quãuis illos Deos colerent quos videbãt ſibi voluiſſe ſcenicas turpitudines conſecrari: ſuæ tamen dignitatis memores ac pudoris, actores talium fabularum nequaquam honorauerũt more Græcorum; ſed (ſicut apud Ciceronem Scipio loquitur) cùm artem ludicram, ſcenámque totam probro ducerent; genus id hominum non modo honore ciuium reliquorum carere, ſed etiam tribu moueri notatione cenſoria voluerunt: id quod à B. Auguſtino in libris de ciuitate [d] traditur. Cùm igitur homines ſcenici legibus Romanis ab omni honore pellerentur; immò ipſæ quoque tribus à Cenſoribus mouerentur: ad infamia iſta & vilia capita, licet ſtipe aut coronis ſcenicis donata, beneficium huius conſtitutionis, qua immunitas tribuitur; extendi, atque prolatari abſurdum fuit: quando ne ipſos quidem poëtas vlla immunitatis prærogatiua iuuari Philippus Imperator ſcripſerit. [e]

De agonum tota ratione Diis dicata & ſacra, vnde ipſi ſacri nuncupati (vt mittam ea quæ primo tertij Semeſtrium libri capite, cùm de lucis ac ludorum religione ſermo incidiſſet, attuli) memoriæ ſuccurrit, quod inter cætera martyr Cyprianus, [f] Quando id quod in honore alicuius idoli (ait) ab Ethni

[a] *Attigit leuiter doctiſſimus Mercurial. ca. 5. li. 1. de arte gym. è Plutarc. in 5. Symp. probl. 3. & Plato in 3. de Republ. De Liberalibus ſiue Dionyſiacis videto Tertullianũ de ſpectac. cap. 1. 5. & 6. Diodor. Sic. lib. 3. Biblio. Pauſan. Corinth. Auſon. de fer. Rom. De Lernæis Baccho itidem ſacris, quibus poëtæ iocularibus dictis inter ſe cõtẽderẽt ab interprete Ariſtoph. agitur in equitib. f. 220. in verbo ληναΐζω. De Liberi æde ad Ægienſe theatrum Pauſan. Achaicis, qui & in Bœoticis narrat Lyſij Dionyſij ſacellũ fuiſſe proxime theatrũ. De Circo Soli & Caſtoribus dicato vide Tacit. extremo annal. 15. Tertul. in de ſpectac. cap. 4. & Zoſimum in 2. hiſtor.*

[b] *Plinium videto lib. 16. cap. 4. Et Euſebium in 3. de præparat. Euang.* [c] *Lib. 4. non longè ab extremo in pag. 160. quem tamen locum citans Iul. Pollux lib. 3. Onomaſt. cap. 30. §. περὶ νικητοῦ, Xenophonti tribuit, lapſu memoriæ, qui multa legentibus non infrequens.* [d] *lib. 2. cap. 13. Vide & c. 27. & 29. Itemq́; Tertull. hac ipſa de re in lib. de ſpectac. è quo ſcripſi ad extremum cap. 20. lib. 1. Semeſt. Sed & ex alijs lib. 2. cap. 12. Quibus adde Caſſiodor. form. 10. lib. 7. Variar. Et quod eſt in lib. 44. leg. Iulia. D. de ritu nuptiar.* [e] *Lib. 3. Cod. de profeſſor. & med. lib. 10.*

[f] *In lib. de ſpectaculis, vide ſis B. Auguſt. de Scenicorum ludorum inſtitutione apud Romanos lib. 1. de ciuit. c. 32. & lib. 2. c. 8. Fab. Quinctil. c. 8. li. 3. Inſtit. Orato. de theatri ludorúmque religione ac honore: cùm ita ſcribit, Præcedat enim ſemper aliquid neceſſe eſt vt in ludis honor Deorum, in theatro non inutilis laborum remiſſio deformis & incommoda turba ſi id non fit conflictatio: & nihilominus eadem illa religio cùm theatrum veluti quoddam illius ſacri templum vocabimus. cum hoc autem Cypriani loco coniungetur ille alter commodiſſimè, quem à Clemente Alexandrino inferius proferam huius libri cap. 16.*

Ethnicis agitur à fidelibus Christianis ſpectaculo frequentatur, & idololatria gentilis aſſeritur, & in cõtumeliam Dei religio vera & diuina calcatur: & poſteà, Omnia, inquam, iſta ſpectaculorum genera damnauit (ſcriptura ſcilicet) quando idololatriam ſuſtulit, ludorum omnium matrem. Vnde hæc leuitatis & vanitatis monſtra venerunt. Quod enim ſpectaculum ſine idolo? quis ludus ſine ſacrificio? quod certamen non conſecratum mortuo? & aliquanto pòſt, quod huius reſcripti principalis de certamine ſacro antiquæ Græciæ verba explicat: Græca illa certamina (inquit) vel in cantibus vel in fidibus vel in vocibus vel in viribus, præſides ſuos habent varia dæmonia; & quicquid eſt aliud quod ſpectantium aut oculos mouet aut delinit aures, ſi cum origine ſua aut inſtitutione quæratur, cauſam præfert aut idolum aut dæmonium aut mortuum. Hactenus ille: cuius ex verbis omnino petenda talium Indorum prohibitionis ratio; Apoſtolicis apud B. Clementem conſtitutionibus ita expreſſæ, vt eam habuiſſe Cyprianus in memoria videatur cùm ſuperiora exſcriberet. ſic enim eſt apud Clementem,[a] τ̃ ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσείη ἀνὴρ ἢ γυνὴ ἢ ἡνίοχος ἢ μονόμαχος ἢ σταδιοδρόμος ἢ λουδεμπιστὴς ἢ ὀλυμπικὸς ἢ χοραύλης ἢ κιθαριστὴς ἢ λυριστὴς ἢ ὁ τ̃ ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος ἢ κάπηλος ἢ παυσάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. & poſteà ἑλληνικοῖς τις ἔθεσιν ἐξακολουθῶν ἢ ἰουδαϊκοῖς μύθοις ἢ μεταθέσθω ἢ ἀποβαλλέσθω θεατρομανία εἴ τις πρόσεισι ἢ κυνηγίοις, ἢ ἱπποδρομίοις, ἢ ἀγῶσι: ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω: vbi λουδεμπιστοῦ nomẽ è Latino & Græco idiomate compoſitũ, nõ per munerariũ ludorúmue apparatorẽ, vt Turriano viſum; neq; per ludiũ ſicuti Bouius reddidit: ſed per agonum curatorem ſiue procuratorem ac moderatorem de quo inferiùs xviij. capite loquemur, exponi debuiſſe: Olympici verò; cæteros omnes athletas ſiue agoniſtas alios excepto ſtadij curſore, de quo antè iniecta mentio, comprehenſos arbitror; quibus apud Olympiam decertandi mos fuit: quemadmodum agonum vocabulo ſolos gymnicos ab equeſtribus ſiue curulibus & ſcænicis hoc eſt poëticis ſiue muſicis (de quibus actũ fuerat) diſtinctos deſignaſſe Beatum Clementem cenſeo. Cùm itaque in muſicis ſiue ſcenicis[b] ludis; quæ voce & modis & organis & literis tranſfiguntur, ea & Apollines & Muſas & Mineruas & Mercurios mancipes habere

[a] *Oct. lib. conſtit. Apoſt. c. 32. f. 150. p. 1. & 2.*

[b] *Muſicũ ſtudium & artem Muſicam retulit Terentius ad poëſim dramatum ſiue fabulabularum in theatris agendarum ſicuti docebo lib. 2. cap. 14. ſub initium ad marg.*



bere à Tertulliano in de ſpectaculis[a] ſit traditũ; hoc eius diſcipulus B. Cyprianus iſtis illius loci verbis ſignificare voluit, Vel in cãtibus, vel in fidibus, vel in vocibus: quæ ad Muſicũ ſiue ſcenicum certamen pertinere manifeſtũ eſt, quale Capitolinum[b] à Nerone inſtitutũ Romæ atque à Domitiano excitatum; ſicut in eorum vita Suetonius refert: id autem in odeo vel ſcena theatri præſertim Pythici atque Iſthmici (vt ipſe mihi Plutarchus[c] auctor) aut in gymnaſiorum exhedris apud Græcos olim commiſſum: in quo præclarorum poëmatum recitatoribus varia (præter hircum Tragicis poëtis,[d] agnúmq; Homericorum, aliorúmque Epicorum carminum pronuntiatoribus[e] arnodis, olim donari ſolitum) propoſita ibi, & in ſtadio quoque ante gymnicorum ludorum commiſſiones, Muſarum vtique honori præmia, cum coronis; quæ τῶν κριτῶν (vnde Critici dicti) iudicum, inquam, cenſura & iudicio præſtarentur: non illo quidem prorſus, aut ſemper incorrupto æquo & vero; Menandrum ſiquidem à Philemone nequaquã pari ſcriptore in certaminibus comœdiarum ambitũ gratiáque & factionibus ſæpenumero victum narrat Agellius[f] ita vt è centum & quinq; omnibus comœdiis, vel (vt alij volunt) CXVIII. vel CIX. quas reliquit, ſolis eum octo viciſſe; ab Apollodoro in Chronicis proditum fuerit. Quod ſi Philemonem in theatri ſcena poſt victoriam coronatum pariter atq; Alexidẽ in ipſo de illa gaudio feſtiua mors tandem occupauit: vt à Plutarcho[g] memoriæ proditum his omninò verbis; φιλήμονα ᾗ τ̃ κωμικὸν ϗ Ἄλεξιν ἐπὶ τ̃ σκηνῆς ἀγωνιζομένους ϗ στεφανουμένους ὁ θάνατος κατέλαβε: minùs mihi quidem eo nomine videtur habuiſſe quod ægrè ferrèt; cui ſæpè immerenti victoria eſſet delata.

Quid quod ipſis etiam actoribus dramarum mutua in luſtralibus illis & ſacris agonibus honoris ergò certamina inter ſe, atque victori præmia? De Pythicis quidem agens Philoſtratus

[a] *cap. 7.*

[b] *De quo vide ſis quæ ſcribimus infrà c. 26.*

[c] *In ſympoſiac. proble. li. 1. quæſt. 4. in princip. vbi* Σωπικλέα τὸν κρεωνήθην πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιῶμεν τὰ ἐπινίκια, *Et lib. 5. q. 2.* τὴν δὲ ποιητικὴν ἀποφαίνομεν οὐκ ὀψιμον οὐδὲ νεαρὰν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας πρόπαλαι στεφάνων ἐπινικίων τυγχάνουσαν *&c. & poſtea,* ὡς ἐν τῷ σικυονίῳ θησαυρῷ χρυσοῦν ἀνέκειτο βιβλίον ἀριστομάχης ἀναθήματα τ̃ ἐρυ.... *(vbi forſitam reponẽdum* ἐρυθραίας*)* ποιητρίας ἴσθμια νενικηκυίας *Et ſtatim,* τὰ μέν γε πύθια τῶν μουσικῶν ἔσχε τρεῖς ἢ τέτταρας ἐπεισόδους ἀγῶνας ὁ δὲ γυμνικὸς ἀπ' ἀρχῆς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὕτως κατέστη.

[d] *Horatius in arte, Carmine qui Tragico vilem certabat ob hircum. De tragœdorum victoria poſt certamẽ Muſicum elegãs & iucunda illa hiſtoria quæ apud Plutarchũ lib. 9. Sympo. problemat. 2. quæſt. in hæc verba proponitur,* περὶ θεοδώρου τ̃ τραγῳδοῦ γυναικός, οὐ προσδεξαμένης αὐτὸν ἐν τῷ συγκαθεύδειν ὑπὸ γ' οὐ τ̃ ἀγῶνος ὄντος ἐπειδὴ δὲ νικήσας εἰσῆλθεν πρὸς αὐτὴν ἀσπασαμένης ϗ εἰπούσης, Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖνο ἔξεστί σοι.

[c] *Euſtathius initio commentarij in Iliad. Homer. ibi* περὶ ῥαψῳδῶν *ait eos &* ῥαβδῳδοὺς *dictos,* ἀλλὰ ϗ ἀρνῳδοὺς ἐπειδὴ οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν ᾠδῇ ὁμηρικῇ ϗ νικῶντες ἄρνα ἐλάμβανον ἔπαθλον.

[f] *Lib. 17. Noct. Attic. cap. 4.*

[g] *In libr.* εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. *fol. 1405. editio. ſtephan. tomo 3.*

loſtratus in Hippodromo [a] ſophiſta, ὅτι μεγάλου ἐν Θετταλίᾳ δοκοῦντος τὸ (ſic malim pro τῷ) ἅπαξ προστῆναι τῶν πυθίων, ὁ ἱππόδρομος προέστη δὶς τῶν πυθίων ἄθλων: & adiicit, τὸ γοῦν περὶ τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν ὑπ' αὐτοῦ πραχθέν, οὐδὲ ὑπερβολὴν ἑτέρῳ κατέλοιπε δικαιότητός τε καὶ γνώμης: κλήμης γὰρ ὁ βυζάντιος τραγῳδίας ὑποκριτὴς ἦν οἷος οὔπω τις τὴν τέχνην, &c. ἀείσα δὲ αὐτὸν ἀγωνισάμενον, κἂν τοῖς ἀμφικτυονικοῖς ἄθλοις· οἱ μὲν ἀμφικτύονες ἀπεψηφίζοντο τῆς νίκης δέει τῆς προειρημένης αἰτίας &c. Meminit & Syneſius in Ægyptio, coronarum tragœdis actoribus datarum, quo loco, ἐπεὶ καὶ ὁ τραγῳδὸς γελοῖος ἂν γένοιτο, τὸ μὲν [προσωπεῖον] φεύγων, τὸ δὲ αἱρούμενος. καὶ γὰρ ἐν τῷ τῆς γραὸς εὐδοκίμων στεφανοῦταί τε καὶ κηρύττεται, καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως ἀσχημόνων κλώζεται καὶ συρίττεται: quas à Suetonio Scenicas nuncupatas in Nerone cap. liij. ex ære Cyprio ſpeciem auri præbente Romæ quidẽ fuiſſe Plinius me docuit natur. hiſt. lib. xxxiv. ad extremum viij. capitis Reſtituto quod intermiſſum fuerat certamine comœdiarum Lycurgus orator hãc inſuper legem ad populum Athenienſem tulit, vt victor ciuitate donaretur: ſicuti Plutarchus in eius vita [b] narrat: quo loco ſic ſcriptum, εἰσήνεγκε δὲ νόμους τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα. Ludis quoque Capitolinis Romæ coronas poëtis datas è iudicum ſententia, & ſtatuas in ipſorum municipiis à plebe collato ære poſitas, antiqua inſcriptio illa documento eſt: quam in oppido Hiſconio repertã ab Omphrio Panuinio, Smetius [c] prodidit. L. Valerio L. F. Pudenti. Hic cùm eſſet annorum xiij. Romæ certamine Iouis Capitolini luſtro ſexto claritate ingenij, coronatus eſt inter poëtas Latinos omnibus ſententiis iudicum. Huic plebs vniuerſa Hiſconienſium ſtatuã ære collato decreuit. Nec mirum quando iiſdem ludis athletas quoque pancratiaſtas decertaſſe, atque coronas conſequutos, vel ex ea inſcriptione antiqua, quam è marmore quopiam Romæ apud Cardinalem Farneſium extante Iuſtus Lipſius expreſſit, atque in ſuum inſcriptionum Smetij veterum auctarium [d] contulit, manifeſtiſsimè colligitur: καπιτώλια ἐν ῥώμῃ δὶς τὸ δεύτερον μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς, &c. quæ ſequuntur, & quæ ſuis ſingula locis poſteà præbiturus ſum: & in

[a] *Lib. 2. de vita Sophiſtar. Scenicos actores fabularum nõ paruo ciuitatis honore dignos exiſtimatos Æſchinis & Ariſtodemi Athenienſiũ exemplis adhibitis comprobat D. Auguſt. lib. 2. de ciuitate. cap. 10. ſed hoc apud Græcos.*

[b] *Fol. 1547. in vitis decẽ Rhetorum.*

[c] *Antiq. Inſcript. appendicis ordine 2. fo. 152. num. 22.*

[d] *Excuſum à Raphaelengio Antuerpiæ anno 1588. pag. 57.*



in alia itidem inſcriptione. [a] quæ in baſi eiuſdem marmoris habetur, & à me ſolida, (vt ita loquar) & integra libro tertio [b] cùm de hebeteriis loquar exhibebitur; decretum Imperat. Antonini præferens, quo xyſticis hieronicis locus conceditur balneis principalibus adiunctis, in quo grammateium habeãt Romæ; vbi Capitolinis ludis conuenire, ſuáque acta & commẽtaria poſsint reponere, ὅπου καὶ μάλιστα τοῖς καπιτωλείοις συνέρχεσθε. Hinc igitur intelligimus, non modò Equeſtres fuiſſe ſiue Circenſes ludos Capitolinos Romæ, quod hactenus crediderant plerique; ſed etiam triplex in ipſis certamen exhibitum Equeſtre, Gymnicum ac Muſicum: ſicuti Neronianis illis multò poſt inſtitutis, de quibus agetur tum iſto inferiùs libro, [c] tum etiam tertio [d] ſi Dominus dederit. Nec tantùm poëtis [e] vel dramatum actoribus, Irriſoribus vtique numinum (vt Arnobius vocat; [f] quòd nullis poſſit ſatisfactionibus expiari) dona inſtituta olim & munera, ab officiis ocium publicis, immunitas & vacatio, cum coronis; quas Donaticas nominatas Feſtus docet alicubi: [g] ſed & qui ſuis ſumptibus ipſorum ſpectaculum populo exhiberent (qui ex eo choragi dicebantur) coronis aliiſque præmiis honorabantur. Vnde Plutarchus [h] Ariſtidem ait in Liberi patris templo victoriæ monimẽta tripodas choragicos reliquiſſe ſub hac inſcriptione, Tribus Antiochis vicit, Ariſtides choragus fuit, Archeſtratus docuit. Idem Plutarchus alio loco, [i] Andocidem ſcribit choro cyclico ſiue annuo, certanti dithyrambico tribui ſuæ, ſumptus miniſtraſſe; victoriámque adeptum dicaſſe tripodem, excelſóque in loco ſtatuiſſe, Porino Selino oppoſitum, Καὶ αὐτὸς δὲ (inquit) ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὑτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ ἀντικρὺς τοῦ Πωρίνου Σελίνου. Atq; huc etiam pertinet quod è Platonis octauo de legibus libro, ad Pollucis verborum explicationem antè attuli: & quod Plutarchus in Lycurgi Rhetoris

[a] *In eodem Auctario. pag. 58.*

[b] *Extremo c. 27. Agoniſt. 3.*

[c] *Cap. 26. huius lib.*

[d] *Cap. 15. & 16. lib. 3.*

[e] *In concertatione quadam inter Homerum & Heſiodum: iſte cùm ad quæſtiones ventum eſſet ob præclarũ ex tempore reſponſum magni factus & tripode donatus Plutar. teſte in Sympoſ. fol. 267. exẽplaris à Stephano editi. Euripidem qui natus annos duodeuiginti tragœdiã ſcribere adortus eſt, & in inſula Salaminis ſpelũca terra & horrida tragœdias ſcriptitarit vt à Philochoro refert Agellius c. 20. lib. 15. quinque & ſeptuaginta tragœdias cùm ſcripſiſſet in quinque ſolis viciſſe, cùm eũ ſæpe vincerent aliqui poëtæ ignariſſimi à Varrone Idem tradit c. 4. lib. 17. vide alia in hãc rem. 1. cap. 25.*

[f] *Extremo lib. 4. aduerſ. gentes. fol. 128.*

[g] *In Donaticæ. Vide & Sueton. in Claudio. c. 10.* [h] *Ariſtid ſub init. fol. libr. à Stephano excuſi 584. Idem in Themiſt. ſub initium in f. 288. adfert aliquid non abſimile de Themiſtocle, quod à nobis inferiùs hoc ipſo libro exhibebitur: Et ſimiliter de choragis athletarum ex Athenæi 5. deipnoſophiſt. diſſeretur ad extrem. c. 26. infr.* [i] *In vitis decem Rhetorum in Andocide ad fin. in fol. eiuſd. libr. 1535. videto alium eiuſdem locũ Themiſt. fol. 207. & 208. quem inferius adfero c. 26. Inter* δαπανηρὰς μὲν μὴ χρησίμους δὲ λειτουργίας *retulit Ariſt. lib. 5. polit.* τὰς χορηγίας καὶ λαμπαδαρχίας καὶ ὅσας ἄλλας τοιαύτας.

toris vita, eum legem tuliſſe ait Athenis ad populum; vt Neptuni certamen non minus tribus anniuerſariis choris, pompíſque in Peiræo fieret, victoréſque non paucioribus, quàm decem minis donarentur: qui ſecundo præmio, non minus octo; qui tertio, non minus ſex minis. ὥςτε ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. δίδοσθαι μὲν τοῖς νικῶσιν, οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς· τοῖς δὲ δευτέροις, ὀκτώ· ἓξ δὲ, τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν.

Ob diuitias igitur, amplóſq; lauti patrimonij reditus, qui ſumptibus liberalioribus in choros, ludóſque factis, maximè oſtentarentur; apud Olympicam quoque celebritatem (quæ in ſumma commendatione, atque admiratione apud omnes antiquitus fuit) data non minùs quàm propter corporis robur & præclarum in literis aliquod ſpecimen præmia; Iſocrates [a] imprimis oſtendit: quo loco de Alcibiade, περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ait ὁρῶν τὴν ὀλυμπίασι πανήγυριν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἀγαπωμένην, καὶ θαυμαζομένην, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιδείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως, καὶ τούς τε ἀθλητὰς ζηλουμένους καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας τῶν νικώντων, &c. Ergo Philippo ipſi Macedoni ob agones Muſicos celebritati nuptiarum Cleopatræ filiæ; cum Alexandro Epirotarum rege ſumptibus maximis apud Aegas Macedoniæ oppidum editos tanquam chorago (vt videtur) cuipiam conceſſæ; non modò à ſingulis quibúſque illuſtribus ciuibus, verùm & à præcipuis Græciæ ciuitatibus aureæ coronæ: ab ipſis etiam Athenienſibus illa quæ palàm renuntiata per præconem, ſicuti Diodorus Siculus [b] refert: τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συῤῥεόντων καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμων συντελουμένων ἐν αἰγαῖς τῆς μακεδονίας, οὐ μόνον κατ' ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ἐστεφάνωσαν αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις. ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιολόγων πόλεων αἱ πλείους ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ τῶν ἀθηναίων. ἀναγορευομένου δὲ τοῦ στεφάνου τούτου διὰ τοῦ κήρυκος, τὸ τελευταῖον εἶπεν, ἄν τις ἐπιβουλεύσας φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ καταφύγῃ πρὸς ἀθηναίους, παραδόσιμον εἶναι τοῦτον. & reliqua. Prætereà, illis etiam abſentibus, quorum equi celires, bigæ quadrigæ, curriculo viciſſent, & ibi & in aliis itidem antiquæ Græciæ agonibus conceſſa fœminis quoque ipſis præmia ſciendum eſt: qua de re inferiùs ſuo diſſeretur loco. Nec aliter accipiendum

arbi.

[a] περὶ τοῦ ζεύγους col. 520. edit Opor. ann. 1570.

[b] Lib. 16. Biblioth. fol. 557.



arbitror quod de Alcmæone anteà [a] ſcripſerat Iſocrates, primum ex Athenienſibus ciuibus Olympiæ bigis equeſtribus viciſſe, ἵππων γὰρ ζεύγει πρῶτος (inquit) ἀλκμαίων τῶν πολιτῶν ὀλυμπίασιν ἐνίκησε: non enim ipſe ἱπποκόμος hoc eſt equorum agitator; ſed equorum curribus iunctorum & qui eos agere ſcirent aurigatorum exhibitor fuit; nõ magis quàm Hieron Siciliæ tyrannus, aut Alcibiades Athenienſis: de quorum Olympiacis è curuli certamine victoriis, inferiùs [b] hoc ipſo libro, & nonnihil ad extremũ [c] libri tertij (faciente Domino) diſceptabitur vbi erit commodum. Subſcriptiones autem quaſpiam ab eo qui curuli certamine ſuperaſſet, aut vellet contendere, ſi ipſe dominus equorũ, ac præbitor adforet; vel eius abſentis nomine ab auriga & agitatore aut amico potius & procurarore aliquo apud grammateiũ (de quo agetur libro tertio [d] commodiùs) fieri debuiſſe, de ſuis non alienis equis exhibitis; ex iſta quæ de Alcibiade à Diodoro Siculo [e] enarratur hiſtoria intelligimus: quo loco, διομήδους γάρ τινος τῶν φίλων συμπέμψαντος αὐτῷ τέθριππον εἰς ὀλυμπίαν ὁ Ἀλκιβιάδης κατὰ τὴν ὑπογραφὴν τὴν εἰωθυῖαν γίνεσθαι, τοὺς ἵππους ἰδίους ὑπεγράψατο, καὶ νικήσαντας τὸ τέθριππον τήν τε ἐκ τῆς νίκης δόξαν αὐτὸς ἀπηνέγκατο, καὶ τοὺς ἵππους οὐκ ἀπέδωκε τῷ πιστεύσαντι. Quæ dico de poſterioribus temporibus Olympici agonis ab Iphito inſtaurati intelligẽda ſunt: ante quem iam inde ab ipſo eius agonis ab Hercule inſtituti principio, & equis alienis currum agitabant & præmia conſequebantur: id quod adhibito Homeri quoque teſtimonio Pauſanias [f] aſſerit; quo loco ἦν δὲ ἄρα ἐκ παλαιοῦ καθεστηκὸς ἀγωνίζεσθαι καὶ ἀλλοτρίαις ἵπποις. ὅμηρος γοῦν ἐν ἄθλοις τεθεῖσιν ἐπὶ πατρόκλῳ πεποίηκεν ὡς μενέλαος αἴθῃ τῇ ἀγαμέμνονος, τῷ δὲ ἑτέρῳ χρήσαιτο τῶν ἵππων οἰκείῳ, ἡνιοχεῖ δὲ καὶ ἄλλως ὁ ἰόλαος ἡρακλεῖ τὰς ἵππους.

[a] Col. 517. in ea Iſocratis περὶ ζεύγους.

[b] Cap. 26. huius Agoniſt. 1.

[c] In cap. 21. Agoniſt. 3.

[d] Cap. 27. lib. 3. vide ſis & lib. 2. extremum c. 15. & 17. vbi τοῦ ἀρχείου mentio ſicuti τῶν συγγραμμάτων in cap. 20. eiuſdem libri.

[e] Lib. 13. Biblioth. fol. 370. De olympicis Alcibiadis victoriis vide quæ ſcribo. cap. 21. libr. 3. vbi citatur hic etiam locus.

[f] Eliacôn. 1. fol. 120. Aldini Exempl.

*De Cypriani verborum ad agones pertinentium veritate diſputatur. De Tibiarum cantu plurima. Quis eo primùm præſtiterit in certamine, præmiúmque adeptus ſit. Auloedos ſiue Tibicines non Auletas olim coronatos. Pindari locus. Thymelici. Nemæis itidem vt Pythijs, tibiæ cantui conſtitutum præmium. Olympia Muſicum agonem & Poëticum ante Neronem non admiſerat, ſed Elis tamen apud Lalichmium. Tibiam & illa, cùm ſaltatores de victoria contendecent.* Ἐνθύεια *quæ procemia & hymni. Thymele. Tibiæ cantus & in ſcenicis ludis vſurpatus. Choragos publicè ipſos interdum inflaſſe tibias: quæ in priuatis quoque Muſicæ commiſſionibus adhibitæ,*

*Citatus in hanc rem Seneca, & fortaſsè caſtigatus. Quando Athenienſes à tibiarum cantu abſtinere cœperint, & quamobrem. Apud Cyprianum verba quædam loco forſitan mutanda.*

## Cap. IIII.

SED apud Cyprianum (ne quid intactum relinquamus, quod offendiculo aut ſcrupulo eſſe cuipiã queat) illa, Vel in fidibus, vel in vocibus cùm ſuperuacanca ſint, ſatíſque ipſo cantuum nomine comprehenſa intelligantur: parũ abeſt, quin ex gloſſæ interpretatione, ſiue ſcolio huius vocabuli, Modulationem omnem agoniſticam ab Cælio Aureliano [a] medico vetuſto memoratam deſignantis [b] perperam in contextum irrepſiſſe aſſeuerem: ne alioqui tibiarum cantus ab ipſo Quinctiliano [c] aliíſque auctoribus nuncupatus, excludatur; quo tamen qui præſtarent, eos ab antiquo Pythiorum agonum præmia cum coronis conſequutos, & Strabo lib. IX. Geographiæ, & Plutarchus in Sympoſiacis problem. [d] & de Muſica, [e] itemque Pauſanias Eliacôn ſecundo, [f] tradunt; inter quos alibi, [g] Sacadam Argiuum & Arcadem Echembrotum primos hic nominat: quanquam non tibicines quidem, aut cantores, ſed hilarœdos & aulœdos coronis, donari ſolitos, ſuis quidem temporibus Athenæus [h] auctor eſt; ſic admodum ſcribens, δίδοται δὲ ὁ στέφανος (ait) τῷ ἱλαρῳδῷ καὶ τῷ αὐλῳδῷ, οὐ τῷ ψάλτῃ οὐδὲ τῷ αὐλητῇ. Eapropter Midæ Agrigentino itidem auloedo qui XXIV. & XXV. Pythiade victor coronam meruerit, Ode à Pindaro dicta extat, Pythiorum duodecima; ob ſuperatos Pythiis ludis antagoniſtas Muſicos, atque adeò totam (vt hyperbolicè poëticéque Pindarus [i] canit) Græciam:

> δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ
> Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ (inquit)
> αὐτόν τε νιν Ἑλλάδα νικά-
> σαντα τέχνᾳ τάν ποτε
> Παλλὰς ἐφεῦρε, &c.

Itaque tibicines atque aulœdos potiſsimùm (adde his etiam tubicines [k] quorum miniſterium prædicationi athletarum Hiero-

*[a] Lib. 5. Chro. cap. vlt. citato à Mercuri. cap. 7. lib. 3. de arte gymnaſt. Sed ita vt ad publicæ vociferationis certamen cui cõſtitutũ eſſet præmium referat, adhibitis Galeni ex libr. 7. de med. cõpoſi. Platon. in Ione. & Ariſtot. probl. partic. 11. & 19. locis.*

*[b] Cice. lib. 1. Tuſc. quæſt. ſummam eruditionem Græci ſitã cenſebãt in neruorum vocúmque cantibus, &c. Et Epaminondas fidibus præclare ceciniſſe dicitur.*

*[c] Lib. 1. Orator. Inſtitut. c. 11.*

*[d] Lib. 5. quæſt. 2 in princ.* ἐν πυθίοις ἐγένοντο λόγοι περὶ τῶν ἐπιθέτων ἀγωνισμάτων ὡς ἀναιρετέων. παραδεξάμενοι γὰρ ἐπὶ τρισὶ τοῖς καθεστῶσιν ἐξ ἀρχῆς αὐλητῇ πυθικῷ, καὶ κιθαριστῇ καὶ κιθαρῳδῷ τὸν τραγῳδόν. *&c.*

*[e] Fol. 2077. lib. à Steph. excuſi.*

*[f] Fol. 150. lib. ab Aldo impreſſi.*

*[g] Phocicis f. 255.*

*[h] Lib. 14. Deipnoſo. fol. 264. Aldini Græci & Latini Lugdunenſis fol. 463. & lib. 3. cap. 16.*

*[i] Stroph. 1.* *[k] De quibus infr. cap. 30. huius lib. & libr. 2. cap. 9. ad fin. & cap. 28*



Hieronicarum ſubſeruiſſe teſtis ad Lucilium Seneca epiſtola LXXXIX. eo quem inferiùs proponemus loco) thymelicorum xyſticis ab Vlpiano [a] noſtro adiũctorum appellatione comprehenſos arbitror. Olympum quidem Marſyæ diſcipulum Argiuis ludis (hoc eſt Nemæis) viciſſe tibiis: vt Orpheum * Oeagri filium cithara, Linum Apollinis filium cantu: Eumolpum Neptuni filium ad Olympi tibias voce, ab Hygino [b] traditur: & ludis quoque Olympicis quamuis neque theatrum neque ſcena inibi vlla olim cantui ad citharam, carminúmve Tragicorum recitationi, antiquitus cõdita fuerit: [c] vt præter conſuetudinem Nero primus omnium agona Muſicum Olympiæ (vbi nuda omnia & naturale nullóque artificio adhibito exſtructum anteà ſtadium) comiſerit, ſicuti ab hiſtoricis [d] traditur. Nihilominus tamen & ante Neronem; Vt poëtici apud Olympiam agones inter lyricos quidem & Epicos (nam de tragicis & comicis aliter, vt nunc eſt, ſentio) exhibiti, quorum itidem prẽmia, coronæ, ac palma fuerint, quemadmodum cap. XXV. ſubtilius diſquiretur: ità in Olympicis ludis, non quidem Olympiæ ſed in Elide apud Lalichmium agones Muſici olim celebrati; ſicut ex Pauſania inferiùs [e] dicetur vbi de ſortitionibus agoniſticis diſſeremus, quod alij non aduertunt: & verbo apud ipſam Olympiam; vt mittam, quod Herodotum ſuas hiſtorias (quas de Muſarum nomine appellarit) cantando recitaſſe; vnde à totius conuentu Græciæ frequentiſsimo incredibilem gloriam præ auditorum admiratione, digito etiam demonſtratus, reportarit; à Luciano [f] memoriæ proditum; ipſiuſq; imitatione Hippiam ſophiſtam Prodicum Anaximenem, Polum, & complures alios ſemper in illa celebritate orationes habuiſſe; per quas intra breue tempus apud omnes innotuerint, magnámque

*[a] Lib. 4. Athletas D. de iis qui notãtur infam. Thymelicorum meminit Saluianus libr. 16. de gubernat. Dei, templum omne magis Sectẽtur an theatrum, dicta magis Euangeliorum deligant, an thymelicorũ: videãt alij quid ſibi voluerit Alexander ab Alexan. cap. 10. li. 3. genial. dier. cũ ait thymelicos & xyſticos à Iureconſulto inter athletas adnumerari. Balſamon illos eſſe ait qui tractant inſtrumenta muſica ad can. 130. Cart. Synod. De tibiarum inuẽtaribus vide Athen. li. 14. deipnoſophiſtarum, fol. 460. Lati. & ibi Dalichãpiũ.*

** Orpheum tamen & ipſius imitatione Muſæum Pythicis agonibus periculum ſui circa Muſicam facere noluiſſe Pauſanias Phocicis memorat. fol. 322. VVechel. editio. quo loco ſic eſt;* ὀρφέα δὲ σεμνολογίας τῆς ἐπὶ τελεταῖς καὶ ὑπὸ φρονήματος τοῦ ἄλλου, καὶ μουσαῖον τῇ ἐς πάντα μιμήσει τοῦ ὀρφέως, οὐκ ἐθελῆσαί φασιν αὐτοὺς ἐπὶ ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι, *&c. quæ adſero ſequẽtis libri cap. 24. ſub initiũ.*

*[b] Fab. 273. meminit crebrò huius Olympi Plut. in de Muſica fol. 2076. & 2077.* *[c] Vide quæ ſcribo infr. c. proximo.* *[d] Vide Suetoniũ in Nerone c. 23. & Philoſtr. in 4. de Apollo. fol. 24. verſo, vbi de Nerone,* ἀγωνιεῖσθαι δὲ καὶ τραγῳδοὺς ἐν ὀλυμπίᾳ. *Et lib. 4. ſub init. in fol. 25. verſo Neronẽ ait Olympia feſta,* ἀναβαλλόμενος ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν τοὺς ἠλείους κελεῦσαι ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον ἢ τῷ διὶ θύοντας. τραγῳδίαν δ' ἀπαγγέλλειν καὶ κιθαρῳδίαν οἷς μήτε θέατρόν ἐστι μήτε σκηνὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα στάδιον δὲ αὐτοφυὲς καὶ γυμνὰ πάντα. *Vide & lib. 6. paulò pòſt init. in fol. 36. ex quo ſcribemus infr. hoc ipſo lib. c. 25. vbi de ſortitione in ludis gymnici ac Muſicis.* *[e] Cap. 25. huius lib.* *[f] In Herodoto ſiue Aëtione ſub initium.*

que ſingularis eruditionis famam pepererint ſibi ( hac enim de re, illius græca verba in memoriam reuoco , παρελθὼν ἐς τὸ ὀπισθόδομον οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας ἄχρι τοῦ καὶ μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας· ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς ὀλυμπιονίκας αὐτούς.&c. quæ XI. capite libri ſequentis aliam in rem adferam:& ſtatim,ὅπερ ὕστερον κατανοήσαντες ἐπίτομόν τινα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν Ἱππίας τε ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σοφιστὴς καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ ἄλλοι συχνοὶ λόγους ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν· ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο ) Muſicæ cuipiam generi , Muſico ſanè inſtrumento,ei nimirum que de agimus tibiæ locum fuiſſe cùm ſaltu athletæ contenderent,mihi Pauſanias auctor Eliacis ;[a] vt appellatione τῶν λεγόντων ἐν τοῖς ὀλυμπίοις τὰ ἐνθύρια, thymelicos ab interpretibus Græcis[b] cum Cuiacio[c] præſtantiſsimo Iureconſulto,doctore quondam meo,comprehenſos arbitrer:eos nempe qui ad tibiam canerēt aulœdi , ac pronuntiarent τὰ ἐνθύρια , præludia & prooemia ſcilicet quædam , quibus hymnos in honorem Deorum compoſitos exprimentibus ( vnde hymni prooemiorum vocabulo à veteribus deſignati[d] ) tanquam portis certamen ſacrum aperirent ( hæc enim ἐνθυρίου vis eſt,niſi fallor)& ad ipſum ineundum,

*Aere ciere viros Martémque accendere cantu*

(quod ait poëta) occiperent , hoc eſt agoniſtarum ad dimicationem animos incitarent. Vnde iſtud Iſocratis è Panathenaico exponendum forſitan videri poſsit , ἃ μὲν οὖν ἠβουλήθην καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ χορὸς πρὸ τοῦ ἀγῶνος προαναβαλέσθαι ταῦτά ἐστιν. Iſtorum ſanè quæ diximus enthyriorum vicem exhibuiſſe præſtantiſsimorum quorumque poëtarum carmina,quæ ad lyram,vel potius ad tibiam recitarentur ; ex eo

[a] *Lib. I. Eliacôn fol. 120. & 129. Aldini libri. Vvecheliani verò fol. 165 vbi* ἐν μέσῳ δὲ αὐτῶν ἀνὴρ ἑστηκὼς ἐπαυλεῖ καθ' ὅτι καὶ ἐφ' ἡμῶν ἐπὶ τῷ ἅλματι αὐλεῖν τῶν πεντάθλων νομίζουσιν. *Adde quod de tibia quæ cōuiuiales quidem pugiles ad certamen accenderet, ſubſeruiréque ipſis eatenus videretur, his verſibus*
Καὶ γὰρ ἔστ' ὑπηρέτης κώμων , ναμῶν, μόνον
Πυγμάχοις τε πυγμαχίαισιν ἔων θέα.
Εἰς πάροινον ἔμμεναι στρατηλάταις. *in hyporchemate Pratinæ Phliaſij relatū apud Athenæū ſub initium lib. 14. Deipnoſoph. fol. 263. De præfationibus autē citharœdorum ad Muſicorum agonum iudices videnda quæ è Sueton. cap. 23. Nerone de Fortunatiano aſperſi libr. 3. ſemeſtr. cap. 33.*

[b] *Vide Photium Nomocanone tit. 13. cap. 21. vbi* ἐστὶν ἔτι δὲ παιγνικὴ τέχνη ἔτι ἀπηρτισμένος ἢ τῶν ἀθλητῶν καὶ τῶν λεγομένων ἐν τοῖς ὀλυμπίοις τὰ ἐνθύρια καὶ τῶν ἐν ξυστῷ ἀγωνιζομένων καὶ τῶν ἡνιόχων καὶ τῶν ἄλλως ἱππευομένων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι *Quæ ideò protuli, quòd nondum is liber Græcè ſit editus, quem penes me habeo.* [c] *In com men. ad l. 4. de ſpectacul. lib. xi. Cod.* [d] *Notat ſcoliaſtes Græcus Thucydidis ad illa huius verba ex lib. tertio fo. 117.* ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος *quæ à nobis adferuntur infer. lib. 3. huius agoniſtici tractatus cap. 26 ſic admodum ſcribens* ἐξ ὕμνου ὕμνους γὰρ τὰ προοίμια ἐκάλουν : *quod ſic accipe tanquam ſi ſcripſiſſet* τοὺς γὰρ ὕμνους προοίμια ἐκάλ. *notius enim hymnorum quàm prooemiorum (in ea quidem ſignificatione) vocabulum. Pythiis profectò agonibus gymnicos cùm Muſici præcederent, ſicuti li. 2. 24. demonſtrabitur, Pæanum cantus meritò prooemium dici potuit.*



eo deprehenditur,quod de Empedoclis expiationibus apud ipſam Olympiam à Cleomene rapſodo pronunciatis,& quidem ad tibiam ( vt mihi fit veriſimile ) Athenæus à Dicæarcho tradidit[a] his omninò verbis: τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐρραψῴδησεν Ὀλυμπίασιν Κλεομένης ὁ ῥαψῳδὸς ὥς φησι Δικαίαρχος ἐν τῷ ὀλυμπικῷ. Muſica quidem ac Thymelica ſpectacula, Plutarchus in Fabio Maximo coniunxit θέας μουσικὰς καὶ θυμελικάς.

Tibiarum adeò ipſarum vſus in theatro ſceniciſque ludis olim permagnus atque aulœdorum ; qui ad thymelem ſiue aram ſiue tribunal ; quod Iſidorus Hiſpalenſis[b] pulpitum nominat;in orcheſtra theatri,in qua & chorus fuit(ſicuti à Iulio Polluce Onomaſtici lib. IIII.[c] vbi de theatro diſſerit accepimus ) tibiis canerent : non Romæ tantùm ab eo ſcilicet tempore , quo Liuius poëta ( qui primus omnium ad fabularum argumenta ſpectātium oculos & animos tranſtuliſſe dicitur ) ſui operis actor , cùm ſæpius à populo reuocatus vocem obtuliſſet , adhibito pueri & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit ( id quod à Valer. Maximo in II.& Liuio in VII. ſub initium narratur ) ſicut etiam ex illo Athenaici Deipnoſophiſtarū quarti,& decimi,loco,quem de Anitij Prætoris triumphali poſt ſuperatum Gentium Illyriorum Regem,ludicro Romanis exhibito , agens , inferiùs nono,& viceſimo ſermone proferam ; tibicines alióſque ſymphoniacos cum ſaltatoribus , hoc eſt ſcenicis , hiſtrionibus, & mimis, cum pugilibus tubicines , & buccinatores copulatos videas licet : exq; inſcriptionibus comœdiarum Terentij apparet olim in his modos factos,& tibiis paribus vel imparibus cantatum traditur ) vt in tragediis non aliter quàm tibicine præeunte , aut potiùs adflante modóſque faciente actores loquerentur. Id vel M. Tullius vnus, de verſibus orationi ſolutæ ſimilibus agens in Oratore ad Brutū,his verbis indicat : Quorum ſimilia ſunt ( ait ) quædam etiam apud noſtros, velut illa in Tyeſte ; *Quemnam te eſſe dicam,qui tarda in ſenectute,* & quæ ſequūtur : quæ niſi cum tibicen acceſsit orationi ſunt ſolutæ ſimillima. Igitur non apud Romanos tantùm , vſus tibiæ antiquitùs ( vt dicebam ) ad ſcenas fuit ; ſed anteà multò,etiam in Græcia ipſiſque adeò Athenis : vbi actam tragœ-

[a] *Lib. 14. Deipnoſoph. fol. 264. Aldini exemplaris.*

[b] *Originū lib. 18. cap. 44. & 47. De tibicine ludis ad aram : apud Iul. Obſequentē inde prodigijs legere iſtud commemini: Trebulæ Mutuſcæ antequàm ludi committerentur , canente tibicine angues nigri aram circundederūt ; deſinente cantare, dilapſi : poſtero die exorti , à populo lapidibus enecati.*

[c] *Cap. 19. De thymele agetur inferiùs iterum ac tertio in hoc ipſo lib. ad emēdandos Herodiani atque Appiani locos. de tibiarum vſu iſto, infra lib. 2. cap. 28. Thymelem & theatrum coniunxit Plutarchus in lib.* περὶ φιλοπλουτίας *fol. 937.*

diam Socrates apud Lucianum [a] poſtquàm ita expoſuit, ἀρχαίαν τινα συμφορὰν ἐπεδείκνυτο τοῖς θεαταῖς, καὶ ῥήσεις οἰκτρὰς ἐτραγῴδει πρὸς τὸ θέατρον, ἐφ᾽ ὧν ἐς δάκρυα κατεσαίνοντο οἱ ἀκούοντες: ſubdit illico de tibicinibus, εἰκὸς δέ σε καὶ αὐλοῦντας ἑωρακέναι τινὰς, ταὐτὸ καὶ ἄλλους συνᾴδοντας ἐν κύκλῳ συνεστῶτας. Atq; huc pertinet quod tibiarũ concentum, nõ minus quàm vocis, & citharæ in Panathenæa decreto Periclis athlothetæ creati inuectum, quorum ante ipſum vſus, & in Odeo apud Athenas fuerat; ex Plutarcho ad extremum libri tertij [b] demonſtrabitur: tum verò quòd eundem tibiarum concentum à Pallade ipſius inuentrice iſtis epithetis nobilitatum refert Pindarus illo quem dixi loco,

--ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον

εὐκλέα λαοσσόων μναστῆρ᾽ ἀγώνων, & cæt. Præterea quod Pratinas Phliaſius apud Athenæum [c] ſcribit, cùm tibicines & ſaltatores, ſiue chororum adornatores mercenarij orcheſtras occupaſſent, vt in his ſoli ſpectarentur; ægrè tuliſſe nonnullos, quòd tibicines ex patrito more choris non accinerent, ſed auletis ac tibicinibus chori; velut præcipuas iis partes agentibus: Πρατίνας δὲ ὁ Φλιάσιος (inquit) αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χορεὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς. Et quod in Plautina Sticho [d] feſtiuè Sangarinus ſeruus ita loquens inducitur,

*Bibe tibicen age ſi quid agis: bibendum hercle hoc eſt ne nega:*
*Quid hic faſtidis? quod faciendum vides eſſe tibi, quia bibis?*
*Age ſi quid agis accipe inquam non hoc impende publicum,*
*Haud tuum iſtuc eſt te vereri, eripe ex ore tibias.*

Ergo Lacedæmone choragum ipſum tibias choro inflaſſe, atque Athenis hoc ſtudium adeò receptum inſediſſe, vt ingenuorum plerique ipſum arriperẽt; ex ea tabula quam Thraſippus Eephantide choragum agens propoſuit, apparere Ariſtoteles in libris de Repub. [e] ſic fere ſcripſit; καὶ γὰρ ἐν Λακεδαίμονί τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ, καὶ περὶ Ἀθήνας οὕτως ἐπεχωρίασεν· ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος ὃν ἀνέθηκε Θράσιππος Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας: Et verò inſtrumentorum huiuſmodi Muſicorum, ipſiúſque illorum tractationis intelligentiam artificum propriam in agoni-

bus

[a] *Anacharſi, vel de gymnaſiis.*

[b] *capit. 29. Agniſt. 3.*

[c] *ſub initium libr. 14. Deipnoſoph. fol. 263. Aldini Exempl.*

[d] *Actu 5. ſcena 4.*

[e] *Lib. 8.* πολιτικῶν.



bus, id eſt gymnicis Muſicíſque certaminibus vſurpatam, τὴν τε ὀργάνων καὶ τῆς ἐργασίας παιδείαν τεχνικὴν τὴν πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ibidem paulo pôſt tradidit. Ac Lucianus [a] quoque τοὺς αὐλητὰς κυκλίους propterea inter ἐναγώνια cum comœdia & citharœdia retulit; ſic ferè ſcribens, ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ προυτίμησας τῆς ὀρχήσεως τὴν τραγῳδίαν καὶ κιθαρῳδίαν ἐναγώνια ταῦτα καὶ διὰ τοῦτο σεμνὰ προσειπὼν φέρε νῦν, & cæt. Tibiarum certè non minus quàm fidium Cicero [b] vocúmque ſiue cantus (vbi ſpeciali ſignificatione hoc nominis vſurpatum) ſic ferè mentionem habet ex Platonis de Repub. libris; In fidibus ac tibiis atque cantu ipſo (inquit) ac vocibus concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum ac diſcrepantem aures eruditæ ferre non poſſunt. Seneca etiam in choro adhibitas ad cantum tibias manifeſtũ his verbis facit in quadam epiſtola: [c] Non vides quàm multorum vocibus chorus conſtet? Vnus tamen ex omnibus ſonus redditur. aliqua illic acuta eſt, aliqua grauis, aliqua media. Accedũt viris fœminæ: interponuntur tibiæ: ſingulorum illic latent voces: omnium apparent. De choro dico, quem veteres philoſophi nouerant: in comeſſationibus (fortaſſe in commiſsionibus, priuatis ſcilicet, hoc eſt intrà domeſticos parietis habitis dramata, nomóſque ad inſtrumenta quoque Muſica recitantium agoniſtarum compoſitionibus; de quibus cap. xxvj. pleniùs diſceptabitur: niſi quod comeſſationũ adminiſtram tibiam Pratinas Phliaſius in quodam apud Athenæum [d] hyporchemate, vocauit, ſic ferè: οὐδ᾽ αὐλὸς ὕστερον χορευέτω. Καὶ γάρ ἐσθ᾽ ὑπηρέτης κωμῶν μόνον) noſtris plus cantorum eſt, quàm in theatris olim ſpectatorum fuit; cùm omnes vias ordo canentium impleuit, & cauea æneatoribus cincta eſt, & ex pulpito omne tibiarum genus organorúmque conſonuit, fit concentus ex diſſonis. Interim hoc ſciendum apud Athenas illas Atticas iam inde poſtquam Alcibiades tibia canere, vt rem ſordidam ac illiberalem refugit (cuius rei teſtis ipſe Alcibiadem alloquens apud Platonẽ [e] Socrates) cæteros quoque ab eo ſtudio, quod maximè poſt res contra Medos geſtas (vt Ariſtoteles [f] tradit) in eorum quæ diſcerentur ordinem adduxerant, alienatos: & ex oblectamentis liberalibus exploſam planè fuiſſe prorſúſque irriſam tibiam; cuius rei tum A. Gellius libro noct. Atti-

[a] περὶ ὀρχήσεως *circa medium in fol. 785. Scribo hac ipſa de re nonnihil. infra lib. 2. cap. 28.*

[b] *Lib. 2. de Repub. apud Aug. lib. 2. de ciuitate Dei c. 21. Sed & in lib. 2. de legib. Ludos publicos incauea vult eſſe cantu voce ac fidibus & tibiis.*

[c] *Epiſt. 84. cuius initium: Itinera iſta.*

[d] *Lib. 14. Deipnoſoph. ſub initium in fol. 263. Aldini exempl. vti iam ſuperiùs allatis verſibus ipſis oſtẽdi.*

[e] *Alcibiade ſub init. in fol. 106.* ἐμάνθανες γὰρ σὺ κατὰ μνήμην γράμματα καὶ κιθαρίζειν καὶ παλαίειν. οὐ γὰρ δὴ αὐλεῖν γε ἤθελες μαθεῖν.

[f] *Lib. 8. de Republ.* ἔτι γὰρ πρότερον καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ φρονηματισθέντες ἐκ τῶν ἔργων, &c. τὴν αὐλητικὴν ἤγαγον πρὸς τὰς μαθήσεις.

car.quinto & decimo,[a] tũ verò Plutarchus in Alcibiade ſub initium meminit: præſertim autem quòd in eo Muſicæ genere contrarium eius quod à diſciplina requiritur vſuueniret, ipſáque tibiæ inflatione impediretur oratio. Quamobrem ipſius vſum in adoleſcentibus ingenuíſque hominibus in poſterum fuiſſe à maioribus improbatum, eo quem dixi loco, Ariſtoteles in hæc verba refert: προσθῶμεν δὲ ὅτι συμβέβηκεν ἐναντίον αὐτῷ πρὸς παιδείαν, καὶ τὸ κωλύειν τῷ λόγῳ χρῆσθαι τὴν αὔλησιν. διὸ καλῶς ἀπεδοκίμασαν αὐτοῦ οἱ πρότερον τὴν χρῆσιν ἐκ τῶν νέων καὶ τῶν ἐλευθέρων, καίπερ χρησάμενοι τὸ πρότερον αὐτῷ. Nec tãtùm propter oris deformitatem in ipſo cãtu (propter quã ab ipſius tibiæ inuentrice Pallade meritò proiectam veteres fabulantur) ſedetiã propterea quòd, vbi nõ virtutis & facultatis Muſicæ consideratione, id tibiæ cantus ſtudium appeteretur, ἐν ᾗ παιδείᾳ ὁ πράττων οὐ τῆς αὐτοῦ μετεχείριζετο χάριν ἀρετῆς, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς, καὶ ταύτης φορτικῆς (vt ille ait) mercenaria & ſordida eius tractatio θητικωτέρα καὶ βάναυσος οὐ μὲν δὴ τῶν ἐλευθέρων ἐργασία, ex importuna plerúmque imperitę multitudinis voluptate penderet, mutationique adeò eſſet obnoxia; quapropter ſcopus hoc inſtrumenti Muſici genus tractãtium, ad quem vt finem ferrentur; etiam malus: πονηρὸς γὰρ σκοπὸς (inquit ille) πρὸς ὃν ποιοῦνται τὸ τέλος· ὁ γὰρ θεατὴς φορτικὸς ὢν μεταβάλλειν εἴωθε τὴν μουσικήν.

[a] *Cap. 17. Vbi traditas ſibi (ab Antigenida tibicine ſcilicet quem Pericles Alcibiadis auũculus arceſſi iuſſerat. vt eũ canere tibiis quod honeſtiſsimũ tũ videbatur doceret) tibias cùm ad os adhibuiſſet inflaſſétque, pudefactus oris deformitate abiecit, infregitque. Ea res cùm percrebuiſſet, omnium tum Athenienſium conſenſu, diſciplina tibiis canendi deſita eſt. Scriptum hoc eſt in commentario Pamphilæ nono & viceſimo.*

Igitur eius poſt Alcibiadem temporis Platoníſque [b] ac Ariſtotelis [c] ipſorum immò magiſtri Socratis, [d] illuſtriſsimorum vtique philoſophorum auctoritatis (qui è ſua Repub. hoc Muſicæ genus, tanquam ὀργιαστικὸν μᾶλλον, καὶ παθητικὸν ἤπερ ἠθικόν, eliminarint) ipſorum immò Amphictyonum ſpectatiſsimi ac brobatiſsimi tota Græcia iudicij (quos tibiciniũ Pythiade ſecunda, vt minimè ſuauis auribus ſoni, damnaſſe, Pauſanias * in hæc verba memorat; δευτέρᾳ δὲ πυθιάδι &c. αὐλῳδίαν τε κατέλυσαν, καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον. ἡ γὰρ αὐλῳδία μελέτη τε ἦν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα καὶ ἐλεγεῖα καὶ θρῆνοι προσᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς & quæ ſequũtur: & ſtatim, κατὰ τοῦτο μὲν τῆς αὐλῳδίας ἐπαύσθη τὸ ἀγώνισμα) in prætermittendo tibiæ cantu rationem habuiſſe Cyprianus illo loco videri poſsit; in quo propterea nihil immutari aut expungi oporteat, niſi quod de tuba, tibiáque in ſpectaculis idem ipſe ita

[b] *Lib. 3. de Repub.*
[c] *Lib. 8. de Repub.*
[d] *Apud Ariſtotelem in ſuprà dicto loco reprehenſi, fere ſic, ὁ δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ σωκράτης οὐ καλῶς τὴν φρυγιστὶ μόνην καταλείπει μετὰ τῆς δωριστί. καὶ ταῦτα ἀποδοκιμάσας τῶν ὀργάνων τὸν αὐλόν.*
* *Phocicis fol. 322. VVechel. editio.*



ita loquitur poſteà, vt omittendi animum antè habuiſſe neutiquam cenſeri debeat: Non licet inquam adeſſe Chriſtianis (ait) fidelibus, non licet omnino nec illis quos ad oblectamẽta aurium ad omnes vbique Græcia inſtructos, ſuis vanis artibus mittit: clangores tuba bellicos, alter imitatur raucos, alter lugubres ſonos ſpiritu tibiam inflante moderatur) fortaſſe modulatur, fuerit rectius) alter cum choris & cum hominis canora voce contendens ſpiritu ſuo quem de viſceribus ſuis ſuperioribus nitens, hauſerat, tibiarum foramina modulans (hîc moderans malim ob ea potiſsimùm quæ ſequuntur modulari enim eſt carminis modos facere; moderari eſt modum imponere: ſicuti Fronto Cornelius [a] tradidit) nunc effuſo, & nunc intus recluſo ac repreſſo, nunc certis foraminibus emiſſo atque in aërem profuſo item in articulos ſonum frangens loqui digitis elaborat, ingratus artifici, qui linguam dedit. Quibus cõuenienter Quinctilianus [b] tibias præcluſis quibus clareſcant foraminibus recto modo exitu grauiorem ſpiritum ſcripſit reddere.

[a] *Vide in corpore auctorum linguæ Latinæ excuſo ſub annum 1585. col. 1532.*
[b] *Lib. 1. Inſtit. Oratoriar. c. 11.*

*Adhuc de conſtituenda Cyprianici loci lectione agitur. Quibus Dijs Heroibúſue dicati agones ſacri. De Olimpij Iouis ſigno & fanis & in marg. Tertullianus caſtigatur. Non omnes vbique luſtrales ſacróſue agones ab auctoribus enumeratos. Quæ* πάλης *aut* ἅλματος *vocabulis exercitia comprehenſa.* Πυγμῆς *agonem omitti non debuiſſe, qui fuerit è trium vetuſtiſsimorum numero, ſed Diſci potiùs aut Iaculi ludum Homerico exemplo. De diſco & ſolò in margine. Pugilatus virtutis nomine deſignatus ab Iſidoro, vel potius pancratium. Pugiles præſtantiſsimi duo Euthymus & Melancomas, de quo apud Themiſtium, Ariſtophanis Græcus ſcholiaſtes carpitur quod in ludorum enumeratione prorſus deerrarit. Sex gymnicorum agonum propriè ſpecies carmine Pindarico comprehenſæ.*

## CAP. V.

SANE in eo ipſo B. Cypriani, quẽ tractare ac expẽdere cœpimus, loco; alterutrũ horum Aut idolum aut dæmoniũ; quorũ altero nihil aliud quàm idipſum oſtenditur (nam cuius alius rei quæſo, niſi dæmonij falſi ; numinis ſignũ idolum? (forſitan ſuperuacaneum eſſe; ac ex Idoli gloſſemate, quod Sciolus quiſpiam ſcoliaſtes appoſuerat, inter cætera Cypriani verba errore librarij ; aſcitum exiſtimauerit non abs re quiſpiam, ex iis quæ Cyprianus ipſe anteà

ſcripſe-

ſcripſerat: & ex eo quod Auſonius, [a] vbi de luſtralibu agonibus

*Quatuor antiquos celebrauit Achaia ludos;*
*Cœlicolûm duo ſunt, & duo feſta hominum.*

( quanquam idem ipſe alio quodam epigrammate dixerit,

*Iſthmia Neptuno data ſunt, & Pythia Phœbo*
*Ambiguo cultu diuorum hominúmque ſepultis)*

Ex illo denique quod Archias [b] Epigrammatarius poëta ſacros agonas, ſic & ab ipſo Pindaro nuncupatos Nemæis [c], binos Diis, binos hominibus mortuis dicatos memorat iis verbis; quos ab Alciato iã [d] prolatos, nihil eſt quamobrem hic exhibitos denuò aut ego, aut quiſquam velit. Verumtamen in Cypriano non eſt Idoli nomen delendum; quo inſignes illæ dæmonum ſtatuæ, aut hominum demonſtrantur; quas in fanis ac delubris eorum locorum, vbi celebrabantur antiquitus agones, fuiſſe poſitas conſtat. Qualis illa Iouis apud Olympiam veterum ſcriptis ab eximio ipſius artificio tantopere decantata: [e] quam inter ſeptẽ orbis miracula Caſſiodorus in libris variarum [f] connumerat; quo loco, Iouis Olympici ſimulacrum (inquit) quod Phidias primus artificum ſumma elegantia, ebore auróque formauit. Denique etſi ad dæmones Idolum pertinet, non eadem tamen vtraque res eſt. Quamobrem Tertullianus de corona militis, Quare igitur habendum eſt (inquit) apud homines veri Dei, quod à candidatis Diaboli introductum & ipſis à primordio dicatum eſt, quódque iam tunc idololatriæ initiabatur ab Idolis & in

[a] *In Eglorario.*
[b] *Antholog. Epigramm. Græc. li.1.c.1. Epigr.1.*
[c] *Ode 6. Epod. 3. & vlt. cùm ait.* δοιὸς ἀγώνων ἀπὸ τοὺς ἐνέποισιν ἱερούς.
[d] *In notis ad hanc l. vnic. de athletis: de ſacris iſtis agonib. Natalis Comes plurima per quã diligẽter ac ſcite attulit libr.5. Mytholog. quæ cùm ipſe huc quoque nõ pauca contuliſſem poſteaquàm tamen eius mihi librum videre contigit eximẽda, eóque te ablegandum eſſe (bone lector) cenſui. Poſſis & Cœlium Rhodig. conſulere, antiqua. lect. libr. 13. cap. 30. & alibi non ſemel. Viginarium denique in commẽtariis Gallicis ad Philoſtratum in iconibus Arrichionis Phorbãtis & Palæmonis vt interim de vetuſtis Pindari ſcoliaſtis taceã.* [e] *De qua & ipſi lib.2. agimus c.27. è Plinio & Pauſan. Sed vidẽdus Strabo li.8. geograph. f.409. Plutarchus Æmilio Paulo f.492. Clemẽs Alexãdrinus vbi de Pamarce adamato à Phidia illi ſtatuæ inſculpto f.15. & 21. in protreptico ſicut & Arnobius lib.6. aduerſus gentes f.168. de illa ipſa inſuper Pomponius Mela li. 2. de ſitu orbis c.3. Philoſtratus octauo lib. de Apollonio fol. 55. pag. 3. Dio potiſſimum Chryſoſtomus Olympica oratione fol. 135. Aldini exempl. pag. 2. & fol. 141. vbi τοῦ ὄντι μακαρίαν εἰκόνα nominat hoc addito ἣν ὑμῶν οἱ πρόγονοι δαπάνης τε ὑπερβολῇ καὶ τέχνης ἐπιτυχόντες εἰς ἄκρας εἰργάσαντο καὶ αἰσθήσει πάντων ὅσα ἐστὶν ἐπὶ γῆς ἀγάλματα κάλλιστον καὶ θεοφιλέστατον. Quibus adiunge quod Plutarchus in Sylla retulit fol. 846. libri Stephanici. Liuius lib. 45. fol. 368. Pariſ. edition. vbi de Æmilio Paulo Coſ. poſt ſuperatum Perſea. Per Megapolin Olympiam aſcendit: vbi & alia quidem ſpectanda viſa, & Iouem velut præſentem intuẽs, motus animo eſt. Vbi pro, Quidem, magis placeat, Quædam. De hac ſtatua ſcripſerat è Strabone atque Pauſania non nihil in deſcriptione Græciæ à Sophiano edita Nicolaus Gerbelius vbi de Olympia fol.68. emẽdato Strabonis loco. Fana verò Iouis Olympij tribus potiſſimum Græciæ regionibus percelebria fuiſſe reperio. Thucydides lib.3. fol. 40. ἐπειδὴ ἐπῆλθεν Ὀλύμπια τὰ ἐν Πελοποννήσῳ κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν. vbi ſcoliaſtes notat τοῦτο προσέθηκεν ἐπειδὴ ἐστιν ὀλύμπια ἐν Μακεδονίᾳ καὶ ἐν ἀθήναις. De altero Iouis apud Olympiam ſigno cognomine Horcij è Pauſania ſcribo, infr: lib.3. huius Agoniſtici cap.23. ſub init.* [f] *Lib.7. Epiſt.15 fol.155.*



& in Idolis adhuc viuis? non quaſi aliquid ſit Idolum: ſed quoniam quæ Idolis alij (vbi deleo iſtud Alij perperam aſſumptum è ſequentibus) fiunt, ad dæmones pertinent. Porrò ſi quæ alij Idolis faciunt, ad dæmones pertinent, quantò magis quod ipſa ſibi idola fecerunt cùm aduiuerent? Ipſi ſcilicet ſibi procurauerunt dæmones per eos in quibus eſurierant antequam procurarent (ſic lego, vbi vulgo eſt, procurauerant.) Omnium adeò in Græcia conuentuum atque celebritatum in quibus panegyricæ orationes haberi ſolerent, Deos fuiſſe præſides & ab ipſis nomen accepiſſe; Dionyſius Halicarnaſſeus [a] de ſacris & luſtralibus agonibus ſentiens, in hæc verba ſcripſit: θεὸς μὲν γέ που πάντως πάσης ἧς τινος οὖν πανηγύρεως ἡγεμὼν καὶ ἐπώνυμος, οἷον Ὀλυμπίων μὲν Ὀλύμπιος ζεύς. τοῦ δὲ ἐν πυθοῖ Ἀπόλλων. Porrò in Græcis illis quos dixi verſibus, & quos ipſe ille Alciatus Latinos fecit, hoc interim obſeruandum tamen de ſolis gymnicis ludis, non de Muſicis (licet hi quoque non minus ſacri luſtraléſve) ac ne de omnibus quidem gymnicis agi; non magis quàm ab altero poëta Lucillio [b] aut à Simonide [c] cùm ait,

Ἅλμα ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

ab Euſtathio in Homerum [d] vbi πένταθλον περίοδον ἀγωνισμάτων πέντε definit in his enumerans ἅλμα, πάλην, δίσκευμα, κόντον καὶ δρόμον: aut à Pindaricis denique ac Sophoclæis ad Electram ſcholiaſtis; à quibus hi dumtaxat in ludis pentathlo comprehenſis precenſentur,* ἅλμα, δίσκος, ἀκόντιον, δρόμος καὶ πάλη: & quamuis horum poſtremum tam ἀκροχειρίαν, quàm volutatoriam illam luctam ſignificet, ac genere quodam ipſum pancratium amplectatur: ſicut ἅλματος nomen non ſimplex modò ſaltationis genus; verùm id quoque quod fit prehenſis manu halteribus [e], & Pyrrhicham quoq; ὄρχησιν ipſam (vnde Purrhicharij apud noſtros [f] nominati) complectitur. Omiſſum tamen & ibi & in illo Lucilliano Epigrammate non fero τὸ τῆς πυγμῆς, id eſt pugilatus agonem; ſiue carminis ſiue memoriæ vitio factum hoc aliquis excuſare velit [g]. Etenim ipſe Dionyſius Halicarnaſſeus, in tribus qui

[a] ἐν τέχνῃ περὶ τοῦ πανηγυρ. *fol.33.*
[b] *Epigram.7. c.1. lib.2. Antholog. cuius initiũ,* οὔτε πύξιον.
[c] *Epigram. vlt. lib.1. cap.1.*
[d] *Iliad. Homer.* ψ. *fol. 1320. vbi & iſtud* οἱ μὲν τοι τὰ περὶ ἱερῶν ἀγώνων ἐπισκεψάμενοι οὕτως ἐμμέτρως τοὺς ἄθλους μετροῦσιν, Ἅλμα ποδῶν δίσκου τε βολὴ καὶ ἀκοντοβολία, καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη· μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.
* *Vide infr. c.31. hoc ipſo libro.*
[e] *De quo aduerſus Cornarium pro Budæo Mercuria. artis gymnaſt. lib.2. cap.11. ex Ariſto. atque Theophraſto diſceptat, quibus poſſis Themiſtiũ adiungere orat. 4. fol.61. libelli à Stephano excuſi, vbi,* ὃν (ἀθλητὴν) οἱ πολλοὶ ἐθεάσαντο ἐν τοῖς γυμνασίοις τραχηλιζόμενόν τε ῥᾳδίως καὶ μεταφέροντα τοὺς ἁλτῆρας.
[f] *l. aut damnum 8. §. quicunque. Vbi Budæus D. de pœnis, de Pyrrhicha Cæl. Rhodigin. li.3. lectio. antiq. cap.4. Xenophon li.6. Cyri expeditio. ſub initium. Diony. Halicarnaſſ. lib. 7. Varin. Fauor. Lexico. Et vide ſis, quæ ſcribo infr. cap. 15. ad extremum.* [g] *Excuſatur tamen alia quadam ratione quod poteſt, huius lib. cap. vlt. vbi vide ſis.*

qui apud Græcos veteres potiſsimùm celebrarentur agonibus, pugilatum cum curſu, & lucta connumerat: ſic admodum ſcribens alicubi [a] de ludis Capitolinis ſiue Maximis apud Romanos more propemodum Græco exhibitis; τελεσθέντων δὲ τῶν ἱππικῶν δρόμων (inquit) οἱ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν ἀγωνιζόμενοι τότε εἰσῄεσαν δρομεῖς τε καὶ πύκται καὶ παλαισταί. τρία γὰρ ἀθλήματα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ταῦτα ἦν Ἕλλησιν, ὡς Ὅμηρος ἐπὶ τῇ Πατρόκλου δηλοῖ ταφῇ.

Sanè fuit quamobrem iaculi agon vel diſci potius, hoc eſt, orbis ænei contentis in ærem viribus (vt apud Cyprianum [b] eſt) iactati, omitti: cùm alter ſub alterius appellatione non incommodè comprehẽdatur deberet; vt pro δίσκον ſcriberetur πυγμὰν: ſicuti prætermiſſum à poëtarum principe [c] recordor: apud quem Achilles Neſtori etiam ſi neutiquam decertaſſet præmium confert, atque in manum dat, hoc addito verbo,

---δίδωμι δέ τοι τόδ' ἄεθλον
Αὔτως· οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι οὐδὲ παλαίσεις.
Οὐδέ τ' ἀκοντιστὺν ἐνδύσεαι, οὐδὲ πόδεσσι.
Θεύσεαι· ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.

Alibi [d] verò, non diſcus ſed ſub eo ſatis comprehenſus (vt quidem reor) iaculi agon omittitur ab optimo illo poëtarum: vbi de ludis apud Phæacas; in quibus Clytoneus quidem curſu, lucta Euryalus, ſaltu Amphialus, Elatreus diſco, pugilatu Laodamas viciſſe fertur.

τῶν δὲ θέειν ὄχ' ἄριστος ἔην Κλυτόνηος ἀμύμων, &c.
οἱ δὲ παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς πειρήσαντο.
τῇ δ' αὖτ' Εὐρύαλος ἀπεκαίνυτο πάντας ἀρίστους.
ἅλματι δ' Ἀμφίαλος πάντων προφερέστερος ἦεν.
δίσκῳ δ' αὖ πάντων προφερέστατος ἦεν Ἐλατρεύς.
πὺξ δ' αὖ Λαοδάμας ἀγαθὸς πάϊς Ἀλκινόοιο.

Apud Tertullianum [e] ſanè ita quinque gymnicorum certaminum formæ deſignantur; vt ſub iaculatus vocabulo vtrúmque, diſci, iaculiq́; , ſiue teli, aut pili agonem eſſe comprehenſum, dubitare debeat nemo: cùm ipſum pugilatui & luctæ, quam ſpecialiter palæſtricam nuncupat, curſuiq́; ac ſaltui adiunxerit his omninò verbis: ſed quæ in ſtadio geruntur indigna conſpectui tuo non negabis pugnos & calces

& cola

[a] extrem. lib. 7. ῥωμαϊ. ἀρχαιολ. fo. 480. Vvechel. exempl.

[b] in lib. de ſpectaculis, pag. 417. col. 2.

[c] in lib. ψ. Iliad. quem locum & ſimiles Homericos celebrat Plutarch. quæſtio. 5. Sympoſ. lib. 2. fol. 1135. lib. à Steph. excuſi.

[d] Od. θ. vbi Euſtath. fo. 1588. De diſco ex varia materia, & quid diſtet ab Homerico ſolo, præter locos à Mercuriali notatos lib. 2. artis gymnaſt. cap. 12. vide Euſtathiũ ad illud ex Odyſſ. θ. -λάβε δίσκον μείζονα καὶ πάχετον. fol. 1591. Et notandũ illud Homericum ab ipſo cur prætermiſsũ, cũ non aliò Propertiũ citet τὸν ῥα περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός. Sed & iſtud Pindaricum ex antiſtroph. 4. Od. 10. Olympion. Μᾶκος δ' Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ χέρα κυκλώσαις ὑπὲρ ἁπάντων.

[e] inde ſpectaculis, fo. 589 editio. Pariſ. ann. 1580.



& colaphos & omnem petulantiam manus, & quamcumq; humanioris, id eſt, diuinæ imaginis depugnationem. Non probabis vſque vanos curſus & iaculatus & ſaltus vaniores, nuſquam tibi vires aut iniurioſæ aut vanæ placebunt; ſed nec cura factitij corporis vt plaſticam Dei ſupergreſſa (ſic malo, pro ſupergreſſæ) propter Græciæ otium altiles homines oderis. Et Paleſtrica diaboli negotium eſt. Primos homines diabolus eliſit: ipſe geſtus colubrina vis eſt, tenax ad occupandum, tortuoſa ad obligandum, liquida ad elabendum. Nullus tibi coronarum vſus eſt; quid de coronis voluptates aucuparis? Rectè igitur Iſidorus Hiſpalenſis [a] ex aliquo vetuſto & claſsico auctore ipſe non malus; quinque gymnicorum enumerat ſpecies; ita vt pugilatum virtutis nomine deſignet. Iactus appellatione generali tam diſcum, quàm haſtile ſiue iaculum comprehendit, ſic ferè; Genera gymnicorum quinque, ſaltus, curſus, iactus, virtus, atq; luctatio: & poſteà, virtus eſt immenſitas virium in labore & pondere corporis: quibus tamen verbis pancratium potius, quám pugilatum eſſe deſignatum aliquis dixerit. Et alioquin à colluctatione (ſic enim D. Ambroſius [b] in Latinis pleriſque reperiri tradit, cùm in Græcis omnibus πάλη ſcribatur: πάλην enim Græcorum, luctam Latinorum eſſe) atque à Pancratio Pugilatum, non Plutarchus [c] & Pauſanias [d] modò; ſed noſter etiam diſtinguat Vlpianus [e]: quo præſtitiſſe tum Euthymum Locrenſem [f] robore corporis admirabili; qui maximum lapidẽ portauerit, & ad vrbis portas locauerit, qui Locris oſtenditur, apud Ælianum [g] legimus: tum verò Titi Veſpaſiani temporibus Melancomam quendam (de quo ſermones duos concinnauit Chryſoſtomus Dio) ab ipſo principe adamatum; vt Suetonius [h] in eius vita refert: ita Themiſtius in oratione quadam [i] ad Valentem Imp. expreſsit; quo loco, ἦν τις ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων πύκτης ἀνὴρ Μελαγκόμας ὄνομα, αὐτὸς κάλλιστός τε καὶ μέγιστος, καὶ τὴν τέχνην εὐδοκιμώτατος. οὗ καὶ τὸν Τίτον φασὶν ἐραστὴν γενέσθαι τὸν αὐτοκράτορα. οὗτος οὐδένα πώποτε τρώσας, οὐδὲ πατάξας, μόνῃ τῇ στάσει καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἀνατάσει πάντας ἀπέκναιεν τοὺς ἀντιπάλους. Verùm quanta fides Græculis ſcoliis adhibenda ſit, alij viderint: me quidem ab eo quod probabilius exiſtimauero, nunquam auctoritate vlla ſua di-



[a] lib. 18. Origin. cap. 18. & 22.

[b] Enarrat in Pſ. 36.

[c] lib. 2. Sympoſ. 4. quæſt. 4.

[d] Eliacõn lib. 1. fol. 120. Aldini exemplar.

[e] l. quæ actio. §. ſi quis. D. ad l. Aq.

[f] Illum de quo vide cap. 16. lib. 2. quæ ſcribimus à Plinio.

[g] lib. 7. var. Hiſt. cap. 18.

[h] In Tito cap. 7.

[i] Orat. 10. de pace in eo libello quem excuſum à Stephano prædixi.

moucbunt. Nam vt de aliis taceam; quid illo indoctius apud Ariſtophanem [a] in quo cùm octo percēſeantur ludi ſeu exercitia, iaculum tamen & diſcus perperam omittuntur? ὀκτὼ δέ εἰσιν ἀγωνίσματα (inquit) στάδιον, δίαυλος, δόλιχος, ὁπλίτης, πυγμὴ, παγκράτιον, πάλη καὶ ἅλμα. Quorum priora quatuor, tanquam ſpecies, ſub generali δρόμου nomine potuêre comprehendi; ſicut ſextum ſub quinto & ſeptimo, ex quibus id conſiſtere poſteâ docebimus: vt ſex propriè vereq; gymnicorum agonum ſpecies fuiſſe videantur; quas adiuncto currus certamine quinquennalibus, ſiue luſtralibus ſacríſque ludis itidem obiri ſolitas Pindarus expreſsit Olympicis [b], vbi eleganter admodum tribus verbis totam illorum agonum rationem (Olympicorum ſcilicet in quibus nullum Muſicæ tum quidem certamen fuit, ſicuti ſuo loco [c] demonſtrabitur) ita comprehendit; vt victoriam manibus pedibus curribus, quæſitam diceret:

[a] *auibus ad illud ἢ πὶ τὸ δίαυλον ἦλθον fo. 379. German exemp.*

[b] *Ode 10. Epod. 3. & Strophe atq; Antiſtrophe 4.*

[c] *libr. 2. huius tractatus Agoniſtici & iam ſuperiùs attigi c. 4.*

τίς δὴ ποταίνιον γε λάχε στέφανον
χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρμασιν
ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος,
εὖχος ἔργῳ καθελών.
στροφ. δ.
στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον
ποσσὶ τρέχων παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός. ἧκεν δὲ Μιδέαθεν
στρατὸν ἐλαύνων. ὁ δὲ πάλᾳ κυ-
δαίνων Ἔχεμος Τεγέαν.
Δόρυκλος δὲ τέλος
πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πόλιν
ἐν ἵπποισι δὲ τέτρασιν.
ἀντιστροφή.
ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμ᾽ Ἁλιρροθίου
ἄκοντι Φράστωρ δ᾽ ἔλασε σκοπόν
μᾶχος δ᾽ Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ
χέρα κυκλώσαις ὑπὲρ ἅπαντας
καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
παρέθηξε μέγαν.

*Apud Plautum non omnes exercitationum ſpecies enumeratæ, neque apud Paulum Iuriſconſ. Vbi quid ſit haſta, quid pugnare: pro Pilo non Diſco*





*ſed Pila reponendum eſſe. de Pilæ ludo plurima. Alpheni I. C. de Sphæromachia reſponſum illuſtratum. Ouidio potiſſimum qui leuiter emendatur; Galeno, Polluce, Euſtathio, Clemente Alexand. adhibitis, apud quos de Sphæræ Epiſcuri harpaſti & Phænindæ ludis: ſed Athenæi etiam & apud eum Antiphanis de harpaſto agentium aduocatis teſtimoniis. De Sphæromachia Senecæ aſſertus aduerſus Pincianum locus, adhibito Arriano: qui, vbi harpaſti ludum egregiè deſcribit, vna inſuper aut altera vocula ſuppletur. Altera Sphæromachia, pugilum ſcilicet, quibus Sphæræ pro cæſtibus. In certamine ſeu ludo non eſſe iniuriam apud Vlpianum adhibito Tertulliano expoſitum. Sphæriſtra & Sphæriſterium.* Τὸ Κερυλίσαι*, de follis impulſione accipiendum apud Plutarchum reprehenſo interprete. Cornea certamina vel certè curulia, non crinea vel Ciuica apud Caſſiodorum exaudienda. Pilæ luſum non fuiſſe è ſacrorum ludorum numero. Sphæriſtis honos habitus ab Athenienſibus non à Mileſiis: emendatus Euſtathius circa proprium Sphæriſtæ nomen.* Σφαιρεῖς. *Pauſaniæ lectio in dubium vocata. Dromi apud Olympiam in Alti.*

## Cap. VI.

NEc tamen neſcio apud auctores bonos quædam è iuſto illo & pleno certaminum numero interdū prætermitti; ſicuti ſaltum & diſcum illis Homeri verſibus, quos modò attuli: ſed vbi ſcilicet non hoc ſibi ex profeſſo ſumunt, vt omnia enumerent; quod interpretis munus eſt proprium, vt non poſsit non eſſe vitioſa quæ manca nec plena eſt partium enumeratio. Philolaches quidē apud Plautum [a] vbi de arte gymnaſtica generaliter loquutus eſt; illico, non omnia, ſed quædam exercitationum genera exprimit, quæ ſcilicet præcipuè curæ haberet, is qui verba faciens inducitur adoleſcens; ſic ferè,

*Cor dolet mihi quē ſcio nunc vt ſum atq; vt fui olim: quo neq;*
*Induſtrior de iuuentute erat arte gymnaſtica diſco, haſta, pila,*
*Curſu, armis, equo, victitabam volupe parſimonia & duritia.*

Et ſimiliter Paulus noſter [b] non omnes expreſsit ludos qui certaminum ſacrorum loco ac tempore fierent; cùm ait Senatuſconſultum vetuit in pecuniam ludere, præterquàm ſi quis certet haſta, vel pilo iaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, quod virtutis cauſa fiat: vbi haſtæ nomine τὸ ἀκόντιον ſiue τῶν ἀκόντων Græcorum, ſicuti pugnandi verbo τὸ πυγμαχεῖν, quod pugiles præſtabant, deſignatum fateor; qui ſcio, ſic ſcriptum in Gloſſario vetuſto Latino-græco [c] pugnatores πυκτευταί illis non aſſentior, qui in pili locum ſubrogant

[a] *Moſtella. actu 4. ſcen. 2. ad fin.*

[b] *l. 2. D. de alea luſu.*

[c] *edito à Steph. in col. 275. excerptorum ex vetere Lexico Græcolatino.*

diſcum, propterea quod eo decertari ſolitum in ſacris agonibus: nec enim ſpecies ſingulas quáſque, aut genera ludorum enumeranda Iureconſultus ſibi ſumpſerat; quæ fortaſſe, ne ipſo quidem Senatuſconſulti tenore comprehenſa fuerant: & malim equidem leuiſsima, facillimaq; O in A immutatione legere Pila; ſicuti facere Tiraquellum illum Senatorem doctiſs. in ſuis ad Alexandrum Neapolitanum Iuriſconſultum notis [a] poſtea reperi, quàm hîc exſcripſeram. Nam pilæ ludum & crebrum apud veteres Romanos, & in ipſis Pythiis ſacris apud Apolloniatas olim exhibitum, diſcendi facultas eſt à Mercuriali [b] antiquæ gymnaſticæ reſtitutore peritiſsimo: qui non medicorum modò in eam rem locos & poëtarum, ſed etiam Clementis Alexandrini [c], atque Athenæi [d] attulit.

Ex iis locis ad rẽ iſti pertinẽtẽ;in quibus Martial. [e] quidem

*Si lentum ceroma teris tepidúmve trigona.* Item

*Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.*

*Non harpaſta vagus pulueruleta rapis.* Et,

*Si palmam tibi de trigone nudo.*

*Vnde det fauor arbiter coronæ.* Ouidius quoque,

*Materia ludunt vberiore viri:*

*Sunt illis celeréſque pilæ, iaculúmque, trochíque.*

*Armáque & in gyros ire coactus equus.*

Quibus & hunc confirmandæ noſtræ caſtigationi addẽdum moneo à Plauto Bacchidibus [f].

*Ibi curſu luctando haſta, diſco, pugillatu, pila.*

*Saliendo ſe exercebant magis, quàm ſcorto aut ſauijs.*

Etenim, vt mittam quod Iulium Cæſarem Octauium, Alexandrum Magnum, Marcum Antoninum philoſophum atque Alexandrũ Seuerum Impp. eo ſe ludo exercuiſſe;ipſúmque adeo [g] Catonem Cenſorium & Scæuolam [h] Iuriſconſultum alij tradiderunt: ſicuti Calpurnium Piſonem Lucanus [i] his verſibus,

*Nec tibi mobilitas minor eſt, ſi forte volantem*

*Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,*

*Et non ſperato fugientem reddere geſtu.*

Huius ludi non infrequens apud noſtros iuris auctores mentio: de quo præter Vlpianum [k] ad edictum, vbi de loco agit in

[a] ad lib.3.genia. dierum c.21.vbi tamen caſtigare ſe non dicit aut de lectione iſtius loci dubitatum ſcire oſtendit.

[b] cap.4 & 5.lib. 2.artis gymnaſt. huius pilæ ludi meminit, & Alexander in ſup.d. loco ſed obiter vt ſolet.

[c] ex lib.3. pedagogi cap.10.

[d] lib.1. Deipnoſophiſt.

[e] lib.4.& 7.

[f] actu.3.ſcena 3. ſub init. citatur à Budæo ad l. Athletas de iis qui notant. infam. ſed ita vt Pilæ nomẽ omiſſum ſit.

[g] vide Plutarchũ in eius vita.

[h] vide Valeriũ. Max.lib.8.cap.8.

[i] in panegyrico quod appendici ad Virg. adiunxit ſcaliger, fol. 127.

[k] l. item Mela 11.in prin. D.ad l.Aquil.



in quo ex conſuetudine pila luderetur; Alphenus etiam ſic ferè loquitur in digeſtorum libris [a]. Cùm pila complures luderent, quidam ex his ſeruulum cùm pilam recipere conaretur impulit; ſeruus cecidit, & crus fregit. Quærebatur an dominus ſeruuli lege Aquilia cum eo, cuius impulſu ceciderat agere poſsit, Reſpondi, non poſſe: cùm magis caſu quàm culpa videretur factum; quod eum ſcilicet inter ludendum impulit impediendi cauſa ne pilam reciperet. Rectè verò Alphenus: hoc nimirum ſentiens, in culpa non videri eſſe in dubio, qui aliquid inter ludendum à ludi ratione non alienum faciat; quamuis ex eo alter quiſpiam lædatur. Itaq; Ouidius [b] ad hanc rem percommodè vbi de Hyacintho

*Quæ mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe vocari*

(ita malo; quàm pro Si, vt aliis videtur, Sic legere)

*Culpa poteſt niſi culpa poteſt & amaſſe vocari.*

Non fuiſſe autem à ludo pilæ, impulſionem luſorum alienam, immò in eo etiam frequentatã; teſtis Lucianus [c] Anacharſi: quo loco ludum pilæ ita frequentatum apud Lacedæmonios, vt in ipſo ſeſe inuicem propellerent, in hæc verba ſub Solonis perſona ſcribit; μέμνησο ἤν ποτε καὶ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι μάτην πονεῖν αὐτοὺς, ὁπόταν ἢ σφαίρας πέρι ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες παίωσιν ἀλλήλους, ἢ ἐς χωρίον εἰσελθόντες ὕδατι περιγεγραμμένον ἐς φάλαγγα διαστάντες τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζωνται, & cætera quæ ſequuntur. Teſtis inſuper Galenus [d] de paruæ pilæ agens exercitio; eo ſcilicet loco vnde alia quoque vndecimi capitis initio [e] adferre ſtatui: nam τῆς ἀπώσεων inter cætera commeminit his admodum verbis: ὥστε κεφαλὴν μὲν καὶ αὐχένα πονεῖσθαι τοῖς τραχηλισμοῖς. πλευρὰς δὲ καὶ θώρακα καὶ γαστέρα ταῖς τε τῶν ὀμμάτων μετάρσεσι καὶ θέσεσι καὶ ἀπώσεσι καὶ ἀποστηρίξεσι καὶ ταῖς ἄλλαις παλαιστικαῖς λαβαῖς. Teſtis quinetiam Iulius Pollux [f] vbi de ludo pilæ quam σφαῖραν vocat; παίζεται δὲ κατὰ πλῆθος (ait) διαστάντων ἴσων πρὸς ἴσους ἤτοι μέσην γραμμὴν ἄθρυπτον ἐκλυσάντων ἣν σκῦρον καλοῦσιν, ἐφ' ἣν καταθέντες τὴν σφαῖραν ἑτέρας δύο γραμμὰς κατόπιν ἑκατέρας τῆς τάξεως καταγράψαντες τοὺς ὑπὲρ ἑτέρους οἱ προανελόμενοι ῥιπτοῦσιν; & addit, οἷς ἔργον ἐπιδράξασθαί τε τῆς σφαίρας φερομένης καὶ ἐπιβάλλειν, ἕως ἂν οἱ ἕτεροι τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τὴν ἑτέραν γραμμὴν ἀπώσωνται. Meminit etiam Euſtathius

[a] l.ſi ex plagis 52.D.ad l.Aqui.

[b] fab.5. lib.10. Metamorph.

[c] in dialogo περὶ γυμνασίων.

[d] in περὶ τοῦ διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου. cap. 2.

[e] ad marginem.

[f] lib.4.Onomaſt, col.492.

Euſtathius apud Homerum [a] in Phæacibus, vbi cætera itidem ipſe, vt Pollux, pilæ luſus genera perſequitur; & ait, ἐπίσκυρος δὲ ἣν ἐξεφέροντο οἱ παίζοντες κατὰ πλήθη, καλουμένη διὰ τοῦτο καὶ ἐπίκοινος. ἡ δ' αὐτὴ καὶ ἐφηβική. ὠνόμασται δὲ ἐπίσκυρος, ἐπειδὴ οἱ κατ' αὐτὴν σφαιρίζοντες ἐπὶ λατύπης ἑστῶτες, ἣν σκῦρον φασὶν, & cæt. βολῇ σφαίρας ἀλλήλους ἐξεδίωκον.

Sed & de harpaſti pilæ ludo cuius φαιννίδα iuxta Pollucem, [b] ἀπὸ τοῦ φαιννίδου τοῦ πρώτως εὑρόντος ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν, vel φαινίνδα, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων, quod procul à luſoribus iaceretur dicti, Phæneſtio pædotribæ inuentionẽ Athenæus [c] auctoritate Iubæ Mauri tribuit: addito iſto Antiphanis carmine

Φαίνινδα παίζων ἤσθιες ἐν Φαινεστίου

poſtquàm ipſe Athenæus, πολύσκοπον καὶ καματηρὸν τὸ τῆς περὶ τὴν σφαιριστικὴν ἁμίλλης τό τε κατὰ τοὺς τραχηλισμοὺς ῥωμαλέον ſcripſit (notandum hic interim admoneo quod ad rem facit τό τε τῆς ἁμίλλης καὶ τῶν τραχηλισμῶν contentionis ſiue certaminis atque inflexionum ceruicis, quarum Galenus quoque in libello de ludo paruæ pilæ commeminit, vocabula; ſimile quidpiã aut vicinum luctæ ſiue pancratio ludum pilæ iſtum habuiſſe oſtendentia: verſus iſtos Antiphanis ſubiicit) quibus cùm graphicè hîc harpaſti deſcribatur ludus; hoc etiam (quod modò dicebamus) oſtenditur, in eo extruſionibus ſeu impulſionibus mutuis, dum præripere luſores pilam tentabant, locum præcipuum fuiſſe:

--σφαῖραν λαβὼν
τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα·
τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν
--πλαγκταῖσι φωναῖς

Quibus facilè adducor, vt putem nihil aptius proferri poſſe ad eius Alphenici reſponſi rationem aſſequendam: vbi de ludo quidem ſed de tali ludo ſpecies erat propoſita, in quo, imago interim pugnæ quædã ſubeſſe videatur. Quamobrem à Seneca [d] & Statio [e] Sphæromachiam appellatam ſcimus: quod qui non intelligebat Pincianus Hiſpanorum alioquin æuo ſuo doctiſs. fruſtrà fuit, cùm apud Senecã reponi Sphyromachiam debere credidit [f], quod enim ſphæras eſſe pugilum arma qui propterea ſphæris hoc eſt cæſtibus decertare pugnareq;

[a] Euſtath. ad ϑ. Odyſſ. Homer. fo. 1601. vide ſis & ipſum ad Odyſſ. ζ. fol. 1554. vbi περὶ τοῦ φεννίδος τοῦ καὶ φαινίνδα καὶ ἐφετίνδα: vbi & pilam à Græco πάλλω quod idẽ cum ſphæra eſt ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι deducit: hoc addito, ῥωμαῖοι μέντοι πίλαν τὴν σφαῖραν φασὶν ὡς ἐν λατινικῷ εὑρηται λεξικῷ κατά τινα συγχύσιν τοῦ ι πρὸς τὸ ἄλφα. ἐπεί τοι καὶ πῖλος παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐκαλεῖτο.

[b] lib. 9. Onomaſt. cap. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν. fol. 492.

[c] lib. 1. δειπνοσο. fol. 9. Meminit huius ludi Clemens Alexandr. lib. 3. pædag. cap. 10. οἱ δὲ καὶ σφαίρῃ τῇ μικρᾷ παιζόντων τὴν φαινίνδα παιδιὰν ἐν ἡλίῳ μάλιστα.

[d] epiſt. 80. Hodier. die in princ.

[e] in præfat. 4. Sylu. ſed & Sphæromachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur.

[f] in ſuis ad Senecam ſcoliis.



pugnareq; dicerentur, à Iulio Polluce [a] traditum ſic ferè; εἴποις δ' ἂν ἐκ τοῦ πυκτεύειν χεῖρες ὡπλισμέναι, χεῖρες ὁπλίτιδες, καὶ τὰ ὅπλα σφαῖραι, ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία παρ' ἀριστομένει ἐν διονύσῳ ἀσκητῇ: etſi τὰς σφαίρας vicem ἱμάντων ſiue cæſtuũ ſiue meilicharũ exhibuiſſe pugilibus de Platone [b] didici; vereor ne ſatis verũ non ſit. Certè non prohibet quominus ſphæromachiæ nomẽ ad pilæ quoq; ludum pertineat, in quo ſpeciem pugnæ quandam exhibitam diximus. Et verò ab iſto pilæ luſu ad pugnam veniri ſolitum; vbi modus in ipſo excederetur; vt puta ſi non ex arte, ſed perturbato animo, meticuloſè aut tumultuoſè quiſpiam è ſphæriſtis, hoc eſt pilariis colluſoribus harpaſtum ſiue follem ſiue pilam ſphærámve aut in ſinum reciperent aut ita impellere conarentur, ne aduerſarij poſſent recipere, Arrianus Epicteto * docet; quo loco totam pilarij luſus rationem non explicat modò verùm ipſis etiam oculis tantum non ſubiicit, his admodum verbis; quæ ideò, atque vt eadem opera caſtigentur, iuuat hicce adſcribere: τοῦτο ὄψει ποιοῦντας καὶ τοὺς σφαιρίζοντας ἐμπείρως οὐδεὶς αὐτῶν διαφέρεται περὶ τοῦ ἁρπαστοῦ ὡς περὶ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ· περὶ δὲ τοῦ βάλλειν καὶ δέχεσθαι λοιπὸν ἐν τούτῳ ἡ εὐρυθμία, ἐν τούτῳ ἡ τέχνη, τὸ τάχος ἡ εὐγνωμοσύνη· ἵν' ἐγὼ μὴ δ' ἂν τὸν κόλπον ἐκτείνω, δύνωμαι λαβεῖν αὐτό. ὁ δ' ἂν βάλω, λαμβάνει. ἂν δὲ μετὰ ταραχῆς καὶ φόβου δεχώμεθα ἢ βάλωμεν αὐτὸ, ποία ἔτι παιδιά. ποῦ δέ τις εὐσταθήσει, ποῦ δέ τις τὸ ἑξῆς ὄψεται, ἐν αὐτῇ· ἀλλ' ὁ μὲν ἐρεῖ βάλε μὴ βάλοις. ὁ δὲ μίαν ἔβαλες· τοῦτο δὲ μάχη ἐστὶ καὶ οὐ παιδιά: vbi non eſt mihi dubium, quin penultimum colon ita iniecto vno articulo ſuppleri debeat, ἀλλ' ὁ μὲν ἐρεῖ βάλε, ὁ δὲ μὴ βάλοις ὁ δὲ μίαν ἔβαλες, &c. Atque hoc ipſum eſt quod alibi [c] Vlpianus, cùm iniuria ex affectu facientis conſiſtat, ſi quis per iocum percutiat, aut dum certat (inquit) iniuriarum non tenetur: & rectè, dum certat, velut in gymnaſio aut ſtadio, vbi ſacra exhiberi certamina, vel ad ea exerceri iuuenes ſolent. Itaq; etſi vulnera inferantur, ingerantur, & quaſſent pugni, calces arietent, cæſtus dilanient, flagella dilacerent: nemo tamen agonis præſidem ſuggillans erit, quod homines violentiæ obiectet. Iniuriarum enim actiones extra ſtadium; ſicuti Tertullianus appoſitè (niſi fallor) ad ſuperiora Scorpiaco tradit. Alioqui ſi non ea ſit ludi conditio, nec mos aut vſus vt colluſores

[a] Onomaſt. lib. 3. cap. vlt. col. 189.

[b] lib. 8. de legib. folio 83. libri à Stephano excuſſi, vbi de pro agonibus pugilatus, καὶ ὡς ἐγγύτατα τοῖς ὁμοίοις ἰόντες ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας ἂν περιεδούμεθα, & c. quæ ſequuntur.

* lib. 2. ca 5 πῶς συνυπάρχει μεγαλοφροσύνη καὶ ἐπιμέλεια.

[c] lege 3. §. penult. D. de iniuriis.

ſores deiici debeant; impulſi dedita opera & læſi ſeruuli, d omino non eſſe denegandam Aquiliæ actionem, verius arbitrer: qua de re ne cogitatum quidem aliquid, non modò ſcriptum ab interpretibus iuris: ſicuti nec ab aliarum (quas humaniores vocant) literarum magiſtris atque grammaticis indicatum adhuc; fuiſſe locum in quo præmij atque honoris cauſa, ſiue in ſtadio ipſo ſeu potiùs alibi eo pilæ ludo decertabant, quem locum Sphæriſtram vocarent: ſicuti Sphæriſterium in gymnaſij quadam parte vbi ſe iuuenes eo exercerent luſus genere, Corycæum apud Vitruuium ex aliquorum opinione, ab aliis [a] tamen improbata, vbi corycomachia luderetur. Ac de Sphæriſterio quidem alij [b] plurimos auctorum locos obſeruarunt, nos de Sphæriſtra vnum apud Plutarchum, [c] iam olim deprehendimus; in quo de Iſocrate ſic ferè, λέγεται δὲ καὶ κερητίσαι ἐπὶ παῖς ὤν. ἀνάκειται γὰρ ἐν ἀκροπόλει χαλκοῦς ἐν τῇ σφαιρίστρᾳ τῶν ἀῤῥηφόρων κερητίζων ἔτι παῖς ὤν. ὥς εἶπόν τινες. Quod enim ibi κερητίσαι Robertus Britannus, Examinatorem eſſe expoſuit; hallucinatum arbitror: ac tametſi alibi hoc verbi legere non memini, equidem ad pilæ luſum ita refero, vt κερητίσαι eſſet cornu pilam ſiue follem impellere; cornu autem hoc eſt operimento corneo, pugnis aut extremis brachiis aptato: ſicuti hodieq; apud nos atque Italos follis propelli ac impeti ſolet; atque in illa figura Pythiis ſiue apud Apolloniam, ſiue apud Actium ac Nicopolim agonibus pila ludentium à Mercuriali [d] exhibita intueri licet: agonibus inquam ſiue certaminibus corneis, quemadmodum Caſsiodorus nominat in variarum libris [e], vbi vulgò ſcriptum, & (mea quidem opinione) perperam, Crinea; nec minus malè adſcriptum ad marginem pro eo, Ciuica: Crinea ſunt iſta certamina, pugna ſine ferro (inquit) rixa ſine odio; clamoribus non doloribus res iſta peragitur. vbi niſi Cornea placebit, rectiùs quidem Curulia, quàm vel Crinea vel ciuica quod alij ſubſtituêre, legeris.

[a] *Mercurial. c. 4. lib. 2. artis gym.*
[b] *Idem Mercur. c. 9. li. 1. poſt Budæum in annot. in Pandect.*
[c] *in vitis decem Rhetor. fol. 1542.*
[d] *dicto c. 4. & 5.*
[e] *libr. 8. variar. epiſt. 15.*

Nec ideò magis exiſtimandum tamen, ex agonum ſacrorum numero, pilæ luſum fuiſſe; illorum ſcilicet, qui Olympiæ Delphis Corinthi aut Nemeæ committerentur. Itaque quamuis apud Athenienſes magni haberetur, vt Alexādrum Caryſtium ſphæriſtam & ciuitate donarint; & ſtatuis quoq; poſitis



poſitis ipſius memoriam, nomenq; commendarint: Mileſij tamen iſtam exercitationē propterea dicuntur auerſati, quod cùm ſe athleticis laboribus exercerent, multáſque è coronariis certaminibus eſſent conſequuti victorias; ad nullum eorum pilam vtilem, ac proinde reiiciendam ſibi prorſus eſſe cenſuerunt. Cuius rei auctorem habeo ipſum Euſtathium ſic ſcribentem in Homerum [a] Phæacibus, τοῦ δὲ ἀξίαν λόγον καὶ τὴν σφαιριστικὴν εἶναι πίστις καὶ Ἀθηναῖοι, πολίτην ποιησάμενοι Ἀλέξανδρον τὸν καρύστιον σφαιριστήν. καὶ ἀνδριάντας ἐκείνῳ ἀναστήσαντες: Μιλήσιοι μέντοι τὸ γυμνάσιον ταύτην παρῃτήσαντο. αἴτιον δέ φασιν, ὅτι περιττῶς ἐξασκήσαντες τὰ ἀθλητικὰ, καὶ πολλὰς ἐκ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων ἀπενεγκάμενοι νίκας, τὴν σφαῖραν εἰς οὐδὲν τούτων χρησίμην ἔγνων διὸ καὶ παραιτητέαν αὐτὴν ἔκειναν. Vbi hoc quoque in tranſcurſu adnotandum, quando ſub manum venit, exhibeo; nondum animaduerſum, quod equidē ſciam, ab aliis: non Alexandri nomen habuiſſe Caryſtium illum pilarium, ſiue ſphæriſtam, ſed Ariſtoxeni: fuiſſe autem Alexandri Magni, qui hoc ludi genere delectaretur, ſi non contubernalem atque colluſorem; pilarium certè coram ipſo ſaltatorem: id quod ex iis manifeſtiſsimè apparebit, quæ tum huius libri, 1. cap. XII. ad extremum à Suida, & ipſo Euſtathio; tum libri proximi cap. XX. ab Athenæo in medium proferam. Itaque niſi deprauatus hic locus à librariis imperitis omnia perturbantibus fuit: non poteſt non de memoriæ lapſu (quem circa nomina propria, hominibus præſertim plurimæ lectioni addictis, frequentem eſſe comperimus) argui atque incuſari Euſtathius; qui ſic potiùs in animo videtur habuiſſe vt ſcriberet; quemadmodum apud Athenæum, vnde identidem haurit plurima, ſcriptum legerat: πολίτην ποιησάμενοι Ἀρι-στόνικον τὸν καρύστιον τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν, &c. vel ità, ſuppreſſo pilarij luſoris nomine: πολ. ποιησ. καρύσ. τινὰ τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιρ. At in iſtis tamen, nummorum Marci Aurelij Antonini apud Byzantios excuſorum, & item Gordiani tertij formis & characteribus, quos in ſua gymnaſtica Mercurialis [b] exhibet, in vaſe ſupra menſam poſito tres extant palmæ rami eo loci, vbi luſorum pilæ figura oſtenditur. Cui bono palma? niſi victori vt daretur? ſi palma, cur non etiam corona? niſi fortè, quod verum vetus illud Horatij [c] verbum

[a] *Od. θ. fol. 1600.*
[b] *cap. 5. li. 2. art. Gymnaſt.*
[c] *in arte Poëtica ad Piſones.*

 picto

*--pictoribus atque poëtis*
*Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

aut potiùs Mileſiorum verba, de ſacris certaminibus; non de Pythiis Apolloniatum, atque Byzantinorum, non de Panathenaicis exponenda ſunt. Nam apud Lacedæmonios quidem qui exceſſerant ex ephebis luſores pilæ, ac ſimul ſaltatores, vt arbitror [a] quos σφαιρεῖς tanquam σφαιριστὰς vocarent; gymnicorum ludorum, quo modò poſteà [b] dicemus, præſidi, ſed & Lacedæmoniorum nationis auctori (vt Lycurgus apud Plutarchum [c] ait) Herculi ſacra facere ſoliti: quemadmodum Pauſanias [d] his admodum verbis, vbi de dromo in quo erant gymnaſia loquitur, addocet; ἔστι δὲ ἄγαλμα ἀρχαῖον ἡρακλέους ᾧ θύουσιν οἱ σφαιρεῖς· οἱ δέ εἰσιν οἱ ἐκ τῶν ἐφήβων ἐς ἄνδρας ἀρχόμενοι συντελεῖν. πεποίηται δὲ καὶ γυμνάσια ἐν τῷ δρόμῳ. Vbi ſi erit aliquis qui pro θύουσιν ſcriptum malit θέουσιν vt iuuenes ſphæriſtas Herculi decurriſſe in dromo illo ſignificet; me quoque adſtipulatorem habiturus eſt; vel ideò quia curſura potius in dromo iuuenibus, quàm ſacrificium competit: non negantem intereà, quin, cum ludos quatuor ſacros, alióſque Deorum honori & cultui dicatos quoſlibet ſolerent ſacrificia præcedere; vulgata ſcriptura idoneum ſenſum vtcunque habeat. De dromo in nemore Alti apud Olympiam exercendorum curſu iuuenum gratia, mentio apud Philoſtratum in Apollonij vita [e]: vbi, τεμένη τε γὰρ ἐν αὐτῇ καὶ ἱερὰ καὶ δρόμοι καὶ σκηνὴ δήπου & poſteà, τὰ δὲ ἄλση στεφανῶσαι τοὺς νικῶντας καὶ τοὺς δρομικοὺς τῶν ἀθλητῶν γυμνάσαι: ταῦτα γάρ που καὶ ἡρακλεῖ ἐνθυμηθέντι, καὶ τὸ αὐτοφυὲς τῆς ὀλυμπίας ἀγασθέντι, ἐπάξιος ἐφάνη ὁ χῶρος τοῦ ἔτι νῦν σπουδαζομένων ἐνταῦθα. Verumtamen luſoribus pilæ Laconicis (de quibus illo Pauſaniȩ loco) ſaltandum potiùs, quàm decurrendum profectò fuit: qua de re ſubtiliùs ad extremum capitis duodecimi, diſceptabitur.

[a] *Vide quæ ſcribimus inf. c. 12. ad extremū vbi de ſaltatione.*
[b] *cap. 16. huius lib. 1.*
[c] *Apophth. Laco. in Lycurgo, fol. 401.*
[d] *Laconicis, fol. 74. Aldini libri.*
[e] *lib. 8. fo. 55 pag. 2. De Alti autē è Pauſan. Eliacon. 1. fol. 121. Et aliis locis. Vide quæ ſcribo infra cap. 21. & lib. 2. cap. 15.*

*Onomaſtus Smyrnæus pugilatu victor primus apud Olympiam. Mutilus Galeni locus de Epeo ſuppletur, & caſtigatur Homeri beneficio. Pugilatus quamobrem cæteris exercitationibus gymnicis contemptior, aut minoris dignationis; adeò vt eo qui contenderent, deridiculo habiti fuerint morborumq; periculis, & Chriſtianorum diuini verbi præconum reprehenſionibus expoſiti. Cyprianus emendatus. Pugilatus laudes à Dione Chryſoſtomo prædicatæ. Pugilum & luctatorum differentia. Illorum cruenta ſpectacula, qui de vita etiam periclitati. Quamobrem pœnæ cauſa è Chriſtianis, nonnulli in agonem pugilatitium ſub Roman. Imperatoribus illorum perſecutoribus olim damnati. Monomachi. Vnus Melancomas pugil, nullum formæ aut valetudinis damnum perpeſſus. ἡ τῶν χειρῶν ἀνάτασις Melancomæ pugili apud Themiſtium attributa quò pertineat, plurimis Euſtathij teſtimoniis allatis expoſitum: qui Cratero etiam pugili (hoc autem è Pauſania interpretor eſſe nomen proprium) id ipſum de manus extenſione aſſignat, quod Melancomæ Themiſtius & Dio Chryſoſtomus tribuunt.*



## CAP. VII.

PVGILATVS ſanè præmia Onomaſtum è Smyrna Olympiæ conſequutum tertia & viceſima Olympiade, propoſita tunc primùm, id eſt, longè poſt cæteros agonas inſtitutos; de Pauſania [a] didici: atq; huius etiam agonis Galenus ait hoc præcipuum fuiſſe, vt alibi quàm ludis nullus ipſius vt cæterorum vſus ſit: quibus excepto illo, vnus idemq; omnibus aptum ſe, ſicut aliis ſecundum naturam, exercitiis atque operibus olim præbuerit; ſimulq; agitationi Circenſium equorum, vt & vinceret: poſteà diſcerni ab inuicem cœperint, vt aliis agonibus alij præſtarent atque excellerent. Sic enim ille ad Thraſybulum [b], πάλαι μὲν γὰρ (inquit de illo tempore agens quod Platonis ætatem præceſſerat) εἷς ἀνὴρ ἐργάτης τῶν κατὰ φύσιν ἔργων ἀληθῶς διεκπικὸς εἰς ἀγῶνα καταβαίνων, οὐ πάλην μόνον ἀλλὰ καὶ δρόμον ἠγωνίζετο. καί τις ἐνίκα πολλάκις εἰς ἄμφω τε ταῦτα καὶ ἀκοντίζων καὶ τοξεύων καὶ δισκοβολῶν καὶ ἅρματος ἐπιστατῶν. ὕστερον δὲ διεκρίθη. καὶ οἷον πρὸς ἕνα πεποίηκεν ὅμηρος ἐπειὸν εἰς μὲν πάντα τὰ κατὰ φύσιν ἔργα πάντων ὕστατον δὲ πυγμὴν, ἧς ἐν ἄθλοις μόνοις ἡ χρεία τοιοῦτοι πάντες ἐγένοντο, &c. Quem locum vno verbo mancum & mutilum, ita ex ipſa Galeni ſententia optimè caſtigatum, & integritati ſuæ reſtitutum iri arbitror: iuxta hiſtoriam Epei præſtantiſſimi & fabri (nam equum illum Troianum famoſiſsimum compegiſſe dicitur) & pugilis; qui κατὰ γαστρὸς ἔτι ὢν ἔμβρυον ἐπύκτευσέ πως τῷ διδύμῳ ἀδελφῷ, καὶ νικήσας προεξώδευσεν, in ipſo iam tum vtero matris fratrem velut pugilatu victum præcurrit, verùm alioquin δειλοῦ καὶ ἀπολέμου (vt è Lycophrone narrat Euſtathius [c]) & cùm indiſci iactu ridiculi, tum ad cætera exercitia ludicra, & bellica præſertim munia inutilis Homericam; quæ penultimo Iliados libro proponitur: ſi poſt τὸ ὕστατον, addideris τὸ ἄριστον: quod apud Homerum itidem legitur, quo loco ſic fatus Epeus inducitur;

[a] *Eliacôn 1. fol. 120. vbi τρίτῃ δὲ ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ πυγμῆς ἆθλα ἀπέδοσαν· ὀνόμαστος δὲ ἐνίκησεν ἐκ σμύρνης, &c.*
[b] *πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμν. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν. fol. 296. lin. 54.*
[c] *fol. 1323. & 1324.*

ἡμίονον δ᾽ οὔ φημί τιν᾽ ἀξέμεν ἄλλον ἀχαιῶν
πυγμῇ νικήσαντα ἐπεὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστος.

Itaque cùm verè dictum ſit à Philoſtrato [a] τῶν παλαισμάτων ἃ διαπέφυκεν ἀπ᾽ ἀλλήλων κράτιστον εἶναι τὸ ξυνημμένον τῇ πάλῃ: ob eas quas expoſui modò rationes, non æquè dignationis habitum pugilatum, ac cæteros agonas verum eſt: ſed ob id potiſsimùm quod in ipſo, cæſtuum ictibus aduerſum ſe πύκται pugiles (qui & πυκτεύται, hoc eſt pugnatores dicti [b]) decernerent, dilaceratíſque capitibus cruentarentur (vt ait Ambroſius [c]) præſertim autem antagoniſtarum os miris modis ita deformaretur (τὰ κατὰ στόμα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὺς εἰκὸς ἦν κρεωθῆναι, ſicut Euſtathius monet [d], ὧν καὶ στοχάζονται πάντως οἱ πύκται κατὰ καὶ ὤτων) difficile vt eſſet ipſos poſt pugnam internoſcere: quamobrem

--σκληραῖοι τεθλασμένοι οὔατα πυγμαῖς

vt cum Theocrito [e] loquar, ludibrio iocíſque ac poëtarum quoque, non popularium modò dicteriis expoſiti fuerint; vel illa Lucilliana quatuor epigrammata [f] fidem faciunt, quæ cap. 1. libri 11. ἀνθολογίας ipſo in aditu ſtatim exhibentur; multíſque adeò morbis ob debilitatas prædura exercitatione illa & quaſi concuſsione vexatas plagis & ictibus penè aſsiduis, pleráſque corporis partes, obnoxios ipſos fuiſſe Galenus [g] in hæc verba ſcribit: τὰ τῶν ἀθλητῶν σώματα σαθρὰ, καὶ ἀσθενῆ ταῖς κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν γεγονότα πληγαῖς ἕτοιμα πρὸς τὸ πάσχειν ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσιν. οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ περιωρυγμένοι πολλάκις ὅθ᾽ ἡ δύναμις οὐκέτ᾽ ἀντέχει, πληροῦνται ῥευμάτων: οἱ δ᾽ ὀδόντες ἅτε διασεσεισμένοι πολλάκις ἐπιλειπούσης ἐν τῷ χρόνῳ τῆς δυνάμεως αὐτοὺς ἑτοίμως ἐκπίπτουσι. τὰ δὲ λυγισθέντα τῶν ἄρθρων ἀσθενῆ πρὸς πᾶσαν τὴν ἔξωθεν βίαν γίνεται, καὶ πᾶν ῥῆγμα καὶ σπάσμα ῥᾳδίως κινεῖται, &c. καὶ πολλοὺς αὐτῶν πάνυ συμμέτρως ἔχοντας τῶν μελῶν οἱ γυμνασταὶ παραλαβόντες ὑπερπιάναντές τε καὶ διασάξαντες αἵματί τε καὶ σαρξὶν, εἰς τοὐναντίον ἤγαγεν. ἐνίων δὲ καὶ τὰ πρόσωπα παντάπασιν ἄμορφα καὶ δυσειδῆ κατέστησαν, καὶ μάλιστα τῶν παγκράτιον ἢ πυγμὴν ἀσκησάντων. ὅταν δὲ καὶ τῶν μελῶν τελέως ἀποκλάσωσιν ἢ διαστρέψωσιν ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψωσι τότ᾽ οἶμαι τό τε καὶ μάλιστα τὸ τῆς ἐπιτηδεύσεως αὐτῶν ἀποτελούμενον κάλλος ἐναργῶς ὁρᾶσθαι, &c. & ſtatim καταλύσασι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος αἰσθητηρίων προαπόλλυται καὶ πάνθ᾽ ὡς ἔφην τὰ μέλη διαστρεφόμενα παντοίας ἀμορφίας

[a] lib. 2. εἰκόνων in palæſtra.

[b] in excerptis ex vetere Lexico Græco-latino, impreſſis à Stephano, col. 275. gloſſarij. cap. περὶ θεωρῶν de ſpectaculis.

[c] enarrat. in Pſ. 36.

[d] in ψ. Iliad. ad illud. κόπτε δὲ παπτήναντα, fol. 1324.

[e] Dioſcuris eidyllio.

[f] in 1. 2. 3. & 10. adde ſis & vltima, quod eſt Luciani.

[g] προτρεπτικῷ πρὸς τὰς τέχνας. fol. 5. lin. 19. & ſequen.



ἀμορφίας αἴτια γίνεται. Itemq; alio loco [a] τοὺς δ᾽ ἐκ τῆς παλαίστρας τί δεῖ καὶ λέγειν ὡς ἅπαντα λελώβηνται τῶν ὁμηρικῶν οὐδὲν μεῖον. ὡς γὰρ ἐκεῖνος φησὶν ὁ ποιητὴς χωλάς τε ῥυσάς τε παραβλῶπας τοῖς ὀφθαλμοῖς οὕτω τοὺς ἐκ τῆς παλαίστρας ἴδοις ἂν ἢ χωλοὺς ἢ διεστραμμένους ἢ τεθλασμένους, ἢ πάντως γέ τι μέρος πεπηρωμένους. Chriſtianorum verò Theologorum ac diuini verbi præconum increpationibus atque reprehenſionibus percelluntur multò magis: ex quorum numero martyr Cyprianus [b], ita in eos inuehitur quodam loco, quem vt eadem opera caſtigetur, exhibebo: Nam illa altera dementia eſt manifeſta (inquit) otioſis hominibus negotiatio ſua (malim ſui legere) vt vapulet, & prima victoria eſt vltra modum humani ventris eſurire potuiſſe, ſuper titulo coronæ: Hîc pungo diſtinctionis cauſa, cuius nota in excuſis quibúſque deficit; & quod ait de eſuritione, hoc ad ſaginam & voracitatẽ pugilum aliorumq; athletarum pertinet, de qua libro tertio [c] pleniùs diſſeretur. Tum apud Cyprianum [d] ſubiicitur admirationis, quodam genere, vt equidem ſentio; Edacis flagitioſæ nundinæ, ictibus infelix facies locatur, vt infelicior venter ſaginetur. Oratoriè igitur argumento ſuo ſeruiens potiùs, quàm verè Dio Chryſoſtomus [e] dum pugilem Melancomam omni laudum ratione cumulare nititur, & rei militari athleticam præfert; tanquam illius exercitatio minor ac leuior, huius præſtantior & magis laborioſa, per illam ſolius animi ſpecimẽ exhiberetur, hac verò inſuper fortitudo roburq; corporis ac temperantia conſummaretur. Et verò pugilatum genus exercitationis duriſsimum, ſiue laborioſiſsimum & difficillimum fuiſſe, ac propterea cæteris à Melancoma prælatum; cùm honoris & gloriæ ſtudioſior, quibus operibus virtus robúrque animi & corporis oſtenderetur, iis potiſsimùm præ aliis eminere vellet: γνοὺς οὖν τῶν πρὸς ἀνδρείαν ἔργων (inquit) κάλλιστον ἅμα καὶ ἐπιπονώτατον τὴν ἄθλησιν ἐπὶ ταύτην ἦλθε. τῶν μὲν γὰρ πολεμικῶν ὅτε καιρὸς οὐκ ἦν ἥτε ἄσκησις ἐλαφροτέρα φαίην δ᾽ ἂν ἔγωγε καὶ ταύτης ἥττονα εἶναι. μόνης γὰρ εὐψυχίας ἐπίδειξις ἐν τοῖς πολεμικοῖς. ἡ δὲ ἄθλησις ἅμα μὲν ἀνδρείαν, ἅμα δ᾽ εὐψυχίαν, ἅμα δ᾽ ἰσχὺν, ἅμα δὲ σωφροσύνην ἐμποιεῖ. καὶ τοίνυν τὴν ἄθλησιν εἵλετο, οὐ τὸ ῥᾷστον, ἀλλὰ τὸ χαλεπώτατον: πυγμὴν γὰρ ἤσκησε. & quæ ſequũtur.

Inter pugiles & luctatores quidnam interſit Philinus apud

Plutar.

[a] in extremo libelli de parua pila exercitio.

[b] in lib. de ſpectaculis pag. 417. col. 2.

[c] ſub initium in cap. 1. & 2.

[d] lib. 3. ſub initium.

[e] in Melancoma 2, fol. 199. pag. 2.

Plutarchum [a] explicans, hoc addit, τοὺς δὲ πύκτας, οὐδὲ πάνυ βουλομένους ἐῶσιν οἱ βραβευταὶ συμπλέκεσθαι. μόνους δὲ τοὺς παλαιστὰς ὁρῶμεν ἀλλήλους ἀγκαλιζομένους καὶ περιλαμβάνοντας, &c. συνάγουσιν αὐτοὺς καὶ ἀναμιγνύουσιν ἀλλήλους, &c. Pugilum denique, ſicut è ſuperioribus colligitur, cruenta erant ſpectacula; non itidem luctatorum, cæterorúmque agoniſtarum. Itaque reprehenſus ideò Conſtantius Imp. ab Amniano Marcellino lib. hiſtoriæ ſuæ quarto & decimo, quod pugiles ſpectandi eſſet auidior atque adeò crudior: Erat autem diritatis eius hoc quoque indicium (inquit) nec obſcurum nec latens, quod ludicris cruentis delectabatur, & in circo ſex vel ſeptem aliquoties vetitis certaminibus pugilum viciſsim ſe concidentium perfuſorúmque ſanguine, ſpecie vt lucratus ingentia lætabatur. Adeò quidem illa cruenta, vt icti cæſtibus pugiles ſi non animam in ipſa pugna efflarent aut agerent; confractis certè oſsibus aut luxatis præter deformatum vibicibus (vti dixi) vultum, debiles efficerentur ſæpe ac mutili. Quamobrem ad illud Epei pugilis magnificè de ſe loquentis apud Homerum illo ipſo loco, ſic ferè,

ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται,
ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω, σύν τ' ὀστέ' ἀράξω.

Euſtathius ille noſter præclarè (vt ſolet) obſeruandum præcipit τὸ ἐπικίνδυνον τῆς πυγμαχίας ἀεὶ τοιαύτης οὔσης. πολλοὺς γὰρ τῆς κατὰ φύσιν σωματικῆς ἁρμονίας παρέλυεν. Itaque mirum videri nemini iam poterit, ſi perſecutione Chriſtianorum ſub imperio Valerij & Maximini, qui Diocletiano & Maximiano abdicatis ſucceſſerant, tres Chriſti cõfeſſores ad pugilatus agonem apud Cæſaream iudex tyrannus, Vrbanus ſcilicet Palæſtinæ præſes, inuſitatæ pœnæ cauſa ſubeundũ adegerit; quemadmodum ab Euſebio Pamphilo [b] in Eccleſiaſtica hiſtoria mandatum litteris: quo loco, μεθ' ὃν ὁ αὐτὸς δικαστὴς δεινὸς ἐπινοητής τις ὢν κακίας καὶ τῆς κατὰ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιχειρημάτων καινουργός, τὰς μηδ' ἀκουσθείσας πώποτε κατὰ τῶν θεοσεβῶν ἐπενόει τιμωρίας. καὶ τρεῖς μὲν εἰς τὸ μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ καταδικάζει: Αὐξέντιον δὲ σεμνὸν καὶ ἱερὸν πρεσβύτην, θηρίοις βορὰν παραδίδωσιν. Ac parum abeſt, quin quod Herodotus de inſigni pentathlo Eurybata qui ſingulari certamine ter vicerit, atque aduerſarium occiderit, à Sophane Deceleenſi poſteà ſit perẽptus ad

[a] *lib. 2. Sympoſ. proble. quæſt. 4. de lucta quàm Græci πάλην dicunt & Pancratij differẽtia. Lucianus Anacharſi ſiue περὶ γυμνασίων non longe ab initio, & Philoſtratus lib. 2. εἰκόνων in Arrichione & in palæſtra: Fueritne luctæ certamen reliquis gymnicis antiquius necne: diſputatur illo apud Plutarchũ loco & additur ad finem quæſt. 5. πυγμὴ μέν ἐστι μίμημα πληγῆς καὶ φυλακῆς (πολεμικῆς δῆλον) πάλη δὲ, συμπλοκῆς καὶ ὠθισμοῦ, qua de re inf. cap. 31. huiuſce libri commodiùs diſſeretur.*

[b] *in appendicib. ad lib. 8. hiſt. eccleſiaſt. fo. 95. vide & alterũ ex eodem fol. pag. 2. locum, quem adfero lib. 3. ad extremum cap. 11.*



ad pugilatum referri debeat: quo loco [a] ἦγε δὲ αὐτοὺς (ait) στρατηγὸς Εὐρυβάτης πένταθλον ἐπασκήσας, &c. αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς Εὐρυβάτης μουνομαχίην ἐπασκέων τρεῖς μὲν ἄνδρας τρόπῳ τοιούτῳ ἀποκτείνει, ὑπὸ δὲ τοῦ τετάρτου Σωφάνεος τοῦ Δεκελέως ἀποθνήσκει. Nam præter quàm quod τοῦ μονομάχου ἐπὶ πυγμῇ nomen, vt in eo quem iam indicaui Euſebij loco & ſimpliciter etiam prolatum ſine adiectione τῆς πυγμῆς ad pugilatum referri apud auctores veteres didici quod ipſum libro tertio ad extremum capitis primi oſtendere in animo habeo: vehementer hîc quidem ad ita ſentiendum impellit τὸ μουνομαχίην ἀσκέων illi alteri ſubditum πένταθλον ἐπασκήσας: quando gymnicos artifices propriè athletas & aſcetas & agoniſtas appellari Pollux docuit, eo loco quem ſuperiùs ad ſecundi capitis finem indicaui; & τὴν ἄσκησιν ad athleticam propriè pertinere, neutiquam negari poteſt: de quo vocabulo commodiùs & pleniùs libri ſequentis octauo & viceſimo capite diſſeretur. Verumtamen haudquaquam in ſtadia ſiue gymnaſio, ſed Aeginetis ſuppetias ferentem Eurybatam Argiuum de quinque in Nemea certaminibus victorem in bello ab vno è ducibus Deceleenſi Sophane occiſum fuiſſe Pauſanias manifeſtè his verbis declarauit [b], quo loco στρατηγοὶ δὲ ἄλλοι τε ἦσαν (inquit) &c. καὶ Δεκελεὺς Σωφάνης, ὃς τὸν Ἀργεῖόν ποτε πένταθλον Νεμείων ἀνηρημένον νίκην ἀπέκτεινεν Εὐρυβάτην βοηθοῦντα Αἰγινήταις. Quamuis autem iſtis oculorum ſugillationis, aurium obtuſionis, excuſsionis dentium cædisq; nonnunquam ipſius periculis ſeſe pugiles (pammachi certè quemadmodum Arrichionis explicantes hiſtoriam ſequenti capite comprobabimus) luctatores immò, & verò pugiles non ad ſanguinem modò (qua de re ibidem explicandis D. Pauli verbis diſquiretur ſubtiliùs) ſed vſque ad internecionem ipſam obiicerẽt; quemadmodum Plutarchi atq; Vlpiani teſtimoniis inuicem comparatis atque illuſtratis Agoniſtici tertij capite ſeptimo perſpicuum fiet: Melãcomam tamen pugilem (de quo ſuperiùs actum eſt) non minus integrum, ſanumq;, quàm vnum aliquem è curſoribus fuiſſe Dio Chryſoſtomus [c] in hæc verba memorat, πυγμὴν γοῦν ἀγωνιζόμενος οὕτως ὑγιὴς ἦν ὥσπερ τῶν δρομέων τις. Atque hoc quidem proptereà nimirum, quoniam (vt ibidem aliquanto pòſt recitatur) πρότερον ἠνάγκασε τοὺς ἀντα-

F

[a] *lib. 6. fol. 230.*

[b] *Atticis fol. 28. editio. Vvechel. anni 83.*

[c] *in Melancoma 1. ſub initiũ fol. 196. pag. 2. Aldini lib.*

ἀνταγωνιστὰς ἀπειπεῖν, οὐ μόνον πρὶν αὐτὸς πληγῆναι, ἀλλὰ καὶ πρὶν πλῆξαι ἐκεῖνος.

Illam porrò manuum extenſionem, ſeu porrectionē brachiorum, τὴν τῶν χειρῶν ἀνάτασιν in Melancoma pugile laudatam à Themiſtio, tum Agenori Bebryciorum Regi

ὅς τ' ἐπὶ καὶ ξείνοισιν ἀεικέα θεσμὸν ἔθηκε
μήτιν' ἀποστείχειν πρὶν πειρήσασθαι ἑοῖο

Πυγμαχίης (vt Apollonius Rhodius [a] cecinit) in expugnandis atque conficiendis ipſo pugilatu hoſpitibus familiarem, & altero etiam ſublationis manuum vocabulo à poëta illo deſignatam ibidem reperio; vbi Regem ſic loquutum fingit ad exteros:

Κέκλυθ' ἁλίπλαγκτοι τάπερ ἴδμεναι ὔμμιν ἔοικεν
Οὔ τινα θέσμιόν ἐστιν ἀφορμηθέντα νέεσθαι
Ἀνδρῶν ὀθνείων, ὅς κε Βέβρυξι πελάσσῃ
Πρὶν χείρεσσιν ἐμῇσιν ἑὰς ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι.

Et non ita multo pòſt de certamine Amyci & Pollucis,

Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἐν ἱμᾶσι διασταδὸν ἠρτύναντο.
Αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας.
Χεῖρας ἐπ' ἀλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες:

tum verò à cæteris omnibus pugilibus Euſtathius apud Homerum [b] præcipuè vſurpatam admonet in hæc omnino verba; ἥρωες πὺξ ἀλλήλους πλῆξαι ἀνατείναντες τὰς χεῖρας· ἦν γὰρ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ἐπιτήδευμα πυγμάχων τὸ ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν ἀνατεταμέναις χερσίν, καί τινα πύκτην ἀριστείδης ἐπαινεῖ, ὅτι διεκαρτέρει τῶν ἀντιπάλων οὕτω περιγινόμενος. Idem auctor aliquantò pòſt, τὸ δὲ, Ἄντα δ' ἀνασχόμενοι, τουτέστιν ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ἕως οὗ, Ἐκ μελέων ἔκφρασίς ἐστι τῆς τῶν πυγμάχων συμπλοκῆς, & cæt. καὶ ὅλως ἁπάσης συμβολῆς. Item poſteà, ἰστέον δὲ καὶ ὅτι νῦν μὲν αὐθωρὸν οἱ πυγμάχοι ἀλλήλοις ἐνέπεσον. ἦν δέ ποτε αὐτοῖς τέχνη καὶ τρίβειν συχνὰς ὥρας ἐπὶ κακῷ τῶν ἀντιπάλων ἀνατάσει καὶ καταφορᾷ χειρῶν, ὡς οἱ καὶ ἄγρα, ὃ δὴ λέγεται, ἔδαιρον ἢ καὶ ἐριαμάχουν πολεμικῶς, &c. quæ ſequuntur: & ſtatim adiungit Crateri fortiſſimi pugilis hiſtoriam, ea ſola manuum extenſione aduerſarios profligare ac ſuperare ſoliti; περιεφέρετο οὖν τις πυγμάχος, ὡς καὶ προσερρέθη κρατερὸς (nomen eſſe non adiectiuū, ſed Aegirenſis pugilis & luctatoris proprium puto, de quo è Pauſaniæ ſecundo Eliacōn inferiùs dicetur) ἑαυτοῦ εἰς τὸ φερεπόνως ἐπὶ πολὺ

[a] in ipſo Argonauticōn ſecundi libri principio ſic & χεῖρας ἀείρειν de pugilatu Amyci & Pollucis agens Theocritus dixit eo loco quem exhibebo inferius c. 12. huius libri.

[b] Iliad. ψ. pag. 1322. ad illud, πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν. Et pag. 1324. ad illud ἄντα δ' ἀνασχόμενοι. Videto eundem Euſtathium ad illud Homeri de pugilatu Vlyſſis & Iri ſub initium Odyſſ. σ. fol. 1839. ad illud, τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνέσχον. Et poſteà, δὴ τότ' ἀνασχομένω, ὅτι ἀνασχεῖν ἐν τούτοις χεῖρας (inquit) τὸ ἀνατεῖναι. Et ſtatim, δὴ τότε ἀνασχομένω ἥρωε ἀνατείναντες τὰς χεῖρας.



πολὺ ἀνέχειν τὴν χεῖρα, καὶ πληγὰς μὲν μὴ καταφέρειν, ἀποκναίειν δὲ οὕτω τὸν ἀνταγωνιζόμενον. Dio Chryſoſtomus de Iatrocle pugilis Melancomæ antagoniſta loquutus [a], καὶ μόλις ἑωρακὼς αὐτὸν γυμνασάμενον τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας ἀνατετακότα: & paulò pòſt de ipſo Melancoma ita loquitur, circa iſtam τῶν χειρῶν ἀνάτασιν, vt quæ ab Ariſtide ſcripta de quodā pugile retuliſſe diximus Euſtathiū, ad Melancomā propriè pertinere videantur. Sic enim Chryſoſt. in ſupra dicto loco, οὕτω δὲ σφόδρα γεγύμναστο, καὶ τοσοῦτο περιῆν τοῖς πόνοις, ὥστε καὶ δυνατὸς ἦν καὶ δύο ἡμέρας ἐφεξῆς μένειν ἀνατεταχὼς τὰς χεῖρας· καὶ οὐκ ἂν εἶδεν οὐδεὶς ὑφέντα αὐτὸν, ἢ ἀναπαυσάμενον, ὥσπερ εἰώθασι, &c. οὐ γὰρ τὸ παίειν καὶ τὸ τιτρώσκεσθαι ἀνδρείαν ἐνόμιζεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἶναι μὴ δυναμένων πονεῖν καὶ ἀπηλλάχθαι βουλομένων, &c. quę inferiùs [b] proponam.

*Plutarchi locus difficilis explicatus aliter atque à Xylandro, cuius tamen interpretatio nequaquam reÿcitur, Deſperatos & cedentes manum tollere. Ἀπαυδᾶν apud Plutarchum, Arrianum & Marcum Imper. quod ἀπαγορεύειν & ἀπογινώσκειν ÿs locis qui notantur in margine. Manus remittere. B. Pauli ad Hebræos verba quæpiam locis Ephremi adhibitis illuſtrata. Nempe τὸ παρειμένας χεῖρας, παραλελυμένα γόνατα, τὸ κάμνειν, τὸ ἐκλύεσθαι ψυχαῖς. Ecquid τὸ κοπιᾶν, & τὸ κάμνειν inter ſe diſtent: illuſtrato quodam Apocalypſeos loco, de cuius lectione poſſit ambigi, tametſi certa ſententia. Νεῖκος ἀπαυδᾶν apud Theocritum, & ἀνασχεῖν τὰς χεῖρας. Apud Pauſaniam ἀπαγορεύειν: & item apud Philoſtratum enarrantem eandem Arrichionis fabulam. Natalis Comes id verbi non aſſequutus carpitur: & itemq; Latinus interpres Theocriti, qui τὸ ἀπείπης peſſimè reddidit, Græcus autem ſcholiaſtes optimè. Quod verbum ea ſignificatione apud Philonem, Nazianzenum, Arrianum, Plutarchum agnoſcitur vbi fugam animi ſuis viribus diffidentis & prope iam victi ſignum eſſe oſtenditur cedere apud Senecam & Vlpianum. Inſuper Philonis, Galeni, & Philoſtrati allata de verbis illis ſimiliter acceptis teſtimonia; ſed & Thucididis de ἀναπίπτειν pro eodem Athenæi fide.*

## Cap. VIII.

QVIBVS omnibus adhibitis hactenus exiſtimaui ſemper explicandum Plutarchi locum Lycurgo [c] cùm ait, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀθλημάτων ταῦτα μόνα μὴ κωλύσαντα ἀγωνίζεσθαι τοὺς πολίτας, ἐν οἷς χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται. Quamquam non ignoro, nec porrò inficior eò referri poſſe quod Xylander adnotat de ſublatione manus, veluti ſigno deſperationis, & abiectionis animi quopiam: non tantùm propterea quòd eorum qui fuerint ſuperati & cedant, mos quoque ſit manum

 tollere

[a] in Melancoma 1. ſub initiū, fol. 195. pag. 2. Aldini lib. & fol. 196. pag. 2.

[b] cap. 9. inf. vbi de arte ad loci Ariſtotelis conſtituendā lectionem.

[c] pag. 9.

tollere (vt apud Lactantium [a] dicebat Cicero) & tendere palmas, quod ait Virgilius [b], verùm etiam atque adeò multò magis propterea quod Seneca me [c] docuit iamdudum, eos à Lacedæmoniis (quorum Lycurgus legiſlator) ludos fuiſſe prohibitos, in quibus victorem oſtendat victi confeſsio. Itaque Plutarchus ipſe hanc in apophthegmatibus Laconicis [d] eius prohibitionis Laconicam & argutam à Lycurgo redditam rationem profert, ὅπως εἴπῃ μηδεὶς αὐτῶν ἐν τῷ πονεῖν ἀπαυδᾶν ἐθίζῃ: quod Xylander quidem ita reddidit, Ne quis eorum inter laborandum deſpondere animum aſſueſcat; ego autem etſi non prorſus illud improbo, qui ſcio id eo verbo plerunq; ſignificari ſicuti & iſtis, ἀπειπεῖν, ἀπείπασθαι, ἀπαγορεύειν [e], ἀπογινώσκειν: attamen auctoritate Senecæ commotus, hîc quidem aliquid malim, quod turpem ſuæ animi abiectionis confeſsionem aut verò demonſtrationem exprimat (vt puta vetare, prohibere, deprecari, aut abſiſtere pugna, cedere labori, cœptumq; abnuere, ac detrectare certamen, aut ſimile quidpiam) interpretationis Latinæ loco reponere: ſed ita vt ſuppleatur iſtud, Feſſum ſe ac ſuperatum confitendo ſcilicet. Nam huc ſpectaſſe Lycurgum arbitror turpem huiuſmodi confeſsionem abominatum: ſiue ipſa voce, ſiue manus porrectione, aut fuga [f], vel alio quolibet corporis geſtu motúve,

[a] *lib. 3. cap. 28. Inſtit.*
[b] *lib. 12. Æneidos.*
[c] *cap. 3. lib. 5. de benefic.*
[d] *pag. 405. à Stephan. excuſi.*
[e] *Ea ſignificatione ἀπαγορεύειν & ἀπαγόρευσιν legas tum apud Platonem ſympoſio fo. 176. Stephanici libri, tũ apud Lucianum Anacharſi, & ipſũ quoq; Ioannem Chryſoſtomum ſermone 9. in c. 5. epiſtolæ B. Pauli ad Romanus fol. 36. vbi etiam τὸ ἀπογινώσκειν (quod apud Plutarchum ea ſignificatione frequens eſt) & τὴν ἀπόγνωσιν vſurpat, ſic admodũ ſcribens, ἐπειδὴ γὰρ αἱ θλίψεις μάλιστα ἀπαγορεύειν ἐποίουν ὑπὲρ τῶν μελλόντων αὐτοὺς καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐνέβαλλον, λέγει, ὅτι δι' αὐτὰς μὲν οὖν ταύτας χρὴ θαρρεῖν καὶ μὴ ἀπογινώσκειν τὰ μέλλοντα. Apertiſſimè autem hac ſignificatione τὸ ἀπειρήκασι legas apud Dionem Chryſoſtomum in Diogene ſiue Iſthmico fol. 95. pag. 2. Aldini exemplaris, vbi πάντες ἡττῶνται καὶ ἀπειρήκασι πρὸς τὸν ἀγῶνα τοῦτον. Et in Melancoma 1. ſub init. fol. 196. ἠγωνίζετο γὰρ ἀεὶ ἐνίοτε δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἀγωνιζόμενος. ἤδη μέντοι ἀπειρηκώς, & pag. 2. πρότερον ἢ ἠνάγκαζε τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀπειπεῖν. Et Melancoma 2. fol. 200. ex quo verba inferius adferam vbi de arte athletica diſceptabitur. Et item Eunapi. Oribaſio fol. 173. quod non percepit tamen Iunius interpres vir alioqui doctiſſimus vbi οἱ βασιλεύοντες ἀπαγορεύσαντες μάχης πρὸς τὴν διὰ πάντων τοῦ ἀνδρὸς δύναμιν. & τὸ, ἵππων ἀπειρηκότων ὑπὸ πόνου apud Plutarchum in M. Catone pag. 620. libri Stephanici eo loco vnde verba proferam lib. 2. cap. 28. ad finem, quod in brutis καταχρηστικώτερον quibus τὸ ἀγορεύειν minime conuenit: Et tamen de rana terreſtri prolatum ab Epiphanio in Phyſiolog. loco illo, quem lib. 3. cap. 6. ad extremum indicabo ſic ferè: πάνυ ὑπομένει, ἐδαμῶς τε ἀπειρηκώς ἐστι (quæ poſtrema Latinus interpres, cum fortaſsè non ſatis aſſequeretur, prætermiſit) & item de aliis brutis apud Iſidorum Peluſiotam lib. 3 epiſt. 347. vbi hæc inter ſe opponuntur τὸ αὐθεστηκὸς, & τὸ ἀπειρηκός. De coturnicibus quidem, & gallis pugnæ paratis apud Lucianum Anacharſi ἢ περὶ γυμνασίων eodem ſenſu ἀπαγορεύσεως, vſurpatum nomen ſic ferè: ὁρᾶν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως. Sanè τὸ ἀπογινώσκειν ea ſignificatione poſitum pleriſque veterum locis reperio, vt apud Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 10. ἀρχαιολογ. ῥωμαϊκ. fol. 651. Diodor. Sicu. lib. 3. fol. 119. lib. 13. fol. 370. lib. 18. fol. 639. & 663. lib. 19. fol. 705. Ioſeph. Flaui. cap. 8. lib. 13. ἰουδαϊκ. ἀρχαιολ. fol. 389. & cap. 13. lib. 15. fol. 480.*
[f] *Hanc enim victi ac deſperantis de ſuis viribus animi eſſe indiciũ diſces è Plutar. ſympoſ problem. 8. lib. quæſt. 13. & ſtatim prolato Ephremi loco, ſi & illum Galeni adiunxeris ex libello de parua pila exercitio vnde verba ſuperiùs cap. 2. protuli, quibus & alios addimus Iuris Lexico in Fugæ argumenta.*



motúve, huius rei ſignificatio daretur. Nempe in arena cui comparatur hoc ſæculum (ſicuti D. Ephrem Ediſſenæ eccleſiæ diaconus alicubi [a] ſcribit) perfecti quíque pugnatores quantum habeant alacritatis, quantum viribus polleant interriti ſemper oſtendunt; cùm nunquam fortes remittũt manus, exerúntque lacertos, parati quibuſlibet volentibus congredi. Timidi contrà, molles ignaui per ſegnitiem ſuam ex certamine fugiunt. Item alibi [b], Vani huiuſce mundi pugiles licet ab aduerſariis grauiſsimè verberentur non concidunt animis, nec fugam arripientes certamen deſerunt: ſæpe enim fit, vt qui vinci videbatur, tandem è certamine victor diſcedat. Ac in ſuperioribus quidem iſtud B. Pauli ad Hebræos [c] in memoria videtur habuiſſe, quod ad athletas haud dubiè pertinet; διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας, καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε, ab ipſo Iſaia propheta [d] tot antea ſeculis vſurpatum, cuius Græca interpretatio ſic habet, ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα παρακαλέσατε: ac referẽdum nihilominus hoc quidem iuxta ipſam verborum proprietatem ad rem athleticam, quatenus ad corpus ea pertinent (quemadmodum antè dixi) metaphoricè autem ad animam variis tentationibus diuexatam; quorum vtrúmque ipſe D. Ioan. Chryſoſtomus clariſsimè docuit in quadam oratione, [e] qua in cæteris iubet nos, vbi ad diuinorum myſteriorum liturgicam celebrationem, acceſsimus, animo attento eſſe; & quod dicitur, hoc agere: διὰ γὰρ τοῦτο (inquit) ἑστάναι καλῶς κατὰ τὸν τῆς θείας μυσταγωγίας καιρὸν κελευόμεθα, ἵνα τοὺς χαμαὶ συρομένους λογισμοὺς ἀνορθώσωμεν. ἵνα τὴν ἔκλυσιν τὴν ἐκ τῶν βιωτικῶν γινομένην ἡμῖν πραγμάτων ἐκβαλόντες, ὀρθὴν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἀναστῆναι δυνηθῶμεν ἡμῶν τὴν ψυχήν. οὐ γὰρ περὶ χειρῶν καὶ γονάτων λέγει τῶν τοῦ σώματος. οὐδὲ γὰρ δρομεῦσιν ἀνθρώποις οὐδὲ παγκρατιασταῖς διαλέγεται. ἀλλὰ τὴν ἰσχὺν τῶν ἔνδον λογισμῶν προκαταβεβλημένην ὑπὸ τῶν πειρασμῶν ἀναστῆσαι διὰ τῶν ῥημάτων τούτων παρακελεύεται, &c. In his autem ad illud eiuſdem ex ea ipſa epiſtola [f], ἀναλογίσασθε οὖν τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. οὔπω μέχρι αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. Vbi ſic videtur κατὰ μετάθεσιν eleganter ſcripſiſſe Paulus; pro, ἵνα μὴ καμόντες ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλύησθε: & quidem τὸ κάμητε,

[a] *in ſermone de virginitate, ſub init. in fol. 186.*
[b] *in de pœniten. & confeſſ. vol. 2. fol. 48.*
[c] *cap. 12. verſ. 12.*
[d] *cap. 35.*
[e] *orat. περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ τῶν μυστηρίων.*
[f] *eodem cap. ver. 3. 4. & 5.*



κάμητε,

κάμνητε, ἀντὶ τοῦ κοπιάζητε, quo verbo D. Ioannes in Apocalypſi [a] vtitur eodem ſenſu; Quo loco ſic ſcriptum habent Complutenſis, Pariſina Nupera, [b] & Antuerpiana omnia exemplaria: καὶ ἐβάστασας καὶ ὑπομονὴν ἔχεις διὰ τὸ ὄνομά μου καὶ οὐκ ἐκοπίασας: & patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti, vt eſt in vulgata verſione, [c] quam Tridentini etiam patres decreto ſuo ante aliquot annos approbarunt; vt pro authentica eſſe perceperint: qua ſignificetur, nec tamen ita laſſatus, vel fatigatus es, vt deficeres. Sicut in B. Ioannis Euangelio [d]: ὁ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας: & apud Ariſtophanem Auibus ὥστε παρέσται κοπιᾶν ὑμῖν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, οὕτω πλουτήσετε πάντες: vbi ſcoliaſtes rectiſſimè atque ad id quod agimus commodiſsimè ἐν πλησμονῇ γενόμενοι τῶν ἀγαθῶν ἀπειρηκέναι φήσετε. Ipſeq; adeò Aretas ad eum Apocalypſeos locum: ἐβάστασας (ait) ἀντὶ τοῦ ἠνέγκω· οὐκ ἐκοπίασας δὲ ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπεκαρτέρησας οἱονεὶ οὐκ ἀπηγόρευσας οὐ προδέδωκας οὐκ ἐλιποτάκτησας διὰ τὸ ὄνομά μου, ſanè τὸ κάμνειν commodè victis qui deficiunt aptatum: quando νικώντων οὐκ ἔστι τὸ κάμνειν è Plutarcho ſatis intelligitur: Et ideò magis eſſe puto vt (quemadmodum apud Galenum quoque ibi, vnde verba ſtatim proferam) plus quidpiam ſignificet, quàm, τὸ κοπιᾶν: propiúſque ad τὸ ἐκλύεσθαι καὶ ἀπαγορεύειν accedat: id quod ex iſtis B. Ioannis manifeſtum eſt: καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας καὶ οὐ κέκμηκας: ſicut in exemplari Aldino [e] Stephanico [f], Baſilienſi [g], atque Lugdunenſi [h] (vt de aliis [i] taceam non ita probatæ apud noſtros Catholicos fidei) ſcriptum eſt: cui poſteriori lectioni ad verborum propriam & genuinam vim quod attinet (nam de ſententia profectò neutiquam ambigitur) magis conuenire, quàm peruulgatæ illi alteri arbitror, cum eo, quod antè [k] dixerat Apoſtolus: οἶδα τὰ ἔργα σου καὶ τὸν κόπον σου καὶ τὴν ὑπομονήν σου, & reliqua. Nam argumento à coniugatis deducto, neceſſe eſt eum κοπιάσαι, falſum autem, οὐ κοπιάσαι, cuius ſit κόπος cognitus; Nec veriſimile, imò abſurdiſsimum, vt in tam modico interſtitio κόπος quidem laborem, κοπιάσαι verò ſtatim in ſequenti verſu poſitum, non laborare, ſed in ipſo labore defetiſci ac deficere, laboríque cedere ſignificet; atque hoc verbi de illo negetur, cui nomen eiuſdem notationis ac etymi attributum

(vt

[a] cap. 2. verſ. 3.
[b] ex editio. Ioan. Benenati anno 1584.
[c] Pariſiis ſic excuſa per ipſum Rob. Steph. ann. 1541.
[d] cap. 4. verſ. 6
[e] Venetiis edito anno 1518.
[f] Pariſiis impreſſo à Rob. Steph. ſub annū 1546. quod tametſi nō eſt ſecutus hac in re Io. Gagneus Pariſ. Theolog. in ſuis ad Apocalypſim commentariis Lutetiæ ſub ann. 1547. editis à Foquerio: hāc tamen lectionis varietatem ipſum non ignoraſſe conſtat.
[g] anni 1565.
[h] anni 1571. in bibliopolio Salamandræ.
[i] Vignoniano an. 1587. ſequutus hanc lectionem fuerat Theodor. Bez. in ſuis commentar. in Nou. Teſt. in ipſa verſione ſua.
[k] num. 2. eiuſdem. cap.



(vt modò dixi) fuerit. Qua de re tamen ab interpretibus Apocalypſeos, & ſcoliaſtis Græcis, Latiníſque, quos quidem viderim, non priſcis modò, ſed etiam neotericis [a], nequaquā obſeruata; eximiis huius æui ſiue philologis, ſiue Theologoſophis potiùs, vt cenſendi ius eſt, ita omne arbitrium eſſe permiſſum volumus.

Porrò autem τὸ ἐκλυόμενοι ψυχαῖς hoc ſcilicet eorum eſt, quos ἀπαυδᾶν dici oſtendimus. Quod ipſum vt ἀπαυδᾶν à Plutarcho, ſic à Theocrito [b] plena locutione νεῖκος ἀπαυδᾶν dicitur, vbi & ἀνασχέσεως ἤγουν ἀνατάσεως τῶν χειρῶν extenſionis, ſiue porrectionis manuum, ad ſignificationem abiectionis animi & pugnæ detrectationis ob deſperationem de ſuis viribus, mentio ita fit; vt ad ſuperiorum quæ diximus illuſtrationem adferri nihil commodius queat: nam de Amyco qui pugilatu victus à Polluce,

---πᾶς δ' ἐπὶ γαῖαν
κεῖτ' ἀλλοφρονέων καὶ ἀνήσχεθε νεῖκος ἀπαυδῶν
Ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας, ἐπεὶ θανάτου σχεδὸν ἦεν.

Illud etiam eodem ſenſu, abſolutè autem, vt apud Plutarchum legitur, Imperator atque philoſophus Marcus Antoninus libro de vita ſua ſexto [c], vſurparat, ſic ſcribens: σὺ δὲ ὅσον οὐδέπω λήγειν μέλλων ἀπαυδᾷς καὶ ταῦτα εἷς ὢν τῶν φαύλων. Et ante ipſum Epictetus apud Arrianum [d] οὐδ' ἂν ἀπαυδήσωμεν ἐνταῦθα, κωλύει τις πάλιν ἀγωνίζεσθαι; οὐδὲ δεῖ περιμεῖναι τετραετίαν ἄλλην ἵν' ἔλθῃ ἄλλα ὀλύμπια. Qua itidem ſignificatione à Pauſania [e] dicitur ἀπαγορεύειν in pācratiaſtæ Arrichionis Olympiis bis olim, ac tum Olympiade quarta ſupra quinquageſimam, poſt animam in victoria efflatam coronati triſolympionicæ memorabili fabula: quo loco, ὁ δὲ Ἀρραχίων ἐξέκλα τὸν ἐν τῷ ποδὶ τοῦ ἀνταγωνιζομένου δάκτυλον, καὶ Ἀρραχίων τε τὴν ψυχὴν ἀφίησι ἀγχόμενος. καὶ ὁ ἄγχων τὸν Ἀρραχίωνα ὑπό τε τοῦ δακτύλου τῆς ὀδύνης κατὰ τὸν καιρὸν ἀπαγορεύει τὸν αὐτόν. Ἠλεῖοι δὲ ἐστεφάνουσάν τε καὶ ἀνηγόρευσαν νικῶντα τοῦ Ἀρραχίωνος τὸν νεκρόν. Et ſimiliter in Arrachionis ſiue (vt ipſe nominat) Arrichionis icone hoc ipſum deſcribens Philoſtratus [f], ac velut ob oculos proponens; γέγραπται δὲ ὁ μὲν ἀποπνίξας νεκρῷ εἰκάσαι καὶ τὸ ἀπαγορεύειν ἐπισημαίνων τῇ χειρί. ὁ δὲ Ἀρριχίων ὅσα οἱ νικῶντες γέγραπται· καὶ γὰρ τὸ αἷμα ἐν τῷ ἄνθει, καὶ ὁ ἱδρὼς ἀκραιφνὴς ἔτι, καὶ μειδιᾷ καθάπερ

οἱ ζῶν

[a] Ariæ Montano, & Franc. à Ribeyra.
[b] Διοσκούροις Eidyllio 23.
[c] ad finē in pag. 243.
[d] cap. 24. lib. 3. πρὸς τοὺς ἀποπίπτοντας ὧν προέθεντο.
[e] Arcadicis fol. 1314. Aldini lib. & ſimiliter Eliacōn 2. id verbi vſurpauit, fol. 141. vbi de Soſtrato Sicyona pācratiaſta qui acrocherſita dict' propterea quod παραλαμβανόμενος ἄκρων τῶν ἀνταγωνιζομένου τῶν χειρῶν ἔκλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει, πρὶν ἢ αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος. Sic & Lucianus Anacharſi ἀπαγορεύσειν dixit eo loco, quem antè protulimus ad marginē. Et Euſebius Pāphilus eccleſ. hiſto. lib. 8. vel in eius appendice quæ eſt in fol. 93. pag. 2. de Appiani martyrio grauia tormēta corpore fortiter perpeſſi: ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ πρὸς ταῦτα ἐνδοὺς ἡττημένων ἤδη καὶ μόνον οὐκ ἀπειρηκότων πρὸς τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον καρτερίαν αὐτοῦ τῶν αἰκιζόντων.
[f] libr. 2. εἰκόνων, fol. 9.

οἱ ζῶντες, ἐπειδὰν νίκης αἰσθάνων). Quàm hiſtoriam enarrans Natalis Comes, Pauſaniæ vtique fide quãtum diſpicere poſſum, nam auctorem ipſe non citat (qui mos ei prauus eſt in cæteris etiam quæ ſcribit: ſicuti Alexandro illi Neapolitano Iuriſconſulto, itidem noſtra memoria ſcribere vſuuenit; vt apud veritatis ſtudioſos, apud me quidem, gloriæ, dum ſubticet auctores, auidior, omnem ſibi fidem vterque abrogauerit) ſed Comes ille [a], neſcio quamobrem ſcripſit, cùm Arrachion digitum pedis aduerſario iam propè ſtrangulatus animámque efflans infregiſſet, illum præ dolore digiti corruiſſe: quando vtrumq; iam anteà in puluere aut arena volutatum, mutuis quippe nexibus adſtrictum, ex ipſa hiſtoriæ ſerie apparere potuerit. Nempe vim verbi ἀπαγορεύειν ſiue ἀπαυδᾷν haudquaquam perceperat; non magis quàm Latinus interpres Theocriti [b] quo loco

---ἀλλά γέ τοι διαείσομαι ἔστε κ' ἀπείπης

donec ipſe recuſes etenim vertit: vbi mea quidem ſententia debuit adiicere certaminis productionem; atque ita victum te vtpote cantando & audiendo defeſſum eſſe fatearis: hæc enim omnino illius verbi eo loco vis eſt, quæ Græcum ſcoliaſtem haudquaquam latuit; ſic exponentem optimè, vt videtur, ἀλλά σοι ᾄδων ἐρείσω διαμενῶ, ἕως ἂν ἀπαγορεύσῃς, τὴν ἧτταν ὁμολογήσῃς. Ἀπειπεῖν igitur eſt deſpondentis animum, ſeq; victum eſſe confitentis: ſeu ſermone, atque hoc quidem propria ſignificatione ipſius etymi; ſeu καταχρηστικῶς vel certè μεταφορικῶς, alio quolibet motu corporis voluntatem exprimente, ſicuti de fuga ex Ephremo ſuperiùs admonui. Huc ſpectans Plutarchus verbo illo quo de agimus etiam vſus eſt [c], ὁ γὰρ ἀπειπάμενος καὶ φυγὼν ἧτταν ἀπροφάσιστον ἥττηται καὶ συγκεχώρηκε κρείττονα τὸν ἀντίπαλον εἶναι. Quo ſenſu τὸ ἀπειπεῖν tum apud Philonem [d], tum apud Gregorium quoque Nazianzenum [e] accipi debere dudũ obſeruauimus. Apud Arrianum verò nuper, cùm in ipſius tertium, quem antè citauimus de diſſertationibus epicteti librum fortè incidiſſemus; quo loco [f] ſic ſcriptum: ἀλλ' εὐθὺς ἀναλαβόντι καὶ ἀνακτησαμένῳ ἑαυτὸν καὶ τὴν αὐτὴν εἰσφέροντι προθυμίαν ἔξεστιν ἀγωνίζεσθαι. κἂν πάλιν ἀπείπῃς, πάλιν ἔξεστι. κἂν ἅπαξ νικήσῃς, ὅμοιος εἶ (ſic ſcribendũ pro ὅμοιοι εἰ) τῷ μηδέποτε ἀπειπόντι, μόνον μὴ ὑπὸ ἔθους τοῦ αὐτοῦ, ἡδέως αὐτὸ

[a] lib. 5. Mythol. vbi de Olympiis fol. 428. editio Francofur.

[b] ὁδοιπόροις Eidyllio 5. ſub perſona Laconis.

[c] Sympoſiac. problem. lib. 9. q. 13. fol. 1321. Steph. editio. quem plenius locum exhibebo infra lib. 3. cap. 19.

[d] in lib. τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι fol. 108. & 109. vt & ἀπειρηκέναι, in libro περὶ ἀνδρείας fo. 505. & 506. De quibus verbis alios locos attuli ſuperiùs in adnotationibus ad illud ἀπαγορεύειν hoc ipſo cap.

[e] Sermone in Machabæos quo loco, ἐν τοῖς φοβούμενοι μᾶλλον μὴ ἀπείπῃ κολάζων ὁ τύραννος καὶ ἀπέλθωσί τινες αὐτῶν ἀστεφάνωτοι.

[f] d. cap. 24. lib. 3.



αὐτὸ ἄρξῃ ποιεῖν: καὶ λοιπὸν ὡς καλὸς ἀθλητὴς περιέρχῃ νικώμενος (ſic ſcribe pro νικόμενος) τὴν περίοδον. Id autem eſt ἀπειπεῖν ἀπαυδᾷν ἀπαγορεύειν Græcis, quod Latinis, cedere. Qua ſignificatione apud Senecam poſitum reperias eo libri v. de Beneficiis loco vnde verba ſequenti capite depromam atque interpretabor; cùm Lacedæmonios ab iis certaminibus remotos memorat, in quibus victorem facit vox cedentis & tradere iubentis: ſed & apud Vlpianum noſtrum [a] vbi de filiofa. qui in colluctatione, pancratio, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alium occiderit in publico certamine: ceſſare aduerſus eum legem Aquiliam; quia gloriæ cauſa & virtutis, non iniuriæ gratia damnum datum videatur: ſed hoc ita ſcribit verum eſſe, vt ceſſet Aquilia; niſi cedentem antagoniſtam, hoc eſt victum ſe fatentem, manus dantem, atque à certamine abſiſtentem cæciderit. Planè ſi cedentem (inquit) vulnerauerit, erit Aquiliæ locus.

Ac de iſtorum quidem verborum ſignificatione minimè vulgari, nec ſatis ab interpretibus Latinis ad eos quos indicaui locos percepta, ſatis ſuperq; dictum hactenus videtur: vt nihil ſit, quod inſuper additum velle debeamus; niſi quod ſuperioribus conuenienter, ſimilitudine ab agonibus petita, προκαμόντα ἀπαγορεύειν, ea qua expoſuimus ſignificatione Philo in eo primi περὶ μοναρχίας loco vſurpauit; ex quo verba inferiùs libro tertio ad extremum, vbi de pluribus eiuſdem agonis præmiis diſceptatur [b] ſubiiciam: & Galenus itidem ὑγιεινῶν ſecundo, cùm ait eſſe oportere τὸν γυμναζόμενον, οὔτε θυμικὸν ὡς ἐπὶ προθυμεῖσθαι γυμνάζεσθαι κάμνουσης ἤδη τῆς δυνάμεως, οὔτ' ἄθυμον ὡς ἀπαγορεύειν, ἐπιπονεῖν δυνάμενον. Philoſtratus [c] quoque Iunior in Hercule ſiue Acheloo: de hoc ſuperato ab illo ſic admodum ſcribens, κἀντεῦθεν, ὁ μὲν αἵματος ἤδη μᾶλλον ἢ νάματος ἀφίησι κρουνοὺς ἀπαγορεύων· ὁ δὲ ἡρακλῆς γαννύμενος τῷ ἔργῳ ἐς τὴν δηιάνειραν ὁρᾷ: quod & à Thucidide in primo hiſtoriarum dictum ἀναπίπτειν vt ſit ἀθυμεῖν. Concidere pro, Animo concidere, deſpondere, atque adeò deſperare: auctor Athenæus deipnoſophiſt. lib. 1. ſic admodum ſcribens, ὅτι τὸ ἀναπίπτειν κυρίως ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθυμεῖν ὀλιγωρεῖν θουκιδίδης πρώτῃ νικώμενοι ἐπὶ ἐλάχιστον ἀναπίπτουσι: quod nollem à lexicographis omiſſum Athenæi teſtimonium.

[a] l. qua ratione. 7. §. ſi in colluctatione. D. ad l. Aq. De cuius ſententia vide ſi vacat quæ ſcribo lib. 3. Agoniſt. cap. 7. & 17.

[b] cap. 20. lib. 3.

[c] lib. 1. εἰκόνων.

*Exercitia quæ Lycurgi legibus permiſſa Lacedæmoniis etiam puellis, ſed ſine pædotriba. Quamobrem in pugilatu non in cæteris exercitiis victorẽ oſtenderet victi confeſſio. μέχρι αἵματος ἀντικαθίστασθαι apud B. Paulum. Mercurialis notatus. Philonis locus expenſus de victi confeſſione: & cum Paulino Theocritico ac Themiſtiano leuiter emendato comparatus. Ioſephi locus obſcurior ea de re intelligendus, adhibitis Iſidori Peluſiotæ ac Dionis Chryſoſtomi teſtimoniis illuſtratur. Remiſſioni manuum Porrectio contraria: de vtraque Papinius. Seneca de pugilatu Lacedæmonijs interdicto. Alexander à pancratio & pugilatu non à reliquis exercitationibus abhorruit: nec aliter de ipſo agentem Plutarchum accipio. παίειν ὀρθοστάδην. De pancratio plurima. Nexus luctatorum & pancratiaſtarum: qui & Pammachi dicti. Pyctas à pammachis diſtinxiſſe Theocritum videri. Pancratiaſtæ cæſtibus nequaquam depugnabant, ſed fortaſſe Meilichis; de quibus apud alios nihil.*

## Cap. IX.

CAETERVM videtur quidem ſolo pugilatu atque pancratio, non etiam cæteris agonibus aut exercitiis interdictum fuiſſe Lacædemoniis vetuſtis: quod pro Xylandri ſiue recentiore noſtra explicatione aduerſus meam illam opinionem atque interpretationem Plutarchi verborum περὶ τῆς ἀναθέσεως veterem admodum facit; quando in diſci teli〈q〉; iactu fœminis cæteras omnes exercitationes excepto ſaltu conceſſas, ille ipſe Plutarchus his vtique verbis manifeſtò alicubi [a] oſtendat, Lycurgi apophthegmata percenſens; ἀλλὰ δὲ ἐπιζητοῦντος διὰ τί σώματα τῶν παρθένων δρόμοις καὶ πάλαις καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν, &c. Et Lacedæmonios in eo loco, qui δρόμος diceretur, non modo curſura, ſed aliis etiam agonibus ſeſe iuuenes exercuiſſe Pauſanias [b] diſertè ſcribit, καλοῦσι δὲ λακεδαιμόνιοι δρόμον ἔνθα τοῖς νέοις καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν ἐπὶ δρόμον μελέτη κατέστηκεν, &c. πεποίηται δὲ καὶ γυμνάσια ἐν τῷ δρόμῳ: ſed ita ſcilicet vt nullus eſſet qui eos arte gymnaſtica inſtitueret pædotriba, ne pluris arte, quàm virtute aut contenderent aut valerent: ſicuti ex Plutarcho [c] inferiùs oſtendere [d] in animo habeo. Cùm autem in ſacris agonibus Laconas decertare ſolitos, & quidem non curſu [e] tantùm, ſed etiam lucta vel ex eo conſtet altero ipſius Plutarchi teſtimonio; quod libro ſecundo, vbi de agonum præmiis diſceptabitur proferemus: ſolóſque gymnicis ludis cœlibes à Lycurgo prohibitos adhibita inſuper infamiæ nota, idem

[a] *Apophth. Laconicis pag. 404. libr. Stephanici. Videto & in Lycurgi vita, f. 87. vbi τὰ μὲν ἐπὶ σώματα τῶν παρθένων δρόμοις καὶ πάλαις καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν, & quæ ſequuntur.*

[b] *Laconicis, fol. 74. Aldin. exẽpl. vnde & νεανίσκων ἐκ τῶν γυμνασίου meminit Plutar. ἐπιτηδευμάτων λακωνικῶν, fol. 426. editio Stephanica Latin. Pucritus paneg. Theodo. fol. 111. edit. Stephan. ad hoc aulã omnem Spartanis gymnaſiis duriorem, laboris patientiæ frugalitatis exẽplis abundãtem Thucydides li. 5. fol. 191. meminit τῶν γυμνοπαιδιῶν vbi ſcholiaſtes ἑορτὴ τῶν λακεδαιμονίων (inquit quod huc quoq; pertinet) ἐν ᾗ γυμνοὶ ἠγωνίζοντο.*

[c] *apophth. lacon. fol. 415.*

[d] *Vbi de arte gymnaſtica ad Ariſtotelici loci lectionem ſtabiliendam diſceptatur. c. 12. inf.*

[e] *De quo agitur à Plutarcho in apophth. laconi. fol. 399. vbi de Leone Eurycratide filio.*



idem alibi [a] Plutarchus tradat: cur potius ibi aut apud Spartam in pugilatu vel pancratio, quàm in colluctatione victorem victi confeſsio arguere potuerit; cauſam eſſe crediderim, quod cùm ſtarent pugiles non caderent aut peſſum darentur vt in lucta (ἔμπτον γὰρ ἐν ἀγῶνι, ait in lib. περὶ ἀποικίας Philo, ῥώμῃ τοῦ ἀντιπάλου νικηθέντες καρτερᾷ) non relinquerentur extremi, vt in curſu; ſed nec ex plagarum & ictuum exceptorum, aut vulnerum numero atque magnitudine (quæ virtutis potiùs ac patientiæ fidem faciebant [b]: quamobrem à B. Paulo dictum id, quod antè [c] memoraui οὔπω μέχρι αἵματος ἀντικατέστητε, à pugilibus vtique tranſlatum puto) dignoſci poſſet, vter eſſet inferior. Etenim non ſatis verè ſcriptum à Mercuriali [d], nec ſatis proſpero Mercurio arbitror; in vetuſta pugilum pugna ſuperaſſe illum, qui vel aduerſarium pugnorũ ictibus in terram proſterneret, vel grauius & damnoſius periret: hunc ſola ipſius prodebat confeſsio, qui ſe victum aut cedere diceret, aut alioqui deficere feſſúmve eſſe (quod victoribus nequaquam vſuuenire Plutarcho [e] teſte Marcius Coriolanus huc ſpectans, vt reor, pronunciauit) ſermone, manu, geſtú ve aliquo corporis indicaret; ſed manu potiſsimùm, iuxta id quod à Plutarcho ac Theocrito ſuperiùs attuli, & quod iſto Philonis [f] illuſtri teſtimonio declaratur: καὶ τὰς χεῖρας ὑπὸ ἀσθενείας ὥσπερ ἀπειρηκότες ἀθληταὶ καθῆκαν. Vbi τὸ χεῖρας καθηκέναι ἀπειρηκότα illi Paulino reſpondet περὶ τῶν παρειμένων χειρῶν, aut illi Theocrito, νεῖκος ἀπαυδῶντα χεῖρας ἀνασχεῖν quæ antè protuli: quorum vtrique reſpondere itidem cenſeo, quod breuiter atque conciſè, ὑπ᾽ ἀργίας ἀπαυδῶντα καὶ παρειμένον apud Themiſtium Euphradam [g] olim legere memini: eo loco, ex quo verba tum vt è ſuperioribus lucem accipiant illíſque ſimul adferant; tum verò vt à me interim caſtigentur (quando animaduerſum hac de re à Stephano eruditiſsimo ſcoliaſte nihil reperi) perlubẽter exhibebo: διὰ τοῦτό μοι ἐξεγείρει τὸν νοῦν καὶ ἐρεθίζει (ait) καὶ ἐρεθίζει, καὶ οὐκ ἐᾷ καταφέρεσθαι εἰς ὕπνον καὶ χάσμην ὑπ᾽ ἀργίας, ἀλλὰ ἀπαυδῶντα καὶ παρειμένον, οἷόν τινα εὐδόκιμον παλαιστὴν ἐπιστάτης ἀνακαλεῖται

[a] *apophth. lacon. pag. 404.*

[b] *Vnde Seneca in lib. de Dei gubernat. & diuina prouidentia. cap. Quare multa Marcet ſine aduerſario virtus tunc apparet quãta ſit, quantúmque valeat polleátque cùm quid poſſit patiẽtia oſtendit: & paulò antè de athletis agens generaliter, ſed pugiles vt arbitror intelligẽs, Athletas videmus quibus virium (ait) cura eſt cũ fortiſſimis quibuſq; cõfligere & exigere ab his per quos certamen præparatur, vt totis contra ipſos viribus vtãtur, & ſi non inueniãt ſingulos pares ſimul obijciant. Et lib. 2. de ira cap. 14. Athletæ quoque in vtiliſſima ſui parte occupati tamen ictus doloréſque patiũtur, vt vires cædentis exhauriant, nec cũ ira ſuadet feriũt ſed cum occaſio. Vide & lib. 2. de tranquillit. animi, cap. 9. ex quo ſcribam inf. ſermone proximo.*

[c] *ſuperiore proximo cap.*

[d] *artis gymnaſt. lib. 2. cap. 9.*

[e] *in Coriolano, fol. 396. εἰπὼν δὲ ἐκεῖνος ὅτι νικώντων οὐκ ἔστι τὸ κάμνειν ἐφείπετο τοῖς φεύγουσιν.* [f] *περὶ τῶν εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου fol. 304.* [g] *Orat. 6. περὶ τῆς φιληκοΐας τοῦ βασιλέως è quatuordecim excuſis à Stephan. fol. 87.*

καλεῖται καὶ ἀναζώννυσιν ἐπὶ τοὺς λόγους παρέχων καλὰς ἀφορμὰς, καὶ τῇ τέχνῃ διδοὺς χορηγίαν: in quibus iſta (ſi me audies) ita legeris, tranſlato inferiorem in locum ἀλλὰ, vt ſanè oportet (quod ipſa ſententiæ ratio exigit) articulo, οὐκ ἐᾷ καταφέρεσθαι εἰς ὕπνον καὶ χάσμην ὑπ' ἀργίας ἀπαυδῶντα. καὶ παρειμένον (hic apponendus ſicilius, tum deniq; ſuperior ille articulus quem dixi) ἀλλ' οἷόν τινα εὐδόκιμον παλαιστὴν ἀνακαλεῖται & reliqua: quibus omnibus elegãtius nihil, aut ſuperioribus quę περὶ τὸ ἀπαυδᾶν, περὶ δὲ παρειμένας χεῖρας παραλυόμενον ἐκλυόμενον ἢ καμόντα καθηκέναι ἢ ἀνατεῖναι, aptius atque cõmodius (meo quidem iudicio) adiungi potuit. Id ipſum autem quod illis verbis oſtenditur, adeò turpe olim exiſtimatum: vt plerique athletarum licet animo viribúſque deficerent; verecundia tamen ceſsionis huiuſmodi ad differendum agonem in otio & quiete perſeuerarent, vt Ioſephus tradit: vel (quod potiùs ipſum ſenſiſſe crediderim) pauſam in decertando reſpirantes perſæpe facerent, protelandi finis gratia, quem certamini παραχώρησις dabat; ceſsio nimirum illa & traditio manus, victi confeſsionem præferens: verba enim Ioſephi
[a] cap. 20. lib. 13. ἰουδαϊκῆς ἀρχ. ιγ.
[a] omnino iſta ſunt, ἑκάτεροι γὰρ ταὐτὸ τοῖς ἀθληταῖς ἔπαχον· οἳ τῇ δυνάμει μὲν ἀπηγορευκότες αἰσχυνόμενοι δὲ παραχωρῆσαι διετέλουν ἀργίᾳ καὶ ἀναπαύσει διαφέροντες τὸν ἀγῶνα. Quibus aptiſsimè (opinor) adiunxeris tum quod de Amyco & Polluce decertantibus pugilatu & ad reſumendos ſpiritus, redintegrandas vires, ſudorémq; abſtergendum parumper quieſcentibus Apollonius Rhodius [b] ita cecinit,
[b] lib. 2. Argonauticon.

στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπων
ἱδρῶ ἅλις, καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντε·
ἂψ δ' αὖτις συνόρουσαν ἐναντίοι.

[c] epiſt. 144. li. 3.
[d] lib. 2. circa fin.
tum illud etiam, quod ex Iſidoro Peluſiota [c] ſequenti ſermone [d] proponetur, ἐν τοῖς σταδίοις τὴν στάσιν καὶ ἐφηρέμησιν τίκτειν τὴν ἐναντίαν κίνησιν, &c. vt pauſa quæ interdum fit, reparandis quę concidebant animi corporíſque viribus; ad redintegrandum certamen mirabiliter proſit: quamobrem vſurpari quoque ab agoniſtis pleriſque ſolitam; auctor Dio Chryſoſtomus eo loco [e], ex quo verba iſta de Melancoma pugile illo eximio, qui facere iſtud neceſſe non haberet, nec verò ſoleret, ſuperiùs [f] retuli: ὥστε δυνατὸς ἦν καὶ δύο ἡμέρας ἑξῆς μένειν ἀνατεταχὼς τὰς χεῖρας
[e] Melancoma 5. fol. 196. pagin. 2. Aldini lib.
[f] ca. 7. huius lib. ad finem.



χεῖρας καὶ οὐκ ἂν εἶδεν οὐδεὶς ὑφέντα αὐτὸν ἢ ἀναπαυσάμενον, ὥσπερ εἰώθασι. Remiſsio manuum ſiue demiſsio, ceſsio fuit laboríſque ac certaminis detrectatio, ſuíſque viribus diffidentis animi, & aduerſarium victorem turpiter agnoſcentis argumentum. Porrectio manuum è contrario fuit indicium animi ad capeſſendum certamen parati & prompti. Vtrumque circa diſcobolos vſurpari ſolitum ſignificat Papinius [a] his elegantiſsimis verſibus; [a] lib. 6. Thebaid.

*---aßiſtunt procul attonitíque fatentur*
*Cedere, vix vnus Phlegyas acérque Meneſtheus*
*(Hos etiam pudor & magni tenuêre parentes)*
*Promiſère manum: conceßit cætera pubes*
*Sponte & adorato redit illa ingloria diſco.*

Equidem iſta omnia nondum à quoquam ſatis percepta (vt videtur) ita quin ſe habeant tamen, in poſterum vlli dubium eſſe minimè poterit; niſi qui ſimul de Senecæ [b] fide dubitare, animum fortè induxerit: cuius hæc omnino verba ſunt, Lacedæmonij vetant ſuos pancratio aut cæſtu decernere, vbi inferiorem oſtendit victi confeſsio; curſor metam prior contingit, velocitate alium non animo anteceſsit, luctator ter abiectus perdidit palmam, non tradidit. Cùm inuictos eſſe Lacedæmonij ciues ſuos magno æſtimarent, ab his certaminibus remouerunt, in quibus victorem facit non iudex non per ſe ipſe exitus, ſed vox cedentis & tradere iubentis. Propterea igitur & pancratium & pugilatum abominabatur Alexander Macedo, vt arbitror; qui tamen reliqua certamina non modò non reſpuebat, ſed etiam edi iubebat, ſicuti Plutarchus [c] auctor eſt. Nam etſi generaliter & in vniuerſum ab omni athletarum genere atque natione ipſum alienum fuiſſe innuit; ſic ferè ſcribens, φαίνεται δὲ καὶ καθόλου πρὸς τὸ τῶν ἀθλητῶν γένος ἀλλοτρίως ἔχων· πλείστους γέ τοι θεὶς ἀγῶνας, οὐ μόνον τραγῳδῶν καὶ αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν, ἀλλὰ καὶ ῥαψῳδῶν, θήρας τε παντοδαπῆς καὶ ῥαβδομαχίας: attamen de pugilatu tantum & pancratio, non de curſu luctáve, ac reliquis exercitationibus, loquitur, οὔτε πυγμῆς οὔτε παγκρατίου μετά τινος σπουδῆς (ait) ἔθηκεν ἆθλον, &c. Et ſimiliter epaminondas ephœbus factus, cum palæſtræ dare operam cœpiſſet, nec tam magnitudini virium, (quam ad vſum athletarum pertinere exiſtimabat)

[b] d. cap. 3. lib. 5. de Beneſi.
[c] in eius vita fo. 1223.

mabat) quàm velocitati, quæ in bello gerendo prodeſſe poterat, inſeruire vellet; plurimùm exercebatur currendo & luctando; ad eum finem (inquit Aemilius Probus) quoad ſtans complecti poſſet atque contendere: quibus verbis pancratium & pugilatum omninò excluſum cenſeo. Ac de pancratio quidem; quatenus eo qui ſe exercent eadem omnia, quæ pugiles præſtant peraguntq́;, non minùs quàm quæ ipſi quoque luctatores; atque adeò τὰς χεῖρας ἀνατείνεσθαι manus extendere, vt & pugiles ſolent. Itaque τὸ παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην (quod vtique proprium fuiſſe pugilum nemo dubitat) Luciano [a] tamen teſte atque auctore, παγκρατιάζειν λέγομεν. Et ſanè σύνθετον ἐκ πυγμῆς καὶ πάλης ἦν τὸ παγκράτιον, ſicuti Nicephorus Gregoras apud Syneſium [b] notat: ἐξῆν γὰρ τῷ παγκρατιάζειν ἐθέλοντι οὐ μόνοις τοῖς νόμοις τῆς πάλης, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς πυγμῆς χρῆσθαι πρὸς τὸ νικῆσαι. Quod ipſum anteà dictum à Cicerone in ea pro Sylla, pugnis & calcibus, à Græcis veteribus πὺξ ὁμοῦ καὶ σκέλει ſcoliaſtis Græci fide, qui ad Ariſtophanem [c] id adnotauerat; eruditiſsimus Eraſmus in parœmiarum Chiliadibus [d] pridem animaduertit: & verò Plutarch. in ſympoſiacis [e] ita expreſſerat, ὅτι γὰρ μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης δῆλον: & rurſum nexus qui proprij ſunt luctatorum (ſicuti inferiùs [f] dicetur) ab ipſo tamen Quinctiliano [g] pancratiaſtis attributos reperias; cùm ita ſcribit, Sicut ille (ne ab eodem exemplo recedamus) exercendi corpora peritus, non ſi docendum pancratiaſtem ſuſceperit pugno ferire vel calce tantùm, aut nexus modò atque in his certos aliquos docebit, ſed omnia quæ ſunt eius certaminis. Diuus quoque Ambroſius [h], de pancratiaſtis agens haud dubiè, Alij qui cædem & pulueris iactum membrorum nexibus miſcent; omni ſibi verberandi iure permiſſo: quos παμμάχους vocant, eo quod omni litis & pugnæ aduerſum ſe habeant poteſtatem. Pancratiaſtas iſtos videtur in Hercule Theocritus [i] πυγμάχων, quos ἀπὸ τῶν πυκτῶν diuerſos facit, vocabulo deſignaſſe: quanquam id non aduertant interpretes. Nam vbi de luctatoribus Argiuis ſiue Nemeis, ipſorumq́; arte, ac induſtria ſic ferè cecinit;

ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες
ἀλλήλους σφάλλοντι παλαίσμασιν.

[a] *Anacharſi ſiue περὶ γυμνασίων.*
[b] *περὶ ἐνυπνίων in fine.*
[c] *in Pace, quo loco facetiſſimè licet parum honeſtè παίειν ὀρύττειν πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ ποδί.*
[d] *Prouer. 21. cēt. 1. chili. 3. col. 628.*
[e] *lib. 2. ſympoſiacôn problem. in quæſt. 4.*
[f] *ad Sidonij caſtigãdum locum vbi de virga gymnaſiarcharum cap. 20. huius lib.*
[g] *lib. 2. Inſtitu. orator. cap. 8. ex palæſtritis quoſdam acrocheiriſtas fuiſſe Budæ⁹ adnotat ad l. athletas. D. de ijs qui not. infa. Pãcratij mentio fit à Pindaro in Olympiis cantu 8. Epo. 3. & ab Ariſtot. lib. 1. Rheto. cap. 5.*
[h] *enarrat. in Pſ. 36. Sic pulueris iactũ dixit Plin. immò tactũ forte an vterque ſicuti li. 3. cap. 22. demonſtrabitur.*
[i] *Eidyllio 31. vel ſicut in editionibus recentior. in 25. cuius inſcriptio, Ἡρακλίσκος.*

Et



Et de pugilibus

----ὅσσα τε πὺξ
δεινοὶ ἐν ἱμάντεσσιν--

Addit ſtatim coniuncto vtrorúmque munere

----ἅτ' ἐς γαῖαν προπεσόντες
πυγμάχοι ἐξεύροντο παλαίσματα σύμφορα τέχνα.

In eaq́; opinione maiorem in modum confirmor, cùm de pancratiaſtis ita loqui Suidam video, vt dicat; ὅτι ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσι (hæc autem verba ſuo exornata ſunt oxymoro [a]: ſicut apud Herodotum Erato vbi de Hippoclide illa, quæ de ſaltatione agens extremo cap. XII. libri proximè ſequentis proferam; τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε.) Quod totum ſic accipiendum tamen exiſtimo, pancratiaſtæ vt cæſtibus dimicandi facultatem nihilo magis habuerint, ſed pugnis nudis ac meris [b] hoc eſt minimè armatis. Hoc tantùm etenim videtur pancratiaſtis neutiquam licuiſſe, quod moris pugilibus fuit aſſumptis cæſtibus inferre vulnera. Id quod ex iſto Pauſaniæ loco [c] ſatis euidenter (opinione mea) deprehenditur; in quo Hellanodicas admonuiſſe Clitomachus dicitur, pro bono & æquo facturos ipſos, ſi pãcratiaſtas in agonem inducerent, antequàm ipſe in pugilatu vulnera excepiſſet: quo impetrato ipſum pancratio ſuperatum ab Elæo Capro, nihilominus robore animi eximio integríſque viribus corporis inter pugiles illico decertaſſe. Græca ſic habent, ἀνεδίδασκεν ὁ Κλειτόμαχος τοὺς Ἑλλανοδίκας γενήσεσθαι σὺν τῷ δικαίῳ σφίσιν, εἰ τὸ παγκράτιον ἐσκαλέσαιντο πρὶν ἢ πυκτεύσαντα αὐτὸν λαβεῖν τραύματα. λέγει τε δὴ εἰκότα καὶ οὕτως ἐσκληθέντος τοῦ παγκρατίου κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κάπρου ὅμως ἐχρήσατο ἐς τοὺς πύκτας θυμῷ τε ἐρρωμένῳ καὶ ἀκμῆτι τῷ σώματι. Exceptis cæſtibus & aurium fortaſſe munimẽtis (de quibus poſteà dicetur) quod potuêre ad pugnam conferre pugiles, hoc totum pancratiaſtis, ac præterea id ipſum quod luctatoribus licuit; alioqui defuturum ſi cæſtuum vſus adforet; quorum ligaturis complicatæ, atque adſtrictæ manus ad nexus cæteráque luctationis munia inutiles fuiſſent.

Meilicharum vſum profectò, quarum loco cæſtus ſucceſſerint, pancratiaſtis denegatum aſſeuerare nolim; quas è corio bubulo tenues quaſpiam corrigias vetuſto more ſub manus

cauum

[a] *alia oxymororum exẽpla iam dudum protulimus in commentario Regularũ Iuris ad legem 121. qui non facit, in fine: & ad legẽ 207. res iudicata. Digeſt. de diuerſ. Reg. iuris antiqui.*
[b] *Simili loquẽdi ratione Prudentius περὶ στεφάνων hymno 6. fol. 150. Stabat calce mero dixit.*
[c] *Eliacôn. lib. 2. fol. 151. Aldini exemplaris.*

cauum colligatas traditur:quando ipſi bracchiorum prehenſioni ad luctam vtpote nudis relictis digitis ipſarũ meilicharum vſus officere non potuit,ſicuti cæſtuum; vt ex hac inter vtrumque inſtrumenti genus apud Pauſaniam [a] prodita differentia intelligitur: quam propterea hic exhibebimus,quòd ab iis [b] qui de gymnaſtica ex profeſſo ſcripſère, per obliuionem prætermiſſa fuiſſe videatur. Ille igitur vbi de Arrachione & Creuga tanquam victoribus poſt mortem coronatis: τοῖς δὲ πυκτεύουσιν οὐκ ἦν πω τηνικαῦτα (inquit) ἱμὰς ὀξὺς ἐπὶ τῷ καρπῷ τῆς χειρὸς ἑκατέρας, ἀλλὰ ταῖς μειλίχαις ἔτι ἐπύκτευον ὑπὸ τὸ κοῖλον δέοντες τῆς χειρός. ἵνα οἱ δάκτυλοι σφίσιν ἀπολείπωνται γυμνοί· οἱ δὲ ἐκ βοείας ὠμῆς ἱμάντες λεπτοὶ τρόπον τινὰ ἀρχαῖον πεπλεγμένοι δι' ἀλλήλων ἦσαν αἱ μειλίχαι.

[a] *Arcadicis fol. 214.*

[b] *Mercur. cap. 9. lib. 2. artis gymnaſticæ.*

*Duplex lucta vna erecta quæ ſtantium,ſecuti & pugilatus,altera volutatoria, quæ fortèan pancratiaſtarum fuit. B. Chryſoſtomi Pauſaniæ item ac Platonis ab alijs nequaquam animaduerſi aut indicati loci. Chryſoſtomum* τοὺς παλαίοντας *pro pancratiaſtis poſuiſſe videri. Quæ inter pugiles, pancratiaſtas & luctatores, vel ſimilitudo, vel differentia. Verba luctatorum propria enumerantur: in his* καταστρέφειν, κονίζειν *ſiue* κονίεσθαι, πτερνίζειν *&* ὑποσκελίζειν. *Quod poſtremum tamen ad curſores à Chryſoſtomo relatum, niſi non integer locus. Philo* πτερνιστοῦ *nomen Iacobo aſſignat quodam loco iſta luctatoria vocabula vſurpans: in quo ſuperuacanea quædam notantur. In eiuſdem altero ea de re loco leue mendum animaduerſum.* Καταράττειν: *quod verbi, vt apud ipſum ſic & apud Pollucem forſitan reponi debeat.*

## CAP. X.

PANCRATIASTAS igitur Lucianus ὀρθοστάδην depugnaſſe illo loco [c] disertè ſcribit,quod valde notandum arbitror: vel ideò quia ex Antyllo apud Orybazium [d] duplicem luctam; alteram erectam, alteram ſuper pauimento apud veteres habitam: & huius nomine nihil aliud niſi volutatorium pancratium intellectum fuiſſe, doctiſsimus Mercurialis alicubi [e] admonet. De huiuſmodi lucta ſenſit apud Xiphilinum Dio in Adriano, vbi de prælio Romanorum cum Iazygibus; ὠλίσθαινον μὲν γὰρ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἀλλ' εἰ θ' ὕπτιός τις αὐτῶν ἔπεσε συνεφείλκετο τὸν ἀντίπαλον, καὶ τοῖς ποσὶν ἐς τοὐπίσω ἀνερρίπτει, ὥσπερ ἐν πάλῃ καὶ οὕτως ἐπάνωθεν, αὐτοῦ ἐγίγνετο, εἴ τε καὶ ἐπὶ στόμα κατελάμβανεν αὐτὸν προκαταπίπτοντα αὐτῷ τῷ στόματι· οἱ γὰρ βάρβαροι καὶ ἄπειροι τοιουτοτρόπως ἀγωνίας

κουφότεροι

[c] *qui notatus c. ſuperiori ac περὶ τοῦ παίειν ὀρθοστάδην agimus ex profeſſo infr. in cap. 12.*

[d] *collectan. c. 27.*

[e] *extremo cap. 8. lib. 2 artis gymnaſticæ, vbi duplex pãcratium facit, vnum ex lucta & pugilatu compoſitum, alterum volutatorium. At ipſe vnum eſſe idémque iſtud arbitror.*



κουφότεροι ὄντες οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀντέχειν, ὥστε καὶ ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι διέφυγον. Ex quibus verbis illud Martialis περὶ τῆς ἀνακλινοπάλης explicãdum puto, quod is quem ſuperiùs nominaui Mercurialis ibidẽ protulit. Sanè recti decertabãt & pugiles (quos περὶ τῆς στάσεως πρῶτον ἠγωνίσαντο ſcribit Ariſtides [a] quemadmodum recti pugnæ locum caperent in eo laboraſſe, ſicut inferiùs è Theocrito & aliis docebimus) & verò luctatores: ſed ſub initium ſcilicet hi quidem vt arbitror [b]. De vtriſque igitur agens Chryſoſtomus in explicatione horũ B. Pauli verborum στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν: ex epiſtola ad Epheſios; ita ſcribit [c]: εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ παλαιόντων τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων παρεγγυᾷ τὸ στῆναι. πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς πράγμασιν ὁ ἑστὼς ὀρθὸς ἕστηκεν οὐ διακεχυμένος οὐκ ἐπικλινόμενός τινι. ἡ ἀκριβὴς ὀρθότης ἐν τῇ στάσει φαίνεται. Quod etſi veram illam Mercurialis opinionem, vt quædam erecta lucta ſit, confirmat; præſertim quod auctoritate inſuper Clementis Alexandrini aſſeritur, qui τῆς ὀρθῆς πάλης in tertio [d] pædagogi mentionem facit: & verò Pauſaniæ [e] teſtimonio de Leontiſco Siculo egregio luctatore (παλαιστὴν ipſe nominat) Olympicis & Pythicis agonibus coronato agentis alicubi; quem non deiicere quidem ſciſſe aduerſarium, ſed ſola digitorum inflexione atque curuatione prehenſum ita vrgere, ac (propè dixerim) fodere, vt vinceret, memoriæ prodidit: cùm denique maiorem in modum Platonis [f] auctoritate illuſtretur, qui cætero luctæ genere ſpreto, rectam dumtaxat) quam ipſe quoque ὀρθὴν vocat) in ſua republica retinendam cenſuerit; cuius etiam effectus his omnino verbis expreſsit, τὰ δ' ἀπ' ὀρθῆς πάλης ἀπ' αὐχένων καὶ χειρῶν καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως μετὰ φιλονεικίας τε καὶ καταστάσεως διαπονούμενα μετ' εὐσχήμονος ῥώμης τε καὶ ὑγιείας ἕνεκα ταῦτ' εἰς πάντα ὄντα χρήσιμα οὐ παρετέον: vereor tamen vt exemplo Clementis Alexandrini; quem τοὺς παλαίοντας ἀντὶ τῶν πυκτῶν quodam loco poſuiſſe videri, extremo cap. proximo demonſtrabimus: hoc itidem loco τοὺς παλαίοντας ἀντὶ τῶν παγκρατιαστῶν Chryſoſtomus intellexerit; propterea ſcilicet quòd eodem vtriq; loco, in palæſtra nimirum oleo ac ceromate delibuti decertarent; non item pugiles: cùm tamẽ pugiles & horum exemplo pancratiaſtæ recti contenderint, vt ex illo Luciani loco apertum

H ſatis,

[a] *Panathenaico, fol. 13. pag. 2. ibi,* ὥσπερ οὖν οἱ πύκται περὶ τῆς στάσεως πρῶτον ἠγωνίσαντο.

[b] *Immo ſemper, ac verius quod aliquanto pòſt è Chryſoſtomo docebo: vt non ſub initiũ modò, recti contenderint; cùm luctæ finis eſſet alterutrius ex antagoniſtis deiectio.*

[c] *Sermo 23. pag. 199. in c. 6. epiſt. B. Pauli ad Eph.*

[d] *cap. 10. citato à Mercuriali.*

[e] *Eliacõn lib. 2. fol. 141. non citatur à Mercuriali, vbi Pauſanias,* εἶναι δὲ αὐτοῦ λέγεται τὴν πάλην, *&c.* καὶ γὰρ τὸν Λεοντίσκον καταβαλεῖν μὲν οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς παλαίοντας, νικᾶν δὲ αὐτὸν κλῶντα τοὺς δακτύλους.

[f] *in lib. 7. de legib. fol. 796. Stephan. lib.*

ſatis cuiq; eſt:non item luctatores; quorum iſta propria quæ Iulius Pollux Onomaſtico retulit [a]; ἄγχειν, στρέφειν (adde καταστρέφειν, vel καταστρέψαι ex iſto Lucillij verſu [b]

καὶ σὲ καταστρέψῃ καὶ σὲ παρατροχάσῃ)

ἀπάγχειν, λυγίζειν, ἀγκονίζειν, ἀγκυρίζειν, ἀνατρέπειν, δράσσειν, ὑποσκελίζειν, καὶ πλαγιάζειν δὲ, καὶ κλιμακίζειν παλαισμάτων ὀνόματα:quibus & iſta meritò adiunxeris (quæ pancratiaſtis ipſe tribuit [c], ſicuti τὸ ἄγχειν) nempe ἀποπνίγειν λὰξ ἐνάλλεσθαι λακτίζειν: tum hæc inſuper è variis auctorum locis, quorum pleroſque proferimus excerpta, κονίζειν, ſiue (quod apud Philonem [d] inter cæteros legere memini) κονίσασθαι ἀντίπαλον: & quod à Philoſtrato vſurpatum ad finem octaui de Apollonio libri reperias, ἐγκονίσασθαι perſpegere colluctatorem iniecto vel excitato puluere, ac fœdare; itemq; iſtud, quod eandem quàm τὸ ὑποσκελίζειν aut geminam vim habet, πτερνίζειν ſupplantare [e] ſiue ſuppoſito pede diſiicere, humíque affligere (noſtri *donner la iambe* dicunt lingua vernacula) quo in genere Britones, ſiue Armorici excellere præ Gallis reliquis exiſtimantur (quãquam D. Chryſoſtomus καταχρηστικῶς de curſoribus alicubi [f] τὸ ὑποσκελίζεσθαι dixiſſe deprehenditur) tum verò τραχηλίζειν quod eſt reſupinare: ἐκτραχηλίζειν ceruicem collum frangere vel obtorquere; καταβάλλειν deiicere ſiue proſternere: quod μετὰ τοῦ σκελίζειν ſumpta pereleganter à luctatoribus metaphora Procopium de diabolo ſupplantatore ac deiectore primi hominis de paradiſo, agentem coniunxiſſe in commentario ad Eſaiam [g] recordor; vbi ſic legitur, ἀναλόγως τῷ τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ σκελίσαντι καὶ στάσεως καταβαλόντι τῆς παρὰ τῷ θεῷ. itémque συμπλέκεσθαι [h] ἀναμιγνυώτας ἀγκαλιζομένους καὶ περιλαμβάνοντας amplexari commiſtos atque comprehendere; de quo ex Plutarchi Sympoſiacôn ſecundo ſuperiùs egimus: de illis autem nihil habeo commodius, quàm quod præter Galenum [i] ad tertium aphoriſmũ Hippocratis Philoniana ſuppeditat lectio; vbi de luctatore ac ſupplantatore

[a] ad fin. lib. 3. col. 191.

[b] epigram. 6. tit. 2. ἀστρολόγους lib. 2. αὐτόθι.

[c] col. 188. vbi περὶ πυγμῆς καὶ πάλης.

[d] in lib. τὸ χεῖρ. τῷ κρείττονι ἐπιτιθ. fol. 108. & 109. & περὶ ὀνείρων. fol. 166. ex quo inf. ſed & apud Themiſtiũ Eufradam oratio. 1. è quatuordecim à Stephano excuſis, fol. 10. vbi de Philammone vnde verba proferam lib. 3. cùm de ſeruorum excluſione à ludis, diſſeram. Galen. etiã κονίεσθαι dixit in protreptico ad artes, fol. 5. & vetuſtus quidam poëta apud Plutarchum in Põpeio, fol. 1183. vnde verba inferius exſcribam, vbi de ſortitionibus.

[e] hoc verbo vtitur Seneca epiſt. 13. vnde verba profero inf. lib. 3. cap. 14.

[f] Sermone περὶ ταπεινοφροσύνης, quo loco τὸν δὲ μετὰ πολλοὺς δρόμους ὑποσκελισθέντα σὺν αὐτῆς ἀξιώσῃ συγγνώμης. Vbi fortaſſe Chryſoſto. ὑποσκελισθέντα ſcripſerat, ſcribere certè voluerat.

[g] in cap. 27. Eſaiæ prophetæ fol. 337. libri excuſi Lutetiæ ann. 1580.

[h] ſicuti Iul. Pollux auctor eſt Onomaſtici lib. 3. cap. 30. vbi περὶ παλαιστῶν. col. 188. cùm ait, οἱ δὲ παλαισταὶ βαρεῖς στάσιμοι μόνιμοι ὁμοῖαι ἀντεριδόμενοι συμπλεκόμενοι. Nam περὶ τοῦ καταβάλλειν vel ex illo Pauſaniæ loco poſſis exemplum petere: quamobrem καταβλητικὴν athleticam Galenus vocandam cenſuit vt inferius doceo.

[i] vbi de athletis nullum aliud ſtudium habentibus, quàm vt alios ſupplantent ac deijciant.



tore Iacobo, qui pro præmio ſacri certaminis coronam ipſa nominis mutatione ſignificatam Dei viſionem, aſſequutus fuerit. Nec enim dubito quin & ad illud Eſau verbum, Geneſeos cap. 27. de fratre Iacobo [a] conquerentis, ita redditum à ſeptuaginta viris, δικαίως ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον: & ſimul ad gymnicos ludos optimus auctor adſpexerit [b]: quo loco, ἀλλὰ καὶ τὸ Ἰακὼβ μετονομάζεσθαι συμβέβηκεν εἰς τὸν Ἰσραήλ, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ. διὰ τί; ὁ μὲν Ἰακὼβ πτερνιστής, ὁ δὲ Ἰσραὴλ ὁρῶν τὸν θεὸν καλεῖται. πτερνιστοῦ μὲν οὖν ἔργον ἀσκοῦντος ἀρετὴν τὰς βάσεις τῶν παθῶν αἷς ἐφίδρυται, καὶ εἴ τι ὀχυρὸν καὶ ἱδρυμένον ἐν αὐταῖς κινεῖν καὶ σαλεύειν καὶ ἀνατρέπειν· ταῦτα δὲ οὐ δίχα ἀγωνίας ἀπονητί (hoc autem ἀπονητὶ eſſe à gloſſemate duorum proximorum δίχα ἀγωνίας quorum eadem vis omnino eſt, ſentio; ac ſi criticum agere licet, delendum proinde cenſeo: niſi quis illa potius ob eandem rationem delere hoc retinere maluerit, ab aliis [c] non ſemel vſurpatum; quod non abnuo) φιλεῖ γίνεσθαι· ἀλλ' ἐπειδάν τις τοὺς φρονήσεως ἄθλους διαθλῶν γυμνάζηταί τε τὰ τῆς ψυχῆς γυμνάσματα (notato iſta, & quæ ſequuntur itidem ad gymnicum luctæ agonem omnia pertinentia) καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπάλους καὶ τραχηλίζοντας αὐτὴν λογισμοὺς παλαίῃ. οὐ δὲ τὸν θεὸν ὁρῶντος, τὸ μὴ ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀγῶνος ἀστεφάνωτον ἐξελθεῖν, ἀλλὰ τὰ ἐπὶ τῇ νίκῃ βραβεῖα ἄρασθαι, τίς δ' ἂν εὐανθέστερος ἢ ἐπιτηδειότερος πλέκοιτο νικηφόρῳ ψυχῇ στέφανος, ἢ δι' οὗ τὸν ὄντα δυνήσεται θεωρεῖν ὀξυδερκῶς; καλόν γε ἀσκητικῇ ψυχῇ πρόκειται τὸ ἆθλον ἐν ὀμματωθῆναι πρὸς τὴν τοῦ μόνου θέας ἀξίου τηλαυγῆ κατανόησιν. Item alio loco [d], οὐ πάντας (ait &c.) παλαίσμασι πολυτρόποις καὶ πολυμηχάνοις αὐχενίζοντες ἐκτραχηλίζειν καὶ καταρράττειν ὑποσκελίζοντες οἱ μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγειν μήτε φρονεῖν ἐγνωκότες ἀξιοῦσι. Quibus intereà in verbis mendoſum τὸ καταρράττειν, iudico: longéque melius deleto ρ altero καταράττειν, quod eſt πρὸς τὸ ἔδαφος ἀράττειν, ſicuti Lucianus loquitur, ſolo illidere καταρρίπτειν vel καταβάλλειν, & vernacula Gallorum lingua *Terraſſer* humo affligere; idémque verbum ſiue ſimplex ἀράττειν ſiue potius compoſitum καταράττειν aut καταράσσειν apud Pollucem: vbi & δράσσειν perlubenter legerim, quod & præcedentia & ſequentia videntur exigere; cùm ita ſcribit, ἀνατρέπειν δράσσειν ὑποσκελίζειν: nec tamen ferri leuiter vulgatam lectionem poſſe non video; præſertim cùm

[a] ſic appellato vt eſt in cap. 25. Geneſ. ex illa eorum verſione, ὅτε ἐξῆλθεν ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπειλημμένη τῆς πτέρνης Ἡσαῦ. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ. Et Clemẽs Alexand. lib. 1. pædagogi cap. 8. quem & Hæſchelius in ſuis ad Philonem annotationibus citat.

[b] περὶ τῶν μετονομαζομένων folio 25. Frãcofur. lib. excuſi ann. 87. Supplãtatoris eſt vocabulum conſecutus (Iacob, vt eſt apud Petrum Chryſologũ ſermo. 154. fol. 587.) eo quod antequã naſceretur, noſcitur diuinitus reprobatum ſupplantaſſe germanum.

[c] Euripide apud Plutarch. Alcibiade. vnde verba profero inf. libro proximo paulo poſt initium, & lib. 3. Itémque Luciano Anacharſi, eo loco quem ſub initiũ lib. 3. exhibebo.

[d] περὶ ὀνείρων, fol. 163.

δρασμὸν δευτέραν ἔφοδον εἰς σωτηρίαν τοῖς ἀμύνεσθαι μὴ δυναμένοις Philo[a] ſcripſerat.

[a] περὶ ἀποικίας, fol.266.

*Τετραχηλισμένα apud B.Paulum vnde tranſlatum ſit, ab Eraſmo minimè perceptum: de quo verbo locus apud Laërtium expenſus, & item περὶ τοῦ κριοῦ. Luctatores conferebãt capita. Inq; gradu ſtetimus, apud Ouidium, quid ſit. Ἐκτραχήλισις in pilæ ludo. In lucta, Victor is demum, qui aduerſarium deiecerat, victus qui deiectus. In pancratio & ſubiectus vincere potuit; attracto ad ſe de induſtria ſcilicet aduerſario, Inſignis locus B. Chryſoſtomi. Luctatoria Catabletica & Cabbalica apud Galenum. Ex ambigua τοῦ καταβάλλειν ſignificatione, tùm alteriùs apud Paulum loci, tum dicti Diogeniani elegantia apud Laërtium. Dionis Chryſoſtomi de pammachis locus expoſitus. Πεπτωκέναι cadere apud Plutarchũ & Apuleium. Παλαιόθλων nomen apud Clementem Alexandrinum de pugilibus, ſicuti τῶν παλαιστῶν in Etymologico, & alia huiuſmodi apud alios impropriè poſita: vt τὸ πάλη παλαίειν παγκρατιαστὴς pugil πυκτεύειν. Ἀντωτίδες, ἀμφωτίδες.*

## Cap. XI.

QVAPROPTER quod B. Paulus πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ dixit, metaphoricè in epiſtola ad Hebræos[b]; luctatoribus potiùs, aut pammachis aliiſve athletis[c], immò etiam à pilicrepis ſiue pilæ luſoribus[d] quàm à paſtoribus oues tondentibus (quod Eraſmus exiſtimauit tamen) ſumpſiſſe tranſlationem cenſeo: qui ſcio, aliis quoque locis in eadem epiſtola quærendam à re gymnaſtica ſiue athletica veram & germanam (quæ videtur adhuc alios fugiſſe, à nobis autem ſuperiùs exhibita fuit, aut porrò vtroque proximo ſermone, ſi Deus dederit, exhibebitur) interpretationem. Ex hac quidem huius verbi propria ſignificatione dicitur elegantia & venuſtas illius Diogeniani dicti, ab interprete Latino Laërtij minimè agnita; cùm ita in Græco ſit[e] de Olympionica ſcortum intenſis oculis frequentiùs intuente ac ſpiſsiùs: Ecce (inquit) vt aries martius & pugnax à vili puella reſupinatur atque adeò velut in agone ſuperatur; ἰδὼν ὀλυμπιονίκην (ait) εἰς ἑταίραν πυκνότερον ἀτενίζοντα, ἴδε ἔφη κριὸν ἀρειμάνιον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται: nec porrò ineptum aut otioſum illud τοῦ κριοῦ epitheton ſcias, quando luctatores arietino quodam more capita conferebant, frontéſque collidebant συνενδεκότες τὰ μέτωπα συνήραχθον, ὥσπερ οἱ κριοί: ſicuti Lucianus Anacharſi auctor

[b] cap.4. verſ.13.

[c] vt in Philonis loco, quem extremo præced.capit. attuli: & apud Themiſtiũ orat. 4. eo loco quem notaui cap.5. ad marg. vbi de halteribus.

[d] ad quos hoc verbi retulit Galenus in libello περὶ τοῦ διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου cap.2. quo loco ὅσον γὰρ συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποκωλύοντες ὑφαρπάσαι τὸν μεταξὺ διαπονῶσι, μέγιστον αὐτὸ καὶ σφοδρότατον καθίσταται πολλοῖς μὲν τραχηλισμοῖς, πολλαῖς δὲ ἀντιλήψεσι παλαιστικαῖς ἀναμεμιγμένον ὥστε κεφαλὴν μὲν καὶ αὐχένα πονεῖσθαι τοῖς τραχηλισμοῖς &c. quæ ſuperiùs à me cap.6. prolata ſunt.

[e] in Diogene Synopenſi lib.6.fol.220. Dicuntur etiam medici κατάγειν & εἰς ἀΐδου κατάγειν quos perimunt vt antholog.lib.2.cap.22.fol.149.epig. cuius initium ἰατρὸς & altero quod incipit à Βέλτερον.



[a] auctor eſt, vnde Lucanum explicandum eſſe inferiùs[b] docebitur: vel taurino etiam more, quemadmodum pugiles Amycum & Pollucem concurrentes ad ictus grauiores, tauris Apollonius Rhodius[c] comparat; quo loco,

στάντε δ' αὖ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπω,
ἱδρῶ, ἄλις καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντε
ἄψ δ' αὖτις συνόρουσαν ἐναντίοι ἠΰτε ταύρω
φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κεκατηότε δηριάασθον.

Et item ex Latinis poëtis Ouidius[d] Acheloum de ſua cum Hercule colluctatione loquentem inducit his verſibus,

*Digredimur paulum rurſúſque ad bella coimus,*
*Inq; gradu ſtetimus certi non cedere: erátque*
*Cum pede pes iunctus, totóque ego pectore pronus*
*Et digitos digitis & frontem fronte premebam.*
*Non aliter vidi fortes concurrere tauros*
*Cum pretium pugnæ toto nitidiſsima ſaltu*
*Expetitur coniux:--*

In quibus verbis animaduertendum illud, *Inq; gradu ſtetimus*; quod ad rectam illam luctam, de qua agebamus modò[e] videtur pertinere. Adeò autem id quod initio huius ſermonis admonui de verbi τραχηλίζεσθαι ſignificatione, ab agonibus gymnicis à D.Paulo (vt alia pleraque lubenter facit) deducta verum eſt: vt non tantum in lucta & pancratio, ſed & in pilæ ludo (quem & impulſionem agoniſtarum & ſimul τραχηλισμοὺς ab Athenæos Galeno nuncupatos, atque alia non pauca cum pancratio communia olim habuiſſe, ſexto capite oſtendimus) id operam dederint antagoniſtæ, vt aduerſarium inflectenda etiam ipſius ceruice ſuperare poſſent. Hoc equidem ſuper illos, quos in eam rem laudaueram cap. 6. auctores claſsicos; è Zonaræ annalibus[f] deprehendi; quo loco de Alexandro Leonis fratre ſic ferè ſcriptum: συμποσίοις δὲ καὶ μέθαις διόλου προσεσχηκὼς ὁ Ἀλέξανδρος ἅπαξ δ' ἀριστήσας μετὰ λουτρὸν καὶ κοίλην γενόμενος τῇ γαστρὶ καὶ ἀπλήστως ἀκρατισάμενος σφαιρίσαι προέθετο καὶ κατατείνας τὸ σῶμα τῇ ἱππασίᾳ καὶ ταῖς τῆς σφαίρας ἐκτραχηλίσεσι ῥῆξιν ὑπέστη καὶ αἷμα διά τε τῆς ῥινὸς κενώσας καὶ τοῦ αἰδοίου μετὰ μίαν ἡμέραν ἐξέλιπεν, &c.

Quod verò diximus περὶ τοῦ καταβάλλειν id ſic habeto deniq; omni exploſa dubitatione aut controuerſia; vt in luctæ certamine

[a] eo περὶ γυμνασίων loco qui ſub huius ſermonis finẽ proponetur.

[b] lib.2. huius Agoniſtici, cap.8.

[c] lib.2. Argonauticôn.

[d] Metamorphoſ. lib.9. fab.1.

[e] initio capitis proximi.

[f] lib.3. Annal. fo. 147.

tamine deiectus atq; humo afflictus, ex ipſa certaminis ipſius lege vinceretur, nec porrò vinceret, niſi qui aduerſariũ prius deieciſſet: quamuis in pancratio, deiectus ita vrgere aduerſarium ac premere quopiam loco poſſet, vt victum ſe fateri cogeret. Nempe pancratiaſtarum ex arte id fuit, vt ſuperaturus aduerſarium, ſecum attrahere ipſum niteretur, ſeq; ipſi adeò ſponte deditaq; opera ille decidens ſupponeret: ſicuti ex illo vel vno Plutarchi loco intelligi poteſt, quem paulo pòſt, vbi de morſu pancratiaſtarum agetur proferam; & ex illo itidem Dionis apud Xiphilinum Adriano, vnde verba ſuperiùs citaui; forſitan ex illo etiam Papinij de Tydeo & Agylleo colluctatoribus, vnde verba de palæſtræ arte agens paulo pòſt depromam. Ex diuerſo, adeò luctatores recti depugnarunt, vt qui prior cecidiſſet in lucta, is pro victo ſtatim habitus fuerit; & verò colluctationis hunc finem fuiſſe, antagoniſtæ deiectionem ſcilicet, cùm ex eo ſatis intelligitur, quod Soſicles apud Plutarchum [a] Palem hoc eſt luctam ſibi videri ait à deiiciendo dictam eſſe, his admodum verbis id exprimens; ἡ γὰρ πάλη μοι δοκεῖ τῷ παλαίειν ὅπερ ἐστὶ δι᾽ ἀπάτης καὶ δόλου καταβάλλειν κεκλῆσθαι: tum verò vnus omnium optimè D. Ioan. Chryſoſt. [b] me docuit: quo loco præclarè oſtendit certaminis, quod nobis eſt cum diabolo & eius quod athletis olim inter ſe colluctantibus fuit, differentiam; ſic admodum ſcribens, κἂν παλαίωμεν καὶ ἐξ ἅπαντος κατέχωμεν ἂν παλαίοντες ἐξέλθωμεν, νενικήκαμεν. οὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν, οὕτως καὶ ἐνταῦθα. ἐκεῖ μὲν γὰρ (ait, quod animaduertere, cùm ad rem imprimis faciat, oportet) ἂν μὴ καταβάλῃς, οὔπω νενίκηκας, ἐνταῦθα δὲ ἂν μὴ καταβληθῇς νενίκηκας: ἂν μὴ καταβληθῇς, κατέβαλες εἰκότως. ἐκεῖ [illegible] γὰρ ἀμφότεροι ὑπὲρ νίκης σπουδάζουσι: κἂν ὁ ἕτερος καταβληθῇ ὁ ἕτερος στεφανοῦται· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως: ἀλλ᾽ ὁ διάβολος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἥττης σπουδάζει, &c. ἡ δὲ νίκη αὐτοῦ οὐκ ἐν τῷ στεφανωθῆναι ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἀπολέσαι. ὥστε ἂν μὴ καταβάλω (de colluctatione aduerſus diabolũ hîc agit) μὴ καταβληθῶ δὲ νενίκηκα.

[a] Sympoſ. proble. lib. 2. quæſt. 4.

[b] Ethico ſermone 22. in cap. 6. epiſt. D. Pauli ad Epheſios fol. 198. & 199.

Quamobrem arti athletarum exercitatoriæ Galenus, vt κακοτεχνίας pædotribicæ, ſic & catableticæ vel cabbalicæ potiùs quàm gymnaſticæ nomen tribuendum cenſuit; eo libro quem ad Thraſybulum ſcripſit, πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν: ad illud nimirum quod athletæ potiſsimùm

iii.



in palæſtra inter luctandum efficere tentabant (τὸ καταβάλλειν δῆλον) aſpiciens. Itaque cùm eo verbo ſignificetur, non deiicere tantùm ſiue proſternere (quod palæſtritarum ſiue luctatorum eſſe proprium dixi, & quodammodo pancratiaſtis quoq; conuenire, atque ad ipſos commodè referri poſſe non nego) ſed etiam mactare, vt apud Iſocratem, & Athenæum; vel, ſicut apud Xenophontem Polybium Plutarchum, ſternere conficere atque interficere: ab ambigua ipſius vi ducta eſt itidem elegantia, nondum ſatis ab vllo (quod equidem ſciam) interpretum percepta; tum verborum huiuſmodi ſecunda Pauli ad Corinthios epiſtola [a] compreheſorum, quæ libro tertio [b] (ſi Deus ſinet) ſubtiliùs atque accuratiùs expendentur, διωκόμενοι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι, καταβαλλόμενοι ἀλλ᾽ οὐκ ἀπολλύμενοι: tum verò Diogeniani alterius dicti, qui cùm luctatorem ineptum ac ignobilem agere medicum cerneret; Quamobrem iſtud (inquit apud Laërtium [c]) num vt victores quondam tuos nunc deiicias (ad inferos ſcilicet) ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος ἰατρεύοντα, ἔφη, τί τοῦτο, ἢ ἵνα τοὺς ποτέ σε νικήσαντας νῦν καταβάλῃς. Atque adeò hæc Dionis Chryſoſtomi [d] verba non de pugilibus, ſed de pãcratiaſtis ſiue pammachis accipienda eſſe affirmo; καὶ γὰρ δὴ ὥσπερ οἱ πυκτεύειν εἰδότες ἐὰν μὲν προλάβωσι τοῦ ἀνταγωνιστὴν οὐ παύονται τὴν ἀρχὴν πολλάκις δὲ καὶ ἐπέβησαν αὐτοὶ καταβαλόντες: ἐὰν δὲ ἀποχωρῶσι φοβούμενοι, τότ᾽ ἰσχυροτάτας πληγὰς λαμβάνουσι. Nam τὸ καταβάλλειν, ſicuti hoc toto, & ſuperiore itidem ſermone oſtendimus, ad luctam propriè non etiam ad pugilatum pertinet; eíque reſpondet τὸ πεπτωκέναι: quod victis vtique luctatoribus vſuueniebat, non pugilibus, quemadmodum Plutarchus oſtendit in Pericle: vbi ὅταν εἴπω ἐγὼ καταβάλω παλαίων (inquit) ἐκεῖνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε νικᾷ. Igitur non πύκτας, hoc eſt pugiles eo loco dixit Chryſoſto. Dio, ſed τοὺς πυκτεύειν εἰδότας eos qui pugnis cæſtibúſque decertare didicerunt: quo genere non minus quàm lucta præſtare ſe pammachi profitentur. Ideò viuendi artem non orcheſticæ, hoc eſt ſaltatoriæ, ſed palæſtricæ, ſiue luctatoriæ comparabat Marcus Antoninus Imperator idem ac philoſophus [e]; in qua nimirùm id perpetuò videndum ſit vt ſtemus neque decidamus: ἡ βιωτικὴ (ait) τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα ἤπερ τῇ ὀρχηστικῇ κατὰ τὸ πρὸς τὰ

ἐμπίπτον

[a] cap. 4. ver. 9.

[b] inf. cap. 19. li. 3. vbi περὶ τοῦ διώκειν καταλαμβάνειν λείπεσθαι.

[c] in Diogenis vita, fol. 220. dicũtur etiam medici κατάγειν, & εἰς ᾅδην κατάγειν quos perimunt, vt Antholog. lib. 2. cap. 22. fo. 140. epig. cuius initiũ ἰατρὸς, & altero quod incipit à βέλτερον.

[d] in Diog. ἢ περὶ ἀρετῆς fol. 91. Aldini lib.

[e] lib. de vita ſua 7. ſub finem in fo. 241.

ἐμπίπτοντα, ὃ οὐ προεγνωσμένα ἕτοιμος καὶ ἁπλῶς ἑστάναι συνεχῶς ἐφιστάναι. Ideo denique Archidamo Lacedæmoniorum regi feſtíve Thucididem Mileſium Periclis in repub. æmulum atque aduerſarium, reſpōdiſſe ferunt interroganti, vter ex duobus lucta melior foret; ſe quidē lucta ſuperiorem eſſe, quippe qui Periclem deiiceret atque proſtraret: ipſum tamen adeò eloquentia pollere, vt ſpectatoribus ſe nequaquam cecidiſſe perſuadeat, & idcirco vincere. Quod enarrantē Plutarchum [a] iſtud καταβάλλειν, de quo verba facimus etiam ipſum vſurpaſſe memoria repeto: vbi ſic ſcriptū, Ἀρχιδάμου γὰρ τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέως πυνθανομένου πότερον αὐτὸς ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον; Ὅταν (εἶπεν, ſcilicet Thucidides) ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε νικᾷ, καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας, huc autem pertinet exq; ſuperioribus aptū eſt, quod luctatorum, ſiue palæſtritarum (imperitorum ſcilicet minúſque robuſtorum, eorum denique qui vincerentur) fuiſſe τὸ cadere; ſicuti optimorum & præſtantiſsimorum in hoc genere artificum deiicere, euertere, deturbare ſolóque affligere; vel ipſe Madaurenſis Apuleius Apologia pro ſe prima * in hæc verba ſcribens, manifeſtum facit: quam ego pollicitus ſim curaturum, eam quoque incantatam à me corruiſſe: vt video, vos palæſtritam non magum accuſatum veniſtis; ita omnis qui me acceſſerint dicitis cecidiſſe: cuius loci me commodùm lectiſsimus Iureconſ. Ioan. Coſtanus Caturcenſis admonuit. Luctatorum igitur exemplo pancratiaſtas ſiue pammachos (mixtum ex vtroque certamine, vti dixi, athletarum genus) & inungi ceromate ac volutari quoque ſolitos, inferiùs [b] è Plutarcho [c] demonſtrabitur.

[a] Pericle f.284. eiditionis Steph.

* paulò poſt mediū fol.238. Aldini libri an. 21. impreſſi.

[b] cap.5. lib.2.
[c] lib. 2. Sympoſi. quæſt.4.

Quæ cùm ita ſe habeant, nihil equidem incommodi video, ſi apud Chryſoſtomum τὸ παλαίοντας ſumpto generaliter atque impropriè, aut etiam figuratè per ſynecdochen vocabulo, ad pancratiaſtas pugilum ipſis à Chryſoſtomo adiunctorum obeuntes munia, & aliqua in re aſsimiles (qui & ipſi decertare dicuntur in palæſtra) referendum eſſe cēſueris: ac palæſtritarum nomen itidem vt luctatoribus, pancratiaſtis quoque pugilibúſque ipſis accommodaueris. Et verò ne quis vltrà dubitationi relinquatur locus, apud Clementem etiam Alexandrinum [d] id verbi ad ipſos pugiles relatū poſsis agnoſcere.

[d] lib. 2. pædag. cap.6.



ſcere. Nam pugiles vtique intelligens, qui ſolent ore ac vultu itemq; auribus ictus excipere (quod ſanè in luctæ certamine nequaquam vſuuenit) τοὺς παλαίοντας ait operimentis aurium quibuſdam vti, quas ἀντωτίδας nominat; prohibendi ex illatis ictibus huiuſmodi vulneris doloriſve gratia. Vnde id quoque addiſcimus, non omni ex parte nudos depugnaſſe pugiles; quibus & ad feriendum cæſtibus armarentur manus, & aures antotidibus (vt ita græcanicè loquar) illis opertæ aduerſum ictus munirentur cæſtuum, vt Clemens tradit: cuius iſta ſunt, πρὸς γὰρ τὴν ἀκοὴν τῶν αἰσχρῶν, καὶ τὴν θέαν ὁμοίως ἐχόντων ὁ θεῖος παιδαγωγὸς κατὰ τὰ ὦτα τοῖς παλαίουσι τῶν παιδίων, ὡς μὴ τὰ ὦτα θραύοιτο αὐτῶν τοὺς σωφρονας περιτίθησιν λόγους, καθάπερ ἀντωτίδας, ὡς μὴ δύνασθαι ἐξικνεῖσθαι εἰς θραῦσιν τῆς ψυχῆς τὸ κροῦμα τῆς πορνείας: quo loco ἀντωτίδων appellatione ſignificantur αἱ ἀμφωτίδες, quarum ex Platone philoſopho Pollux [a] commeminit Onomaſtico; ſed & ex Pauſania (vt opinor) citato in hanc rem ab Euſtathio [b] ad Homerum auctor etymologici: vt eſſe dicat, χαλκᾶ ἅπερ οἱ παλαισταὶ τοῖς ὠσὶ περιετίθεσαν, vel ἀμφωτὶς σκεπαστήριον ὠτός. Quo itidem loco, παλαιστῶν vocabulum ad pugiles pertinere pronūcio; ſicuti πάλης quoque nomen apud Platonem, eo è ſeptimi de legibus libri lòco, quem altero poſt proximum ſermone allaturi ſumus, & παλαιόντων vocabulum ad Pancratiaſtas referendum apud B. Chryſoſtomum ſuperiore proximo cap. oſtendimus: eadémque aut ſimili catachreſi, & παγκρατιαστὴς pro pugile ſiue pugilatore ponitur, & ita redditum in vetere Lexico græcolatino [c] reperias, è contrario ſub pugilum nomine pammachos ſiue pancratiaſtas, aut etiam luctatores, apud Madaurenſem Apuleium eo Mileſiarum loco [d] intelligēdos: quem ſequentis libri capite quinto exhibebimus: ſicuti τὸ πυκτεύειν ad pammachos apud Chryſoſtomum Dionem antè retulimus: adeò vt abſurda videri non debeat iſta gloſſarij latinogræci [e] circa pugilis nomen interpretatio non ad pyctam modò, ſed ad pancratiaſten etiam relata.

[a] lib. 2. cap. περὶ ὤτων. col. 101. vbi & hoc, ἐπὶ δὲ ἐν γυμνασίοις παλαιστῶν τὰ ὦτα κατεαγότα.
[b] Iliad. ψ. fol. 1324. vbi ἀπηγόρευσε κατὰ ἄλλον διονύσιον ἀμφωτίδας τὰ ὦτα τεθλασμένος ἐν παλαίστρᾳ. Ἡ ἀμφωτίδες κατὰ παυσανίαν ἃς οἱ παλαισταὶ παρὰ τοῖς ὠσὶν εἶχον, &c.

[c] apud Henricū Steph. in Gloſſario col.563.
[d] lib. 9. de aſino aureo.

[e] col.176. editio. Steph. vbi pugilis παγκρατιαστὴς πύκτης.

*Pugilum eſſe τὸ ὀρθοστάδην παλαίειν. ἵστασθαι ἀντανίστασθαι. Pugilaticia Plutarchi verba è Sophocle deſumpta. Erigere ſeſe ἀναντίον ἀεὶ δ᾽ εἰ κατάστῆναι εἰς ὀρθόν, apud Theocritum & Plutarchum, qui obiter emendatus. Συγκαταστῆναι apud Polybium, pugilaticiū certamen deſcribentem. Arenoſum ſtadium.*

*Palæſtra & colluctatio apud Lacedæmonios. Pugilatus à Feſto, quamobrem in quinquertionis explicatione, non diſcus prætermiſſus. Pancratiaſtis mordere oculóſve aut latus fodere non licuiſſe, niſi apud Lacedæmonios; reprehenſo Viginario Philoſtrati metaphraſte.* πηλῶ. *Inita ratio conciliationis inter Senecam atque Philoſtratum. Morſus in lucta familiaris Lacedæmoniis: quibus in pædonomi conſpectu, mothacúmque interdum ac Hippagretarum decertantium interuentu corpus exercentibus, & ante Lycurgum in vſu pugilatus, & poſteà ſaltatio: cuius è genere ſphæriſtica ſiue pilaria: cui principi, poëtæ, nationi plurimùm placuerit, quiſve ipſam inuenerit atque docuerit primus. Rurſum ſaltationis tres ſpecies ad Lyricam poëſim pertinentes, Socrati placuiſſe Memphiticam; ex Athenæo, qui aliter atque ab aliis explicatur. Italica ſiue Pantomimica ſaltatio. Quis eius auctor: illuſtrato interim Plutarcho.*

## CAP. XII.

CAETERVM ex diuerſo proprium id pugilum eſſe nemo negauerit; vt recti depugnent, ac feriant, τὸ ὀρθοστάδην παίειν ἢ πυκτομαχεῖν: atque adeò τὸ ἵστασθαι, ſiue (vt in loco ſuperiùs citato Chryſoſtomus dixerat) ἑστάναι καὶ ἀντανίστασθαι. Vnde à Sophocle [a] iſtud apud Stobæum [b] de amore ſcriptum, à pugilatu deſumpta metaphora legitur;

[a] *in Trachiniis.*
[b] *Sermone 184.*

ἔρωτι μὲν γοῦν ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ·
οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει.

Eum ſermonem Sophoclis imitatus Plutarchus alicubi [c] de Solone, ἐπεὶ δὲ πρὸς τοὺς καλοὺς (ait) οὐκ ἦν ἐχυρὸς ὁ Σόλων οὐδ᾽ ἔρωτι θαρραλέος ἀντανασῆναι πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας (hemiſtichium iſtud eſt à ſequentibus diſtinguendum) ἔκ τε τῶν ποιημάτων αὐτοῦ λαβεῖν, &c. Erigere ſeſe ceruicemq́; attollere, quod pugilibus ita vt contrà inuicti ſtarent, cùm dimicandum in agonibus haberent, in more fuit; id ſi alius inter deambulandum quiſpiam faceret, ſtultum ac leuem hominem habitum iri: Plutarchus idem alio quodam loco [d], ſed ita vt Sophoclæa illa quæ protuli verba itidem vſurparit, his totidē expreſsit; quibus in aduerſa fortuna licere cuipiam interdum laudare ſe, ſicuti pugilibus depugnaturis attollere ſeſe aduerſus antagoniſtas, quò facilius vincant, eleganter admodum docet: ὥσπερ οὖν τοὺς ἐν τῷ περιπατεῖν (ſic lege nō vt in Stephanico impreſſo περιπαθεῖν) ἐπαιρομένους καὶ ὑψαυχενοῦντας ἀνοήτους ἡγούμεθα καὶ κενούς. ἂν δὲ πυκτεύοντες ἢ μαχόμενοι διεγείρωσιν καὶ ἀνατάσωσιν ἑαυτοὺς

[c] *in Solonis vita ſub initium in fol. 144. lib. à Stephan. excuſi. De ſtadiodromis etiā ſiue curſorib.* τὸ ἵστασθαι *cùm ab ipſis id præmaturè fit, ſicut inferiùs docebitur.*

[d] περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφ. *fol. 960.*



ἑαυτοὺς ἐπαινοῦμεν: οὕτως ἀνὴρ ὑπὸ τύχης σφαλλόμενος, ἑαυτὸν εἰς ὀρθὸν καθιστὰς καὶ ἀντίπαλον

---πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας

(ſic diſtinguo, vt ſic hemiſtichium ſicut antè monui) ἐκ τοῦ ταπεινοῦ καὶ οἰκτροῦ τῇ μεγαλαυχίᾳ μεταφέρων εἰς τὸ γαῦρον καὶ ὑψηλὸν οὐκ ἐπαχθὴς οὐδὲ θρασὺς, ἀλλὰ μέγας εἶναι δοκεῖ καὶ ἀήττητος. Quo etiam Theocriticum iſtud de Amyci pugilatu Pollucē prouocantis [a], meo iudicio referendum eſt;

[a] *apud Theocritū Dioſcuris Eidyll. 23.*

εἰς ἓν ἰδ' χεῖρας ἀείρων ἐναντίος ἀνδρὶ καταστὰς
πυγμάχος--

Nam ἀντανίστασθαι ſiue ἀντανασῆναι Sophoclæum illud, nihil eſt aliud quàm ἐναντίον ἀνδρὶ καταστῆναι quod Theocritus poſuit. Et pugiles inter ſe qui committerentur, συγκαταστῆναι dictos à veteribus memini; certè à Polybio [b], vbi certamē pugilum accuratè quantum poteſt, graphiceq́; oculis ſubiicit: Eius hæc ad pugiles pertinentia verba ſunt, καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πυκτῶν καὶ ταῖς γενναιότησι καὶ ταῖς εὐεξίαις, ὅταν εἰς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ στεφάνου συγκαταστάντες καιρὸν διαμάχωνται, πληγὴν ἐπὶ πληγῇ τιθέντες, ἀδιαπαύστως λόγον μὲν ἢ πρόνοιαν ἀνέχειν ὑπὲρ ἑκάστης ἐπιβολῆς καὶ πληγῆς, οὔτε τοῖς ἀγωνιζομένοις οὔτε τοῖς θεωμένοις ἐστὶ δυνατόν: ἐκ δὲ τῆς καθόλου τῶν ἀνδρῶν ἐνεργείας καὶ τῆς ἑκατέρου φιλοτιμίας ἔτι καὶ τῆς ἐμπειρίας αὐτῶν καὶ τῆς δυνάμεως πρὸς δὲ καὶ τῆς εὐψυχίας ἱκανὴν ἔννοιαν λαβεῖν: οὕτω δὲ περὶ τῶν νῦν λεγομένων στρατηγῶν & reliqua. Interim in puluere pancratiaſtas vt pugiles non in luto ſicuti luctatores decertaſſe, poſsis ex eo colligere quod de Arrichione pancratiaſta in ipſa victoria Olympica mortuo Philoſtratus [c], ὅτε καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς [τὸ νικῆσαι δὶς ὀλύμπια] κτησάμενος ἐς τὸν τῶν ὀλβίων πέμπεται χαῖρον αὐτῇ κόνει. Sed non neceſſariò tamen, niſi & in puluere luctatores apud Elidem ſiue Olympiam contendiſſe fateri velis atque admittere: quoniam idem auctor eodem libro in Antæo ita ſcripſerit, κόνις οἷα ἐν πάλαις ἐκείναις ἐπιπηγὴ ἐλαίου καὶ δυοῖν ἀθληταῖν, ὁ μὲν ξυνδέων τὸ οὖς, ὁ δὲ ἀπολύων λεοντῆς τὸν ὦμον, &c. Itemq́; Philo [d] metaphoricè loquutus de fortuna tanquam luctatricē; τίνι δ᾽ οὐκ ἐφήδρευεν ἡ τύχη διαπνέουσα καὶ συλλεγομένη ῥώμην ἵνα συμπλακεῖσα εὐθὺς ἐξαρπάσῃ πρὶν φθάσαι τὸν ἀντίπαλον κονίσασθαι. Et arenoſum ſtadium vbi quis in agone luctatur, D. Auguſt. quodam loco [e] nominat.

[b] *lib. 1. hiſt. fol. 24. Hernagiani exempl.*

[c] *lib. 2.* εἰκόνων *in Arrichione.*

[d] *in libello* περὶ ὀνείρων, *nuper excuſo Francoſur. fol. 166.*

[e] *Sermone 246. de tēpore in prin. Et tamdiu quiſque bonus in agone luctatur ne ab aduerſario ſuperetur, in periculis agit quamdiu cum illo ſicut in arenoſo quodā ſtadio, ſic in iſta morte contendit. Quod forſitan ad curſū referri potiùs debeat quo contēdebatur in ſtadio iniecta in ipſum arena, vt lib. 2. ad extremum docebitur.*

Vt ſit pugilatum & pancratium à Lacedæmoniis improbatum, ſuperiùs auctoritate Senecæ ac Plutarchi adhibita oſtendimus. Luctam à Lacedæmoniis cum ſuo ceromate retentam, non eſt quamobrem dubitare quiſquam debeat; cùm ipſe quoque Martialis [a] ſic ſcripſerit.

*Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus*
*Perfundit gelida virgine.--*

Et Aurelius Prudentius Harmatigen[ia]

*Sic Lacedæmonias oleo maduiſſe palæſtras*
*Nouimus & placidum ſeruire ad crimina ſuccum.*

poſt Damagetam Græcum Epigrammatarium, cuius iſtud extat tetraſtichon [b].

οὔτ' ἀπὸ μεσσάνας οὔτ' ἄργόθεν εἰμὶ παλαιστάς.
Σπάρτα μοι σπάρτα κυδιάνειρα πατρίς.
κεῖνοι τεχνάεντες ἐγὼ γε μὲν (ὡς ἐπέοικε
τοῖς λακεδαιμονίων παισὶ) βίᾳ κρατέω.

Quod autem in pentathlis ſiue quinquertionibus ex Pompei Feſti [c] quodam, aut potiùs è Pauli abbreuiatoris & interpolatoris loco pancratium connumerat, diſci iactum ex eo numero extrahit Budæus [d] aut omittit; probare, ob ea quæ antè dixi, nullo modo poſſum: præſertim autem quoniã in emendatis Feſti & Pauli codicibus, nulla pancratij mentio, nulla diſci obliuio ſed tantum pugilatus; ideo fortaſſe quod ſerò, longè quidem poſt cætera quæ obſoleuerant reſtituta certamina, hoc exercitationis genus apud Olympiã receptum [e]: vbi etſi pancratiaſtis mutuò ſeſe quoquo genere cædere ac propellere licuerit; non tamen aut mordere, aut ſummis digitis, inuicem oculos (puta) latúſve fodere [f]: quanquam horum quoque ictuum ius pancratiaſtis apud Lacedæmonios fuiſſe reperio, quo exercitationes efficerentur atq; promptiores hac rati ne ad prælium: qua de re tota iuuat Philoſtrati [g] proferre teſtimonium, ſeciùs tamen à Viginario Gallico interprete alioqui doctiſſimo acceptũ; exiſtimante apud Olympiam illis mordendi atque fodiendi quoque ius fuiſſe, dum ſcilicet varietate ſignificationis articuli πλὴν (niſi fallor ipſe) deluditur: quoniam is nonnunquam includit, plerunque autem ſolet excludẽdi vim habere (ſicuti 24. libri Semeſtrium tertij ſermone obiter docuimus; vt & illa χωρὶς, ἐκτὸς) atque hoc

[a] *lib.11.epigram.*

[b] *Antholog. li.1. cap 1.*

[c] *in pẽtathlum.*

[d] *in commentar. ad d.l. athlet. 8. de ijs qui not. infam.*

[e] *videto & quæ ſcribo inferius ad finẽ huiuſce primi tractatus ca. vlt.*

[f] *hac de re ſcribo plenius lib.3. cap.8. & 21.*

[g] *εἰκόνων lib.2. in Arrichione vbi Viginarius perperam vt puto poſt illa,* ce ſont les ruſes & artifices du pancratiaſte, *hoc adijcit,* là où l'on mord d'abõdãt l'on poche & enfonce auec le bout des doits, &c. *quæ itidem vt iſta reddi aliter debuêre hæc quidem ita,* excepté que l'on n'y mord ni poche & enfonce.



hoc etiam in loco; vbi ſcriptum de pancratiaſtis Olympicis, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσι καὶ τὴν χεῖρα στρεβλοῦσι προσόντος τοῦ παίειν καὶ ἐνάλλεσθαι· ταυτὶ γὰρ τοῦ παγκρατιάζειν ἔργα, ſequitur, πλὴν τοῦ δάκνειν ἢ ὀρύττειν· λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν καὶ ταῦτα νομίζουσιν, ἀπογυμνάζοντες οἶμαι ἑαυτοὺς εἰς τὰς μάχας· ἠλεῖοι δὲ ἀγῶνες ταῦτα μὲν ἀφαιροῦσι, τὸ δὲ ἄγχειν ἐπαινοῦσιν. Intereà non ſatis equidem video, qui Philoſtratus in concordiam adduci poſsit cum Seneca, vetare Lacedæmonios aſſerente, ſuos pancratio non minus quã cæſtu decernere. Nam quod Lacedæmoniis placerent in exercitationibus iſti morſus & effoſsiones, quemadmodum Philoſtratus indicat hoc loco, ita Pauſaniã [a] quoque Laconicis eodem loquendi genere vtentem tradere Viginarius ad Philoſtratum vidit. Quod vtique accipiendum eſt, vt ad certas quaſdam epheborum pugnas in Platanone, referri oporteat: in quem velut inſulam Euripus ambibat, referri oporteat: in quo ita in alterum aduerſarius omni vi adhibita depugnaturus comminus incurreret inſiliretq; , vt præter morſus illos effoſsionéſque oculorum confertim etiam in aquam vnumquempiam impetu facto alij propellerent: non vt paſsim hoc genere exercitationis, aliíſve in locis (apud Spartã quidem) vterentur, quod Lycurgi legibus ſiue Rhetris improbatum ſcirent. Verba quidem Pauſaniæ vbi de Platanone illo agit iſta ſunt; μάχονται δὲ καὶ ἐν χερσὶ καὶ ἐμπηδῶντες λὰξ, δακνοῦσί τε καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντορύσσουσιν, ἀνὴρ μὲν δὴ πρὸς ἄνδρα τὸν εἰρημένον τρόπον μάχεται. ἀθρόοι δὲ ἐμπίπτουσι βιαίως καὶ ἐς τὸ ὕδωρ ὠθοῦσιν ἀλλήλους. Quibus iſta Luciani [b] congruunt ſub Solonis perſona de Lacedæmoniorum exercitationibus loquentis cum Anacharſi: nempe quod in theatro quidem pila ludẽtes mutuò ſeſe propellerent, ſed & in campum quendam euripo ſiue aqua circunclusũm per phalanges diuiſi hoſtilem in modum omnia inuicem molirentur ac patrarent, nudi & ipſi; vſque dum illos iſti è loco circunſcripto in aquam Herculei putà Lycurgicos aut hos illi truderent. Hoc nimirum illa Græca Luciani ſignificant, quæ vbi de pilæ luſu agerem ſexto libri huius capite protuli; quapropter hîc denuò non apponam; ſed ea tantùm quæ illis extremis, τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζων), adiicienda ſunt: γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ (ait) ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι τοῦ περιγράμματος τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι τοὺς κατὰ λυκοῦργον

 οἱ

[a] *fol. 75. Aldini exempl. Ad exercitationẽ autem illam qua ſe mutuo in aquam impellere tentabãt id pertinet, quod ſuperius à Luciano in Anacharſi cũ de pilæ ludo ageretur exhibitum fuit.*

[b] *Anacharſi ἢ περὶ γυμνασίων.*

οἱ καθ' ἡρακλέα ἢ ἔμπαλιν συνωθέντες ἐς τὸ ὕδωρ. τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν, καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε. Ita forſitan cum Seneca Philoſtratus non incommodè conciliari poſſe cuipiam videatur: ipſe quidem donec probabilius aliquid adfertur, hac de re ſic ſentio. Nam vt aut in ſacris agonibus (quorum præcipui Olympici ſcilicet inſtauratori Iphito [a] ſocium fuiſſe vt concinnaret clariúſq; ac ſolidius efficeret, à Plutarcho [b] traditur) aut alibi quàm Spartæ Lycurgus pancratio, vel pugilatu ſuos ciues decertare prohibuerit, mihi non fit veriſimile.

Mordere autem ſolitos in lucta, Lacedæmonios iuuenes apud Spartam quoque ipſam, verè à Philoſtrato ſcriptum cenſeo. Ex quo more illud eſt, quod referẽte Plutarcho [c] addidici, cùm in colluctatione quadam ob rixam ſubitaria detraheretur collo apprehenſus in terram Lacon, & colluctatori fruſtrà deficientibus corporis viribus, incumbere niteretur, ipſum momordiſſe: cui cùm aduerſarius diceret, Mordes ſicut mulieres ò Lacôn, hunc reſpondiſſe, nequaquam, ſed vt leones: ἐν χειραψίᾳ περικρατούμενος (ait) ὑπὸ προσεραχηλίζοντος κενοσπουδῶς καὶ καταπατῶντος ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπειδὴ τῷ σώματι ἐλείπετο ὁ προσπεσὼν, ἔδακε τὸν βραχίονα, καὶ ὁ ἕτερος εἶπε, δάκνεις ὦ λάκων ὥσπερ αἱ γυναῖκες; οὐ μὲν οὖν (εἶπεν ἅτερος) ἀλλ' ὥσπερ οἱ λέοντες. Morſum quidem abeſſe à pancratio debuiſſe iuxta leges athleticas; & meritò Leones nominatos qui eo in certaminibus vterentur: ex eo Demonactis verbo, quod in ipſius vita Lucianus retulit, atq; à nobis libro tertio [d] leges Athleticas explicantibus proponetur, perſpicuè cognoſcimus. Quin etiam apud Spartam interdũ Laconas iuuenes, non quidem cæſtibus fortaſſe, ſed pugnis certè meris olim nudos inter ſe dimicaſſe; cùm Hippagretæ, ſiue Mothaces (quos ab Aeliano ita nuncupatos, cum illis eoſdem fuiſſe coniicio atque autumo) tres admodum ex adoleſcentibus electi ab Ephoris centenos quiſque iuuenes probatiſſimos ſibi aſciuiſſent, qui aduerſus reliquos Spartanos contentionis honeſtiſſimæ, atq; ad militarem exercitationem commodiſſimæ occaſione decertarent, ad eámque rem bonæ corporis conſtitutionis rationem haberent: ex eo Xenophontis [e] loco pridem addidici, qui (opinor) ipſe quoque de certamine illo quod in Platanone fieri ſolitum è Pauſania diximus, debet intelligi: non

[a] *de quo inferius agetur non ſemel, hoc etiam lib. ca. 16. & ſub init. cap. vlt.*

[b] *Lycurgo i prin. fol. 72. & fol. 99. vide quæ ſcribo lib. 2. vbi de diſco coronario.*

[c] *Apopht. Lacon. f. 417. lib. à Stephan. excuſi.*

[d] *cap. 8. & 21.*

[e] *in lib. de Republ. Lacedæmoniorum fol. 395. & 396. Stephan. libri, vbi de Lycurgo,* ὁρῶν οὖν οἷς ἂν μάλιστα φιλονεικία ἐγγένηται τούτων καὶ χοροὺς ἀξιακροατοτάτους γιγνομένους καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀξιοθεατοτάτους *& reliqua. De gymnopædiis agonizãtium Apollinis honori chororum Plutarch. Ageſil. fol. 118. Stephæ. libri. Et Pauſanias Laconicis fol. 72. editionis Aldinæ. Ex quibus omnibus iſtud eiuſdẽ Plutarchi Phocione fol. 1377.* ἀπήγαγεν εἰς λακεδαίμονα, καὶ κατέμιξε τοῖς ἀγομένοις τὴν λεγομένην ἀγωγὴν νεανίσκοις *nõ ineptè poſſis exponere. De diamaſtigoſi puerorum Laconũ videſis apud Plutarchum* ἐν ἐπιτηδ. λακων. *fol. 426. Steph. libri, & quæ ſcribimus inf. lib. 3. cap. 18.*



non vt eo genere paſſim Lacones inter ſe dimicauerint; nec verò tum quoque aliter, niſi ſub prouectiorum & pædonomi conſpectu: quorum officij ac muneris fuit huiuſmodi certamini modum adhibere, finémque imponere. Verba Xenophontis græca nimirum ſic habent, αἱροῦνται τοίνυν αὐτῶν οἱ ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἱππαγρέται καλοῦνται. τούτων δ' ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει διασαφηνίζων, ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει. & quæ ſequuntur, tum poſteà, ἀνάγκη δ' αὐτοῖς καὶ εὐεξίας ἐπιμελεῖσθαι, καὶ γὰρ πυκτεύουσιν διὰ τὴν ἔριν ὅπου ἂν συμβάλωσιν. διαλύειν μέντοι τοὺς μαχομένους πᾶς ὁ παραγενόμενος κύριος, ἢν δέ τις ἀπειθῇ τῷ διαλύοντι ἄγει αὐτὸν ὁ παιδονόμος ἐπὶ τοὺς ἐφόρους, &c. De Mothacibus verò qui è potentioribus inter iuuenes depugnaturi tres admodum à parentibus iſtorum ad palæſtras & gymnaſia mittebantur hæc omninò verba Aeliani Meligloſſi [a] memoria repeto; καλλικρατίδας γε μὴν καὶ γύλιππος καὶ λύσανδρος αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις, Spartanos deniq; in ſuis gymnaſiis ita corpus exercuiſſe, vt ſimiliter manus, tibiæq; cum ceruice mouerentur; quamobrem optimè omnium voluiſſe, viribúſque corporis præſtitiſſe, idem Xenophon paulò pòſt memorat: οὐκ ἂν οὖν ῥᾳδίως γέ τις εὕροι σπαρτιατῶν οὔτε ὑγιεινοτέρους, οὔτε τοῖς σώμασι χρησιμωτέρους. ὁμοίως γὰρ ἀπό τε τῶν σκελῶν καὶ ἀπὸ χειρῶν καὶ ἀπὸ τραχήλου γυμνάζονται. Quòd vtique non de pancratiò tamen ſuis interdicto à Lycurgo (vt ſuperiùs retuli) verùm de lucta debere accipi; quæ cum curſu, diſco, iaculo, pila, cæteríſque præter pugilatum, & pancratium exercitiis ab ipſo permiſſa, probata immò, & imperata fuerant, ſciendum eſt.

Nec tamen ita exiſtimandum, non fuiſſe quemquam Lacona qui pugilatu contendere ſibi fas duceret, antequàm Lycurgus leges Lacedæmoniis aut Rhetras iuſq; illud non ſcriptum conſtitueret. Alcidamantem profectò Lacedæmonium cum Argolico Capanæo cæſtibus dimicaſſe nudum, hi verſus apud Statium Papinium [b] oſtendunt:

*Tandem inſperatus nuda de plebe Laconum*
*Proſilit Alcidamas mirantur Dorica regum*
*Agmina, ſed ſocij fretum Polluce magiſtro*
*Norant, & ſacras inter creuiſſe palæſtras.*

Ipſe

[a] *lib. 12. var. hiſtor. cap. 43. Mothacas tamẽ Athenæus libro 6. fuiſſe ait Spartæ, non Lacedæmonios quidẽ ipſos, ſed liberos tamẽ eorũ* συντρόφους, *quiq; cum ipſis* μετεῖχον τῆς παιδείας πάσης. *Heſychius* τοὺς ἀνατρεφομένους τοῖς υἱοῖς δούλους παῖδας, *quemadmodum à Stephano reperias notatũ in Theſauro: vbi Ælianum tamẽ haudquaquã citat in* Μόθαξ *&* Μόθων, *ſed ſcholiaſtem Ariſtophanis & Suidam.*

[b] *lib. 6. Thebaid.*

*Ipſe Deus poſuítque manus & bracchia finxit.*

Saltationem quoque quod exiſtimarent ad bella conducibilem, apud Lacedæmonios vſurpatam in exercitationibus, à Fabio Quinctiliano [a] traditum memini; quo loco, Nam Lacedæmonios quidem etiam ſaltationem quandam (inquit) tanquam ad bella quoque vtilem habuiſſe inter exercitationes accepimus. De ſaltatione (non iam de ſaltu loquor) non erit inutile, nec verò à propoſito de gymnicis ludicris ſermone alienum, verba facere: quando ea quoque ad palæſtram pertinet, vel ipſo Suida teſte, qui ὀρχήστρα δὲ (inquit) ἡ παλαίστρα καὶ ὀρχήστειον καὶ ὀρχηστρίς. Nec tamen ſuis ſaltibus, & quidem præaltis ac leuibus in ſaltatione locum non fuiſſe propterea duxeris. Nam etſi ὄρχησις μέρος μουσικῆς ἐστιν (vt Pollux [b] ait) ideoq; ad muſicos potiùs ſcenicóſque, quàm gymnicos agones pertineat: nihilominus tamen, id quod modò dixi, verum eſſe, propter eam exercitationis vtriuſque inter ſe ſimilitudinem; ex iis apparebit perſpicuè, in quibus tradendis cap. 4. libri proximi operam ponemus; & ipſos ὀρχηστὰς πηδητικοὺς καὶ ἁλτικοὺς nominari tradit; & inter ſaltationis genera ἔντονα, τὰς ἐκλατερίδας καὶ δερματείδας paulo pòſt [c] commemorat: τὸ μὲν χειρῶν κίνησιν ἀσκοῦν, τὸ δὲ πηδητικόν. Et verò ſaltatores in choris quoſpiam nudos non ſine prætextatis verbis exiliiſſe, ita vt crura quaterent ac permutarent, idem auctor alibi [d] retulit, in hæc ferè verba; λαμπροτέραν δὲ ἣν ὠρχοῦντο γυμνοὶ σὺν αἰσχρολογίᾳ· ἦν δὲ καὶ τὸ χίσας ἔλκειν σχῆμα ὀρχήσεως χειρικῆς· ἔδει δὲ πηδῶντα ἐπαλλάττειν τὰ σκέλη. Ac inſuper pilarios quos certis rhythmis adhibitis inter ſaltandum, prehenſa manibus pila, & iacta in cœlum atq; inuicem tranſmiſſa, decertaſſe nudos & campeſtri duntaxat amictos, è figuris ipſorum à Mercuriali exhibitis, quarum cap. 6. mentionem iniecimus, manifeſtum eſt. Pilicrepos, inquam, illos ἀναπηδῆσαι, vel (vt cum epigrammatario [e] de iis qui ſaltu contenderent agente, loquar) πηδῶντας ἐξᾶραι τοὺς πόδας; ſubſultim pedes in altum extuliſſe docet Euſtathius ad Homeri Phæacas [f]: vt & in vſu fuiſſe apud Lacedæmonas eiuſmodi ſphæromachiæ ludum oſtenderet, in quo ſaltaretur; vbi & de thermayſtride, ſuppreſſo Pollucis, quem antè in hanc rem laudaui, nomine, ſed allata Critiæ auctoritate; ἤγουν ἀναπηδήσας (ait) καὶ

[a] cap. 11. lib. 1. Inſtit. orato. ad fin.
[b] li. 4. Onomaſt. cap. 13. col. 219.
[c] cap. 14. col. 221.
[d] cap. 14. colum. 222.
[e] lib. 2. Antholo. cap. εἰς ἀγωνιστάς.
[f] Odyſſ. θ. f. 1601. ad iſtos verſus, οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σφαῖραν: itemq; ὀρχείσθην δ' ἤπειτα.





ἔτι μετέωρος ὢν μετελάμβανε. καὶ ἦν ἔθος παλαιὸν οὕτω παίζειν, καὶ ἐπεχωρίαζε φασὶ Λακεδαιμονίοις ἀγὼν τὰ σφαιρομάχια· εἰκὸς δὲ καὶ τὴν διὰ σφαίρας παιδιὰν τὴν καλουμένην οὐρανίαν, τοιαύτην εἶναι, &c. σημειῶσαι δὲ καὶ ὅτι ὀρχήσεως εἶδος ἦν καὶ ἡ τοιαύτη διὰ σφαίρας παιδιά, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ οὕτω γράψας (Pollucem intelligit) θερμαυστρίς, ὄρχησις διὰ ποδῶν σύντονος· φησὶ γοῦν Κριτίας, οὕτω ἀναπηδήσαντες εἰς ὕψος πρὸ τοῦ κατενεχθῆναι ἐπὶ γῆν παραλλαγὰς πολλὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν. ὃ δὴ θερμαυστρίζειν ἔλεγον. Et valde ad rem pertinet de ſaltatione ſphæriſtarum, de qua cœperamus verba facere, quod aliquanto pòſt [a] ſubiicit, ὅτι δὲ καὶ ἡ ῥηθεῖσα παιδιὰ οὐ σφαίρισμα ἦν ἁπλῶς, ἀλλ' ὁ ταύτην παίζων σφαιριστὴς, ἦν ὀρχηστὴς δηλοῖ ὅμηρος ἐπαγαγών. Αὐτὰρ ἐπειδὴ σφαίρῃ, &c. Ὀρχείσθην δ' ἤπειτα, &c. Prætereà de hyporchemate ſiue pãtomimica ſaltatione, quæ Xenodemi & Pindari ætate floruit, agens Euſtathius apud Homerum [b] Phæacibus, & à Xenophonte in Cyri expeditione ſaltationis armatæ mentionem fieri ſcribit, quæ ſaltibus eiuſmodi conſtet: ὑποσημαίνεταί φασι τὸ ὑπορχηματικὸν εἶδος ἀνθῆσαι ἐπὶ Ξενοδήμου καὶ Πινδάρου· ἔστι δέ φασιν ἡ τοιαύτη ὄρχησις, μίμησις τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἑρμηνευομένων πραγμάτων, ἣν παρίστησι Ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει ὀρχήσεις ἱστορῶν σὺν ὅπλοις καὶ ἅλματα ὑψηλά, καὶ κοῦφα, καὶ μετὰ μαχαιρῶν. ἐναρμόνια δηλαδὴ καὶ αὐτά, ὁποῖα καὶ τὰ τῶν ἐνταῦθα βηταρμόνων. ὧν τῆς ἀρετῆς παράδειγμα καὶ Τελέσης ὀρχηστής φασιν Αἰσχύλου οὕτω τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως. Vbi quod ait de Teleſta, pantomimices primo tanquam inſtauratore; quamuis eorum qui Aeſchyli choros in tragœdiis ſaltarent (quos & ipſe inſtituere ſolitus) ſub doctore quopiam & velut ipſius Aeſchyli diſcipulo: totum iſtud, ſicut ea itidem quæ de Sophoclis & Socratis ſaltatione ſubiicit, mutuatus more ſuo videtur ab Athenæo, vel apud ipſum Ariſtoclem, tametſi diſſimulet. Nam hic quidem [c] vbi de Aeſchylo ea quæ dixi, & quod in ſcena quaſuis perſonas ageret protulit: de Teleſide ſiue Teleſta Orcheſtodidaſcalo, id eſt ſaltatorum doctore, iſta illicò ſubdit: καὶ Τέλεσις δὲ, ἢ Τελέστης ὁ ὀρχηστοδιδάσκαλος, πολλὰ ἐξεύρηκε σχήματα ἄκρως ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνυούσαις. Ἀριστοκλῆς γοῦν φησιν, ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστής, οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, φανερὰ ποιῆσαι τὰ

[a] num. 60. f. 1601.
[b] ad Odyſſ. θ fol. 1596 iſtud explicans, πρωθῆβαι ἵσταντο δαήμονες ὀρχηθμοῖο.
[c] Athenæ. lib. 1. Deipnoſo. Aldin. exempl. fol. a. 13.

παράσματα δι' ὀρχήσεως. Porrò ſaltationem variæ gentes peculiarem ſibi quæq; habuerunt, ne quis Laconicam fuiſſe dumtaxat apud Græcos arbitretur. Nam & Trœzenicæ, Epizophyriæ, Cretenſis, Ionicæ, Mantiniacæ Athenæus meminit [a]; & ab ipſo vtique, tametſi hoc diſsimulat, Euſtathius: quam ille ob manuum geſtus ab Ariſtoxeno præferri cæteris omnibus memorat: quo loco, ὀρχήσεις δὲ ἐθνικαί, αἱ δὲ λακωνικαί, τροιζηνικαί, ἐπιζεφύριοι, κρητικαί, ἰωνικαί, Μαντινιακαί, ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος, διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. Hoc intereà mihi mirum, quod neque Athenæus, nec ab ipſo Euſtathius Atticæ ſaltationis mentionem, cæteras percenſens, iniecerit: de qua ſimiliter atque de Laconica, deq; illa, per quam in caput ſe prouoluebant ij qui κυβηστῆρες vel κυβιστῆρες nominabantur; Herodot. [b] vbi Cleiſthenis & vnius è filiabus ipſius Agariſtæ procis; Athenienſis nimirum Hippoclidis enarrat hiſtoriam: μετὰ δὲ ἐπισχὼν ὁ ἱπποκλείδης χρόνον (ait) ἐκέλευσέ τινα τράπεζαν ἐσενεῖκαι. ἐσελθούσης δὲ τῆς τραπέζης πρῶτα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὠρχήσατο λακωνικὰ σχημάτια, μετὰ δὲ ἄλλα ἀττικά. τὸ τρίτον δὲ τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. Κλεισθένης δὲ τὰ μὲν πρότερα καὶ τὰ δεύτερα ὀρχεομένου ἀποστυγέων γαμβρὸν ἄν οἱ ἔτι γενέσθαι ἱπποκλείδεα διὰ τήν τε ὄρχησιν καὶ τὴν ἀναιδείην κατεῖχε ἑωυτόν, οὐ βουλόμενος ἐκραγῆναι ἐς αὐτόν. ὡς δὲ εἶδε τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα, οὐκέτι κατέχειν δυνάμενος εἶπε· ὦ παῖ τισάνδρου ἀπωρχήσαο γε μὴν τὸν γάμον. ὁ δὲ ἱπποκλείδης ὑπολαβὼν εἶπε, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. ἀπὸ τούτου μὲν τοῦτο ὀνομάζεται. Vbi placet admodum illud περὶ τῆς κυβηστήσεως oxymorũ [c] τοῖς σκέλεσι χειρονομεῖν: tanquam eo ſaltationis genere, manuum vice tibiis pedibúſque in geſticulatione vterentur. Ad ſaltationis commendationem, quæ ipſe vndiquaq; veterum teſtimonia colligit exſcribere, non eſt huius aut animi, aut etiam temporis, ac loci. Duplicem apud Homerum reperias, quod & à Suida [d] notatum, τὴν τῶν κυβηστήρων, καὶ τὴν διὰ σφαίρας. τὴν δὲ σφαιριστικὴν ἔπαιξεν ἀριστόνικος ὁ Καρύστιος, ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως σφαιριστής. Tametſi tres Homero ſaltationis ſpecies fuiſſe cognitas Mercurialis eruditiſsimus, ſimplicem ſuperioribus adiungens aſſerat lib. 2. rei gymnaſt. cap. 3. Priorem illam à Polluce [e] nominatam κυβίστησιν [f], & inter ſchemata ſaltationis tragicæ cum thermayſtride (quã ὄρχησιν διὰ ποδῶν σύντο-

[a] lib. 1. Deipnoſo. fol. ά. 13 & ab ipſo, tametſi non laudato Euſtathius ad Hom. Odyſ. θ. fol. 1602. num. 27.

[b] erato ad finem lib. 6. fol. 238.

[c] de oximoris res plurima in Commentariis Regularum iuris ad l. qui nõ facit. 121. in extremo. & ad l. res iudica. 207.

[d] in ὄρχησις. 1.

[e] ad fin. cap 14. lib. 4. col. 222.

[f] de Cybiſteteribus, hoc eſt in caput ſeſe prouoluentibus ſaltatoribus, ad Homerum Euſtath. Iliad. π. fol. 1083. & 1084. igitur ὀρχηστὴρ κυβιστῶν dicitur à Xenophõte in ſympoſ. fol. 511. edit. Stephan. & Suidas κυβιστητήρ, ὀρχηστής, καὶ κυβιστητεία ἡ ὄρχησις, vbi pro ὀρχηστὴς legendum ὀρχηστής.





νον eſſe ait ad Homerum [a] Euſtathius) atque aliis aliquot relatam inueuio. Poſterioris verò, quam adhibita pila peritiſsimè ſphæriſta ſiue pilarius Alexandri Regis Ariſtonicus Caryſtius luſerit, à Suida mentio fit; quem propterea & ciuitate donatum & ſtatua fuiſſe ab Athenieñſibus, Athenæus ipſe retulit eo loco, qui Agoniſtici proximi cap. 20. à nobis indicabitur: & verò Euſtathius idem ad Homerum, illo qui cap. 6. à nobis caſtigatus atque illuſtratus fuit. Hanc prehenſa manibus pila, exhibitam ſaltationem, ſiue ipſi nomen Phenindæ, ſiue Harpaſti foret: in qua res tota nõ ſine rythmorum obſeruatione ad miſsionem fugámve fieret: adeò non minima, ex parte ſpectaſſe gymnaſticam Euſtathius [b] tradit; vt Herophili medici ſtatuæ in cæteris gymnaſticis inſtrumentis, ipſa quoque pila fuerit adiuncta: ſic etenim ſcribit; ἔτι δὲ τὸ σφαιρίζειν οὐκ ὀλίγην μοῖραν ἐνομίζετό φασι γυμναστικῆς εἶναι, συμβάλλειν, καὶ ἐκ τῆς Ἡροφίλου τοῦ ἰατροῦ εἰκόνος· παρέχει γάρ φασι αὐτῇ σὺν ἑτέροις τισὶ γυμναστικοῖς ὀργάνοις καὶ σφαῖρα: & poſteà, ὅτι δὲ παιδιὰ ὀρχηστική, καὶ τὸ καλούμενον διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστόν, καὶ ὡς ἡ εἰρημένη φαινίνδα ἄφεσιν εἶχε καὶ φυγήν, καὶ ὡς ἔμελεν εὐρυθμίας τοῖς σφαιρίζουσι. Saltationis pilariæ ſiue ſphæriſticæ, qua de agimus, inuentionem ab Homero Nauſicaæ Alcinoi Phæacum Regis filiæ tribui, quòd & Anagallis Corcyræa grammatica docuerit, ſciendum eſt, ſic enim aliquanto pòſt Suidas [c]; καὶ ἀναγαλλὶς ἡ κερκυραία γραμματική, τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν ναυσικάᾳ τῇ ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησιν, ipſe adeò Sophocles (qui etiamnum puer & ſaltatoriam & muſicam de Lampro, formoſus cùm eſſet, addidicerat) ſicuti Thamirim fabulam publicè docens ac repreſentans pulſaſſe cytharam: ita cùm Nauſicaam exhiberet, egregiè aſſumpta pila ſaltaſſe dicitur. Athenæus auctor Deipnoſophiſt. primo [d]: vbi καὶ τὸν Θάμυριν διδάσκων (inquit) αὐτὸς ἐκιθάρισεν. ἄκρως δὲ ἐσφαίρισεν ὅτε τὴν ναυσικάαν ἔθηκε. Apud Homerum [e] etenim Nauſicaa canebat, cùm ſaltatrices Phæaces prehenſa pila luderent;

σφαίρῃ ταί τ' ἄρ' ἔπαιζον ἀπὸ κρήδεμνα βαλοῦσαι,
τῇσι δὲ ναυσικάα λευκώλενος ἤρχετο μολπῆς.

Deinde viciſsim & ipſa luſit, vt ibidem à poëta ſubiicitur ſtatim hoc verſu;

Σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια.

[a] Odyſ. θ. f. 1601 vbi Critiam citat.

[b] ad θ. Odyſ. fol. 1601.

[c] in ὄρχησις. 2. & in σφαῖρα.

[d] fol. α. 12. lib. Aldin.

[e] Od. ζ. vbi Euſtath fol. 1553. & 1554.

De Laconica ſanè ſaltatione quod egerim, abs re non fuit; quando ita ſcriptum à Iulio Polluce lib. 4.[a] vbi de ſaltationis vario genere: καὶ βίβασις δέ τις ἦν εἶδος λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις: ἔδει δὲ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς. Atque vt de chororum Spartanorum ad Thyreaticum feſtum ſaltatione, cuius ab Athenæo[b] fit mentio, nunc quidem taceam; ſaltationem pilariam à Lacedæmonibus frequentatam Euſtathius[c] ab eodem Athenæo (vt equidem ſentio) refert: vbi ludum pilæ ab Alexandro adamatum, & ſaltatam à Sophocle tragico in pilæ luſu Nauſicaam, quod antè narraui memorat his admodum verbis, quæ iſta ſcriptione digna cenſeo: ἐν τούτοις δὲ πρῶτα μὲν ῥητέον, ὡς καὶ πάλαι ποτὲ τὸ σφαιρίζειν διὰ σπουδῆς ἤγετο, οὐχ ἁπλοῦν ὄν, οὐδὲ αὐτό, ἀλλὰ διαφορὰς ἔχον ῥηθησομένας ἐν τοῖς ἑξῆς· μάλιστα δέ φασιν ἐπεμελήθησαν ὕστερον σφαιριστικῆς. πόλεων μὲν κοινῇ Λακεδαιμόνιοι, βασιλέων δὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, ἰδιωτῶν δὲ Σοφοκλῆς ὁ τραγικός, ὃς καὶ ὅτε φασὶ τὰς Πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαῖραν παιζούσης ὑποκρινόμενος ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν. Hæc nimirum eſt è Lyricæ poëſeos tribus ſaltationum ſpeciebus ab Athenæo[d] enumeratis, Pyrrhichâ, gymnopędicâ, hyporchematicâ; priorum duarum alterutra. Etenim de Pyrrhicha, quòd ob rei militariæ meditationem & cum ipſa ſimilitudinem à ſolis in Græcia Lacedæmoniis retenta fuerit, iſta illius auctoris vetuſtæ hiſtoriæ ſcientiſsimi & locupletiſsimi verba mentionem fidémque indubitatam faciunt; ἡ δὲ πυρρίχη παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἔτι παραμένει, καὶ ἐκλειπούσης δὲ αὐτῆς συμβέβηκε τοὺς πολέμους καταλυθῆναι. παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις παραμένει, προγύμνασμα οὖσα τοῦ πολέμου, ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυρριχίζειν. & reliqua: τακτέον δ' ἐπὶ τῆς πυρρίχης τὰ κάλλιστα μέλη, καὶ τοὺς ὀρθίους ῥυθμούς. De gymnopædica verò quod ſequitur illicò ibidem, ad ipſos itidem Lacedæmonas pertinente, vt ex eo Xenophontis loco, quem attuli modò, aliíſque ad ipſum citatis[e] intelligitur, & ipſe itidem Athenæus non obſcurè ſignificat; quo loco, ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ (ait) τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, γυμνοὶ γὰρ ὀρχοῦνται οἱ παῖδες πάντες εὐρύθμους φορὰς τινὰς ἀποτέμνοντες, καὶ σχήματά τινα τῶν χειρῶν κατὰ τὸ ἁπαλόν, ὥστε ἐμφαίνειν θεωρήματά τι τῆς παλαίστρας

καὶ τοῦ

[a] cap. 14. colum. 1221.

[b] lib. 5. Deipnoſ. ex quo vide quæ ſcribo cap. 4. li. 2.

[c] Odyſ. ζ. fo. 1553. ad illud, Σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια, ad fin. pag.

[d] lib. 14. Deipno. fol. 269. De ſaltatione ſermo multus (non citatis tamē autoribus) grauis ac eruditione varia refertus apud Iul. Cæſarem Scaligerum in hiſtorico poëtices libro, qui primus è ſeptem in cap. 18.

[e] in margin. huius capit. paulò antè.



καὶ τοῦ παγκρατίου, κινοῦντες εὐρύθμως τοὺς πόδας, &c. Ἀριστόξενος δέ φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ γυμναζόμενοι πρῶτον ἐν τῇ γυμνοπαιδικῇ εἰς τὴν πυρρίχην ἐχώρουν, πρὸ τοῦ εἰσιέναι εἰς τὸ θέατρον. καλεῖται δὲ ἡ πυρρίχη ἡ χειρονομία. ἡ δ' ὑπορχηματική ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται, &c. ὀρχοῦνται δὲ ταύτην παρὰ τῷ Πινδάρῳ οἱ Λάκωνες, καί ἐστιν ὑπορχηματικὴ ὄρχησις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. De ſaltatione tragica; cuius primus autor Athenæi ſeculo Bathyllus Alexandrinus (à quo Italica ſaltatio conflata è Comica ſiue Cordace, Tragica ſeu Emmeleia, & Satyrica ſiue Sicinnide; atque illa quidem propter hyporchema, longè hilarior, id eſt ob geſticulationem corporis rectè ipſi accōmodatam: quàm Pyladis, quæ operoſa, faſtuoſa, & mouendis affectibus idonea) præter quod Plutarch. in hæc ferè verba ſcribit, in Sympoſiacis problematis[a]: vbi, poſt ablegatam à cœnis & conuiuiis tragicam ſaltationem; ἀποπέμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως (ait) τὴν Πυλάδειον, ὀγκώδη καὶ παθητικὴν καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. εἰ δεῖ (ſic lego pro οἶδε) δὲ τῶν ἐγκωμίων ἐκείνων ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διῆλθε, δέχομαι τὴν Βαθύλλειον αὐτόθεν πέζαν τοῦ κόρδακος ἁπτομένην ἤχους, ἤ τινος Πανός, ἢ Σατύρου σὺν Ἔρωτι κωμάζοντος ὑπ' ὀρχήματος ἀντιθεμένην: inſuper videre Athenæum ipſum libro primo[b] Deipnoſophiſt. licet; vbi & hoc adiicit, adamatam à Socrate Memphiticam ſaltationem, in qua ſæpè deprehenſum ab amicis & familiaribus dixiſſe, omnium eſſe membrorum corporis exercitationem, τῆς δὲ Μέμφιδος ὀρχήσεως ἤρα καὶ Σωκράτης (inquit à Xenophonte) ὁ σοφός, καὶ πολλάκις καταλαμβανόμενος ὀρχούμενος, ὥς φησι Ξενοφῶν, ἔλεγε τοῖς γνωρίμοις παντὸς εἶναι μέλους τὴν ὄρχησιν γυμνάσιον. Nam quod eruditiſsimus medicus[c] eam Socratis eſſe mentem apud Athenæum nuper exiſtimauit, vt diceret, ſaltationem omnis muſices exercitationem eſſe, neutiquam placet. Duplex enim τοῦ μέλους interpretatio in gloſſario vetuſto[d] Μέλος τὸ ᾆσμα modulus: Μέλος τὸ σῶμα, membrum artus. Priorem ſequutus ille, poſteriorem ego amplectendam apud Athenæum cenſeo: præſertim cùm ſtudioſus ipſius Euſtathius, illo apud Homerum loco, quem indicaui ſuperiùs; ita quæ hinc hauſerat pro more ſuo effuderit, vt pro Μέλος, τὸ μέρους redderet: ſic ferè, καὶ Σωκράτης δὲ πολλάκις ἐν τῷ καταλαμβάνεσθαι ὀρχούμενος, ἔλεγε τοῖς γνωρίμοις, παντὸς εἶναι μέρους τὴν ὄρχησιν γυμνάσιον.

[a] quæſt. 8. f. 1266. lib. 7. Steph.

[b] fol. 12. De iſta ſaltatione, deq́ Bathyllo ac Pylade pantomimis ad Annalem. 1. Taciti clariſ. Lipſius è Zoſimo li. 1. & Suida in Ἀθηνόδωρος, vbi videat ipſe, quā verè dixerit à Suida in ὄρχησις, id ludicrum ab Auguſto inuentum: niſi inuentum Romæ, hoc eſt inſtauratum, accipiat. Nam Græcis quidem alios auctores ciere poteſt, vt hic oſtendimus.

[c] Dalecampius apud Athenæum lib. 1. fo. 16. Latinæ verſionis excuſa Lugduni anno 1583.

[d] Lexico Græcolatino, quod edidit Henri. Steph. anno 1573. in col. 536. ſic & in gloſſario Latinograco itidem vetuſto col. 137. eiuſdē editionis Membra μέλη.

Adde quod adeò verum eſt omnia corporis membra per ſaltationem exerceri; vt orcheſtarum vehementes motus eſſe, in quibus maximè ſaltent, velociſsimè circumagantur, genua flectentes exurgant, cruráque vt plurimùm attrahant atque diuaricent Galenus [a] dixerit: ὀρχηστῶν αἱ σύντονοι κινήσεις (inquit) ἐν αἷς ἅλλονται μέγιστα, καὶ περιδινοῦνται στρεφόμενοι τάχιστα καὶ ὀκλάσαντες ἐξανίστανται, καὶ προσύρουσι καὶ διαχίζουσιν ὅτι πλεῖστον τὰ σκέλη. Sed quid quæſo noſtræ confirmandæ opinioni commodius proferri potuit, quàm quod ipſe apud Xenophontem [b], ab Athenæo laudatum, (vt anteà dixi) Socrates de ſaltatione cum Charmide colloquutus, ita protulit? ὅτι οὐδὲν ἀργὸν τοῦ σώματος ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ἀλλ' ἅμα καὶ τράχηλος, καὶ σκέλη καὶ χεῖρες ἐγυμνάζοντο, ὥσπερ χρὴ ὀρχεῖσθαι τὸν μέλλοντα εὐφορώτερον τὸ σῶμα ἕξειν. Deinde illud alterum, quod cùm ſæpe in ſaltatione deprehenſus ab amicis foret; ἢ οὐκ ἴστε ὅτι ἔναγχος ἕωθεν Χαρμίδης (inquit) οὑτοσὶ κατέλαβέ με ὀρχούμενον. Cui alter, καὶ μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Χαρμίδης, καὶ τὸ μέν γε πρῶτον ἐξεπλάγην, καὶ ἔδεισα μὴ μαίνοιο, &c. Atque hæc ſunt encomia, hæ laudes ſaltationi attributæ à Socrate, ſicuti Plutarchi verbis paulo antè relatis, docui.

[a] 2. de Diæta lib. 1. de cur. chr. c. 1. citat Mercurial. hunc locum c. 7. lib. 2. de art. gym.

[b] in Sympoſ. pag. 511. edit. Stepha. & 512.

Italicam verò ſaltationem qua de verba fecimus (vtique pantomimicam) Auguſti temporibus inuectam ab illis, quos antè nominaui Bathyllo & Pylade pantomimis, autor Zoſimus libro primo [c]: cuius hæc verba ſunt; καὶ τὰ εὐθὺς συμπεσόντα κατὰ τὴν Ὀκταβιανοῦ βασιλείαν: ἥ τε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων. Longè anteà ſaltatoriam iſtam pantomimicam à Teleſide ſiue Teleſta, & aliis factitatã apud Græcos, monui ſuperiùs; ſed eam ſic excultam fuiſſe à Bathyllo & Pylade fas eſt coniicere, vt propterea & Italicæ appellationem acceperit, & Auguſti primùm temporibus (quod à Tacito ſcriptum libro primo Annal.) reperta, vel inducta in ſcenam à ſaltatoribus hiſce videatur; quæ tum ſcilicet in Vrbe Romanis exhiberi cœpta, & ab ipſis cupidè accepta retentáque fuerit. Ad quam pertinere iſtud Arnobij [d] cenſeo: quibus animarum aliæ laſciuiens multitudo incompoſitos corporum diſſolueretur in motus, ſaltitaret, & cantaret, orbes ſaltatorios verteret, & ad vltimũ lumbis & coxendicibus ſubleuatis

[c] ſub init. qui & citatus à Lipſio ad 1. Annal. Taciti in pag. 26. editionis à Plantino repetitæ: ſed prætermiſſis tamen Plutarchi, Athenæi, ac Euſtathij, & Nonni teſtimoniis: atq; verbis Zoſimi nõ prolatis, quibus adde Iuuenalem à Iulio Scaligero citatũ iſto verſu; Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo.

[d] lib. 2. aduerſ. gent.

ſubleuatis



ſubleuatis lumborum criſpitudine fluctuaret. Et verò quod Caſsiodorus [a]; vbi de theatri fabrica, deq; Tragœdia & comœdia multis egerat, ad Symmachum patritium ſub Theodorici Regis nomine ſcribens, in hæc verba ſubdit; his ſunt additæ Orchiſtarum (ſic enim ſcribendum, quod alij non obſeruant, vbi vulgò legitur horciſtarum) loquaciſsimæ manus, linguoſi digiti; ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam muſa Polymnia reperiſſe narratur, oſtendens homines poſſe, & ſine oris affatu ſuum velle declarare: & ſtatim; Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomen eſt, cùm primum in ſcenam plauſibus inuitatus aduenerit, aſsiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam litteris edocet intuentis aſpectum; in illaq; leguntur apices rerum: & non ſcribendo facit, quod ſcriptura declarauit. Idem corpus Herculem deſignat & Venerem, fœminam præſentat & marem, Regem facit & militem, ſenem reddit & iuuenem, vt in vno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretæ. Ad hanc vtique pantomimicam ſaltationem à Caſsiodoro explicatam referendum Nonni carmen è Dionyſiacis [b] & è Caſsiodori verbis quæ protuli exponendum eſt; quod alioqui ſubobſcurum ſit futurum: vbi de agone ſaltationis à ſe, propoſitis etiam præmiis, inſtituto Bacchus ita canens inducitur, inter cætera:

[a] epiſt. vlt. lib. 4. variar.

[b] lib. 19. Dionyſiac. fol. 339. edit. Antuerp. an. 69.

----ἡμετέρη γὰρ
Νύσσα, χορός, βαλβῖδες ἐπὶ σκιρτήματι ταρσῶν,
Χεὶρ τροχαλὴ καὶ σκαρθμὸς ἕλιξ καὶ νεῦμα προσώπου
Ἄστατα κινυμένοιο καὶ αὐδήεσσα σιωπὴ
Δάκτυλα δινεύουσα, καὶ ὀρχηστῆρος ὀπωπή.

Et vbi de Maronis ſaltatione qui Silenum antagoniſtam habebat, poſteà [c] ſubiicitur:

[c] fol. 341.

ὣς εἰπὼν ἐχόρευε Μάρων ἑλικώδεϊ ταρσῷ.
Δεξιὸν ἐκ λαιοῖο μετήλυδα ταρσὸν ἀμείβων,
Σιγὴν ποικιλόμυθον ἀναυδέϊ χειρὶ χαράσσων.
Ὀφθαλμοὺς δ' ἐλέλιζεν ἀλήμονας εἰκόνα μύθων,
Νεύματι τεχνήεντι νοήμονα ῥυθμὸν ὑφαίνων.
Καὶ κεφαλὴν ἐτίναξε, καὶ ἤθελε βόστρυχα σείειν,
Εἰ μὴ γυμνὰ μέτωπα λιπότριχος εἶχε καρήνου.

Et

a ibid. & fo.342. Et ſtatim [a] : ----ἀλλὰ καὶ αὐτὴν

Νέκταρ ἐρευγομένην ὠρχήσατο παρθένον Ἥβην·
Ἐς Σατύρους δ᾽ ὁρόων γανυμήδεος ἔγραφε μορφὴν
Χερσὶν ἀφωνήτοισι· καὶ ὁππότε δέρκετο Βάκχας,
Ἥβην χρυσοπέδιλον ἐχέφρονι δείκνυε σιγῇ.
Τοῖα Μάρων ἐχάραξε, πολύτροπα δάκτυλα πάλλων
Καὶ ποδὸς εὐρύθμοιο σοφὴν ἀνεσείρασεν ὁρμήν,
Ἀστάθεος τελέσας πολυκαμπέα μέτρα χορείης.

quæ omnia pantomimicam ſaltationem, illámque omnium corporis partium exercitationem à Platone in ſaltatoria (vt antè monui) conſideratam referunt. Itemq; iſta illicò vbi de Sileno itidem ſaltationem peragente,

Σειληνὸς δ᾽ ἐχόρευε· πολυστρέπτοιο δὲ τέχνης
Σύμβολα τεχνήεντα κατέγραφε σιγαλέη χείρ.

b fo.343 & 344. Et aliquanto pòſt [b]

Τοῦτο σοφῇ παλάμῃ κερόεις Σειληνὸς ὑφαίνων
Δεξιτερὴν μὲν ἔπαυσε πολυσκάρθμῳ δὲ πεδίλῳ
Ἐκ χθονὸς ᾐώρητο καὶ ἠέρι πέμπεν ὀπωπὰς
Πῇ μὲν ἐπ᾽ ἀλλήλοισιν ὁμόζυγα ταρσὰ συνάπτων,
Πῇ δὲ διαζεύξας, ἑτεραλκέϊ πάλλετο τέχνῃ.

Et reliqua; in quibus & hoc,

----ὀπισθοτόνῳ δ᾽ ὑπὸ τέχνῃ
Καμπύλον ᾐώρησεν ἐπ᾽ αὐχένι ταρσὸν ἑλίξας,
Καὶ βαλίῃ στροφάλιγγι παλιννόστοιο χορείης,
Ὕπτιος αὐτοέλικτος ἐκάμπτετο κυκλάδι τέχνῃ,
Πεπταμένην ἐπίκυρτον ἐς ἠέρα γαστέρα φαίνων,
Τὴν αὐτὴν στεφανηδὸν ἀτέρμονα νύσσαν ἀμείβων,

& addit, quod ad Cybeſtetericam illam (de qua ſuperiùs actum eſt) referendum autumo;

Καὶ κεφαλὴ πεφόρητο παρήορος, οἷά περ αἰεὶ
Ἀπτομένη δαπέδοιο, καὶ οὐ ψαύουσα κονίης, &c.
----τιναασσομένου δὲ καρήνου
Ὕπτιος αὐτοκύλιστος ἐπωλίσθησεν ἐέρσῃ.

Ac de ſaltatione hîc quidem hactenus. Nam de Phallica, itémque de Callinica ſaltatione, quarum illa Baccho, hæc Herculi dicata & propria; nonnihil ſequentis libri capite 20. dicendum habeo.

Adhuc.



*Adhuc de Cypriani loco in quo iſtud. In viribus perpenditur. Ariſtotelici cuiuſdam loci lectio in dubium vocata. Velocitatem à Roboris aut Virium nomine interdum ſeparari, plerumque ſub ipſo comprehendi. Vires in curſu neceſſarias. Perpenſus accuratè Dauidis locus, qui alios hactenus latuiſſe videatur. Ars Palæſtrica à Theſeo, de quo & in margine. Τέχνη in lucta, cuius artis ille repertor, & Oricadmus quidam quaſi legiſlator. Ante quos ab Hercule in colluctatione aduerſus Antæum impoſito iracundiæ fræno ars adhibita, quæ Aſtus nomine à Papinio deſignatur: & τῶν παλαισμάτων ab Ariſtide, Maximo Tyrio, ac Philone. In quo ea verſaretur, ex Ariſtide, qui perperam de pugile non de luctatore, ab interprete acceptus. Melius in lucta quod gymnaſticum apud Platonem. Ars diſcobòlorum: Pugilatitiâ & Luctatoriâ, qui veterum teſte Platone præſtiterint. De Melancomæ pugilis arte Themiſtij locus, in quo τοῦ καλλίστου nomen expoſitum.*

## CAP. XIII.

POSTREMÒ vt ad Cypriani locum reuertar; illud eius verbum (In viribus) omnem omnino agonem gymnicum quin comprehendat, etiam velocitatis pedum qua curſores præſtare oportuit, dubitari (vt mea fert opinio) non debet: καὶ γὰρ ὁ ταχὺς (inquit Ariſtoteles [a]) ἰσχυρός ἐστιν, qui enim velox eſt & pernix quodam genere robuſtus eſt ac pollet viribus. Quod ipſum his verbis ibidem explicat, ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη καὶ ῥίπτειν πως καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω, δρομικός, &c. quæ ſequuntur. Vnde fit, vt in præcedentibus ἀγωνιστικὴ δὲ σώματος ἀρετὴ σύγκειται ἐκ μεγέθους καὶ ἰσχύος καὶ τάχους: poſtremum iſtud membrum minime Ariſtotelicum eſſe arbitrer, ſed ſcioli potiùs cuiuſpiam ab iis quæ protuli deſumptum eoq; inditum loco coniiciam. Quamuis enim τὸ τάχος ἀπὸ τῆς ῥώμης celeritatem à robore diſtinxiſſe Iſocratem eo Panegyrici loco quem ad extremum tertij tractatus [b] indicare conſtitui; & in quadam ad Mitylenæorum magiſtratus epiſtola [c]: ſicuti Pauſaniam [d] ὠκύτητα τῶν ποδῶν ἀπὸ ἰσχύος σώματος ex vetuſta quadam inſcriptione ſigno alicui Olympico adpoſita: pernicitatem pedumq; curſum à viribus Liuium [e], atq; Virgilium [f] non ignorem: velocitatem denique à magnitudine virium Æmilium Probum in Epaminonda [g]: ſicuti ἰσχὺν ἀπὸ τῆς ὠκύτητος Lucianum [h], vbi de Euangelo Tarentino agit, qui ſe gymnicis agonibus Pythiis inutilem duceret: ἐπεθύμησε

a lib. 1. Rhetor. cap. 5.

b cap. 29. Agoniſt. 3.

c vbi de præmiis quæ tribuuntur athletis in ludis gymnicis maiora, quam ſolertibus & induſtriis viris à ciuitatibus. Addit autē καὶ μὴ συνορῶσιν ὅτι πεφύκασιν αἱ μὲν περὶ τὴν ῥώμην καὶ τὸ τάχος δυνάμεις συναποθνήσκειν τοῖς σώμασιν, &c. vt in col. 129. Oporinia. editio. anno 1570.

d Eliacôn 1. fol. 131. in fin. ἐθέλει δὲ τὸ μὲν ἐπίγραμμα τῶν ἐλεγείων δηλοῦν ὡς οὐ χρήμασιν ἀλλ᾽ ὠκύτητι τῶν ποδῶν καὶ ἀπὸ ἰσχύος σώματος Ὀλυμπικὴν ἐστὶν εὕρασθαι νίκην.

e lib. 33. ab vrbe condita vbi de Iſthmiorum ludicro, quo certamina (inquit) omnis generis artium viriúmque ac pernicitatis viſuntur.

f lib. 5. Æn. Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax. Aut iaculo inſedit melior leuibuſq; ſagittis.

g vbi ſic ſcriptū: Poſtquam Ephebus athletarum vſum hanc ad belli exiſtimabat vtilitatem pertinere: de quo loco nonnihil ſcripſi cap. 9. ſup.

h πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. Vnde ſcripſi cap. 24. ſeq. lib.

θύμησε νικῆσαι πυθοῖ (inquit) τὰ μὲν οὖν τῆς γυμνῆς ἀγωνίας αὐτίκα ἐδόκει αὐτῷ ἀδύνατον εἶναι μήτε πρὸς ἰσχὺν μήτε πρὸς ὠκύτητα δὲ πεφυκότι. κιθάρᾳ δὲ καὶ ᾠδῇ ῥᾳδίως κρατήσειν ἐπειδὴ ὑπὸ τῶν κατηρτίτων ἀνθρώπων, &c. Et poſſe propterea defendi receptam lectionem, ita vt quod ſequitur, καὶ γὰρ ὁ ταχὺς ſignificet. Quamquam, vel etiamſi velox, &c. tanquam ſit exiſtimantis per Roboris nomen, ſatis velocitatem eſſe comprehenſam; & fruſtrà iniectam huius mentionem, obiectioni reſpondeatur: præſertim verò cùm ἰσχὺς paulo antè ibidem definiatur δύναμις τοῦ κινεῖν ἕτερον ὡς βούλεται: non etiam quod fit in curſu, ἑαυτόν: & inſuper ἡ βία ibidem ἀπὸ τοῦ τάχους καὶ δρόμου ſeparetur: gymnicúmque ludum propterea Iſidorus Hiſpalenſis [a] non male velocitatis ac virium gloriam ſcripſerit, cuius locum gymnaſium dici, vbi exercentur athletæ, & curſorũ velocitas comprobatur. Attamen ille ipſe Iſocrates alio quodam loco [b], ex quo verba initio libri huius, cùm de choragorum præmiis agerem protuli; ſub Roboris nomine, pernicitatem haud dubiè comprehendit: in Olympico conuentu Græcos diuitiarum & roboris, & eruditionis edidiſſe ſpecimen, ſcribens ſic ferè, καὶ τοὺς ἕλληνας ἐπιδείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως: vbi nulla τοῦ τάχους mentio; cùm tamen curſu potiſsimùm ab athletis apud Olympiam equíſque decertatum fuerit: nulla etiam apud Dionyſiũ Halicarnaſſeum [c], ex profeſſo de athletis & certaminibus agentem; quo loco, εἰ δὲ ἀθληταὶ τῇ ῥώμῃ τῶν σωμάτων (ait) κοσμοῦσι τὴν πανήγυριν καὶ ὅσοι γε δὴ μουσῶν καὶ ἀπόλλωνος ὀπαδοὶ τῇ μουσικῇ τῇ παρ' ἑαυτῶν. Et poſteà, σκοπεῖσθαι δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς διαθέσεως τοῦ ἀγῶνος δεῖ. εἰ μὲν μουσικὸς καὶ γυμνικὸς εἴη ὅτι τελεώτατος ὁ ἀγὼν καὶ ἀνενδεῶς κεκραμένος καὶ ῥώμῃ σωμάτων καὶ καλλιφωνίᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς μέρεσι τῆς μουσικῆς. εἰ δὲ γυμνικὸς ὅτι τὴν μουσικὴν ὡς ἐκθηλύνουσαν τὴν ψυχὴν παρῃτήσατο. τὴν δὲ ῥώμην τῶν σωμάτων παρέλαβε. Vbi vt Muſicos agonas à bonitate, ac præſtantia vocis, ita gymnicos à robore corporis commendandos ait, panegyricam orationem inſtituentibus. Sanè omni athletarum generi viribus opus eſt, vnde ἔμπλεων εἶναι τὸν ἀθλητὴν, ἀντὶ τοῦ ἰσχυρὸν ait Philo [d] alicubi: & in curſu ipſo adeò vires neceſſariæ; vt iis illum maximè præſtare ſupra cæteros agones, ac propterea præferri (licet hoc quidem falsò, vt arbitror) Xenophanes Colophonius

[a] cap.17. lib. 18. Orig. fol.1274.

[b] in ex περὶ ζεύγους.

[c] ἐν τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρικῶν ſub init. in fol.33.

[d] in libello nuper publicato qui νόμων ἱερῶν ἀλληγορία inſcribitur, fol.92.



nius iis Elegis dicere auſus ſit, quos olim apud Athenæum [a] legere memini:

Οὔτε γὰρ εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσι ἔτ' εἴη,
Οὔτ' εἰ πενταθλεῖν οὔτε παλαισμοσύνην.
Οὐδὲ μὲν εἰ ταχυτῆτι ποδῶν, τόπερ ἐστὶ πρότιμον
Ῥώμης ὅσσ' ἀνδρῶν ἔργ' ἐν ἀγῶνι πέλει.

Denique Curſus Curſorúmque, à viribus velut gigantum, & robore commendatio. Itaq; apud Dauidem [b], quod ſeptuaginta viri expoſuerunt, exultauit vt gigas ad currendã viam: à ſummo cœlo egreſsio eius: his omninò verbis: Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ: Hebrꝙum authenticum habet, vt fortis (quemadmodum Hieronymus vertit) hoc eſt vt robuſtus כגבור Kegibor: & apud Ioëlem, [c] vbi græca verſio habet, ὡς μαχηταὶ διαδραμοῦνται καὶ ὡς ἄνδρες πολεμισταὶ ἀναβήσονται ἐπὶ τὰ τείχη: Cùm Hebræum authenticum iſtud præferat Kegiborim Ierutſun; D. Hieronymus reddidit his verbis, ſicut fortes current, quaſi viri bellatores aſcendent murum. Et rurſum apud Dauidem ſequenti verſu. Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: è Græco ſeptuaginta, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ: vbi Hieronymus, & curſus eius vſque ad ſummitatem illius. Vis hæc eſt Hebraici nominis, vtcuphato, ותקופתו à, tacaph (vnde tocephi, nomen) ſoliditatem, robur & fortitudinem, atq; adeò potentiam, auctoritatem & dominationem vt demonſtret (ad myſticum autem de vero iuſtitiæ ſole Chriſto Domino ſenſum, hoc imprimis, opinione mea, pertinet) id quod etiãſi à Dauidicorum pſalmorũ tractatoribus & ſcholiaſtis omiſſum fuerit; ex aliis tamen ſacroſanctæ ſcripturæ locis, (vbi ea vox vſurpata) intelligitur. Quod ſi velox robuſtus eſt, & roboris ſpecies velocitas: quid attinuit in enumeratione partium, ex quibus agoniſtica corporis virtus conſiſtit; poſt robur magnitudini adiunctum, celeritatem, atque ita ſpeciem ipſo virium tanquam genere prius adſcripto ſatis comprehenſam exprimere? At quanto magis ex Ariſtotelis more eſt, nulla prius iniecta velocitatis mentione vt tacitæ obiectioni occurratur; ac ne quiſpiam illi deffinitioni deeſſe alius exiſtimet, roboris vocabulo comprehenſam pernicitatem dicere: qua maximè valere, ac vigere firmum, & robuſtum

[a] ſub init. lib.10. Deipnoſoph. fol. 163. Aldi Græci.

[b] Pſal. 18. Cœli enarrãt gloriam Dei. verſ.6.

[c] cap.2. ſic & in capit.3. Eſaiæ in ipſo initio, vbi & fortem & virum bellatorẽ & iudicem & prophetam: vbi Hebræum authenticũ habet, Gibbor veis milchamat ſeptuaginta reddidêre γίγαντα καὶ ἰσχύοντα καὶ ἄνθρωπον πολεμιστὴν, &c. id quod ibidem à S. Hieronymo adnotatur his verbis: pro forti quod ſolũ eſt in Hebræo, duo ſimul LXX. tranſtulerũt, Gigantẽ & fortem: eundem volentes Gigantẽ eſſe quẽ fortem, &c.

 curſo.

curſorem, non certè minus quàm agoniſtas reliquos, de quibus ibi loquitur, oportet? Quid verò ſi corruptum τοῦ τάχους apud Ariſtotelem vocabulum, non tollendum prorſus, ſed ita immutandum cenſeas, vt eius vice ſcribatur τέχνης?

Nam quod de lucta extat apud Pauſaniam, nimirum ante Theſeum palæſtricæ artis inuẽtorem, veteres ad luctam magnitudinem tãtùm & robur adhibuiſſe; poſt illum verò arte inſuper: vti cœpiſſe, tum deinde conſtitutos ab ipſo locos in quibus ea doceretur: hoc & de cæteris corporis exercitiis exiſtimari, quid ni debeat? De lucta quidem ita Pauſanias [a], Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν (de Cercyone loquitur) σοφίᾳ τὸ πλέον· παλαιστικὴν γὰρ εὗρε τέχνην Θησεὺς πρῶτος, καὶ πάλης κατέστη. ὕστερον ἀπ' ἐκείνου διδασκαλεῖα· πρότερον δὲ ἐχρῶντο μεγέθει μόνον καὶ ῥώμῃ πρὸς τὰς πάλας. De Cratero etiã Aegirenſi ſcribit idem auctor [b], quod in luctatu artem adhibuerit, eóque fuiſſe hoc exercitij genere ſuæ ætatis omnium præſtantiſsimum; ὅτι κάλλιστος τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ σὺν τέχνῃ μάλιστα ἐπάλαισε: ſed & πάλην ab Heliodoro [c], τὴν ἐναγώνιον ἑρμοῦ τέχνην; itémque πανουργότατον καὶ τεχνικώτατον τῶν ἀθλημάτων à Plutarcho [d] dictam memini. Arti huic luctatoriæ morem modúmve, qui Siculus dicitur ab Oricadmo additum, atque ita legiſlatorem quaſi quendam iſtum ita vocatũ ab Aeliano [e] eo loco qui ſequente tractatu exhibebitur. Theſeúm verò repertorem artis fuiſſe intelligo (ſicuti Pauſaniæ [f] verbis allatis inferiùs oſtenditur) quam & ipſum prius Herculem cum Antæo luctantem impoſito iracundiæ fræno adhibuiſſe Philoſtratus [g] prodidit, in hæc omnino verba; τείνων τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς νοῦν τινα καὶ οἷον διάσκεψιν τῆς πάλης ἐμβέβληκέ τε ἡνίαν τῷ θυμῷ, μὴ ἐκφέρειν αὐτὸν τοῦ λογισμοῦ: Et adiicit quod huc propriè ſpectat de arte ſimul ac robore in lucta, εἰ δὲ καὶ πάλης τῷ ἡρακλεῖ ἔμελεν οὐκ ἄλλως ἐπεφύκει, ἢ ὡς γέγραπται, γέγραπται δὲ ἰσχυρὸς οἷος

[a] *Atticis fol.29. de Theſeo qui primus Iſthmiorum certamen inſtituerit, cùm antea nõ ſpectaculum & celebritas publica, ſed initia potiùs atque myſteria cẽſeretur: vide ſis Plutarchũ Theſeo fol.21. & Pauſaniã initio Corint. fol.34. Memidit Plin.lib.7. nat.hiſto. cap.56. vbi Theſeum in Iſthmo ludos gymnicos inſtituiſſe tradit: ſicuti Herculẽ Olympiæ athleticam.*

[b] *Pauſan. lib. 2. Eliacõn fol.140. Aldini lib.*

[c] *lib.10. Æthiop.*

[d] *lib. 2. Sympoſ. problem.quæſt.4.*

[e] *c.1. lib.11. var. hiſtor.*

[f] *Meſſenicis: vide ſis ſcholiaſtẽ in Pindari Nemea.*

[g] *lib.2. εἰκόνων in Antæo. Celebratur Herculis cũ Antæo colluctatio victoriaq; à Diotinio epigrãmatario Græco libro 1. anthol. cap. 1. epigram.2. ſed à Diodoro Siculo lib.4. Biblioth. fol.157. vbi Antæum ipſum & corporis robore & artis palæſtricæ ſiue luctationis peritia celebrem fuiſſe retulit, qui deiectos in colluctatione hoſpites necare ſolitus foret, κατῆρεν εἰς τὴν λιβύην καὶ πρῶτον μὲν Ἀνταῖον τῇ ῥώμῃ σώματος καὶ παλαίστρας ἐμπειρίᾳ διαβεβοημένον καὶ τοὺς ὑπὸ αὐτοῦ καταπαλαισθέντας ξένους ἀποκτείνοντα προκαλεσάμενος εἰς μάχην καὶ συμπλακεὶς διέφθειρεν. Cedrinus in compendio hiſtor. fol. 100. Antæum portentoſis dæmonum & abominandis vſum præſtigiis ab Hercule ſuperatum refert, ἐν λιβύῃ γενόμενος καὶ ἀνταίῳ συμβαλὼν δαιμονιώδη τινὰ καὶ μυσαρὰ φάσματα τελοῦντι καὶ νικήσας αὐτὸν νόσῳ λοιμώδει περιπίπτει καὶ μανεὶς εἰς πῦρ ἑαυτὸν ῥίψας τελευτᾷ. Herculis cum Antæo ſiue lucta ſiue pancratio potiùs decertationem, nemo copioſius atque adeò melius expreſſit Lucano in lib. 4. de bello ciuili quem videndum eſſe admoneo.*



οἷος καὶ τῆς τέχνης ἔμπλεως δι' εὐαρμοστίαν τοῦ σώματος: de quo ſic ferè Statius Papinius alicubi [a] Agyllei & Tydei colluctationem Herculaneæ illi comparans;

*---Herculeis preſſum ſic fama lacertis*
*Terrigenam ſudaſſe Libyn, cùm fraude reperta*
*Raptus in excelſum, nec iam ſpes vlla cadendi*
*Nec licet extrema matrem contingere planta.*

Hanc artem palæſtricam ſub Aſtus nomine Tydeo callido Herculis imitatori cum Agylleo lucta decertanti poëta paulò antè tribuerat, his verſibus;

*---iam tunc aſtu deducit in æquum*
*Callidus & celſum procuruat Agyllea Tydeus*
*Summiſſus tergo, & genibus vicinus arenæ.*

Et poſteà

*Inſtat agens Tydeus, ictúmque in colla minatus*
*Crura ſubit.---*

Quam artem aut motus, nexúſve ſecundum ipſam intentatos, τῶν παλαισμάτων vocabulo; quæ pronunciari vt caueantur in ſacris agonibus à prȩcone non ſoleant, Ariſtides [b] quodam loco ſignificat; φιλιππος ἐξήρυκε τοὺς κήρυκας ἐκ τῶν πολέμων (inquit) καὶ μέχρι τοῦ θεάτρου μόνου λείπεται: ἡγεῖται γὰρ οἶμαι πολλὴν εἶναι φλυαρίαν, ἐν μὲν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι μὴ προλέγειν τὰ παλαίσματα, μηδὲ τί δεῖ φυλάξασθαι, ἐν δὲ κατασκευῇ πολέμου καὶ συστάσει πραγμάτων προπέμπειν τὴν κωλυτὴν ὥσπερ δεδοικότα ὑπὲρ τῶν πολεμίων. Itemq; Maximus Tyrius [c], vbi non eſſe legitimum neque iuſtum eſſe congreſſum inter bonos & improbos, neque ex athletica ratione ſignificans: ducta tranſlatione ab athletis; artis exercitationis & luctaminum, itemq; coronæ, ac præconij aliorumq; ad rem athleticam ſpectantium (de quibus tum iſto, tum ſequentibus libris, vti ſe dabit occaſio, differetur) mentionem facit: ἀθλητὴν μὲν οὖν ἀνδρὸς προσφερομένου (ait) ἀθλητοῦ ἐκ τῆς ἴσης ἀγωνίας καὶ φιλοτιμίας ἀποδέχομαι, ὁρῶ γὰρ αὐτοῖς ὁμοίαν μὲν τὴν φύσιν παραπλησίαν δὲ τὴν μελέτην, ἰσότιμον δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ νικᾶν· ὅταν δὲ ἀγαθὸς ἀνὴρ πονηρῷ συμπέσῃ, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς παλαίστρας προσεληλυθὼς ἑκάτερος οὐδὲ ὑπὸ τῷ αὐτῷ παιδοτρίβῃ ἀσκηθεὶς, οὐδὲ τὴν αὐτὴν τέχνην ἐκμαθὼν, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ἐντεθραμμένος οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ στεφάνου ἐρῶν οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος, οἰκτείρω τὴν μάχην, ἄνισος ἡ ἀγωνία.

[a] *ad fin.6.Theb.*

[b] *ſub init. orationis quæ ἀθηναίων ἐκουσίων συμμαχία inſcribitur. fol.45.*

[c] *quæſtio.2. fol. 14. edit.Steph.*

ἀνάγκη τὸν πονηρὸν κρατεῖν ἀγωνιζόμενον ἐν τοιούτῳ σταδίῳ, οὗ πονηροὶ μὲν θεαταί, ἄδικοι δὲ οἱ ἀθλοθέται· ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐν τούτοις ἄτεχνος καὶ ἀμαθὴς καὶ ἄπορος ἀπιστίας καὶ πανουργίας καὶ ἀπάτης καὶ τῶν ἄλλων παλαισμάτων ὑφ᾽ ὧν μοχθηρία κρατύνεται καὶ ἰσχυρίζεται. Artē iſtam luctaminis ſiue pancratij vel artis peritiam & exercitationem, τῆς ἐμπειρίας vocabulo deſignauit diſertiſs. Heliodorus [a]; certamen id deſcribens, quo vir gymnaſiorum & vnctionis à puero, id eſt athleticis laboribus exercitatus & expertæ virtutis Theagenes, Aethiopem illum athletam prægrandem à Mærobeo donatum Regi Hydaſpidi, coram ipſo & in totius populi conſpectu afflictum ſolo ſingulari vſus arte ac prudentia, quali Antæi colluctatorē Herculem dicebamus modò ſuperauit. Optimi authoris hæc verba ſunt ὁ δὲ Θεαγένης οἷα δὴ γυμνασίων ἀνὴρ καὶ ἀλοιφῆς ἐκ νέων ἀσκητὴς τήν τε ἐναγώνιον Ἑρμοῦ τέχνην ἠκριβωκώς, ἔκρινε τὰ πρῶτα ἔγνω· καὶ ἀποπεῖραν τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως λαβόντα πρὸς μὲν ὄγκον οὕτω πελώριον καὶ θηριωδῶς τραχυνόμενον μὴ ὁμόσε χωρεῖν. ἐμπειρίᾳ δὲ τὴν ἄγροικον ἰσχὺν καταςοφίσασθαι, &c. καὶ παχεῖαν τὴν γαστέρα χαλεπῶς ταῖς χερσὶ διαζώσας, τὴν βάσιν κατὰ τὰ σφυρὰ καὶ ἀστραγάλους τῇ πτέρνῃ σφοδρῶς τε καὶ ἐπαλλήλως ἐκμοχλεύσας εἰς γόνυ τε ἐκλάσαι βιασάμενος ἀμφιβαίνει τοῖς ποσί, &c. καὶ τοῖς κροτάφοις εἰς ἅμμα τοὺς πήχεις περιαγὼν ἐπί τε μετάφρενα καὶ ὤμους ἀνέλκων, ἐφαπλῶσαι τῇ γῇ τὴν γαστέρα κατηνάγκασε. Theagenes igitur inter cæteros ita ſe componebat, vt tantæ molis aduerſario cedere ab initio videretur, nec ſtatim ei obuiam iret; tum deinde vt ruſticum rudis aduerſarij robur artis palæſtricæ ſubtilitate ac exercitatione deluderet. Ex arte quidem & prudentia luctatoris hoc fuiſſe, vt prehenſiones antagoniſtarum ac nexus euitarent, nec in robuſtiores eorum corporis partes incumberent; quibúſque ipſi excellerent, iis ad pariendam ſibi victoriam vti conarentur; Ariſtides Rhetor * in hæc verba docet: ὁρῶμεν δὲ δήπου καὶ τοὺς παλαιστὰς οὐκ εἰς τὰ τῶν ἀντιπάλων ἰσχυρὰ συγκαθιέντας οὐδ᾽ ἐξεπίτηδες καθ᾽ ἑαυτῶν παρέχοντας λαβάς, ἀλλ᾽ ἀπὸ τούτων μὲν ὡς οἷόν τε μάλιστα ἀποχωροῦντας, τοῖς δὲ αὐτῶν πλεονεκτήμασι χρῆσθαι πειρωμένους καὶ τὴν νίκην ἀπὸ τούτων διώκοντας: vbi quamobrem Canterus (qui, Pugiles, vertit) τοὺς παλαιστὰς ἀντὶ τῶν πυκτῶν acceperit, neque luctatores reddere maluerit; alij viderint: ego intereà nihil eſſe cauſæ duxero. Ergo melius

in lucta

[a] lib. 10. Æthiopicôn fol. 235. ſic & ἐμπειρίαν τῆς παλαίστρας Diodorus Siculus in præcitato loco dixit.

* ad finem orationis Platonicæ ſecundæ pro quatuor viris, f. 413. editionis ab interprete Cãtero procuratæ. Exemplaris verò Græci, fol. 131. pag. 2.



in lucta eſſe quod eſt gymnaſticum, quod vbiquē rectè ſe habet, ex artis nimirum gymnaſticæ inſtituto, dixit apud Platonem [a] Socrates; vbi, τὸ ἐν τῷ ὀρθῶς παλαίειν βέλτιον εἶναι τὸ γυμναστικόν. τὸ διαπαντὸς ὀρθῶς δὲ δήπου ἔχειν τὸ κατὰ τὴν τέχνην γιγνόμενον τὴν γυμναστικήν, planè ac perſpicuè definitur: & platonizans Philo [b] τεχνικῶν παλαισμάτων propterea mentionem facit, vbi de Abele, εἰδ᾽ ἄρα ἐβούλετο πάντως διαγωνίσασθαι μὴ πρότερον κονίσασθαι (inquit δέον ſcilicet) ἢ τοῖς τεχνικοῖς παλαίσμασιν ἀνασκηθῆναι, &c. & poſteà τῇ δυνάμει τὴν τέχνην, agens μεταφορικῶς de agonibus, adiungit; vbi ἀναγκαῖον οὖν ἐστι τῷ μέλλοντι πρὸς ἀγῶνα· σοφιστικὸν ἀπαντᾶν ἐπιμελεῖσθαι λόγων ἐρρωμένως, οὕτως ὡς μὴ μόνον ἐκφεύγειν τὰ παλαίσματα, ἀλλὰ καὶ ἀντεπιτιθέμενον ἀμφοτέροις τέχνῃ τε καὶ δυνάμει περιεῖναι. Vbi placet maiorem in modum quod palæmatum nomen ad verborum contentiones atque diſputationes Philo diuinitùs retulit; cùm Hermogenem in libro περὶ μεθόδου δεινότητος duo iudiciorum palæſmata à Demoſthene olim excogitata & inducta ſcripſiſſe [c] in memoriam reuoco: δύο παλαίσματα (inquit ille) δικαστηρίων Δημοσθένης ἐπετεχνήσατο, τότε οἰκεῖον ἰσχυρόν, καὶ μὴ κρινόμενον ᾖ, εἰς κρίσιν ἀγαγεῖν, καὶ τὸ ἀντιδίκου ἰσχυρὸν κρινόμενον ἐκβαλεῖν. Caſsiodorus [d] denique ſub nomine Theoderici Regis ad Argolicum præfectum vrbi ſcribens, vbi dixit: in qualitate deſiderij poſſe mentem honeſtam cognoſci, hoc ſubiicit quod ſuperioribus cōmodè adiūgi poteſt. Quis enim palæſtricæ artis ignarus in ſtadium luctaturus introcat? aut quis certamini miſeratur, quod virtutis cōſcientia non ſuadet?

Nec verò diſcobolis non fuit ars quædam diſcum eiaculandi & rotandi: quamobrem Statius Papinius [e] de Phlegya Piſæo diſcobolo,

*---ac primum terra diſcúmque manúmque*
*Aſperat, excuſſo mox circum puluere verſat*
*Quod latus in digitos mediæ quod certius vlnæ*
*Conueniat non artis egens---*

Et poſteà

*Inde ad conatus timida ſubit arte Menepheus*
*Cautior---* & cætera quæ libro proximo ad extremum proferam: & poſteà de Hippomedonte diſcobolo tertio;

*Erigit aſſuetum dextræ geſtamen, & altè*

*Suſtentans*

[a] Alcibiade 1. fo. 108. Stephan. lib. Vnde in fol. 124. ὅτι οὔτι ἡμῖν εἰσὶν ἀντίπαλοι, ἀλλ᾽ οὐχ οὓς σὺ οἴει. ἂν ἄλλῳ μὲν οὐδ᾽ ἑνὶ περιγενοίμεθα εἰ μὴ ἐπιμελείᾳ τε ἂν καὶ τέχνῃ. Ac de gymnaſticæ quidē cuius præſidio curā corporis gerimus paulo pòſt pluribus agitur, fol. 128. Sed & ipſum τέχνης vocabulū idē vſurpat, vbi de Icco Tarentino athleta lib. de legib. 8. fol. 840. Ex quo verba proferam ſub initium. lib. vlt. inſr. vbi de athletarum continentia, cap. 4.

[b] in περὶ ἀποικίας, fol. 271. & 272.

[c] in cap. περὶ παλαισμάτων δικαστηρίων ἃ Δημοσθένης ἐπετεχνήσατο, fol. 430.

[d] epiſt. 25. lib. 4. variar.

[e] lib. 6. Thebaid.

*Suſtentans rigidúmque latus fortéſque lacertos,*
*Conſulit ac vaſto contorquet turbine, & ipſe*
*Proſequitur, fugit horrendo per inania ſaltu.*

Atque vt mittam quod de arte gymnici certaminis loquitur, vt ira dicat perturbari Seneca [a], cui propterea frænos luctantem Herculem adhibuiſſe Philoſtrato exprimente diximus: ſanè Plato ille quem antè nominaui, alio in loco [b], Antæum & Cercyonem arte luctatoria, Epeum autem & Amycum pugilatitia præſtitiſſe retulit, ſic admodum ſcribens; καὶ δὴ ταῦτα κατὰ πάλην μὲν Ἀνταῖος ἢ Κερκύων ἐν τέχναις ἑαυτῶν ξυνεστήσαντο φιλονεικίας ἀχρήστου χάριν, ἢ πυγμῆς Ἐπειὸς ἢ Ἄμυκος οὐδὲν χρήσιμα ἐπὶ πολέμου κοινωνίαν ὄντα οὐκ ἄξια λόγῳ κοσμεῖν. Præterea de pugilatitia experientia ſeu arte, quam vſus adfert atque exercitatio; nihil poſsit adferri præclarius, eo Polybij teſtimonio, quod ſuperiore proximo capite propoſui; & athleticam pugilum non δύναμιν modò εὐψυχίαν καὶ ἐνέργειαν, verum etiam ἐμπειρίαν in memoriam reuocat: ſed non prætermittendum tamen quod de pugilatu Themiſtius agẽs, Melancomam τὴν τέχνην εὐδοκιμώτατον eo loco vocat, ex quo verba ipſa paulò antè attuli: vbi τὸ τοῦ καλλίστου nomen ad robur potiùs, atque optimam corporis conſtitutionem, quàm ad aliam quamlibet pulchritudinem pertinere; ſicut illo altero Pauſaniæ loco de Cratero, commotus iis quæ protuli Ariſtotelis verbis, & quoniam ipſum ibidem Themiſtius μέγιστον fuiſſe ait, equidem exiſtimauerim: præſertim cùm apud philoſophum [c] ita paulò antè ſcriptum recorder, νέου μὲν οὖν κάλλος τὸ πρὸς τοὺς πόνους χρήσιμον ἔχειν τὸ σῶμα, τούς τε πρὸς δρόμον καὶ πρὸς βίαν ἡδὺ ὄντα ἰδεῖν πρὸς ἀπόλαυσιν, &c. quæ xxx. capite ad finem proferam.

[a] *cap.14.lib.2.de ira.*

[b] *lib.7. de legib. fol.796.*

[c] *Ariſtotelem eo loco quem huius capitis initio notaui.*

*Qualis pulchritudo in athletis commendata. Fœminæ aurifera, inter quas de forma certamen apud Elidem; ſicut & inter homines: ab Athenæo. Ventilatio ex arte pugilum,* χειρονομία. *Duratio & patientia ex virtute. Caſtigatus obiter Dionis Chryſoſtomi locus. Laus pugilis ex eo quod aduerſarium fateri ſe victum cogeret.* χειρονομία *quid? aduerſus alios, Pauſania & ipſo Machabæorum hiſtoriæ autore illuſtratis.* Παλαίσματα *ex* χειραλειπτήσας*: quæ duo cum aliis compluribus athleticis ad rem bellicam traducta, ex Plutarcho, cuius interpres notatur, & Suida. Locus alter Plutarchi eodem pertinens expenditur, illuſtratur, & fortaſſe caſtigatur. Ventilare, pro exercere. Vſus irrationalis miracula pilariorũ ac ventilatorum in ſce*



*in ſcenis. Ars pugilum fuit vt ſublatis manibus conſiſtere; ita cruribus pede fixis rectà oculorum aciem in aduerſarium intẽdere: tergumq́ ſuum ad ſolem, oculos aduerſarij ad ſolis radios obuertere. Olei & palæſtræ res apud Ciceronem: cuius verba cum Quinctiliani duobus locis, nunc primùm contendimus.* Ἀπαλαιστοι *motus. Ars in pancratio curuliq́ certamine. Plurimis gymnaſtica ad valetudinem profuit: Gymnaſtica diuerſa Galeno à palæſtrica. Nullus ad palæſtricam Lacedæmoniis pædotriba; quorum exercitationibus ſenes præerant, & pædonomi virtutem potiùs, quàm artem profitentium, ex Ariſtotele, cuius locus à Victorio non ſatis perceptus exponitur: & ex Plutarcho, cuius varia vndique proferuntur teſtimonia. Ars virtutis apud Prudentium.*

## CAP. XIV.

NEc tamen ignoro οὐκ ἀπόβλητον, ἀλλὰ τίμιον ἐστὶ τὸ κάλλος, pulchritudinem non eſſe reiiciendam, ſed laudandam potiùs, vt inquit Euſtathius [a]; à qua etiam hieronicæ nonnulli ſummoperè commendati fuerint: in quibus ipſe ab Herodoto [b] Philippum quemdam Crotoniatam Butacidæ filium Olympionicem nominat; quem Siculi tum æde ſeu ſacello & ipſi honeſtauerint, tum verò ſacrificiis propitiauerint: Φίλιππος οὖν καθ' Ἡρόδοτον Κροτωνιάτης Ὀλυμπιονίκης κάλλιστος ὢν ἐτιμήθη ἐν Σικελίᾳ· ἡρῷόν τε γὰρ αὐτῷ ἵδρυτο καὶ θυσίαις αὐτὸν ἱλάσκοντο. Adde quod in Elide pulchritudinis iudicium ſuis etiam temporibus fieri ſolitum Athenæus ipſe teſtatur alicubi [c]: & quidem ita, vt quem pulcherrimum eſſe iudices pronunciaſſent, Dei vaſa ferenda illi traderentur; proximus ab illo bouem victimam ageret; tertius infulas, vittas, coronas, libamina & id genus reliqua imponeret: ἐν Ἤλιδι δὲ καὶ κρίσις γίνεται κάλλους καὶ τῷ πρώτῳ τὰ τοῦ θεοῦ φέρειν τεύχη δίδοται· τῷ δὲ δευτέρῳ τὸν βοῦν ἄγειν, ὁ δὲ τρίτος τὰς θυηλὰς ἐπιτίθησιν: & multò pòſt [d] à Theophraſti, & Dionyſij Leuctrici & Myrſili ſcriptis, olim certatum apud Elæos de pulchritudine non ſine libationibus; vt armatura victoris præmium eſſet, quæ Mineruæ dedicaretur: is verò ab amicis redimitus vittis ac tæniis, coronatúſque myrto ad Deæ templum accederet. Θεόφραστος δὲ ἀγῶνα κάλλους φησὶ γίνεσθαι παρ' Ἠλείοις καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεῖσθαι μετὰ σπουδῆς, λαμβάνειν τε τοὺς νικήσαντας ἆθλα ὅπλα ἅπερ ἀνατίθεσθαί φησι Διονύσιος ὁ Λευκτρικὸς τῇ Ἀθηνᾷ· τὸν δὲ νικήσαντα ταινιούμενον ὑπὸ τῶν φίλων καὶ πομπεύοντα ἕως τοῦ ἱεροῦ παραγίνεσθαι. τὸν δὲ στέφανον αὐτοῖς δίδοσθαι μυρσίνης ἱστορεῖ Μυρσίλος ἐν

[a] *ad illud ex Il. 3. fo. 383.* οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

[b] *locus eſt in Euterpe ſiue lib. 5. fol. 191. vbi* ὅτι Φίλιππος ὁ Βουτακίδεω Κροτωνιήτης ἀνὴρ συνέσπετο οἰκηίῃ τε τριήρεϊ καὶ οἰκηίῃ ἀνδρῶν δαπάνῃ, ἐών τε Ὀλυμπιονίκης καὶ κάλλιστος Ἑλλήνων τῶν κατ' ἑωυτόν, διὰ δὲ τὸ ἑωυτοῦ κάλλος ἠνείκατο παρὰ Αἰγεσταίων τὰ οὐδεὶς ἄλλος. ἐπὶ γὰρ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἡρῷον ἱδρυσάμενοι, θυσίῃσι αὐτὸν ἱλάσκονται.

[c] *lib.13. Deipnoſ. fol. 237. Aldini exempl.*

[d] *ſub finem eius lib. fol. 259.*

M. ἱστορ

ἱστορικοῖς παραδόξοις. Nam inter fœminas quidem hoc minimè mirum antiquitùs de forma certamen adhuc Athenæi quoque temporibus apud Elæos duraſſe; quod die feſto ad lucum & aram Eleuſimiæ Cereris ſacrã ex inſtituto Cypſeli, qui vrbem prope Alpheum amnem condidit: in quo prima victrix illius (vt equidem accipio) Cypſeli vxor Herodice fuerit; & quæ inibi decertarent fœminæ Chryſophori ſiue Auriferæ appellarẽtur. Quam rem ita idem Athenæus paulo antè à Niciæ Arcadicis enarrauerat: οἶδα δὲ καὶ περὶ κάλλους γυναικῶν ἀγῶνά ποτε διατεθέντα· περὶ οὗ ἱστορεῖ Νικίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς· διαθεῖναί φησιν αὐτὸν Κύψελον πόλιν κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν· εἰς ἣν κατοικήσαντας Παρρασίων τινὰς τέμενος καὶ βωμὸν ἀναστῆσαι Δήμητρι Ἐλευσινίᾳ, ἧς ἐν τῇ ἑορτῇ καὶ τὸν τοῦ κάλλους ἀγῶνα ἐπιτελέσαι, καὶ νικῆσαι πρώτην αὐτοῦ τὴν γυναῖκα Ἡροδίκην. ἐπιτελεῖται δὲ καὶ μέχρι νῦν ὁ ἀγὼν οὗτος, καὶ αἱ ἀγωνιζόμεναι γυναῖκες χρυσοφόροι ὀνομάζονται. Verùm nihilominus hoc dico talem in Hieronicis laudari pulchritudinem, quæ non ſit ab animi corporíſque robore ſeiuncta, non ignaua, effœminata, imbecilla & mollis: ſed qualẽ Ageſidamo Locro Epizephyrio puero pugili Archeſtrati filio Pindarus [a] tribuit his verſibus;

---παῖδ' ἐ-
ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα, τὸν εἶδον
κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον
κεῖνον κατὰ χρόνον, ἰδέᾳ τε καλὸν,
ὥρᾳ κεκραμένον--

qualem denique Strepſiadæ Thebano pancratiaſtæ [b]

κώμαζ' ἔπειτ' ἐν ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
καὶ Στρεψιάδᾳ· φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
νίκαν παγκρατίου· σθένει
τ' ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορ--
φάεις, ἄγει τ' ἀρετὰν
οὐκ αἴσχιον φυᾶς.

Membrorum totius corporis videlicet aptam proportionem. Etenim optimè Iſidorus Peluſiota ad Lampetiũ Epiſcopum [c] τὸν τοῦ ψυχικοῦ κάλλους ἔσχατον ὅρον, τὴν τῶν ἀρετῶν συμμετρίαν ſcripſit: & Galenus [d] longè anteà, γνήσιον τε καὶ ὄντως ἀληθινὸν κάλλος εἶναι εὐχροιάν τε καὶ εὐσαρκίαν καὶ συμμετρίαν τῶν μορίων, ἃ τῇ κατὰ φύσιν εὐεξίᾳ συμβέβηκεν ſcripſerat. Quò etiã iſtud Quinctiliani

[a] Epod. vlt. Od. 10. Olymp.
[b] Iſth. Od. 7. ſtrop. 2.
[c] epiſt. 131. lib. 3. fol. 527.
[d] in lib. πρὸς Θρασύβουλον πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς τὸ ὑγιεινόν. fol. 289. De Melancoma tamen pulchritudine qua maximis ac pulcherrimis quibúſque curam ſui corporis per magnam habẽtibus athletis antecelleret, vt ex eo percelebre nomẽ habuerit. Vide ſis Dionem Chryſoſt. in Melanco. 1. ſub init. in fol. 196. & Melanc. 2. fol. 198 pag. 2. & fol. 199.



ctiliani [a] pertinet; vbi ornatum orationis virilem, fortem & ſanctum eſſe vult, nec effœminatam leuitatem, nec fuco eminentem colorem amare, ſanguine & viribus nitere. Quod exemplis plurimis illuſtrat, in quibus & iſta ſunt: Decentior equus, cuius aſtricta ſunt ilia, ſi idem velocior. Pulcher aſpectu ſit athleta, cuius lacertos exercitatio expreſsit: idem certamini paratior. Nunquam vera ſpecies ab vtilitate diuiditur.

Ex arte autem pugilum, ſicuti gladiatorum [b] fuiſſe, vt ventilarent aliquamdiu nec ſtatim ferirent, his verbis Euſtat. docet apud Homerum [c], ἣν δέ ποτε αὐτοῖς τέχνη καὶ τριβὴν συχνὰς ὥρας ἐπὶ κακῷ τῶν ἀντιπάλων ἀνατάσει καὶ καταφορᾷ χειρῶν, &c. Quod per duos integros dies vt poſſet facere, Melancomam pugilem exercitatione obtinuiſſe; Dio Chryſoſtomus [d] illo loco, vnde verba ſuperiùs protuli, oſtendit: cùm aut ferire aut ictus excipere nequaquam eſſe ex virtute, quod ij facerent qui labori ferendo non forent, ipſe duceret; ſed durare per aliquod tempus, neque frangi onere manuum aut ſpiritu defici, aut æſtu atque ardore ſolis debilitari, generoſi eſſe animi exiſtimaret: οὐ γὰρ τὸ παίειν καὶ τὸ τιτρώσκεσθαι ἀνδρείαν ἐνόμιζεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἶναι μὴ δυναμένων πονεῖν, καὶ ἀπηλλάχθαι βουλομένων· τὸ δὲ ἀνέχεσθαι τοῦ χρόνου, καὶ μήτε τοῦ βάρους τῶν χειρῶν ἡττᾶσθαι, μήτε τοῦ πνεύματος ἐνδεῆ (ſic lego pro ἐνδεῶ) γίγνεσθαι, μήτε τῷ καύματι ἄχθεσθαι. τὸ δὲ εἶναι γενναῖον ὀρθῶς μέντοι ἔφη. καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ οἱ φαυλότατοι τὰ ὅπλα ῥίπτουσι, οὐκ εἰδότες ὅτι γυμνοὶ μᾶλλον ἂν τιτρώσκοιντο, καὶ οὕτω μᾶλλον ἡττῶνται τοῦ κόπου ἢ τῶν τραυμάτων, &c. quæ libro tertio adferre, illuſtrare, caſtigare conſtitui; non enim omnia vno liceat loco. Ad hanc rem autem quod attinet, atque vt prorſus intelligatur quod Euſtathius ille tum iſto loco, tum aliis ſui ad eundem Iliados librum commentarij doctiſsimi locis quos de manus extenſione, aut porrectione in pugilatu agens ſuperiùs attuli; nos docere voluit: nihil adferri commodius poteſt (mea quidem ſentẽtia) quàm quod de illo ipſo Melancoma idem Chryſoſtomus ſic ferè tradidit alio quodam loco [e]; ἔτι δὲ καὶ τόδε ἄν τις αὐτοῦ κατεπλάγη τὸ μήτε παιόμενον αὐτὸν, μήτε παίοντα νικᾶν τοσοῦτο τῇ ῥώμῃ περιεῖν καὶ τὸ δυνάσθαι πονεῖν. πολλάκις γὰρ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἠγωνίσατο ἐν τῇ σφοδροτάτῃ ὥρᾳ τοῦ ἔθους καὶ δυνάμενος θᾶττον ἂν περιγενέσθαι παίων, οὐκ ἐβούλετο. νομίζων τῇ μὲν πληγῇ νικῆσαι καὶ τοῦ φαυλοτέρου

[a] lib. 8. inſti. orator. c. 3. ſub init.
[b] vide lib. 3. Semeſtr. cap. 11. ſub init.
[c] l. Iliad. ψ. fol. 1324.
[d] Melancoma 1. pag. 2. f. 96. Ald. lib.
[e] in Melancoma 2. fol. 200.

ἔσθ᾽ ὅτε εἶναι τὸ βέλτιστον εἰ τύχοι, τὴν δὲ ἀληθεστάτην νίκην ὅταν ἀπρόσωτον ἀναγκάσῃ τὸν ἀντίπαλον ἀπειπεῖν· οὐ γὰρ τοῦ τραύματος, ἀλλ᾽ ἑαυτοῦ ἡττηθὲν καὶ τῷ ὅλῳ τινὰ τῷ σώματι ἀπειπεῖν, ἀλλὰ μὴ τῷ πληγέντι μέρει λαμπρὸν. τὸν δὲ ἐπειγόμενον ὡς οἷόν τε τάχιστα νικῆσαι καὶ παίοντα καὶ συμπλεκόμενον αὐτὸν ἡττηθὲν τοῦ καύματος καὶ τοῦ χρόνου.

Ad ventilationem iſtam pugilatitiam, velut cum ſua potiùs vmbra, quàm cum aduerſario adhuc vllo decertantium, vt σκιαμαχίας vocabulum retulit Iulius Pollux Onomaſtici libro tertio ad extremum [a]; pancratiaſtis vtique, ſed qui pugilatu contẽderent, non minùs quàm lucta, tributus: ita quod cum eo conuenire apparet ex Platonis octauo de legibus libro [b] τὸ χειρονομίας nomen equidem pertinere cenſeo: atque hoc nimirum voluiſſe Suidam χειρονομεῖν ſcribentem eſſe τὸ πυκτεύειν; idq; colligentem ex his Pauſaniæ (cuius auctoris nomen ſubticet) verbis quæ adponã lubens; vt ſimul oſtendam illorum errorem, qui è Fabij Quinctiliani quodã [c] non ſatis expenſo loco, ad geſticulatricem ſaltationem (qualis apud Lacedæmonios quædam ad bella quoque vtilis inter exercitationes cæteras fuerit; cùm tamen hæc, opinione quidem mea, magis ad ventilationem noſtram acceſsiſſe videatur) eſſe referendum exiſtimarunt [d]. Sic enim de Glauci pugilis ſtatua ſcriptum apud Pauſaniam Eliacis [e]: τοῦ γλαύκου δὲ τὴν εἰκόνα ἀνέθηκε μὲν ὁ παῖς αὐτοῦ, γλαυκίας δὲ Αἰγινήτης ἐποίησε· σκιαμαχοῦντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα, ὅτι ὁ γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ᾽ αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς: quæ verba in compendium ita Suidas in γλαῦκος redegit, ὅτι ὁ γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότερος χειρονομεῖν: nec aliter accepit Dio Chryſoſtomus de iis, qui in gymnaſiis & palæſtris exercerentur; nec in arenam tamen & ſtadium deſcenderẽt, hoc eſt ex vmbra in lucem hominum prodire auderent, athletis; eo ex oratione πρὸς Ἀλεξανδρεῖς loco agens, quem cap. 6. lib. 3. proferam: οἱ ἀγεννεῖς τῶν ἀθλητῶν (ait) τὰς παλαίστρας ἐνοχλοῦσι, καὶ τὰ γυμνάσια χειρονομοῦντες καὶ παλαίοντες, εἰς δὲ τὸ στάδιον οὐκ ἐθέλουσιν ἰέναι, &c. vbi τὸ χειρονομοῦντες velut ad pugilatitiam propriè pertineat, poſitum ſcias: nam ita χειρονομία τῆς πυγμῆς, vt ἡ συμπλοκὴ τῆς πάλης propria: ipſæ autem ſi non aduerſæ prorſus, valdè quidem diuerſæ: quamobrem in Aethiopicis [f] Heliodorus auctor ingenioſiſsimus atque caſtiſsimus, de Pythicis

[a] col. 189. περὶ πυγμῆς.

[b] pag. 2. ab init.

[c] lib. 2. inſti. orat. cap. 19.

[d] Henri. Stepha. Theſaur. Græco ad χειρονόμος poſt Budæum, cuius opinionem ſcias Euſtathij teſtimonio cõprobari poſſe ad iſtud ἄλλῳ δ᾽ ὀρχηστὺν ex Iliad. ν. fol. 957. lin. 45. vbi de Pyrrhicha ſaltatione, ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυῤῥίχη ἣν ἐνόπλιοι ἦδες ὠρχοῦντο, &c. καλουμένη καὶ χειρονομία.

[e] Eliacôn 2. pag. 187. editio. Vvechelan. 1583. vbi paulò antè πυκτεῦσαι, hoc eſt pugilatu decertaſſe Glaucũ iſtũ Caryſtium Demylæ filium oſtenditur.

[f] lib. 4. Æthiopicôn ſub ipsũ init. in fol. 73.



Pythicis agonibus agens; ἐθεώρει μὲν ἡ ἑλλὰς, ἠθλοθέτουν δὲ οἱ ἀμφικτύονες. ἐπειδὴ τοίνυν τὰ ἄλλα μεγαλοπρεπῶς ἐτετέλεστο, δρόμων ἅμιλλαι καὶ πάλης συμπλοκαὶ καὶ πυγμῆς χειρονομία, τέλος ὁ μὲν κῆρυξ, ὁπλίται παριόντων ἀνεβόησεν, &c. quæ cap. 30. huiuſce libri proponemus atque caſtigabimus. Nec aliter hoc verbi accepiſſe viſus auctor hiſtoriæ Machabæorum [a], quo loco; καὶ οὕτω συνέβη (ait) τοὺς ἀντιπάλους ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι: vbi de Arſinoe ſorore atque coniuge Philopatoris Ptolemæi aduerſus Antiochum ſua caſtra obambulante paſsis crinibus, cum lachrymis, & duas victoribus minas auri pollicente in ſingulos agitur. Nam etſi τὸ χειρονομίαι poſsit ἀντὶ τῶν χειραψιῶν accipi; quas apud Suidam ipſum τὰς διὰ τῶν χειρῶν πράξεις expoſitas video: præſertim cùm his verbis ἐν χειρῶν νόμῳ, vel χειρὸς νόμῳ, pugnæ ardorem ex Polybio, Ariſtotele, ac Dionyſio Halicarnaſſ. doctiſsimus Italorum Petrus Victorius [b] obſeruauerit. Valdiùs tamen mihi placet, ob propinquum τῶν ἀντιπάλων nomen ſtadiale ſcilicet ſiue palæſtricum; vt ex eo artificio ad rem militarem deducta ſit ſimilitudo ſiue tranſlatio: ac per ventilationem athleticã, quæ τὸν ἀκροχειρισμὸν ipſum in pugilatu, atque adeò τὴν συμπλοκὴν quoque in pancratio, in quo colluctabantur [c], id eſt περικρούσιν προσεπαγχήλισιν καὶ καταβλησιν ſolet præcedere: velitatio bellica intelligatur. Non enim apud auctores claſsicos infrequens athleticorum ſiue gymnaſticorum nominum ad rem militarem tranſlatio: qui cum Soſicle apud Plutarchum [d] exiſtimantes τὸ παλαίειν, vnde τῇ πάλῃ nomen; aliud nihil eſſe, quàm δι᾽ ἀπάτης καὶ δόλου καταβάλλειν: aſtutias quoq; bellicas, palæſmata (quod eſt luctamina) nuncuparunt [e], & cum ſtratagematis coniunxerunt, ſicuti Plutarch. ipſe in Fabio Maximo [f] de Annibale: ἐπὶ πᾶσαν ἰδέαν (inquit) στρατηγικῶν σοφισμάτων καὶ παλαισμάτων τρεπόμενος καὶ πειρώμενος (ὥσπερ δεινὸς ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν; ita coniunctim hoc membrum, & vno ſpiritu, quod interpres Cruſerius diuulſit, legendũ cenſeo) προσέβαλλε καὶ διετάραττε καὶ μετῆγε πολλαχόσε τὸν φάβιον ἐκστῆσαι τῶν ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας λογισμῶν βουλόμενος: & quæ ſequuntur. Ac ſimiliter de ipſo Fabio in eius vita [g] idem Plutarchus: τοῦτον δεύτερον θρίαμβον, ἐθριάμβευσε λαμπρότερον τοῦ δευτέρου φάβιος, ὥσπερ ἀθλητὴς ἀγαθὸς ἐπαγωνιζόμενος τῷ ἀννίβᾳ, καὶ ῥᾳδίως

[a] lib. 3. Machab. ſub init.

[b] cap. 12. lib. 36. var. lection.

[c] Athenæus lib. 4. σκιαμαχοῦσι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀκροχειρίζονται, Ariſtotel. lib. 3. Eth. cap. 1. καὶ δεῖξαι βουλόμενος ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι πατάξειεν ἄν. Plutarch. ἐν χειραψίᾳ περικρούοντος προσεπαγκαλίζοντος κενοσπουδῶς καὶ ἐπὶ τὴν γῆν καταπατοῦντος.

[d] quæſt. 4. lib. 2. Sympoſ. problem. fol. 1134. edition. Stephan.

[e] vide Suidã ex Ariſtophane in παλαίσμασιν: & quæ ſuperiore proximo capite protuli ex aliis.

[f] in vita Fabij, fol. 321. edition. Stepha.

[g] circa finem in fol. 341.



ῥᾳδίως

ῥᾳδίως ἀπολυόμενος αὐτοῦ τὰς πράξεις, ὥσπερ ἅμματα καὶ λαβάς (hæc ſunt athletica vocabula) σῴζει τὸν αὑτὸν ἔχουσας τόνον. De quo Fabio cunctatore inſuper Polybiúſve an alius vetuſtus auctor quiſpiam apud Suidam [a]: φάβιος δικτάτωρ καθάπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς πολλὴν χειραλειπτήσας χρόνον, ἐπὶ τὸν ἀγῶνα κατῆλθε, ἀντὶ τοῦ (inquit ille) ἀσκήσας τὴν χεῖρα. Quod non ineptè ad χειρονομίαν illam (qua de agimus) ventilationémque: ſed militarem tamen ipſam, non illam athleticam; hoc eſt ad velitationem referri queat.

[a] in χειραλειπτήσας: ſic & in ἀθλητὴς (ita enim legendum) ὁ τοὺς ἄθλους ἠσκηκώς, οἱ γὰρ ῥωμαῖοι αὐθαίρετοι πολέμων ἀθλητὴν ὡς τὸν ἀννίβαν ἐκπέμπουσιν. Vide ſis & Suidam in παλαίσμασιν.

Ad ventilationem iſtam, quam ex arte tractabant pugiles vnde diſceſsi, redeo; ſed hoc animo, vt me quamprimùm ab ipſa, vnóque verbo (quod dicitur) abſoluam. Frequentem adeò in gymnaſiis fuiſſe, ſiue cùm ſoli valetudinis tantùm gratia, ſiue inter pugiles exercitationis aut coronæ cauſa, vt ventilare pro exercere veteres dixerint: quamobrem in gloſſario illo veteri Latinogræco [b] quod pridem Henr. Stephanus edidit, ventilare redditum græco idiomate γυμνάζειν (ſic enim lego pro γυιάζειν) vbi & ventilator ὁπλοπαίκτης exponitur: optimè, vt ſentio, relata huius nominis ad velitationem ſignificatione, de qua præmonui. Ventilatorum porrò in ſcena iſtorum geſtus motúſque corporis, quales Thraſonum fuiſſe mihi fit probabile, vt quemadmodum Golias Palæſtinus gigas Dauidis (quemadmodum hiſtoria Regum ſacroſancta continetur) aduerſarius, aut athleta Aethiops ille prægrandis Hydaſpi Regi donatus à Meroebo apud Heliodorum, vbi ſummis in theatro pedibus inſiſtere, toruùm intuentem, atque vndique circumſpectantem ſuperbéque minacem, dùm ad certamen quemcumque prouocat, curuaturis ipſis manuum ad cubitos ſubinde alliſis; ita vt in more habent qui ſe pugnæ ac dimicationi paratos eſſe ſentiunt & videri volunt. Nam de illo quidẽ Aethiope, quem cum Theagene committendum poſcenti populo Rex Hydaſpes nutu conceſſerat, ingenioſiſsimus enarrator Heliodorus ita ſcribit [c] in Aethiopicis: καὶ ἤγετο εἰς μέσους ὁ αἰθίοψ, ὑπερόπτην τε καὶ σοβαρὸν (perperàm in excuſo συβαρὸν) περισκοπῶν· ἄκροις ποσί τε βαίνων καὶ πλατυνόμενος ἐναλλὰξ τοῖς ἀγκῶσι τοὺς πήχεις ὑποσοβῶν. His autem verbis eleganter admodum genuinam τῆς πυγμῆς ſignificationem exprimit: de qua Theophylactus ad

[b] col. 222.

[c] lib. 10. fol. 230.

D. Mar-



D. Marcum [a] ſic ferè; οὐ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, νίψεσθαι πυγμῇ· τουτέστι ἄχρι τοῦ ἀγκῶνος (πυγμὴ γὰρ λέγεται τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος ἄχρι καὶ τῶν ἄκρων δακτύλων) itemq; poſteà, γυμνὸς εἰσῄει πάντα τὸν βουλόμενον καὶ μεθ' ὅπλων καὶ γυμναῖς ταῖς χερσὶν εἰς ἅμιλλαν προκαλούμενος, &c. quæ huius libri cap. 30. proferam: ac non ita multo pòſt [b] de Theagene ipſo illius Aethiopis antagoniſta: προβάλλει τε ἐκτάδην τὼ χεῖρε (quod mirum ſanè quàm bene cum illis congruat, quæ ab Euſtathio de athletico ventilationis aſtu atque moras (nectendi artificio iam antè propoſui) καὶ τοῖν ποδοῖν τὴν βάσιν εἰς τὸ ἑδραῖον διερεισάμενος, τήν τε ἰγνύαν σιμώσας, καὶ ὤμους καὶ μετάφρενον γυρώσας, καὶ τὸν αὐχένα μικρὸν ἐπικλίνας, τότε ὅλον σῶμα σφηκώσας εἰσῄει τὰς λαβὰς τῶν παλαισμάτων ὠδίνων, &c. Ventilatorum denique huiuſmodi Quinctilianus in Orator. Inſtitutionib. [c] ita mentionem facit, vt pilariis adiungat, & quædam velut miracula ibi vſu quodam irrationali edidiſſe ſignificet; eſt igitur vſus quidam irrationalis (inquit) quam Græci ἄλογον τριβὴν vocant, quo manus in ſcribendo decurrit, quo oculi totos ſimul in lectione verſus, flexúſque eorum & tranſitus intuentur; & antè ſequentia vident, quàm priora dixerunt. Quo conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum & ventilatorum, vt ea quæ emiſerint, vltrò venire in manus credas, & qua iubentur decurrere. Sed hic vſus ita proderit, ſi ea de qua locuti ſumus ars anteceſſerit: vt ipſum illud quod in ſe rationẽ non habet in ratione verſetur.

[a] Euang. cap. 7. fol. 159. ad illud: οἱ γὰρ φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ ἰουδαῖοι ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας οὐκ ἐσθίουσι.

[b] fol. 235.

[c] lib. 10. cap. vlt. fol. 621.

De duratione autem athletarum illa, per quam ventilando tempus intereà ducitur, extrahitúrque: vt non vincatur ſtatim aduerſarius, ſed vt victum eſſe tandem ſe fateatur, labori ſcilicet ac oneri cedens (de qua ex Dione Chryſoſtomo, Euſtathio & aliis agebam modò) accipiendum crediderim, quod è Plutarchi Agide [d] nunc proponam: καθάπερ γὰρ οἱ σεσωματοποιηκότες τῷ χρόνῳ καταβαροῦσι, καὶ καταγωνίζονται τοὺς εὐρυθμοὺς καὶ τεχνίτας. οὕτως ὁ Ἀντίγονος ἐκ πολλῆς ἀναφέρων δυνάμεως πρὸς τὸν πόλεμον ἐξεπόνει καὶ κατήθλει τὸν Κλεομένην, γλίσχρως καὶ μόλις πορίζοντα τοῖς ξένοις μισθὸν καὶ τροφὴν τοῖς πολίταις. Quæ his Latinis reddidit Cruſerius non malè, vt quidem Græca concepta ſunt; vt enim exercitati athletæ diuturnitate (malum cum tempore, vel tractu tẽporis, hoc eſt quod idiomate gallico dicimus, *à la longue*) deprimunt & expugnant

[d] in vita Agidis & Cleomenis fo. 1499. edit. Steph.

illos

illos qui agiles ſunt & artifices; ita Antigonus ingentibus viribus ad bellum inſurgens conficiebat ex degrauabat ſufficientem anguſtè & difficulter ſtipendium mercenariis & ciuibus commeatum Cleomenem. Etenim illud in primis, τῷ χρόνῳ καταβαροῦσι, quo ſignificatur exercitatos athletas vt æmulos antagoniſtas cum ipſis commiſſos ſuperent, in id incumbere ducendo tempus eos vt laſſent, defatigent, deprimant (quod vtique illorum fuit, quos ἀνέχεσθαι τοῦ χρόνου, & συχνὰς ὥρας τρίβειν ἐπὶ κακῷ τῶν ἀντιπάλων: & δύνασθαι πονεῖν diximus) manifeſtò apparet ei eſſe ἀντίστοιχον, & ex contrario reſpondere, quod de iis qui à Melancoma in pugilatu vincerentur, dictante Chryſoſtomo, relatum eſt ſupra; συμπλεκομένους ἡττῆσθαι τοῦ κόπου καύματος καὶ χρόνου ἀντιπάλους τοὺς ἠναγκασμένους καίπερ ἀτρώτους ἀπειπεῖν ὅλῳ τῷ σώματι. Quod verò ibidem agiles & artifices poſteà ſcriptum expugnari ab athletis exercitatis: quî ſtare poſsit, non ſatis equidem video; illorum memor, quæ variis tum Polybij, tum aliorum veterum auctorum teſtimoniis allatis de experientia & arte athletica quam vſus & exercitatio pariat, duobus huic proximis ſermonibus enarraui: de qua & alia ſuperſunt diceda quæpiam; quibus expromendis reliquum iſtius ſermonis, ſed & bonam ſequentis partem abſumere decreuimus. Igitur addito articulo abnutiuo (cuius omittendi occaſionem proximarum vtrinque ſyllabarum, quà in ſono, quà in ſcriptura ſimilitudo, procliuibus ad errores ob imperitiam, ſuperiore potiſsimùm ſæculo librariis græculis dederat) locum iſtum ita caſtigandum ob ea quæ dixi; & quoniam agilitas non minùs quàm cætera omnis ars, & experientia circa rem athleticam vſu quæritur cenſeo; vt exercitati minimè agilibus & artis expertibus quamlibet celeribus alioquin, velocibúſque, & acribus à natura, ſed nulla tamen experientia comprobatis inexercitatíſque opponantur: atque ita legendum, τοὺς οὐκ εὐρύθμους καὶ τεχνίτας, vt negatio ad poſtremum quoque vocabulum ſignificandis vtiq; τοῖς ἀτέχνοις pertinent. Ita etenim & apud Platonem libro 4. de Republ. iis verbis quæ cap. 6. Agoniſtici tertij aliam in rem profero, pugiles exercitati atq; vſu quodam præparati comparantur cum duobus diuitibus & obeſis, qui pugilatu ſe nondum exercuerint, vt hos ab illo facilè





facilè ſuperatum iri ſignificet. Adde quod non ab ſimili circa rem bellicam ſtratagemate vſum Philippum Macedonem in Cheronæa de Polyæno [a] addiſcimus: cùm etenim ſciret celeres Athenienſes ac vehementes eſſe eoſdémque in exercitatos, ſuos autem frequenti vſu & exercitatione ad laborum militarium patientiam obduratos, dilata in multum temporis pugna minimo negotio Athenienſes debilitauit, ſolutosq; animis non minus quàm corporibus in poteſtatem ſuam facilè redegit: φίλιππος ἐν χαιρωνείᾳ (inquit ille) γινώσκων τοὺς μὲν ἀθηναίους ὀξεῖς καὶ ἀγυμνάστους, τοὺς δὲ μακεδόνας ἠσκηκότας, καὶ γεγυμνασμένους, ἐπὶ πολὺ τὴν παράταξιν ἐκτείνας, ταχέως παρέλυσε τοὺς ἀθηναίους καὶ δ᾽ ἐχθροὺς ἐποίησε. Quem etiam aſtum ac prudentiam in Iphicrate Polyænus idem anteà [b] laudauerat his admodum verbis: ἰφικράτης εἰ μὲν ἀγυμνάστοις παρετάσσετο στρατιώτας ἔχων ἠσκημένους εὐ παράγγελμα συνῆπτεν ἐς μάχην, τρίβων δὲ τὸν χρόνον ἐν τῇ συστάσει προεξέλυε τοὺς πολεμίους, ὡς πονεῖν ἔλαττον ἠθισμένους καὶ τότε ἐπετίθετο, & reliqua. Expertes profectò artis & exercitationis nec diu ventilare, nec perdurare in laboribus queunt; ſed fatiſcunt, labaſcunt, cedunt; vt vinci, vt mori etiam malint: quod in fortes ac præſtantes athletas æquè ac milites non cadere Dio Chryſoſtomus locis à me ſuperiùs indicatis tradidit. Ac de arte ventilationis in palæſtra, ſtadio, ſcena, ſatis ſupérque: properandum aliò.

*[a] lib. 4. ſtratag. in Philippo exẽplo 7. vbi Caſauboni eruditiſ. iuuenis notæ conſulantur: quem adhibito Frontino diuerſam à Vultej explicatione, ſed eãdem alijs verbis ſententiã huius loci nobiſcum retuliſſe poſteà reperi quàm hîc adſcripſiſſem mea.*

*[b] lib. 3. ſtratag. in Iphicr. nu. 13.*

Fuit & ex arte pugilatitia; vt non modò ſublatis manibus aduerſus antagoniſtam pugil conſiſteret, verùm etiã cruribus pede fixis, oculorum aciem rectà in ipſum intenderet, atque feriret: quamobrem Amycus Pollucem pugilatu prouocans apud Theocritum [c] iſta pronuntiat, quæ ſubiiciam;

Εἷς ἑνὶ χεῖρας ἄειρον ἐναντίος ἀνδρὶ καταστάς
Πυγμάχος, ἢ καὶ ποσσὶ θένων σκέλος ὄμματα δ᾽ ὀρθά
Πὺξ διατεινάμενος σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης.

*[c] Dioſcuris Eidyll. 23.*

& Apollonius [d] quoque hanc enarrans fabulam; vbi de iactatis in aërem aut protenſis in ventilando (quod antè dixi ſolitum ex arte in pugilatu) manibus à Polluce; ſic cecinit,

---πῆλε δὲ χεῖρας πειράζων εἴθ᾽ ὡς πρὶν εὐτρόχαλοι φορέοντο

& cæt. ſubiicit ſtatim de Amyco antagoniſta firmũ obtuente,

οὐ μὰν αὖτ᾽ Ἄμυκος, πειρήσατο. σῖγα δ᾽ ἄπωθεν
ἑστηὼς εἰς αὐτὸν ἔχ᾽ ὄμματα καὶ οἱ ὀρέχθει

*[d] lib. 2. Argonauticôn ſub initiũ.*

θυμὸς ἐελδομένῳ στηθέων ἐξ αἷμα κεδάσσαι.

Eóque referendum τὸ ἐνομματοθλῖψαι illud apud Philonem, eo quem ex libro περὶ τῶν μετωνομασθέντων ſuperiùs ad finem capitis 10. exhibuimus loco; non abs re aliquis dixerit. Fuit & illud ex arte, vt capto pugnæ loco aduerſarij oculos pugil, quod poſſet, ad ſolis radios; ſuum ipſe tergum illis obuerteret: quamobrem ita Theocritus paulo pòſt cecinit, ſolertia Pollucis etiam commendata his verſibus;

*Ἔνθα πολὺς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη*
*Ὁππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο*
*Ἀλλ' ἰδρίῃ μέγαν ἄνδρα παρήλυθες ὦ πολύδευκες*
*Βάλλετο δ' ἀκτίνεσσιν ἅπαν Ἀμύκοιο πρόσωπον.*

[a] *lib.6.Thebaid.* Statius itaque Papinius [a], quod ex arte pugilatitia ſit hoc obſeruatum à Capaneo pugile, ipſiúſque aduerſario Alcidamante; ſic retulit:

*Fulmineas altè ſuſpenſi corpora plantis*
*Exercere manus, tuto procul ora receſſu*
*Armorum in ſpeculis aditúſque ad vulnera clauſi.*

Et aliquanto pòſt,

*Vt ſeſe permenſi oculis & vterque priorem*
*Sperauere locum--*

Et ſtatim

*Doctior hic differt animum metuénſque futuri*
*Cunctatus vires diſpenſat, at ille nocendi*
*Prodigus, incautúſque ſui ruit omnis, & ambas*
*Conſumit ſine lege manus, atque irrita prendit*
*Inſurgens, ſeq; ipſe premit ſed prouidus aſtu*
*Et patria vigil arte Lacon hos reijcit ictus,*
*Hos cauet interdum nutu--*

Et rurſum,

*---motu Spartanus acuto*
*Mille cauet lapſas circum caua tempora mortes*
*Auxilióque pedum, ſed non tamen immemor artis*
*Aduerſus fugit, & fugiens tamen ictibus obſtat.*

Igitur olei ac palæſtræ dixit eſſe rem Cicero, quam ab artificio conſtitutam ſiue permotam, atq; tractatione vſu exercitatione confirmatam intelligi nimirum voluit: vt quo loco, [b] *de oratore.* [b] nitidũ quoddam genus eſt verborum & lætum ſed palæſtræ magis



magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ ac fori: & item alibi [a] de Antipatro, Habuítque vires agreſtes ille quidem, & horridas, ſine nitore, ac palæſtra: ſed tamen admonere aliquos potuit, vt accuratiùs ſcriberent: & in Oratore [b], vbi de numero in oratione, itaque ſerius aliquanto notatus (inquit) & cognitus quaſi quandam palæſtram, & extrema lineamenta orationi attulit. Palæſtræ nomine venuſtatem illam & aptitudinem, aut elegantiam, quæ artis vſu, aut exercitatione quæritur, haud dubiè ſignificans: vt enim athletas (inquit eodem libro) nec multò ſecus gladiatores videmus nihil, nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæſtram quandam: vt quicquid fiat in his rebus vtiliter ad pugnam, id ad aſpectum etiam ſit venuſtum: ſic oratio nec plagam grauem facit, niſi petitio fuit apta, nec ſatis rectè declinat impetum, niſi etiam in cædendo quid deceat intelligit. Et ſubdit hoc, quod ad rem etiam facit, Cicero; Itaque quales eorum motus quos ἀπαλαίστους Græci vocant, talis eorum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris ſententias. Meam iſtam, immò Ciceronis interpretationem confirmat, Quinctilianus de rhythmis illam ipſam haud dubiè (mihi quidem) Ciceronis ſententiam ſequutus atque his verbis exprimens [c]; quæ iuuat vt cum illis committantur expromere: id quod Cicero optimè videt ac teſtatur frequenter ſe quod numeroſum ſit, quærere; vt magis non ἄρυθμον, quòd eſſet inſcitum atque agreſte, quàm εὔρυθμον, quod poëticum eſt, eſſe compoſitionem velit: ſicut etiam quos palæſtritas eſſe nolumus, peritos tamẽ palæſtræ eſſe volumus, non ἀπαλαίστους (ſic lego, pro ἀπαλαίστρους, vt illo altero Ciceronis loco) itémque vbi de declamatoribus agens, qui ipſis conſiderandum eſſe ait [d] quid cuíque perſonæ cõueniat qui paucillimas controuerſias ita dicunt vt aduocati, &c. vt vix comœdiarũ actoribus plures habitus in pronuntiando concipiendi ſint, quàm his in dicendo (nam hæc profectò ad artem atque artificium pertinere quis negauerit?) tum verò Seneca [e] ipſe ad Lucilium, vbi de athletis in ſtadio adfert plurima: quorum cùm corpus perduci exercitatione ad tantam patientiam poſsit, multò faciliùs animum corroborari poſſe ſcribit ad fortunæ ictus tolerandos: & addit, Corpus enim multis eget rebus

[a] *lib. 1. de legib.*

[b] *ad Brutũ, quẽ locum & illos eiuſdem auctoris à me allatos Eraſmus in prouerbio 10. Res palæſtræ & olei cent. 2. chilia. 5. ad venuſtatẽ ſiue nitorem atq; oſtentationem non ſatis commodè retulit vt arbitror. Attulit etiã Budæus ad l. Athle. D. de iis qui not. infam.*

[c] *ex lib. 9. Inſti. orator. cap. vlt. fol. 560. Lugdun. edit. an. 1555. vide in hanc rem alium locũ Ciceronis, quem adfero lib. 3. ad extremum cap. 24.*

[d] *lib. 3. Inſtitut. orator. cap. 8.*

[e] *epiſt. 80. Hodierno die.*

vt valeat, Animus ex ſe creſcit, ſe ipſe alit, ſe exercet Illi multo cibo, multa potione opus eſt; multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus ſine apparatu, ſine impenſa. Olei quidem nomine impenſam ſignificari ſumptúmve, qui fit ad ſcientiam, artémve aliquam perdiſcendam, ducta ſcilicet ab athletis, quos aliptæ, ac pædotribæ inungere ſolebant, metaphora; cùm ex eo quod τὰ γυμνάσια διὰ τοῦ ἐλαίου διαπονεῖσθαι Dionyſius Halicarnaſſeus alicubi [a] tradidit, manifeſtò colligitur: tum etiam ex iis veterum teſtimoniis intelligitur; quæ ad parœmiam illam, Oleum & operam perdidi ab aliis [b] adferuntur. Palæſtræ autem vocabulo ars ſeu venuſtas demonſtratur, quæ longa opera vel exercitatione quæritur: quò aſpiciens Dionyſius Melius ſophiſta quum Polemonem oratorem haud vulgarem declamantem audiiſſet, natiuum ingenij robur cultura & exercitatione deſtitutum intelligens; vires athletam habere dixit, ſed non à palæſtra, ἰσχὺν ἀθλητὴς ἔχει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ παλαίστρας: quem locum ab Hadriano Iunio medico, & philologo doctiſsimo in ſuis Adagiorum centuriis [c] relatum, quòd ad rem apprimè faceret, ideò ſuperioribus adiungendum credidi.

[a] *Dionyſius in arte περὶ τῶν πανηγυρικῶν, fol.34. De oleo & vnctione vide ſis quæ ſcribo lib. ſequenti ad initiũ cap.2. in margin. & cap.5. De oleo laboris & ex ipſis victorias ſignificante ſcribo ca. 22. lib.2. ex Arriano.*

[b] *vide Eraſmũ prouerb.62. Chiliad.1. centur.4.*

[c] *centur. 5. prouerb.2. non è palæſtra.*

Si verò in lucta, ſi in pugilatu, multò magis in pancratio arti locum fuiſſe, quod ex ea, & pugilatu ſimul conſtaret, rationi conſentaneum opinor. Et ſanè Philoſtratus [d] de Arrichione pancratiaſta verba faciens, euidenter oſtendit, in hæc verba; οἱ παγκρατιάζοντες ὦ παῖ (ait) κεκινδυνευμένῃ προσχρῶνται τῇ πάλῃ. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε οἳ μή εἰσιν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι καὶ συμπλοκῶν ἐν οἷς περιγίνεσθαι χρὴ οἷον πίπτοντα· δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης εἰς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσι καὶ τὴν χεῖρα στρεβλοῦσι προσόντος τοῦ παίειν καὶ ἐνάλλεσθαι. ταυτὶ γὰρ τοῦ παγκρατιάζειν ἔργα πλὴν τοῦ δάκνειν ἢ ὀρύττειν, &c. quæ ſuperiùs attuli. Quamobrem non minus gymnicorum certaminum rationem, quàm Muſicam, aut equeſtris rei peritiam artis beneficio comparari poſſe, docuit apud Platonem [e] de Paralo & Xanthippo Periclis filiis agens in hæc verba Socrates; τούτους μέντοι (ὡς οἶσθα καὶ σύ) ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων καὶ μουσικήν, καὶ ἀγωνίαν καὶ τ᾽ ἄλλα ἐπαίδευσεν ὅσα τέχνης ἔχεται οὐδενὸς χείρους. Quin & circa currus agitationem (cui locum in luſtralibus, ſacriſque agonibus fuiſſe ſuperiùs

[d] *lib.2. εἰκόνων.*

[e] *in Menone, fol. 94. tom.2. ex edi. Stephan.*



ſuperiùs demonſtraui) artem præcipuè, conſiliumq́; ab Homero [a] commendata reperio; vt abſque his nulla ſpes conſequẽdi præmij affulgere cuiquam videretur antiquitus, quamuis velocioribus equis ad curſum alioqui vteretur: quo loco,

τῶν δ᾽ ἵπποι μὲν ἔασιν ἀφέρτεροι, οὐδὲ μὲν αὐτοὶ
πλείονα ἴσασιν σέθεν αὐτοῦ μητίσασθαι
ἀλλ᾽ ἄγε δὴ σὺ φίλος μῆτιν ἐμβάλλεο θυμῷ
παντοίην ἵνα μή σε παρεκπροφύγῃσιν ἄεθλα.

Vbi Euſtathius ſcoliaſtes nunquam laudatus ſatis, φησὶ πρῶτον μὲν ἀλειπτικὸν εἰς ἀγῶνα νόημα, &c. εἶτα πιστούμενος ἐπαγωγικῶς διὰ δρυτόμου καὶ κυβερνήτου καὶ ἡνιόχου καὶ πάντα βουλῇ καὶ τέχνῃ κατορθοῦσθαι. Et de curuli ſiue Circenſi certamine agens quodam loco [b] Statius Papinius,

*Poſtremum diſcrimen erant Chromis aſper & aſper*
*Hippodamus, non arte rudes ſed mole tenentur*
*Cornipedum, prior Hippodamus fert ora ſequentum.*

Poſtremò (vt prætercam illud quod è Plauti Moſtellaria ſuperiùs exſcripſi) artis gymnaſticæ cùm Ariſtoteles in politicorum libris [c], tum verò Ælianus etiam de varia hiſtoria ſcribens [d] commeminit; Stratonem Corragi filium aiens valetudini recuperandæ auxilium atque remedium ab arte gymnaſtica petiiſſe: in qua cùm longius eſſet progreſſus, ipſamq́; accuratiùs exercere occœpiſſet, apud Olympiã vno die lucta, & pancratio victorem fuiſſe declaratum: ſed & Nemeis Pythicis atque Iſthmicis ludis: καὶ θεραπείας δεηθεὶς τῆς ἐκ τῶν γυμνασίων, τὰ μὲν πρῶτα ὅσον ἐς τὸ ὑγιαίνειν ἐχρῆτο αὐτοῖς χωρῶν δὲ ἐς τὸ πρόσω τῆς τέχνης καὶ ἐν ἔργῳ τιθέμενος αὐτήν, ὀλυμπιάσιν μὲν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκράτιον, καὶ τῇ ἑξῆς ὀλυμπιάδι ἐν νεμέᾳ δὲ καὶ πυθοῖ καὶ ἰσθμοῖ. Herodicum verò pædotribam Plato [e] eundemq́; valetudinarium, commiſta cum gymnaſtice medicina, primum quidẽ & maximè ſeipſum ſed & alios poſteà complures multùm fatigaſſe: quam ipſius viuendi rationem; & ſapientiam, & artem, ſed ita vt improbet nominat, ſic ferè: δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας εἰς γῆρας ἀφίκετο, Καλὸν ἄρα τὸ γέρας (ἔφη) τῆς τέχνης ἠνέγκατο. Et Galenus γυμναστὴν his verbis definit alicubi [f], τὸν περὶ τὰ γυμνάσια τέχνην ἐπιστάμενον: quamquam eundem ait imperitum eſſe artis illius quæ in ſingulis exercitiis adhibetur, ſeſeq́; exerit, αὐτῆς μὲν γὰρ τῆς κατὰ μέρος ὕλης ἐργάσῃ

[a] *Iliad. ψ.*

[b] *lib.6. Thebaid.*

[c] *lib.4. in princ. citat Mercurialis cap.3. lib.1. de art. gymn. fol. 6. pag.2.*

[d] *lib.4. var. hiſt. cap. 15. vide & Pauſaniã Achaicis fo.181. ex quo ſcribimus lib. 3. inf. in cap. 21.*

[e] *li.3. de Repub. fol.406. lib. Stephan.*

[f] *lib. 2. ὑγιεινῶν, fol. 243. de arte gymnaſtica et palæſtrica ſiue pædotribica videto eũdem ad Thraſy ulum πότερον γυμναστικῆς ἢ ἰατρικῆς ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, fol. 296. & ſequen. ex quo locos complures adferam ſeq. ſermonibus.*

 τῶν

τῶν τεχνῶν ἀπὸ τῆς ὕπερος ἐστιν ὁ γυμναστὴς ἐστίν. Et poſteà de curatione morborum per gymnaſticam à ſe adhibita, μυρίους γοῦν ἡμεῖς ἀσθενέστερά τινα μέρη τοῦ σώματος ἔχοντας, &c. διὰ μόνης γυμναστικῆς ἀνερρώσαμεν οὐχ ἅπαντας ἀπὸ τῶν οἰκείων γυμνασίων, ἀλλ᾽ εἴθ᾽ ὀρχηστικὴ ἦν ὁ ἄνθρωπος, εἴθ᾽ ὁπλομαχικὸς, εἴτε παγκρατιαστικὸς, εἴτε παλαιστρικὸς, εἴθ᾽ ὁτιοῦν ἄλλο, τὰς ἐν ἐκείνῃ τῇ τέχνῃ κινήσεις ἁπάσας αὐτὸν ἐπιτάξαντες ἡμεῖς παρόντων κινηθῆναι. Sed gymnaſticam Galenus aliam facit à palæſtrica, & pædotribica, quæ vulgo gymnaſtica nominatur; vt hanc non artem ſimpliciter, ſed hoc addito deprauatam Græco vno verbo κακοτεχνίαν (vt ſuperiùs admonui) nuncupet: qua de re commodiùs proximo ſermone diſceptabitur.

Artem profectò athletarum exercendorum aliquam fuiſſe conſtat è ſuperioribus: cuius ne certamen eſſet ſed potiùs virtutis, propterea Lacedæmonij nullos in palæſtra ſe exercentibus pædotribas præeſſe voluerunt; ὥστε μὴ πρὸς ἀσκοῦντας ἀσκεῖν; vt inquit Ariſtoteles [a] quo loco, ἔτι δὲ τοὺς λάκωνας ἴσμεν ἕως μὲν αὐτοὶ προσήδρευον ταῖς φιλοπονίαις ὑπερέχοντας τῶν ἄλλων, νῦν δὲ καὶ τοῖς γυμνασίοις καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι λειπομένους ἑτέρων· οὐ γὰρ τῷ τοὺς νέους γυμνάζειν τὸν τρόπον τοῦτον διέφερον, ἀλλὰ τῷ μόνον μὴ πρὸς ἀσκοῦντας ἀσκεῖν ὥστε τὸ καλὸν ἀλλ᾽ οὐ τὸ θηριῶδες δεῖ πρωταγωνιστεῖν, &c. ſuis quippe iuuenum exercitationibus Lacones ex inſtituto Lycurgi, non pædotribas aut gymnaſtas; ſed ſenes quoque, quos in gymnaſiis verſari ſolitos Plutarchus [b] memoriæ prodidit: tum pædonomos, atque ipſos quoque interdum Ephoros (ſicuti è Xenophonte obiter admonuiſſe me anteà recordor) præeſſe decreuerant: quamobrem non abſurdè quoſdam dixiſſe idem anteà Plutarchus (aliam licet in rem) dixerat; ſapientiam colendo magis quàm gymnicum certamen ſectando agas Laconem: ὅτι μᾶλλόν ἐστι τὸ φιλοσοφεῖν ἢ τὸ φιλογυμναστεῖν λακωνίζειν. Denique ob eam quam dixi rationem, nullos pædotribas exercitationibus Laconicis præfectos fuiſſe Plutarchus, illam Ariſtotelis eſſe mentē quam dixi apertiſsimè oſtendens; diſertis verbis alio quodam loco [c] docuit. Quamobrem artificij ſubtilitate à Charone ſe ſuperatum dicere Lyſander ſolitus, ne quis ipſum illo minus fortem, ac ſtrenuum duceret: quod ita relatum ab eodem Plutarcho memini; τοῖς παλαίουσι παιδοτρίβας

οὐκ

[a] lib.9. πολιτικῶν c.4. quem locum nō videtur aſſequutus doctiſſimus Victorius; ſic explicās tanquam ſcriptū foret μόνον πρὸς, μὴ ἀσκ. & ad res bellicas accommodans cū de exercitiis iuuenū diſertè agat Ariſtoteles.

[b] in Lycurgo.

[c] apophth. Laco. fo.415. & ad extrem. in fol.421. libri à Stephano editi.



οὐκ ἐφίστανον, ἵνα μὴ τέχνης ἀλλ᾽ ἀρετῆς ἡ φιλοτιμία γένηται. διὸ καὶ λύσανδρος ἐρωτώμενος ὅπως ὁ χάρων ἐνίκησεν αὐτὸν, τῇ πολυμηχανίᾳ εἶπε. Cui Lyſandrino dicto iſtud alterius Laconis, ſi non eandem, certè aſsimilem aliis verbis ſententiam præfert: quod Plutarchus idem eodem libro exhibet; λάκωνί τινι ἡττωμένῳ ἐν ὀλυμπίᾳ, εἶπέ τις ὁ ἀνταγωνιστὴς, ὦ λάκων ἐγένετό σου κρείσσων, μὲν οὖν (ἔφη) ἀλλὰ καββαλικώτερος. Ergo de ſtadiis agens Tertullianus, Artes corporum & vocum (gymnaſticas ſcilicet ſiue palæſtricas, atque Muſicas ſiue thymelicas) eo Scorpiaci loco dixit, ex quo verba ſequenti tractatu adferam: & artem virtutis, de palæſtra loquutus Aurelius Prudentius περὶ στεφάνων [a] his verſibus,

*Noſter & noſtra puer in palæſtra*
*Arte virtutis fideîque oliuo*
*Vnctus horrendum didicit domare.*
*Viribus hoſtem:*

Virtutis porrò nomen de pugilatu vel pancratio, apud Iſidorum quoque intelligi debere, quinto ſermone oſtendimus.

[a] Hymno 4. decem & octo Cæſaraugustanis, f. 126.

*Herodianus caſtigatus. Σοφία & φιλοσοφία pro arte, aſtuq; in agonibus Monachorum philoſophia. In præclaris gymnici agonis præceptoribus Pyrrhus, Xanthias, Euodorus, Iccus, Diotimus. De Pyrrhicha in margine.*

## CAP. XV.

ATQVE his etiam rationibus, totq; ac tam grauibus permotus teſtimoniis, ipſum iſtud τῆς τέχνης vocabulum apud Herodianum [b] reponi debere quodā loco exiſtimauerim; quem eſſe mutilum, aliis quoque ſed ita, vt non integritati tamen reſtituerent ſuæ, ſuboluit: cui ab hac de ludis tractatione non alieno, quando ſub manum venit, medicinam facere tentabo; & Muſis non inuitis perſanaturum eſſe me, polliceri audeo. Sic enim habetur ſcriptum eo loci, ἱερὸν ἀγῶνα τελοῦσι ῥωμαῖοι διὶ καπετωλίῳ θεάματά τε ..... καὶ ἰσχύος πάντα ἀθροίζεται, ὡς εἰς βασιλίδα πόλιν πανηγυρίζουσαν θεατὴς δὲ καὶ ἀθλοθέτης σὺν τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσιν. οὓς ἐκ περιόδων χρόνου ἡ τάξις καλεῖ ὁ βασιλεὺς γίνεται: vt ante illud καὶ ἰσχύος hiulco loco inſeratur hoc τῆς τέχνης: quemadmodum in eo Liuij iam citato loco de Iſthmiis dicitur; viſa ibi eſſe certamina omnis generis artium viriumq; ac pernicitatis: niſi fortè

quis

[b] in Commodo, de quo lib.1. f.13. lib. à Steph. edit.

quis ibi τῆς θυμέλης aut μουσικῆς malit, vt hoc quidem ad theatrales & ſcenicos, ſicuti apud Iuſtinianum noſtrum, in Nouella conſtitutione de Conſulibus [a]; illud autem καὶ ἰσχύος ad gymnicos, arenarios, & Circenſes ludos referatur: quod etſi probabilius eſſe cuipiam videri poſsit; non aſpernor tamen prius illud τὸ τέχνης: vel ideò quoniam in certamine gymnico ad victoriam occaſionis momenta ſpectanda; cauendúmque, non modò feriendum: atque ita decertandum ne artem vllatenus ira perturbaret, Pyrrhum certaminis gymnici præceptorem maximum olim præcipere ſolitum his quos exercebat, apud Senecam [b] legimus. Vnde ſatis percipitur, antiquitus in athletis præter illud corporis robur, leoninúmque animum; gymnaſticam ipſam, artem, ſolertiámque propemodum vulpinam fuiſſe vtilem, immò neceſſariam: quam non modò D. Iſidorus Peluſiota [c] in Theone presbytero commendat, qui de Marone quodam nimium ſibi tribuente aduerſario victoriam, velut Olympicis agonibus aſſolet, reportauerat; verùm etiam ab ipſo athletarum eximio encomiaſte, poëtáque inimitabili Pindaro [d] imprimis laudatam Ode Meliſſo Thebano pancratiaſtæ dicta licet animaduertere: quo loco,

---τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς
θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων
ἐν πόνῳ. μῆτιν δ' ἀλώπηξ,
αἰετοῦ ἅτ' ἀναπιτναμένα
«ῥόμβον ἴσχει. χρὴ δὲ πᾶν ἔρ--
«δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.

Quibus poſtremis gnomen præferentibus verbis, illud alterius poëtæ [e] Latinum aſsimile

*---dolus an virtus, quis in hoſte requirat?*

itémque hoc quod Lyſander olim dixiſſe [f] fertur; Si quò leonina pellis pertingere non poſſet, vulpinam aſſui oportere: non eſſe prorſus aſpernandum oſtenditur. Sed quid ceſſo illa Iſidori à me in teſtimonium citati verba, quæ ſuperiùs latinis propemodum expreſsi, proponere? Sic iſte igitur, λίαν ἥσθην πειθόμενος ὅτι ὁ σὸς ἀδελφὸς ὡρμησμένος κατὰ σοῦ ὡς αὐτοβοεὶ περιεσόμενος: ἐρράγη δὲ καθάπαξ ἐν τοῖς ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν ὑπὲρ τῆς σῆς φιλοσοφίας νενικημένος. In quibus perelegãter (meo quidem animo)

[a] *Nouella 105. c. 1. §. Quantumcunque ergo, καὶ πέμπτην τε ποιήσει πρόοδον τὴν ἐπὶ τὸ θέατρον ἄγουσαν ἣν δὴ πόρνας καλοῦσιν ἔνθα τοῖς ἐπὶ σκηνῆς γελοιοποιοῖς ἔσται χώρα τραγῳδοῖς τε καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς θυμέλης χοροῖς θεάματί τε παντοδαποῖς καὶ ἀκούσμασιν ἀνακείμενον ἐπὶ τὸ θέατρον: ſic & apud Plutar. in Sylla, fol. 850. vnde verba inferius hoc ipſo libro referam.*

[b] *lib. 2. de ira ca. 14.*

[c] *epiſt. 372. lib. 3. fol. 655. cui adiũgito locũ ex epiſ. 126. eiuſdem lib. quem expromam initio lib. 3.*

[d] *Iſt. ode 4. antiſt. 3.*

[e] *Virgil.*

[f] *ſcripſi è Plutarch. lib. 3. Semeſt. cap. 18.*



animo) fecit, quod ducta ab agonibus Olympicis ſimilitudine, philoſophiæ vocabulum vſurparit: velut ad illud σοφίας alterum à Pauſania & Platone [a]: cùm de gymnicis agerent; immò & ab ipſo D. Iacobo [b] verba vſurpante athletica expreſſum aſpiceret. Nam Apoſtoli quidem hæc verba ſunt in ipſo epiſtolæ catholicæ initio, de quibus libro tertio cap. 10. accuratiùs, faciente Domino, diſceptabitur; ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ, & quæ ſequuntur. In agonibus verò fuiſſe conſilio, artíque ac induſtriæ, ſiue prudentiæ, aut peritiæ, atq; adeò experientiæ cum primis locum; non modò gymnicis (id quod oſtendi ſuprà) verùm etiam curulibus, ſiue equeſtribus: ac de his agentes veteres iſto σοφίας vocabulo vſos animaduerti. Leontiũ quidem ſcholiaſticum epigrãmatarium poëtam hiſce in Calliopem exercitatiſsimũ currus agitatorẽ victoremq; verſibus [c];

Πρέσβυς ὅτι σφριγόωντας ἐν ἱπποδάμῳ πλέον ἀλκῇ
Νικήσας γεραρὸς δ' ὢν νέος ἐν σοφίῃ.

vbi quod ἀλκὴν dixit, hoc ſtatim σθένος: quod σοφίην hoc ibidem poſteâ τέχνην vocat; ſic admodum canens,

Ἔνθεν ἐλευθερόπαις Βενέτων σέο πήξατο δῆμος
Δοιὰ τὰ μὲν τέχνας, ἆθλα τὰ δὲ σθένεος.

Et proximo in eundem altero epigrammate [d] idem σοφίας nomen eodem ſenſu effert,

Τοῦτο γέρας σοφίης μνῆμα καὶ ἠνορέης.

Nec aliunde quàm ab athletico vitę inſtituto ducta, ſiue ſimilitudine ſiue tranſlatione monachos, eremitas atque cœnobitas monachicæ philoſophiæ agoniſtas hoc eſt athletas, vel aſcetas dixit Iuſtinianus Imperator, iſto è Nouellæ quintæ loco [e]; σκεπτέον δὲ ὅπως αὐτοὺς οἰκοῦντας καὶ διαιτωμένους μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀγωνιστὰς ἀποδείξω. Non aliunde Theodoretus; qui Iuliani monachi vitã memoriæ tradens, philoſophiæ ſimul, & palæſtræ, pædotribæ, ac monaſtici gymnaſij commeminit: ſic ferè ſcribens [f] interpretis latini fide, Hanc ſummam eius (de Iuliano agit) philoſophiam cùm multi didiciſſent, alij quidem qui propiùs habitant, alij verò qui remotius, &c. accurrebant ſupplicantes vt eſſent palæſtræ participes: & ei tanquam exercitationis magiſtro (gymnaſtã fortaſſe aut gymnaſiarchum

[a] *li. 3. de Repub. vbi de Herodico, quod antè attuli.*

[b] *epiſt. cathol. c. 1. verſ. 5. nam ex præcedenti verſu & 12. & 17. ad athleticã aſpexiſſe colligo.*

[c] *ex lib. 5. anthol. epigramm. Græc. diſticho penult. epigramm. cuius initiũ, σῆς τόδε, fol. 403.*

[d] *cuius initium, τῆ γῆρας, in verſu extremo.*

[e] *Nouell. de monach. §. cogitandũ verò eſt, poſt Dionyſiũ Areopagitam Eccleſ. hierar. cap. 6. in theoria. de monach. conſecrat. fol. 207. & à Pachimer. in theoria in eundem, fol. 177.*

[f] *in vita ſanctorum patrũ in 2. fol. 423. & 424.*

ſiarchum græcus auctor dixerat) & pædotribæ viuerent in poſterum. Et poſteà de Iacobo monacho, fuit autem inſignis & illuſtris, non iis ſolis quæ illic erant, ſed etiam iis, quæ erant in Syria philoſophiæ gymnaſiis ſeu monaſteriis. Non aliunde (vt equidem ſentio) Petrus ipſe Chryſologus Rauennas epiſcopus [a]; vbi cum curſu ſapientiam coniunxit in hæc omnino verba: Currant & philoſophi per inanem ſapientiam ſæculi, ſed ſuperfluus & vacuus curſus ipſorum eſt, qui veram Chriſti ſapientiam neſciunt. Deniq; ad gymnicum agonem vt reuertar; de Theagene aduerſus Aethiopem athletam decertante pancratio agens Heliodorus, τὸ διὰ τὴν ἐμπειρίαν καταζοφίσασθαι vſurpauit: ſicuti Pauſanias τὸ σοφίᾳ καταπαλαῖσαι de Theſeo, qui Cerryonem in colluctatione ſuperauit; verba faciens iis locis, quos in decimum tertium ſermonem contuli.

Inter præclaros autem gymnici certaminis, atque induſtriæ circa id ipſum & cuiuſdam velut artificij non illiberalis in Græcia exiſtimati præceptores; præter Pyrrhum illo à Seneca memoratum loco, duorum aliorum magno in pretio apud Athenienſes olim habitorum, qui artem iſtam profiterentur palæſtricã, apud Platonem [b] mentio: Xanthiæ nempe ac Euadori; quibus Meleſiam & Stephanum filios cùm cæteris, tum arte illa inſtituendos Thucydides tradiderit: qui ipſi poſtea optimè omnium Athenienſium palæſtra decertarint. ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε Μελησίαν καὶ Στέφανον καὶ τούτους ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα, Ἀθηναίων τὸν μὲν Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν δὲ Εὐδώρῳ· οὗτοι δέπου ἐδόκουν τῶν τότε κάλλιστα παλαίειν: Adde ſis & Iccum Tarentinum Nicolaidæ filium; qui poſt coronam Olympicam ex pentathlo reportatam, gymnaſtes inter ſuos optimus fuiſſe dicitur, vt eſt à Pauſania [c] his verbis proditum; Ἴκκος δὲ ὁ Νικολαΐδα Ταραντῖνος τόν τε Ὀλυμπικὸν στέφανον ἔσχεν ἐπὶ πεντάθλῳ· καὶ ὕστερον γυμναστὴς ἄριστος λέγεται τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ γενέσθαι. Diotimum denique gymnaſtam, cuius de exercitationibus, & ſudoribus à Theophraſto [d] celebrata commentaria. De Pyrrho quod dixi gymnaſta præclariſſimo, poſſit quiſpiam non ineptè ad Pyrrhum fortaſſe, ſiue Pyrrhium illum referre: quem ipſum armatæ (quæ ab eo dicta Pyrrhicha) ſaltationis auctorem, iudicémque, ac magi

[a] *ſermone 119. f. 308.*

[b] *Menone in ſup. d. loco.*

[c] *Eliacôn 2. fol. 147. vide Plato. 8. de legib. ex quo & Æliano dictu ri àltero pòſt proximum tractatu ſumus de ipſius & aliorũ athletarum abſtinentia.*

[d] *not. Mercuria. cap 12. li. 1. artis gymnaſt.*



magiſtrum fuiſſe, plurimis veterum [a] locis traditur: quamquam hoc affirmare nolim.

*Rurſum de ludorum gymnicorum religione, qui Herculanei appellati. Eorum origo vlteriùs ad Deos porrecta. Tentata Soloni cum Hygino conciliatio, de eo qui primus pancratio, victoriam, coronámve apud Olympiam adeptus. Pelopi dicatus agon Olympicus, vt aliis reliqui ſacri mortuis. Phlegon explicatus & fortaſſe caſtigatus: Athletæ; pueri, cultores, ac imitatores Herculis: allata Galeni & apud ipſum vetuſti poëtæ, ac inſuper antiquorum marmorum in eam rem teſtimonia. Herculis ſtatuæ in gymnaſiis, imo & fana vel ſacella: propoſitum animi & ludorum editio. Mercurij etiam Enagonij ſigna ibidem. Arnobius obiter emendatus. Prætereà Theſei ſtatuæ ibidem Herculeis & Mercurialibus adiunctæ. Phornuti ea de re ſingularis locus leuiter caſtigatus. Comitem robori rationem in agonibus eſſe debere: quî ſignificatũ à veteribus. Pauſanias atque Euſtathius Phornuto in eam rem adhibiti. Duplicem propterea Mercurij figuram apud Aegyptios; & cùm Occaſio Mercurij ſoror ſit vtrique aras fuiſſe apud Olympiam poſitas. Philoſtrati de Mercurio gymnicorum præſide, cuius Palæſtra filia, loci duo; quorum alter explicatus. Deus apud Papinium Mercurius: cuius apud Horatium palæſtram intelligendam illam quam dixi, non quam interpres poëtæ recens conijcit, Dionyſij auctoritate inſuper oſtenſum: tametſi λόγιον ipſum Iulianus Cæſar vocauerit.*

## CAP. XVI.

AB iſta non inamœna (mihi quidem) excurſione, ad rem reuertor, ad inſtitutum de ludorum gymnicorum religione ſermonem ſcilicet. Eos Herculi cum primis dicatos, à quo Heracleotici appellati ſunt, alij [b] ante nos commonſtrarunt, Polluce, atq; Lampridio teſtibus adhibitis; quibus addere poſſis Hyginum haud paulo vetuſtiorem & fidei probæ, immò & ipſum quoque Pindarum [c] aliquot locis: ille [d] quidem, Octauo loco fecit Hercules (ait) Olympiæ

[a] *Iul. Pol. Onom. lib. 3. cap. 14. περὶ εἰδῶν ὀρχήσεως, fo. 220. vbi, [illegible] ὀρχηστῶν vocat. Itemq; Strabonis lib. 10. Geograph. pag. 532. De Pyrrhichia & armata ſaltatione ſcripſit Athenæus nõ pauca li. 1. Deipnoſophiſt. & lib. 14. f. 268. & 269. poſt Plato. lib. de legib. 7. fol. 815. Plin. cap. 56. li. 7. à Pyrrhicho forſitan vno ex Curetib. dicta, cuius Pauſan. ipſe quodam loco meminit: cui opinioni fauet Diony. quoque Halicarnaſ. auctoritas lib. 7. antiq. Roma. fol. 476. Vvech. edi. vt vel à Curetibus dum Iouẽ mulcerent armorũ ſonitu rhythmicoq; membrorum ſonitu. Vel à Minerua id genus exercitij, celeberrimũ apud Græcos inuẽtum fuerit. De Pyrrhicha ſcripſi nõ nihil ſupra c. 5. huius libri. vide Euſtat. in Home. vbi interdũ Pyrrhico Laconi Cretica iſta ſaltatio, interdum Pyrrho Achillis filio tribuitur. Illi autem vtpote Laconi, quia militaris hæc ſaltatio, ab Ariſtoxeno apud Athenæum. d. fol. 269. lib. 14.* [b] *Alciat. ad l. vnic. C. de athletis lib. 10. & Cælius Rhodigin. in antiq. lectionib.* [c] *Olymp. Od. 2. Strop. 1. vbi de Hercule Olympicorum auctore. Itémque od. 3. antiſtr. 2. & 3. ab Hercule in Deos relato commendata Dioſcuris Olympica certamina: & quod poſt trucidatum Augiam ea inſtituerat Od. 10. Olymp. Strop. 2. & 3. & antiſtroph. 3. vide & auctorem vitæ Pindari ſcoliis ad ipſum græcis præfixæ. Et Diodorum Siculum in primis ea de re agentem lib. 4. Biblioth. fol. 155. & 178. vbi ἐκλέξασθαι δὲ τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐπιφανέστατον τόπον εἰς ἀγώνων θέσιν καὶ πανήγυριν· καὶ τὴν καθιερῶσαι τὸν ἀγῶνα τῷ μεγίστῳ τῶν θεῶν Διῒ Ὀλυμπίῳ. Illud mirum, quod agonum poſteà loco indidiſſe Olympiæ nomen à patre Ioue Olympio Herculem non obſcurè ſignificat his verbis: διὰ καὶ τὴν παρεμβολὴν? καθιερώσαντα τῷ μεγίστῳ τῶν θεῶν Ὀλυμπίαν ἀπ' ἐκείνου προσαγορεῦσαι: tanquam ab Olympo monte (qui cœlo vicinus) Olympio Ioue appellato ſcilicet, ob cuius cultum, Elis Olympiæ nomen Hercule autore, inuenerit.* [d] *Hygin. fab. 273.*

Olympiæ gymnicos Pelopi Tantali filio in quibus ipſe contendit pammachum; quod nos pancratium vocamus, cum Apharæo: quamquam eſſe qui Olympicorum ludorum originem vlteriùs ad Deos quoque ipſos produxerint, tanquam in iis cum Saturno Iupiter lucta, Curetes inter ſe curſu decertarint, Pauſanias [a] prodit: quo loco, ὁ δὲ ἀγὼν ὁ ὀλυμπικὸς (ἐπανάγουσι γὰρ αὐτὸν εἰς τὰ ἀνωτέρω τοῦ ἀνθρώπων γένους χρόνον καὶ Δία αὐτόθι παλαῖσαι λέγοντες, καὶ ὡς κούρητες δράμοιεν πρῶτοι) τούτων εἵνεκα ἐκτὸς ἔστω μοι τοῦ παρόντος λόγου. Verùm Hyginus ille poſteà, vbi de Iſthmiis & Argiuis, quos Nemæos eſſe ludos interpretor; his ludis vicerunt Zethus Aquilonis filius dolichodromo &c. Peleus Æaci filius luctatione, Hercules Iouis filius pammacho. Et quod ait Herculem primũ Olympiæ victorem fuiſſe pancratio ſiue pammacho, pugnare videtur cum eo quod Solinus [b] Syracuſanum Lygdamum, tertia & triceſima Olympiade primum ex Olympico certamine pancratij coronam reportaſſe, cuius oſſa reperta ſint medullam non habere: niſi quod vis eſt fortaſſe in coronæ vocabulo, tanquam vicerit quidem Hercules, qui Callinicus proptereà nuncupatus (qua de re ſequentis libri cap. 22. videbimus) verùm coronatus neutiquam fuerit; cùm ne hic quidem agon ab initio ſtephanites fuerit ſiue coronarius: ſicuti poſteà libro ſequenti [c] ſubtiliùs explicatur, vbi de præmiis ſacrorum agonum diſſerimus. Igitur Velleius Paterculus [d] vbi de Olympiorum initio vel potius reſtitutione ab Iphito deducta ea prodidit, quæ cap. 26. libri ſequentis adferimus: hæc quoque ſubiicit quibus id valde firmatur quod à me dictum eſt modò, de Hercule victore ſcilicet, non etiam coronato: & iis quidem victore ludis, non quos ipſe (vt apud Hyginũ eſt) ſed quos Atreus patri Pelopi edidiſſet. Hoc ſacrum (ait) codẽ loco inſtituiſſe fertur abhinc annos fermè M.CC.L. Atreus cùm Pelopi patri funebres ludos faceret: quo quidem in ludicro omnis generis certaminum Hercules victor extitit. Verumtamen quod Hyginus inquit, Pelopi dicatos ab Hercule Olympicos ludos, hoc ipſum (vt de Pindaro [e] taceam) ab Auſonio [f] proditum hoc verſu,

*Tantalidæ Pelopi mæſtum dicat Elis honorem.*

Et longè antè à Statio Papinio Thebaide ſexta,

[a] *Arcadicis ſub init. in fol. 187. Aldini libri.*

[b] *extremo c. 14. Polyhiſt.*

[c] *cap. 9. lib. 2. & cap. 22. vbi tamẽ ex Plinio primũ Olympiæ oleaſtro coronatum Herculem traditur.*

[d] *in hiſtoriar. 1.*

[e] *Olymp. Od. 1. epod. 1. Strop. 3. epod. 3. & Strop. 4. & Od. 9. Str. 1.*

[f] *in fine Eclogarij. Vbi eoſdẽ ſacros agones & funebres ludos haberi ſignificat.*

*ludúmque*



*---ludúmque ſuper quo Martia bella*
*Præſudare paret, ſeſeq; accendere virtus*
*Graium ex more decus primus Piſæa paratur*
*Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem*, &c.

itemq; à Pythia ipſa his verſibus, quos Phlegontis Tralliani fide, qui Adriani Cæſaris libertus libellum [a] de Olympiis Græcè conſcripſit, referam;

Ζηνὸς τοῦ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο καὶ θέτο τιμὴν
Πεῖσος, καὶ μετὰ τόν δε Πέλοψ ὅτε δημωνναίαν
Ἑλλάδα θῆκε δ᾽ ἔπειτ᾽ ἑορτὴν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ τρίτατος δ᾽ ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλῆς ἐτέλεσ᾽ ἑορτὴν καὶ ἀγῶν᾽ ἐπὶ μήτρῳ
Πέλοπι Ταντᾰλίδῃ--

(vbi equidem ἑορτὴν ſcriptũ malim vt ἑορτὴν ſignificet, tranſlata poëtico more literula, quamuis interpres pro certamine acceperit,) Denique à Solino [b] cum ait, Quippe certamen Olympicum quod Hercules in honorem aui materni Pelopis ediderat intermiſſum Iphitus [c] filius eius inſtaurauit, poſt excidiũ Troïæ, anno quadringenteſimo octaua. Itaq; Olympiaca certamina inferis dedicata, ſermone quodam [d] ait D. Chryſoſtomus. Hoc ſcilicet ſentiens mortuorum hominum honori ac memoriæ nempe Iouis ac Pelopis dicata: ſicuti Melicertæ Iſthmia, Archemoro Nemea, ſerpenti etiam cæſę Pythia; quamobrem ſepulchrales eorum agonum conuectus Clemens Alexandrinus [e] nominat: ipſóſque agones in quibus propter mortuos decertaretur, myſteria fuiſſe ab ipſo eorum initio ſcribit; quo loco, ἴθι δὴ καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐν βραχεῖ περιοδεύσωμεν καὶ τὰς ἐπιτυμβίους ταύτας πανηγύρεις καταλύσωμεν Ἴσθμιά τε καὶ νέμεα καὶ πύθια καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ὀλύμπια. πυθοῖ μὲν οὖν ὁ δράκων θρησκεύεται καὶ τοῦ ὄφεως ἡ πανήγυρις καταγγέλλεται πυθία: ἰσθμοῖ δὲ σκύβαλον προσέπτυσεν ἐλεεινὸν ἡ θάλασσα καὶ μελικέρτην ὀδύρεται τὰ ἴσθμια. νεμέασι δὲ ἄλλο παιδίον ἀρχέμορος κεκήδευται καὶ τοῦ παιδίου ὁ ἐπιτάφιος προσαγορεύεται νέμεα. πῖσα δὲ ὑμῖν τάφος ἐστὶν ὦ πανέλληνες, ἡνιόχου φρυγὸς καὶ τοῦ πέλοπος τὰς χοὰς τὰ ὀλύμπια ὁ φειδίου σφετερίζεται ζεύς. μυστήρια ἦσαν ἄρα ὡς ἔοικεν οἱ ἀγῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλούμενοι ὥσπερ καὶ τὰ λόγια καὶ δεδήμευται ἄμφω. Tertullianus itidem ipſe; quo loco [f], nunquid & Agoniſticę cauſæ diſputabuntur, quas ſtatim tituli ſui damnant, & ſa-

[a] *extat impreſſus Baſileæ anno 68. cum Antonij Liberalis Metamorphoſi Antonini de vita ſua, & aliorum aliquot libellis; eorum, fol. 98. videto.*

[b] *Polyhiſt. cap. 2.*

[c] *de quo ſuperius (vt puto) nõ nihil actum eſt c. 12. agitur quidem inf. hoc ipſo lib. ſub initium cap. vlo. De ipſius diſco autem & Lycurgi (quẽ ſocium habuit) coronario apud Olympiam lib. 2. diſceptabitur c. 26. vide ſis & quod de Olympico equeſtri agone ſcribo huiuſce libri cap. 25.*

[d] *Sermo. vt bene dicã maledicẽt. Chriſti & ſanctorum exemplo.*

[e] *Protreptico, fo. 15. quo ex loco deſumpta τὰ παρεξῆς quæ apud Euſeb. legas li 2. de præparat. euang, fol. 45. ad fin. in cap. περὶ τοῦ νεκρῶν εἶναι τάφους τὰ καλούμενα αὐτῶν ἱερὰ τῶν θεῶν.*

[f] *in de corona militis, fol. 353. libri Lutetiæ excuſi cum Barrai commentar.*

 cras,

ἀγάλματα κοινά· πρὸς τοσοῦτον ἥκουσι τῆς ἑταιρίας. Et verò Herculi adiungit alio inſuper loco, ſed ſimul cum palæſtricæ artis repertore, atque aſſertore (vt ſuperiùs dixi) Theſeo, de ſtatuis ipſorum in gymnaſio poſitis agens Pauſanias [a] Meſſenicis; vbi, τὰ δὲ ἀγάλματα ἐν τῷ γυμνασίῳ, πονήματα ἐστὶν ἀνδρῶν αἰγυπτίων ἑρμῆς καὶ ἡρακλῆς τε καὶ θησεύς: & addit, quod valdè ad rem facit; τούτους μὲν δὴ τοῖς πᾶσιν ἕλλησι καὶ ἤδη τῶν βαρβάρων πολλοῖς (malè in Aldino πολλοὺς) περί τε γυμνασίας καὶ ἐν παλαίστρᾳ καθέστηκεν ἔχειν ἐν τιμῇ. Cum quo bellè congruit quod Phornutus [b] de natura Deorum, vbi de Mercurio; σέβονται δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ταῖς παλαίστραις μετὰ τοῦ ἡρακλέους ὡς (ſic lego pro ἐν) τῇ ἰσχυῖ μετὰ τοῦ λογισμοῦ χρῆσθαι δέοντος, τῶν γὰρ πεπονθότων μόνη τῇ τοῦ σώματος δυνάμει. τοῦ δὲ λόγου ὡς καὶ τέχνας εἰς τὸν βίον ἤγαγεν ἀμελούντων πάνυ ἄν τις οἰκείως ἐπείποι, δαιμόνιε φθίσει σε τὸ σὸν μένος. Quibus verbis, nec minùs iſtis quæ Mercurio tribuuntur ab Orpheo [c] præclaris epithetis

Παγκρατὲς ἦτορ ἔχων ἐναγώνιε κοίρανε θνητῶν
Γυμνάσιν ὃς χαίρεις δολίαις τ' ἀπάταις τροφιοῦχε
Γλώσσης δεινὸν ὅπλον, τὸ σεβάσμιον ἀνθρώποισι:

hoc nempe oſtenditur, comitem robori rationem eſſe vitandi periculi gratia oportere. Quin & apud Homerum Euſtathius noſter (qui mihi ſummum trino iſti de ſacris ludis tractatui concinnando auxilium attulit, ideóque non ſemel à me laudabitur) ad illud Phornuti percommodè, vt ſentio: Amorem Mercurio, & Herculi, ſed honeſtum & grauē ſcilicet, in gymnaſiis adiunctum refert [d], vni quidem rationis, alteri roboris præſidi: quibus permixtis amor & concordia gignitur. εἰ δὲ σεμνολογεῖται τοῖς σοφοῖς ἔρως ἀλλ' ἐκεῖνοι σεμνὸν ἄλλως τὸν ἔρωτα καὶ παντὸς αἰσχροῦ κεχωρισμένον ἤδεσαν, διὰ καὶ κατὰ τὰ γυμνάσια (inquit) ἑρμῇ καὶ ἡρακλῇ αὐτὸν συνίδρυον. τῷ μὲν λόγου, τῷ δὲ ἀλκῆς προεστῶτι. ὧν μιγνυμένων φιλία καὶ ὁμόνοια γίνεται. De Amore ſiue Cupidine quod ait Euſtathius, hoc ipſum & apud Pauſaniam [e] reperias, niſi quod Mercurij loco Anterotis mentionem facit. Etenim vbi περὶ τρίτου περιβόλου τοῦ γυμνασίου ὄνομα μαλθὼ τοῖς ἐφήβοις ἀνειμένου τὸν πανηγύρεως τὸν χρόνον πάντα, ſubiicit ſtatim; ἔστι δὲ ἐν γωνίᾳ τῆς μαλθοῦς πρόσωπον ἡρακλέους ἄχρις εἰς τοὺς ὤμους καὶ ταινιῶν, παλαιστῶν μιᾶς τύπος, ἔρωτα ἔχων ἀπειργασμένον καὶ τὸν καλούμενον ἀντέρωτα: ἔχει δὲ ὁ μὲν φοίνικος ὁ ἔρως

[a] fol. 110. Aldini exempl.

[b] in ſpeculat. de natura Deorum cap. de Mercurio ad finem.

[c] in illo hymno, cui nomen ἑρμοῦ θυμίαμα, λίβανον.

[d] ad θ. Odyſ. Homer. fol. 1596. nu. 50.

[e] Elia ôn 2. fol. 159. Aldini libri.



ὁ ἔρως κλάδον, ὁ δὲ ἀφελέσθαι πειρᾶται τὸν φοίνικα ὁ ἀντέρως. Quamobrem duplicem ab Aegyptiis Mercurij figuram iuuenis vetulo adiuncti expreſſam è Syneſio [a] eleganter in hæc verba ſuperioribus Phornuti, atque ipſius Euſtathij verbis conſentanea traditum recordor: ὡς ἔστιν ἄμαχον ὅταν ἰσχὺς καὶ σοφία συντεθῶσιν. διαληφθεῖσαι δὲ ἀπ' ἀλλήλων ῥώμη τε ἀμαθὴς, καὶ φρόνησις ἀσθενὴς εὐκαταγώνιστοι γίνονται. ἠγάσω πάντως ὦ παῖ τὴν ἐν ταῖς ἱεραῖς εἰκόσι τῶν πατέρων ἐπίνοιαν, τὸν ἑρμῆν αἰγύπτιοι διπλοῦν ποιοῦσι τὴν ἰδέαν τοῦ δαίμονος νέον ἱστάντες παρὰ πρεσβύτῃ ἀξιοῦντες εἴπερ τις ἡμῶν μέλλει καλῶς ἐφορεύσειν ἔννουν τε εἶναι καὶ ἄλκιμον ὡς ἀτελὲς εἰς ὠφέλειαν θάτερον παρὰ θάτερον, &c. quæ de Sphingis figura profert in eandem ſententiam.

[a] in Ægyptio aut περὶ προνοίας, fo. 70. & ſimiliter ἐν τῷ περὶ βασιλείας, fol. 5. niſi quod pro εὐκαταγώνιστοι ſcriptū eodem ſenſu εὐχείρωτοι.

Rurſum quod hîc icone Mercurij τὴν σοφίαν illi καὶ τὸν λόγον oſtendi aiunt, ſic accipe (ſi me audis) vt prudentia, ratio, iudicium ad expectandam, nec prætermittendam tamen (quæ de manibus elapſa, non ita facilè, cùm occiput caluum habeat, apprehenditur) occaſionem cauendi aut feriendi valeat. Cui Occaſioni germanæ Mercurij Enagonij, ſiue certatoris, ſiue certaminum præſidis (vtpote quam Ion Chius in ipſius hymno liberorum Iouis natu minimā finxerit) vetuſti græci in ipſo ſtadij Olympici aditu, aram Mercurij aræ proximam, ea quam ſuperiùs dixi (vt mea fert opinio) ratione locauerant. Auctor mihi huiuſce rei Pauſanias [b] vnus, quo loco, τῆς ἐσόδου δὲ τῆς ἐς τὸ στάδιον εἰσὶν ἐγγύτατα βωμοὶ δύο, τὸν μὲν αὐτῶν ἑρμοῦ καλοῦσιν ἐναγωνίου· τὸν δὲ ἕτερον καιροῦ: ἴωνι δὲ οἶδα τῷ χίῳ καὶ ὕμνον πεποιημένον καιροῦ: γενεαλογεῖ δὲ ἐν τῷ ὕμνῳ νεώτατον παίδων διὸς καιρὸν εἶναι. In accipienda verò cùm ad certamen ventum eſt occaſione; quam tum in cæteris, tum verò in bellicis potiſſimum rebus magni momenti eſſe Polybius [c] in hæc verba ſignificat, ὅτι μὲν ὁ καιρὸς ἐν πᾶσι μεγάλην ἔχει μερίδα πρὸς τὰς ἐπιβολὰς μεγίστην δὲ ἐν τοῖς πολεμικοῖς παντὶ δῆλον: cùm illam pater ipſius Iupiter hominibus δωτὴρ ἐάων offerat (tempus vocari aiunt Gallicè ab iis qui apud nos gladio decertandi artificium quoddam in mercenario ludo exhibent) nimirum arte illa opus eſt quam in exercitationibus athléticis præcipuè ſpectatam antiquitus oſtendi ſuprà. Itaque in lucta quidem aduerſus Gigantem illum Antæum, quæ à Philoſtrato [d] alicubi deſcribitur; cùm non modò robur corporis, ſed artem

[b] Eliacôn 1. fol. 186. Aldini lib.

[c] Epitome li. 10. hiſtor. fo. 231. huc pertinere videtur: certe non longe hinc abeſt quod Thucydides ſcribit lib. 1. fol. 46. τοῦ δὲ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί, vbi ſcolium Græcum, οὐ μένουσι φησὶν ἀλλ' εἰσὶν ὀξεῖς.

[d] lib. 2. εἰκόνων in Antæo.

P quoque

quoque adhibuiſſe dicatur Hercules (vt antè [a] monui) ſublimem è terra Gigantis matre, quæ ipſi aderat extollendo, nunquam alioqui ſuperaturus: hoc etiam adiicitur, in illo ſcilicet picturæ argumento ſupernè ſpectaſſe Deos in aurea nebula; inter quos Mercurium veluti ludorum gymnicorum, atque adeò luctæ præſidem; καὶ ὁ Ἑρμῆς οὑτοσὶ παρὰ τὸν Ἡρακλέα ἥκει στεφανώσων αὐτὸν ὅτι αὐτοῦ καλῶς ὑποκρίνεται πάλην: Mercurius etiam iſte (inquit) ad Herculem venit ipſum coronaturus, propterea quod ſuo (Mercurij ſcilicet) honori præclarè iſto luctationis munere perfunctus fuerit; ſic enim græcum illud accipio quod ambiguè Gallicus interpres atq; obſcurè reddidit. Denique alio loco [b] idem Philoſtratus Palæſtram quaſi Virginem depictam Mercurij filiam fuiſſe à veteribus exiſtimatam, quæ in Arcadia primùm hoc genus exercitationis inuenerit, eleganter his ferè verbis expreſsit; παλαίστρα γὰρ ἡ Ἑρμοῦ ἡβήσασα νῦν ἐν Ἀρκαδίᾳ πάλην εὕρηκε, καὶ ἡ γῆ χαίρει πως ἐπὶ τῷ εὑρήματι. Vnde Horatius Mercuriū laudat quodā loco [c],

*Qui feros cultus hominum recentum*
*Voce formarit, catus & decoræ*
*More palæſtræ.*

Et Papinius de Tydeo ſub Dei nomine Mercurium intelligens Thebaide ſexta, [d] quo loco

*---armigeras laſſare aſſueuerat iras*
*Ingentes contra ille viros Acheloia circum*
*Littora, fæliceſq; Deo monſtrante palæſtras.*

atque, vt nullum prætercam, Diodorus [e] vbi de Mercurio; εὑρετὴν δ' αὐτὸν καὶ παλαίστρας γενέσθαι καὶ χελώνης λύραν ἐπινοῆσαι. Nam quod Cruquius ſcoliaſtes Horatij recens ad Chironomiam geſtúſque legem illam (cuius à Socrate probatæ, à Platone quoque in parte ciuilium poſitæ virtutum, vt oratori neceſſariæ, à Quinctiliano [f] fit mentio) aliam ab athletarum palæſtra quibus pars vitæ in oleo pars in vino conſumitur, qui corporis cura mentem obruerunt, ſpectaſſe poëtam arbitratur; ingenioſum nimis & acutum hominem deerraſſe apparet manifeſtò ex iis quæ antè dicta ſunt. Sed & ex eo quod athletis, exhortatoriam orationem ad depugnandum eſſe propterea vtilem & neceſſariam Dionyſius Halicarnaſſeus [g] tradit; quod ſic Mercurij, (quem è ſuperioribus apparet meritò

[a] cap. 13. ſub initium.
[b] lib. 2. εἰκόνων in palæſtra.
[c] Ode 10. lib. 1. Carmin.
[d] ad finem li. 6. Thebaidos.
[e] Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheca, fol. 236.
[f] cap. 11. lib. 1. Orator. Inſtitut.
[g] ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς, fol. 41. edit. Francofur.



meritò λόγιον à Iuliano Cæſare [a] ad Georgium, & item ad maximum ſcribente fuiſſe nuncupatum) atque Herculis diſcipulos & imitatores profiteantur: quorum ille ſermonis inuentor, aut ipſe potiùs ſermo eſt; hic verò Mineruæ ope, atque conſilio adiutus quæ iniuncta ſibi fuerant perpetrauerit, cùm iſta nihil ſit aliud quàm ipſa mens & ratio: μάλιστα δὲ οἱ ἀθληταὶ δέοιντο τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου (inquit, &c. quæ inferiùs libro ſecundo ad extremum, de incitationibus athletarū agens proferam) ὄντες μὲν καὶ αὐτοὶ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἡρακλέους μαθηταί τε καὶ ζηλωταί. ὧν ὁ μὲν εὑρετὴς τοῦ λόγου ἢ αὐτόχρημα λόγος. ὁ δὲ σὺν τῇ Ἀθηνᾷ πάντα κατώρθωσε τὰ ἐπιταχθέντα· ἡ δὲ τί ἂν ἄλλο εἴη ἢ νοῦς τε καὶ λόγος. Quamobrem Palæſtræ ſiue gymnaſiorum præſidi Mercurio ſtatuam in palæſtris antiquitus poſitam ſuperiùs admonui: ob quam ab Aulo nocturno fure aſportatam, his Iambis Lucillius Epigrammatarius [b] ita in eum luſit, vt dicentem hoc induceret, ipſo Mercurio abigeo, & furum non minus quàm athletarum præſide, ſe diſcipulum vt alios complures ex veteri prouerbio præſtantiorum eſſe, quod Mercurium furto abſtuliſſet:

τὸν πτηνὸν Ἑρμῆν τὸν θεῶν ὑπηρέτην
τὸν Ἀρκάδων ἄνακτα τὸν βοηλάτην
ἑστῶτα τῶν δὲ γυμνασίων ἐπίσκοπον,
ὁ νυκτοκλέπτης Αὖλος εἶπε βαστάσας
πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

[a] fol. 163. lib. epiſtol. excuſi Lutetiæ an. 1583. vbi ὥσπερ γὰρ ἐν Ἑρμοῦ λογίου σταδίοις δι' ὅλου πολλάκις τοῦ δρόμου στεφανωθεὶς ἤδη δι' ὧν ἐν ὀλίγοις γράφεις, τὸ ἀρετῆς τὸ ἄκρον ἐμφαίνεις, & f. 180. ἡμεῖς δέ σοι καθάπερ Ἑρμῇ λογίῳ τοὺς ἡμετέρους λόγους ἐγχειρίζομεν. Sic etiam in extremo epiſtolæ ad Iamblichum, fo. 295. & initio hymni ſolis ad Salluſtium, fol. 4. vocauit.
[b] lib. 6. Antholo. Græcor. epigram. cap. 25. εἰς κλέπτας, epigr. 3. fol. 152.

*Tyrius Hercules, cui ludi & ſacra olim fiebant. Quis Hercules Olympiæ cultus & ludorum apud ipſam inſtaurator. Hercules Muſagetes, item Celticus ſiue Gallicus. Eloquentia Herculis à Pindaro commendata. Athenienſia gymnaſia in marg. Plutarcho expoſito. Apollinis ſignum in gymnaſiis. Apollo itidem Enagonius, vt Mercurius, ac præſes gymnicorum à veteribus habitus. De Pythicorum ludorum loco: vbi de Criſſa & Petreſſa ſiue Petroſa Pythone: quod, ſicuti* Νάπης *vocabulum, Cœlio ignoratum. Pythia apud Delphos. Pytho oppidum in eo territorio. Vetus inſcriptio græca prolata. Expoſita l. vt profanos. C. de pagan. & ſacrific.*

## CAP. XVII.

A TYRIIS Herculi non ſolùm feſtiuitates, ſed quarto quoque anno ludos, ac certamina dedicata; tum ſacræ Machabæorum hiſtoriæ, tum Theodoreti fide aliquo libri Semeſtriū tertij ſermone [c] monuiſſe me recordor.

[c] cap. 21.

Quod autem de Herculis æde in gymnaſiis poſui, ambigi non abs re poſsit, vtrùm ad Amphitruonis filiū quem Olympicis ludis Elide capta propoſuiſſe præmia, luctáque ac pancratio ipſum victorem extitiſſe, Pauſanias Eliacis [a] memorat; an potius ad alterum illum iſto antiquiorem Idæum ſcilicet vnum ex quinque Curetibus, & Idæis Dactylis, quibus Rhea Iouem educandum concrediderit, referri oporteat: cuius rei fabulam percenſens paulo anteà idem auctor, primum iſtum Olympiæ ludos commiſiſſe ſcripſerat, vt qui ex fratribus curſu aliū vinceret, hedera coronaretur; cui & ipſi Herculi paraſtatæ cognomine Clymenus apud Olympiam quod ab ipſo genus deduceret, aram dedicarit; ἡρακλεῖ οὖ πρόσεστι τῷ ἰδαίῳ δόξα (inquit) τόντε ἀγῶνα διαθεῖναι πρώτῳ καὶ ὀλύμπια ὄνομα θέσθαι· διὰ πέμπτου οὖν ἔτους αὐτὸν κατεστήσατο ἄγεσθαι, ὅτι αὐτός τε καὶ οἱ ἀδελφοὶ πέντε ἦσαν ἀριθμόν. Quibus omni ex parte congruunt quæ à Diodoro Siculo [b] tradita libro tertio Bibliothecæ ad extremum legere eſt: vt è tribus Herculibus, qui primus & antiquiſsimus Aegyptius, columnam in Africa poſuerit; tertius Alcmenæ filius qui paulò ante Troiani belli tempora Euryſthei præceptis obtemperās, magnam orbis partem peragrarit, victórque plurimis agonibus columnam quæ in Europa eſt ſtatuerit: ſecundus verò Cretenſis vnus ex Idæis Dactylis, magúſne ac præſtigator ſiue incantator, an potiùs verſutus & facundiæ blanditiis vehemens (ſic enim τοῦ γόητος vocabulum apud Aeſchinem accipi notatum eſt) rei verò militaris peritiſsimus, Agonem Olympicum conſtituerit, & tamen tertij propter hanc cùm nominum, tum ſtudij, vitæq; inſtituti, ac præclarorum factorum ſimilitudinem multis pòſt annis vita cum morte commutata, aliorum vetuſtorum virtutis, famæq; iſtam velut hæreditatem quandam creuerit; tanquam ſi vnus tantum Hercules inter homines ab vltimo vſque ſæculo extitiſſet: τὸν δὲ δεύτερον ἐκ κρήτης ἕνα τῶν ἰδαίων ὄντα δακτύλων καὶ γενόμενον γόητα καὶ στρατηγικὸν συστήσασθαι τὸν ὀλυμπικὸν ἀγῶνα, τὸν δὲ τελευταῖον, &c. διὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν τῆς προαιρέσεως ὁμοιότητα χρόνων ἐπὶ γενομένων τελευτήσαντα κληρονομῆσαι τὰς τῶν ἀρχαίων πράξεις ὡς ἑνὸς ἡρακλέους

[a] *lib. 1. Eliacôn vbi, λέγεται δὲ καὶ ὡς αὐτὸν ἡρακλέα ὡς πάλης τε ἀνέλοιτο καὶ παγκρατίου νίκας. De ara verò Herculis Idæi paraſtatæ in gymnaſio Eleate videto eundem Pauſaniā Eliacôn 1. fol. 120. & 126. Aldini lib. & item Eliacôn 2. Herculē Olympiæ ludos inſtituiſſe gymnicos, auctor lib. 6. de Apollonio Philoſtratus, fol. 66. eo qui proponetur inferiùs circa finē huius lib. loco. itemq; lib. 8. circa fin. in fol. 55. pag. 2. vbi de Olympia, ταῦτα γάρ που καὶ ἡρακλεῖ ἐνθυμηθέντι καὶ τὸ αὐτοφυὲς τῆς ὀλυμπίας ἀγασθέντι ἐπάξιος ἐφάνη ὁ χῶρος τοῦ ἔτι νῦν ἀγωνιζομένων ἐνταῦθα. Ante Pauſaniam & Philoſtratum, hac de re tota ſcripſerat Strabo: quem vide ſis li. 8. Geograph. fol. 410. & ſeq. poſt eū Plin. lib. 7. natur. hiſt. c. 56. ex quo verba ſequenti ſermone proferam. videto & Euſtathium ad Iliad. Hom. λ. ad illud τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι, fol. 870. num. 40. & ſeq. Et verò quæ à Pindaro ipſiusq; ſcholiaſte paulò ante attuli.*

[b] *in fol. 145. editio. Stephan. videto & lib. 5. hac ipſa de re in fol. 230. 236.*



κλέους γεγονότος ἐν παντὶ τῷ πρότερον αἰῶνι. Ergo Alcmenæ quoque filium Herculem, vt pro ludorum Olympicorum auctore, ita pro incantatore habitum poſteà; præſertim à mulierculis, quæ ab ipſo excantationes, & amuleta peterent habitum, idem Diodorus lib. 5. [a] tradidit. Eumenes autem Rhetor in oratione pro ſcholis inſtaurandis argumento ſeruiens oratorio, vel declamatorio more, ludos & agonas iſtos alterius Herculis qui Muſagetes dictus fuerit honori conſecratos, non obſcurè ſignificat: quo loco, Ædem Herculis Muſarum in circo Flaminio Fuluius ille Nobilior, ex pecunia cenſoria fecit; non id modò ſequutus quod ipſe literis, & ſumma poëtæ amicitia duceretur: ſed quod in Græciam cùm eſſet Imperator acceperat, Herculem Muſagetem eſſe, id eſt comitem ducémque Muſarum, & cæt. quæ ſequuntur. Atqui vim ſermonis quam græci Mercurio tribuunt, Celtas Ogmio illi Herculi aſsignare; cuius figura ſit cani vetuli nigricante cute hominis, per cuius linguæ extremum catena ex auro & electro tranſiens, magnas hominum cateruas veluti captiuas auribus detineat, cùm non inuitæ tamen, ſed vltro ſequantur, cuius ab ore pendeant ipſum laudantes, ſcilicet; à Luciano [b] eleganter ac venuſtè literis proditum recordor: de iſto Hercule tanquam vero Muſageta, vt poſt Fuluium Eumenes cogitaſſe omnino videatur. Herculis quidem Amphitryoniadæ Olympicorum ludorum auctoris eloquentiam ſtrictim commendare Pindarus [c] videtur hoc vno verſu,

δᾶμον ὑπερβορέων πείσας ἀπόλ--
λωνος θεράποντα--

ſicuti Herculem illum ſecundum ex Idæis vnum iuxta quorundam opinionem ſuperiùs à me Diodori fide relatum inſtauratorem Olympicorum ludorum, adeò eloquentia præſtitiſſe; vt fortiſsimos quoſque homines ad ſe velut excantatos carminibus magicis pelliceret atque ſuperaret, ipſo Diodoro præeunte docuimus: ita enim exiſtimandum de Hercule, vt facundia potiùs virtuti ac robori adiuncta, quàm præſtigiis vllis tot tantáque certamina conſummauerit cenſeo.

[a] *fol. 230. Vbi de Idæis Dactylis,* ἱστοροῦσι δ' αὐτῶν ἕνα μὲν προσαγορευθῆναι ἡρακλέα δόξῃ δὲ διενεγκόντα θεῖναι τὸν ἀγῶνα τῶν ὀλυμπίων. τοὺς δὲ μεταγενεστέρους ἀνθρώπους διὰ τὴν ὁμωνυμίαν δοκεῖν τὸν ἐξ ἀλκμήνης συστήσασθαι τὴν τῶν ὀλυμπίων θέσιν· φασὶ δὲ σημεῖα τούτων διαμένειν τὸ πολλὰς τῶν γυναικῶν ἔτι καὶ νῦν λαμβάνειν ἐπῳδὰς ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ καὶ περιάμματα ποιεῖν, ὡς γεγονότος αὐτοῦ γόητος, καὶ τὰ ἐπὶ τὰς τελετὰς ἐπιτετηδευκότος ἃ δεῖ πλεῖστον κεχωρίσθαι τῆς ἡρακλέους συνηθείας τοῦ γεγονότος ἐξ ἀλκμήνης.

[b] ἐν τῷ προλαλίας ἢ ἡρακλῆς λόγῳ. *Vbi & hoc imprimis,* τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ κελτοὶ οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ ἕλληνες ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' ἡρακλεῖ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι παρὰ πολὺ τοῦ ἑρμοῦ ἰσχυρότερος οὗτος, *& reliqua.*

[c] *Olymp. Od. 3. ſtrop. 2. in princ.*

In Lycæo autem quod gymnaſium [a] Athenis fuit ſacrum Apollini, vbi gymnici ludi exhibebantur; nullum aliud niſi Apollinis ſignum fuiſſe poſitum Socrates apud Lucianum eundem alio quodam loco [b] retulit, ex quo hæc deſumpſi: καὶ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ὁρᾷς τὸ ἐπὶ τῇ στήλῃ κεκλιμένον, τῇ ἀριστερᾷ μὲν τὸ τόξον ἔχοντα, ἡ δεξιὰ δὲ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη ὥσπερ ἐκ καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν θεόν. Et ſanè Apollinem æquè, ac Mercuriũ certaminibus præeſſe antiqui Ethnici adeò ſibi perſuaſerãt, vt Homerus [c] propterea de pugilib. agens victoriam ipſos ab Apolline ſperare iubeat; quo loco,

Ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν ὥσπερ ἀρίστω
Πὺξ μάλ᾽ ἀνασχομένω πεπληγέμεν· ᾧ δέ κ᾽ Ἀπόλλων
Δώῃ καμμονίην, γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοί. &c.

vbi Euſtath. [d] ſcitè admodum, Ἀπόλλωνος δὲ ἐνταῦθα μέμνηται ὁ ποιητής, διὰ τὸ δοκεῖν ἐναγώνιον εἶναι καὶ αὐτὸν ὁμοίως τῷ Ἑρμῇ. Atq; hos quidem verſus, in eam rem à Plutarcho citatos, poſteà quàm hîc exſcripſiſſem reperi, Sympoſiacôn octauo [e]; vbi de Apolline φίλαθλον ἄλλως καὶ φιλόνεικον τὸν θεὸν αὐτὸν ἐν κιθαρίσει καὶ ᾠδῇ καὶ βολαῖς δίσκων· ὡς δ᾽ ἔνιοι φασὶν καὶ πυγμῇ ἁμιλλώμενον ſcribit: ἀνθρώποις δὲ προσαμυνόντα ἀγωνιζομένοις ὡς Ὅμηρος ἐμαρτύρησε τὸν μὲν Ἀχιλλέα λέγοντα ποιήσας Ἄνδρε δύω, &c. quæ mutuatus ab Homero ipſo huc anteà congeſsi. Deinde adiicit ab Athenienſibus non temerè, aut ſine ratione Apollini (Lycæo ſcilicet, quamquam hoc ibi ſubticetur) fuiſſe dedicatum exiſtimantibus: nimirũ à quo nobis ſit ſanitas Deo, hunc bonam quoque corporis habitudinem, ac robur ad certamina concedere. Sed Apollini pugili à Delphis, curſori à Cretenſibus

*[a] Cum gymnaſio tamen tanquam nõ idem ſit, coniunxit Plutarch. in decreto de Lycurgo. Butad. Opuſcul. vol. 3. fol. 1565. edit. Steph. ἐν τοῖς ψηφίσμασι. vbi vtrumq; Lycæum & gymnaſiũ inſtructum à Lycurgo, theatrum Dionyſiacum confectum, ſtadium denique Panathenaicum abſolutum atque cõſummatũ fuiſſe ſcribit: illo gymnaſij nomine illud forſitan intelligẽs quod Academia, vel id quod Cynoſarges propriè appellatum. Et hæc igitur & illud gymnaſia fuêre Athenis tria: quod ſatis Græcorum pueris notũ. Sed Plutarchum eo loci, cùm ita ſcribit, καὶ τὸ γυμνάσιον καὶ τὸ λύκειον κατεσκεύασεν: ſecundum καὶ, elegãtiæ cauſa addidiſſe: vel, vt ſignificet, etiam (quod interpres Latinus & Gallicus non vidêre) de gymnaſio tantum Lycæo loquutum: non vt duo tanquàm diuerſa Lycæum atque gymnaſium coniunxerit: apparet manifeſtò ex altero eiuſdem Plutarchi loco, in vita Lycurgi, fol. 1546. Opuſcul in vitis X. Rhetor. vbi, καὶ τὸ ἐν λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε καὶ ἐφύτευσε καὶ τὴν παλαίστραν ᾠκοδόμησε καὶ τὸ ἐν Διονύσου θέατρον ἐπιστατῶν ἐτελεύτησε: & paulò pòſt, καὶ τῷ σταδίῳ τῷ παναθηναϊκῷ τὴν κρηπῖδα περιέθηκεν. In Cynoſarges Herculis gymnaſium extra mœnia, quod nec ille iuſtus Deus ſed nothus ex genitrice eſſet mortali olim nothos coire ſolitos; callide autem operam à Themiſtocle datam, vt hoc diſcrimen tolleretur: in eius vita Plutarch. docet ſub initium, in fol. 203. Videndus etiam Chryſoſtomus Dio. in 2. περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας, ſub init. fol. 159. pag. 2. edit. Aldinæ. Plures autem Athenis palæſtras vnum fuiſſe gymnaſium inde colligat non abſque ratione quiſpiam, quod Plutarchus Demetrio, fol. 1648. Stephan. lib. vbi de Democle cui Pulchri cognomen adamato à Demetrio: τέλος δὲ φεύγων (ait) τὰς παλαίστρας καὶ τὸ γυμνάσιον εἰς τι βαλανεῖον ἰδιωτικὸν ἐφοίτα λουσόμενος· ἐπιτηρήσας τὸν καιρὸν ὁ Δημήτριος ἐπεισῆλθεν αὐτῷ μόνῳ. Vbi τὸ ἰδιωτικὸν ſatis etiam videtur κατ᾽ ἀντιδιαστολὴν oſtendere, balnea publica gymnaſiis & palæſtris fuiſſe antiquitus adiuncta. [b] Anacharſi, ſeu de gymnaſiis. [c] Iliad. ψ. [d] fol. 1322. Aldinæ editionis. [e] quæſtio. 4. fol. 1289.*



Cretenſibus, & Lacedæmoniis ſacra fieri Plutarchus ibidem narrat. Pythicum adeò agonem Apollinis honori ſacratum lippis ac tonſoribus notũ eſt: illud forſitan haud æquè, quod narratur à Plutarcho [a] alio in loco; inſtantibus Pythiis rem planè nouam Demetrium induxiſſe animum facere, vt cùm anguſtias apud Delphos inſediſſent Aetoli, ludum & feſtum apud Athenienſes ageret: quaſi illis potius colere deceret Deum, qui ſcilicet præſes vrbis eſſet, & originis eorum auctor perhiberetur. Non irreligioſam tamen aut abſurdam & à ratione alienã rem feciſſe Demetrium ex eo intelligi, quod de gymnaſio apud Athenienſes Apollini dicato, inter cætera ſuperiùs protuli. Verba Plutarchi propterea lubentius exhibebo, quia dubitationem omnem de loco in quo Pythia celebrarentur antiquitus (cùm de Pythio Macedoniæ loco neſcio quid à Stephano fortaſſe Byzantio [b], quem tamen auctorem neutiquam nominant, adferatur à pleriſque [c]) mihi prorſus eximere videantur: τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων (ait) πρᾶγμα καινότατον ἐπέτρεψεν αὑτῷ ποιεῖν ὁ Δημήτριος. ἐπεὶ γὰρ Αἰτωλοὶ τὰ περὶ Δελφοὺς στενὰ κατεῖχον ἐν Ἀθήναις, αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν πανήγυριν ὡς ἂν προσῆκον αὐτόθι μάλιστα τιμᾶσθαι τὸν θεὸν ὃς δὴ καὶ πατρῷός ἐστι καὶ λέγεται τοῦ γένους ἀρχηγός. Quibus verbis ad noſtræ, de Pythiis apud Delphos celebratis ſententiæ confirmationem, id poſsis adiungere; quod è Pauſaniæ Phocicis, vbi de ſortitione in ludis agetur inferiùs aliquanto [d] (ſi Deus dederit) allaturi ſumus: & quod Auſonius canit alicubi [e] (vt alios mittam)

*Pythia placando Delphi ſtatuêre draconi.*

Poſtremò quod in vetuſta quadam Iuliani principis Romani pro Argiuis ἀνεπιγράφῳ epiſtola de quatuor maximis & illuſtriſsimis Græciæ agonibus eo loco ſcriptum: vnde verba deſumpta in cap. 17. libri ſequentis coniecimus.

Quamquam autem de Pythici agonis origine agens multis verbis, ac diligẽti opera Strabo [f] non aliter ſentiat, quàm ſicuti

*[a] in Demetrio, f. 1663. & 1664. li. à Stepha. excuſi. [b] qui in lib. περὶ πόλεων ſic ſcribit in Πύθιον inter cætera, καὶ Μακεδονίας Πύθιον ἐν ᾧ καὶ τὰ Πύθια ἐπιτελεῖται. [c] Lexico hiſtorico poëtico, & aliis compluribus locis poſt Cœliũ Rhodiginum lib. 16. lection. antiq. cap. 19. vbi Pythonẽ locũ fuiſſe ait qui prius Nape mox & Petroſſa & Creſſa à quo Pythium dictũ certamen: quorũ tamen nominũ nulla apud Stephanum aut Dionyſium de ſitu orbis mentio: ſed nec apud Strabonem in deſcriptione Phocidis lib. 9. Geograph. Criſſæ tãtùm ab Eurylocho delectæ pagin. 480. quod huc nõ ſpectat. Criſſam quidem diuinã cum Pythone Petroſſa, quam Petreſſam Græco epitheto adiũcto nominauit, Hom. Il. 2. fol. 273. vbi Euſtathius videndus. Eorum tam propriorum quàm appellatiuorum nominum rationem adferẽs, Nam Petroſſam Pythonem, quod circa ipſam eſſet mons Parnaſſus vocatam tradit. Ergo Delphicum agonem in Criſſæo campo celebratum antiquitus ſub perſona pædagogi Sophocles Electra docet, cuius verba lib. ſequenti exhibebo, vbi de Pythiis agetur plenius. [d] cap. 25. vide & lib. 2. cap. 24. [e] Eclogario in fin. vide & Plutarchum in περὶ φυγῆς, fol. 1072. & A. Gellium (ſiue is eſt Agellius) lib. 12 noct. att. in ipſo init. cap. 5. [f] lib. 9. fol. 483.*

ſicuti diximus: attamen ex quorũdam opinione Pythonem oppidum in Delphorum territorio fuiſſe, in quo celebratus ſit hic agon quo de agimus; Philoſtratus duobus, tribúſve locis [a] indicat, præter Stephanum quem antè dixi. Dionyſius itidem de ſitu orbis, in deſcriptione Phocidos, atque ad ipſum Euſtathius (vt interim de Euſebio [b] déque Halicarnaſſeo Dionyſio taceam, cuius verba ſuperiùs de ludorum præſides Deos habentiũ celebritate agens [c] attuli) & perſpicuè Pauſanias Phocicis, Pythonis nomen vrbi Delphorum inditum, quod & in Phocenſium oppidorum indicem Homerus [d] retulerit; his omnino verbis ſignificat: χρόνῳ δ' ὕστερον καὶ πυθὼ τὴν πόλιν οὐ δελφοὺς μόνον ἐκάλεσαν οἱ περιοικοῦντες καθὰ καὶ ὁμήρῳ πεποιημένα ἐν καταλόγῳ φωκέων ἐστίν. verſus Homerici ex lib. 11. Iliados de quibus Pauſanias ſenſit, iſti omnino ſunt de filiis Iphiti;

> Αὐτὰρ φωκήων Σχέδιος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον
> οἳ κυπάρισσον ἔχον, πυθῶνά τε πετρήεσσαν
> Κρῖσάν τε ζαθέην καὶ Δαυλίδα καὶ Πανοπῆα:

quos explicans Euſtathius, ἡ δὲ πυθὼ πάλαι μέντοι παρνάσια ἐκαλεῖτο νάπη ait: (verbum autẽ hoc & item illud πετρήεσσαν Homericum perperam veluti proprium loci, accepit Rhodiginus Cælius; cùm illud quidem ſit epitheton, iſto autem ſignificari ſaltum ſiue nemus, græcorum pueri non ignorent) ἀπὸ παρνασοῦ ὄρους περικειμένου εἶτα πυθὼ ἐκλήθη, &c. ὕστερον μέντοι δελφὶς ἡ πυθὼν ἐκλήθη, ὅτι καὶ δελφοὶ τὸ ἐκεῖ ἔθνος. Rationem nominis ſiue à ſerpente, quam Apollo interfecerit, ſiue ab homine tyranno debellato ibi, ac ſepulto Euſtathius, tum ibi, tum ad Dionyſium itidem poſt Pauſaniam attulit. Vnde atque à Strabone hiſtoriam, fabulámve petendi facultas eſt. Vt ſit Pythiorum apud Delphos celebratorum, quibus & aliis itidem agonibus pancratio Marcus Aurel. Aſclepiadis (qui & Hermodorus) M. Aurelij Demetrij filius periodonices pãcratio vicerit: antiqua illa inſcriptio à Iuſto Lipſio [e] V. C. relata, vnde verba nonnulla ſuperiùs de Muſicis ludis eorúmque præmiis agens protuli, alia inferiùs, vti res feret exhibebo, fidem indubitatam facit: quo loco, ἀγωνισάμενος ἐν ἔθνεσιν τρισὶν ἰταλίᾳ, ἑλλάδι, ἀσίᾳ νικήσας ἀγῶνας τοὺς ὑπογεγραμμένους πάντας παγκράτιν ὀλύμπια τὰ ἐν πείσῃ CM (ſic ſcriptum

[a] lib.6. de Apollonio ſub initium, in fol.36. & lib. 8. circa finem, in fol.55. pag.2. item lib. 2. εἰκόνων in Dodone, fol.14. pag.2. de cuius nominis ratione Euſtath. ad Homer. Odyſſ. λ. ibi, πυθῶδ' ἐρχομένην fol.1700.

[b] lib. 2. de præpar. euang. f.45. ex quo vide quæ adfero inf. lib.2. cap.24.

[c] cap.5. huius libri.

[d] citatus in hac rem à Diodoro Siculo, lib.16. Biblioth. fol.522. vt oſtẽdat penes Phocenes Pythiũ ſiue Delphicum oraculum fuiſſe.

[e] in auctario inſcript. vet. Antuerpiæ impreſſo anno 88. pag.57.



ſcriptum literis maiuſculis, pro σμ vt reor) ὀλύμπιά δὶ πύθια ἐν δελφοῖς ἴσθμια δὶς νεμέα δὶς τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς, &c. Rurſum eandem Pythiorum agonum celebritatem in Pythone oppido anti quitùs habitam, vel ipſe Alexandrinus Clemens [a] iis verbis docet, quæ proximi Agoniſtici cap.24. [b] proferam, de ludis Apollinaribus ob grauem peſtilentiam quæ in vrbem Romam inſederat, lege lata in ſtatam diem votis in perpetuum apud Liuium lib.27. videas licet, ipſe Olympicorum ludorum inſtitutor Hercules Elide ſex aras in honorem duodecim deorum, & in illis Alphæi fluuij (cuius ſolius aqua in ſacris illis vſui foret) Pindaro teſte [c] poſuit. Cùm itaque ludi huiuſmodi omnes antiquitus Diis ſacri haberentur, vt & ſacrificia inibi peragi ſolerent [d]: non temerè eſt, quod poſteà ſublata ſuperſtitione damnabili, ac ſine ſacrificio, principes Chriſtiani Arcadius & Honorius [e] ſecundum veterem conſuetudinem exhiberi populorum voluptates: miniſtrari etiam feſta conuiuia, quando exigunt publica vota, decreuêre. Vbi voluptatum nomine ludos, & agones tam Curules, ſiue Circenſes quàm gymnicos, aut ſcenicos intelligi, nemo non mecum exiſtimauerit. Publicorum votorum appellatione, illa quæ pro populi, & principis ſalute, à nouis Conſulibus cæteriſque magiſtratibus in vrbe poſt Kalendas Ianuarias die tertio nuncupabantur atq; perſoluebantur: qua de re cùm apud Iuriſcõſultum iniectam quodam Pandectarum [f] loco mentionem eſſe meminiſſem, viſum eſt iam olim ante annos quatuor & viginti ſcribere pleniſsimè in tertio illo ex his Semeſtrium libris euulſo ſyntagmate ſeu capite, quod cõmentario Regularum iuris ad communem ſtudioſorum iuris atque antiquitatis Romanæ vtilitatem adiungi curauimus [g].

*Athletarum nomine in Reſcripto quod explicamus qui non cõtineantur. Agitatores equorum apud Olympiam coronatos: Dionis loci duo in eam rem, quorum vnus de Euprepe auriga egregio caſtigatur. De Corace, ac altero Lichi auriga victoribus coronatis, aliorum loci. Deſignatores. Agonothetas eoſdem cum athlothetis eſſe aduerſus Heſychium, & Sudam, ac pleroſque recentiores, varijs veterum teſtimoniis comprobatur. In Chryſoſtomi quemdam locum nonnulla videri ab interprete iniecta. Plutarchus à Xylandro perperam redditus exponitur. De curatoribus ſiue procuratoribus agonum. Alytarchæ nominis notatio inueſtigata.* Αἰσυμνῆται, *moderatores*

[a] in ipſo initio Protreptici aduerſus gentes.

[b] ſub principium eius capit.

[c] Strop.3. Od.10. olympi.

[d] notat obiter Mercurialis lib. 3. artis gymna. c. 17. Tu videto inſuper Ioſeph. Flauium lib.16. antiq. Iudaic. cap.9. vbi de ludis Olympicis, ex quo verba paulò pòſt proferam, vbi de agonothetis diſſeretur: & quod ſcripſi ſup. cap.5. è Dionyſio.

[e] l. vt paganos. C. de pagan. & ſacrific.

[f] l. ſi caluitur 233. §. 1. D. de verb. ſignific. ad quam clariſ. Iuriſcon. Fornerius in commentario videatur. Sed ante ipſum ea de re ad Tacitum Lipſius: & ipſe ante vtrumque in altero ad l.2. de orig. iur. Syntagmate quod ex anno 1565. adiectũ eſt commentario Regul. iur. diligenter ſcripſerã.

[g] Lugduneſis nuper typographus quidã primo Semeſtrium adiunxit, à Regularum Commẽtario diuulſum.

*res ludorum: caſtigata de ipſis agente vetuſta inſcriptione. Aſiarchæ & Syriarchæ alytarchis atque agonothetis adiuncti, quodam Theodoſiani Codicis loco.*

## CAP. XVIII.

CÆTERVM in illo Diocletiani & Maximiani reſcripto, quod illuſtrandum ſuſcepimus; athletarum vocabulo nequaquam ἡνιόχους ſiue aurigas, & agitatores equorum Circēſium [a] non magis quàm eos qui aquam ipſis equis ſpargunt [b] deſignatos, vt immunitatis beneficium ad eos pertingeret exiſtimo: quamuis hi omnes, ſimiléſque non inhoneſtam vtique ſacris Equiriorum ludis operam, atque miniſterium præberent: & inuecto iam olim exinde à nona & nonageſima Olympiade [c] iūctorum curribus equorum certamine Olympiam (vbi omnia, curſu excepto, certamina Plutarchus [d] additamenti loco acceſsiſſe ſcribit) agitatores illos non minus quàm dominos, & præbitores equorum [e], qui de velocitate victoriam reportarant coronari ſolitos: tum auctoritate Lucillij epigrammatarij poëtæ comprobare poſſum, cuius verba octauo capite libri tertij aliorſum proferam; tum verò ſatis ipſa (vt ſentio) Romana docet hiſtoria: ex qua hos præcipuè locos, ad eam rem dudum ſepoſui mihi, non alio, quàm aliis cōmunicandi animo, cùm eſſet commodum. Dio de Nerone apud Xiphilinum [f], ipſum Olympicis ludis curru deiectum, nihilominus tanquā Olympionicem ab Hellanodicis pecunia corruptis coronatū ſcribit: ἐν δὲ τοῖς Ὀλυμπιονίκοις ἅρμα ἐλάσας (ait) καὶ πεσὼν ἐξ αὐτοῦ καὶ ὀλίγου δεῖν συντριβεὶς ὅμως ἐστεφανώθη· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ἃς ὕστερον Γάλβας παρ' αὐτῶν ἀπῄτησεν, ἔδωκεν. Item in Antonino Caracallo nobilis agitatoris Euprepis nomine, ab illo principe, quòd diuerſæ factionis [g] eſſet, interfecti mentionem facit: [h] quem ait duas & octoginta ſupra ſeptingentas coronas, quot nemo alius abſtulerit eſſe conſequutum, ſic ferè; τὸν δὲ Εὐπρεπῆ τὸν ἁρματηλάτην, ἐπειδὴ τἀναντία αὐτῷ ἐσπούδαζεν, ἀπέκτεινε. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐν γήρᾳ ἀπέθανε πλείστοις ἀγῶσιν ἵππων στεφανωθείς· δύο γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀνείλετο (hic lubens addiderim στεφάνους quod ſuppleri cōmodè vix poteſt) ὅσους οὐδεὶς ἄλλος. Ammianus deniq; Marcellinus [i] Conſtantium Imperatorem Conſtantino-

[a] *in excerptis è vetere lexico græcolatino impreſſis à Stephano cū gloſſario col. 274 cap. de ſpectaculis περὶ θεωριῶν, ita eſt, agitatores ἡνίοχοι.*
[b] *de quib. in d. l. athletas.*
[c] *vide Pauſan. Eli. 1. fo. 120. Aldini lib.*
[d] *Sympoſ. proble. lib. 5. quæſt. 2.*
[e] *vide quæ ſcribo inferius: vbi de perſonis loquimur quæ agonū Circenſiū gymnicorum & muſicorū conſequerentur præmia.*
[f] *fol. 178.*
[g] *de factionibus quatuor immò pluribus agitator. Briſſo. Lexico Iuris. Lipſius ad Tacitū vterque poſt Lazium in commentario Reip. Ro. Factionarios στασιώτας vocat Dio apud Xiphilin. Pertinace, fol. 284. & ἀντιστασιώτας.*
[h] *ſtatim in ipſo initio.*
[i] *lib. 24. hiſtor.*



polim ingreſſum, tanquam in rebus proſperis & ſecuris, editis equeſtribus ludis, capiti Coracis aurigæ vt victoris coronā impoſuiſſe retulit. Pauſanias [a] poſtremò Licham Lacedæmonium nomine, Thebanorum Olympicis ludis emiſſo curru coronaſſe ipſum aurigam ſuum, qui victoriam eſſet conſequutus; & eam ob rem Hellanodicarum iuſſu flagellatum ſcribit. Quin etiam antiquitus, qui Curſuales, aut Agonales equos agitaſſent, ſi vetera repetimus, hi demum & victores habiti, & coronati. Apud Argos quidem Nemeis [b] viciſſe quadrigis Iolaus Iphicli filius, Glaucum Siſyphi filium dicitur; quem equi mordici diſtraxerunt, vt Hyginus [c] tradit: Iolaum præterea equis Herculis Olympiæ decertaſſe, victorémque ab ipſo coronatum Pauſanias [d] memorat. Verumtamen ad agitatores, Athletarum nomen, in re (vt initio dixi) minus fauorablli producendum non eſſe ſentio. De athletis, & quemadmodum athletæ maximè exercitarentur multis verbis Theonem Alexādrinum in quatuor libris, quos non alia de re quàm de particularibus exercitiis compoſuerat, loquutum Galenus [e] auctor eſt; quos libros vtinam haberemus. Nunc cùm aliter quàm vt ipſis careamus fieri non poteſt; venerandam in omni re multóque magis in athletica (quæ olim apud Græcos cùm celeberrima, tum habita maximi haud dubiè fuit, ſeu religionis ſeu voluptatis aliúſve rei ergò) antiquitatem, quatenus ea nondum à doctiſsimis huius æui ſcriptoribus prolata eſt; ex intimis omnis librorum generis receſsibus, tanquam pretioſum auri metallum è terræ viſceribus vndique iamdudum erutam & in Semeſtribus congeſtam, inde non iniucundè ad aſſequendam auctorum vetuſtorum, etiam Theologorum athletica verba μεταφορικῶς vſurpantium, & ſimilitudines ab arte ipſa gymnaſtica, itémque argumenta ducentium intelligentiam, vtilitati publicæ depromamus.

Athletas autem, agoniſtas, & aſcetas eoſdem cùm eſſe docuerim propterea quod τὰ τῶν ἄθλων καὶ τῶν ἀγώνων vocabula eandem rem notant, exercendi ſe nimirum in palæſtra virtutis gratia [f]: ſequitur vt deſignatores qui βραβευταὶ iuxta Vlpianum appellati [g], non minus athlothetæ, quàm quos maſtigophori comitari ſoleant in ludis [h] agonothetæ nominari


poſsint:

[a] *in 2. Eliac. ſub init.*
[b] *hæc certamina & apud Argos, & apud Cleonas interdū celebrata fuiſſe antiquitus, oſtendā lib. ſequenti cap. 23.*
[c] *fab. 273.*
[d] *Eliacôn 1.*
[e] *lib. 3. ὑγιεινῶν.*
[f] *d. l. 4. D. de iis qui nota. infam.*
[g] *ibid. d. l. 4.*
[h] *l. vlt. §. maſtigophori. D. de mu ner. & hon.*

poſsint:cõtra quàm ἀγραμμάτοις grammaticulis quibuſdam, ſed & aliquot Iureconſultis [a] eorum aliqua potiùs auctoritate, quàm ratione vlla permotis placuiſſe video; vt ſcenicorum, ſiue muſicorum eſſe agonothetas, gymnicorum autem athlothetas prædicent: cùm tamen ipſum agonum nomen ad gymnicos etiam ludos pertinere conſtet, ipſóſque adeò athlothetas atq; agonothetas eoſdem eſſe manifeſtum Pauſanias Eliacis faciat, vbi de ipſorum adaucto numero in hæc ferè verba; πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ ὀλύμπια, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπ' ἐκείνου διέμεινε τῶν ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν β. πέμπτῃ δὲ ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ ἐννέα ἑλλανοδίκας κατέστησεν, &c. δευτέρᾳ δ' ἀπὸ ταύτης ὀλυμπιάδι προσετέθη καὶ ὁ δέκατος ἀθλοθέτης. Vnde curſoribus in ſtadio qui præmia tribuerent eos non tantùm athlothetas, verùm etiam agonothetas Themiſtius [b] nuncupat: quo loco, ὥσπερ δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀθλοθέτην ἵενται μὲν ἅπαντες οἱ σταδιεῖς, οὐ μὴν ἅπαντες τὸν αὐτὸν δρόμον, &c. οὕτως ἓν μὲν ὑπολαμβάνει τὸν μέγαν καὶ ἀληθινὸν ἀγωνοθέτην, ὁδὸν δὲ ἐπ' αὐτὸν οὐ μίαν φέρειν, &c. Tertullianus ideo cum pycta (hoc eſt pugile quem græcanica voce ita quoq; Seneca nominat) agonothetã quodam loco [c] coniunxit; vbi, Pyctes ipſe non queritur, dolere ſe non vult, corona premit vulnera, &c. Sed nec victus ipſe de agonótheta caſum ſuum exprobrabit. Quid-ni enim gymnicorum ludorum præſides rectè agonothetæ nominentur, ſi agones ipſi propriè dicuntur, quíque illis decertant eos ἀγωνίζεσθαι B. Paulus [d] disertè ſcripſit, de curſoribus in ſtadio agens, in hæc verba; πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσι, &c. Igitur agonothetas, cum curſoribus optimè ipſum imitatus, & exprimẽs D. Hieronymus [e] ad Lucinium; Contrà de nobis dicitur, ſic currite, vt apprehendatis: non eſt inuidus agonotheta noſter, nec alterius palma alteri parat ignominiam. Omnes athletas ſuos deſiderat coronari. Chryſoſtomus [f] etiam luctatorum in ſtadio arbitros, quos Heſychius, & Sudas athlothetas eſſe aiunt, ipſe agonothetas vocare maluit: Et illi quidem ſæcularium ſpectaculorum præſides ſiue arbitri quos græci agonothetas vocãt, proponentes certamina (hæc duo poſtrema interpretis proximè præcedens vocabulum explicantis ſcito) magnum muneris ambitum

[a] Briſſon. Lexico ex Heſychio & Suda, poſt Budæũ ad d. 4. athletas. D. de iis qui not. infam. & Carol. Sigon. cap. 7. lib. 4. de Republ. Athenien.

[b] orat. 2. de Iouini. Imperat.

[c] Scorpiaco.

[d] epiſt. 1. ad Corinth. c. 9. v. 25. De Nemæis gymnicis à Caſſandro curatis Diodorus Siculus li. 19. fol. 705. καὶ θεὶς τὸν τῶν νεμέων ἀγῶνα. & lib. 15. fol. 497. & 498. Sic & Herodotus loquutus Euterpe ſiue lib. 2. fol. 97. vt τιθέναι, pro διατιθέναι poſitũ eſſe videatur.

[e] epiſto. 28. col. 246. edit. Pariſ. ann. 79.

[f] Hom. de Nati. ſept. Machabæo. fo. 1421. edit. Pariſien ex Latina interpretatione, cum Græcũ authenticum deſit mihi quidem.



ambitum eſſe exiſtimant; quando iuuenes, & robuſtos luctatores in ſtadium introduxerint. De pugilatu agens Lucianus [a] epigrãmatarius poëta, non ἀθλοθετεῖν, ſed quemadmodum τὸ ἀγωνίζεσθαι ita etiam τὸ ἀγωνοθετεῖν protulit; quo loco,

πᾶσαν ὅσην Ἕλληνες ἀγωνοθετοῦσιν ἅμιλλαν
πυγμῆς Ἀνδρόλεως πᾶσαν ἀγωνισάμην.

Chryſoſtomus ipſe alicubi [b], tum pugilum conſtantiam (inquit) tum agonothetæ virtutem prædicabat. Denique huc etiam pertinet, vt nihil amplius in re (nunc quidem) ſatis manifeſta proferam; quod Flauius Ioſephus [c] Herodem ob ſumptus munificentia ſumma in Olympicum agonem erogatos, priſtinámque ipſorum quæ pecuniarum propter penuriam exoleſcere, aut vileſcere cœperat dignitatem reſtitutam, à populo perpetuum agonothetam renunciatum ſcribit: τὸν γὲ μὴν ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα πολὺ τῆς προσηγορίας ἀδοξότερον ὑπ' ἀχρηματίας διατεθειμένον τιμιώτερον ἐποίει, χρημάτων προσόδους καταστήσας καὶ πρὸς θυσίας καὶ τὸν ἄλλον κόσμον ἐσεμνοποίησεν τὴν πανήγυριν. διὰ δὴ ταύτην τὴν φιλοτιμίαν διηνεκὴς ἀγωνοθέτης παρὰ τοῖς πλείστοις ἀνεγράφη.

Athlothetarum quidem apud auctores claſsicos [d] non infrequens mentio ex quorum numero Athenagoras, [e] id nominis ad Muſicorum, non gymnicorum (vt Heſychius & Sudas) certaminum arbitros retulit, ſic ferè; οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν παραλιπόντες οἱ ἀθλοθέται τοὺς κιθαριστὰς τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν αὐτῶν: & longè anteà Plato in VI. [f] de legibus, eo loco quem ſermonis huius initio de athletarum nominis ſignificatione diſceptans retuli; & poſteà ibidem, μουσικῆς δὲ ἑτέρους μὲν [ἄρχοντας] τοὺς περὶ μονῳδίαν τε καὶ μιμητικὴν, οἷον ῥαψῳδῶν καὶ κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν, καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἀθλοθέτας ἑτέρους πρέπον ἂν εἴη γίγνεσθαι. & illo itidem octaui de legibus loco, quem ſuperiùs ad explicationem verborum Pollucis de muſicis agonibus expreſsi. Admodum inſcitè igitur faciunt qui athletas ab agonothetis ſeparandos putant: præſertim cùm eos Pollux diſertis verbis ita coniũxerit, vt eoſdẽ eſſe indicet; ἀγωνοθέται ἀθλοθέται (inquit) ἀγώνων διαθέται ἄθλων ἐπιμεληταί, &c. τὸ δὲ πρᾶγμα ἀγωνοθεσία, ἀθλοθεσία, &c. καὶ ἀθλοθετεῖν ἀγῶνας διατιθέναι ἀγώνων ἐπιμελεῖσθαι, quo etiam ex loco explicandum iſtud Plutarchi [g] verbum exiſtimo, παρὼν οὖν ὁ λυσίμαχος



[a] li. 2. Antholog. epigr. græco. cap. epigr. vlt.

[b] Homi. 6. ad popul. Antioch. col. 59. vide & Homil. 21. eo loco cuius verba tractatu proximo exhibebimus, vbi de probatione athletarũ diſſeretur.

[c] lib. 16. ἰουδαϊκ. ἀρχαιολ. cap. 9.

[d] Herodotũ li. 1. fol. 13. apud Stephanum Lucianum περὶ ἀπαιδεύτ. Et Hermoti Pollucẽ Onomaſt. cap. 30. li. 3. Demoſthe. aduerſus Bœoth. de nom. Plutar. Pericle. Philo Iudæ. περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων, fol. 550. ex quo verba retuli Semeſt. lib. 3. cap. 14. Heliodor. initio lib. 4. Æthiop. fo. 74. Dio Chryſoſtom. in Diogene ſuo Iſthmico, fol. 95.

[e] legat. pro Chriſti, fol. 18.

[f] fol. 764. lib. à Stephano excuſi.

[g] Demetrio.

εἰς τῶν ἀμφικτυόνων ἐπιμελητής: quod cùm Xylander ita verterit, aderat tum Lyſimachus vnus de Amphictyonum procuratoribus, ipſe reponendum puto, vnus de Amphictyonum numero agonis Pythici procurator, qui & Alytarcha: hunc verò & agonothetam, ſiue athlothetam fuiſſe, ſicut Olympicis ludis ex Hellanodicarum numero vnum ſorte ductum; augurari coniectura licet. De curatoribus autem ſiue procuratoribus ludi, muneris publici, munerum ac venationum apud Romanos; Tacitus duobus locis, & ad eum eruditiſsimus Lipſius [a] è Suetonio & lapidibus priſcis. De Alytarcha noſter Cuiacius obſeruationum 11. lib. cap. 13. vbi cum Fauorino (quem plerique omnes hactenus ſequuti) dictum ita exiſtimat; quòd alytis, id eſt maſtigophoris præeſſet. Rhabdophoros ſanè ſiue maſtigophoros ab Elœis alytas vocari, ex Etymologico ipſi Lexicographi tradidêre; quod equidem non omnino improbo. Verumtamen cùm ἀλύειν lætari ſit ἐπαίρεσθαι exultare geſtire, ac diſſolui præ gaudio (quod vtique ludis vſuueniebat, vt è Luciano & aliis inferiùs [b] dicetur) ſicuti apud Homerum [c] cùm ait,

ἢ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην.

vbi Euſtathius [d], τὸ δὲ ἀλύεις, ἀντὶ τοῦ ἐκλέλυσαι τῇ χαρᾷ· καὶ πολλὴ χρῆσις τούτου ἐν τῷ περὶ ἀλυτάρχου: propterea quòd huic publicæ ludorum lætitiæ præeſſet, ipſámque pro ſuo moderaretur arbitrio; ideò malim ſic appellatum credere: aut etiam ἀπὸ τῆς ἄλης, quam ibidem atque alibi [e] etiam Euſtathius eſſe ῥυπασμὸν ait; hoc eſt à ſordibus, quæ ſcilicet ſtrigili abraduntur ex vnctorum athletarum corporibus in gymnaſiis: alioq; nomine Græco γλοιοὶ, καὶ στλεγγίσματα, itémque τὰ ῥύπη, Latino ſtrigmenta nuncupari ſolent: vt qui ſordibus, & ramentis huiuſmodi, eundem ſudoribus, laboribúſque, ac exercitiis athleticis, quorum occaſione illa contrahuntur, ac proinde ipſis, qui vnguntur exercentur, ſudant, ſordidantur, præeſſe, meritóque ἀλυτάρχην vocari oporteat. Cuius etymi criticorum eſſe iudicium, quos hæc ætas habet vbique doctiſsimos, volo: & inſuper admonitos olei gymnaſtici huius quæ dixi ſtrigmenta magiſtratus honoris eius (qui gymnaſiarchi dicti, vt poſteà docebimus) octogenis ſeſtertiis olim vendidiſſe; Plinium [f], vt rem notam in hiſtoria ſua naturali tradere. Superioribus

[a] *in commentar. ad 13. annal. Taciti. Ad illud, Curæ ludorum Arruntio Stellæ. Videto & Smetium in appendice antiquar. inſcript. Antuerpiæ edit. anno 88. ordin. 2. fol. 152. nu. 20. & 23.*

[b] *lib. 2. cap. 30.*

[c] *Odyſſ. σ. adde & Sophoclem quem vnum lexicographi quod ſciam, citant.*

[d] *fol. 1849. num. 10.*

[e] *ad ι Odyſſ. fol. 1636. nu. 25. alio etiã nomine κονίσαλον, dici de Mercuriale diſces, alias tamen appellationes ſubticente lib. 1. art. gymnaſt. c. 8. f. 19.*

[f] *cap. 4. lib. 25. natur. hiſtor. De oleo ad gymnaſia vide quæ ſcribæ diffuſè è Galeno & aliis libro huius Agoniſt. tertio.*



rioribus Agonothetarum Athlothetarum ludicuratorũ nomine deſignatis ſcito, Αἰσυμνήτων illud honeſtiſsimũ hac ipſa, cùm de agonibus apud Phæacas agit, ſignificatione vſurpatum vocabulum ab Homero tribui; quo nomine Ariſtoteles olim à priſcis græcis monarchis appellatos, quibus poteſtatem ipſi barbari ſummam conceſsiſſent, in Politicorum libris auctor eſt [a]: ſic etenim Homerus [b] cecinit,

αἰσυμνῆται δὲ κριτοὶ ἐννέα πάντες ἀνέσταν
δήμιοι, οἳ κατ' ἀγῶνας ἐῢ πρήσσεσκον ἕκαστα
λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα.

vbi Euſtathius, ὅτι ἀγωνοθέται ἦσαν καὶ τοῖς φαίαξι τὰ κατὰ τοὺς ἀέθλους βραβεύοντες, &c. εἰσὶ δὲ αἰσυμνῆται κατὰ τοὺς παλαιοὺς βραβευταὶ, ἀγωνοθέται, ἀγῶνος ἐπίσκοποι, &c. τὸ δὲ ἐῢ πρήσσεσκον ὅ ἐστι εὐ ἔπρασσον ἤτοι διετίθεντο ἐντεῦθεν οἱ ἀγωνοθέται συνθέτως ἐρρέθησαν. Poſsis & moderatores ludorum nominatos inde colligere, quod in antiqua inſcriptione quam ab Onuphrio Panuinio Smetius [c] prodidit, aſpicimus. Q. Rapidio Q. F. Lemmulioni Moratori Ludi Circens, & agitatori faction. Venet. vixit annos LX. Rapidia ..... marito piiſsimo B. M. F. Quis enim (quæſo) pro Moratori non potiùs Moderatori, eo loci agnouerit? Eodem circa ludorum quidem & agonum impenſas cum illis iure ſub imperatoribus Romanis fuiſſe reperio, Aſiarchas & Syriarchas; alytarchis & agonothetis in principali quodam reſcripto [d] adiunctos, & cæteros quorum nomen votiua feſtiuitatis ſolemnitas olim dedicabat: vt fauore populorũ oblectamentis huius modi eliciendo, quantum liberet omnes iſti conferre in eam rem atque largiri poſſent; aliter atque iudices cuncti, quibus de more feſtiuitati ludorum intereſſe licuit: vt ne tamen ad fauorem populi emerendum tales expenſæ duos ſolidos excederent; idq; ex Honorij atque Theodoſij conſtitutione, quæ in Codice Theodoſiano extat, elicitur: in qua iudicum nomine, Conſules ordinarios & prætores intelligo, ex alio quodam Gratiani Valentiniani ac Theodoſij reſcripto [e] eiuſdem libri tit. 7.

*De Hellanodicis in margine: eorum ſeſſionis in ludis locus & aliorum. Expoſitus Pauſanias Agonothetarum ornatus purpura & ſceptrum, ſeu virga: De virga Mercurij ſeu Caduceo fabula ex Hygino præcipuè: qui correctus, itemq; priſcus fortean Horatij commentator: qui certè illuſtratur.*

Suetonij

[a] *lib. 4. c. 10. vbi de tyrannide, ἔν τε γὰρ τῶν βαρβάρων τισὶν αἱροῦνται αὐτοκράτορας μονάρχους· καὶ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἕλλησιν ἐγίγνοντό τινες μονάρχοι τὸν τρόπον τοῦτον οὓς ἐκάλουν αἰσυμνήτας. De qua ſignificatione huius nominis vide ſis Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 5. antiq. Rom. fol. 336. edit. Vvech.*

[b] *Odyſſ. θ. & ibi Euſtath. fo. 1594. & 1595.*

[c] *in appẽdice antiqu. inſcrip. ord. 2. fol. 152. nu. 24.*

[d] *Impp. Honorij & Theodoſij. l. 2. Co. Th. de expẽſ. ludorum. tit. 9. li. 15. de Aſyarchia Syriarchia Cappadocarchia, Bythyniarchia, Phœnicarchia ſcribo ad extremum c. 1. lib. 3. ſemeſt.*

[e] *l. equos. 6. de ſcenicis li. 15. Th. C.*

*Suetonij vulgata lectio aduerſus clariſſimum Lipſium aſſerta. Veſtis nomine Tunicam apud illum deſignatam. In agonothetarum ornatu itidem corona: Dionis vtriuſque Arriani etiam & Diodori explicatis locis. Popinæ theatra obſcœnaq; artificia ſacerdotibus interdicta ad margin. Rurſum de aureo Mercurij caduceo. Virgæ ſeu ferulæ maſtigophororũ: quibus & ſpectatores & athletæ coërciti, & quibus ex cauſis; è B. Auguſtino & Plutarcho, qui ſummè illuſtratur in verbis προεξανίστασθαι & ῥαπίζειν: in quo poſteriore fruſtra fuiſſe illius auctoris interpretem, ſed & ſcoliaſtem Noui teſtamenti nuperum. Rapiſmata apud Iuſtinianum. Plutarchi de virgis illis locus ab interprete neutiquam perceptus explicatur. Alter Dionis Chryſoſtomi leuiter emendatur. Tertius Philoſtrati negatione iniecta caſtigator. Thucydide interim Luciano atque Pauſania illuſtratis.*

## CAP. XIX.

PORRÒ ad læuam Hellanodicarum manũ athlothetas conſediſſe, de Luciano [a] addidiciſſe olim videor: quo loco, λυ. ἦ οὖν ποτε καὶ περὶ τοὺς ἀθλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζου, Ἑρμότιμε, διὰ ἔναγχος Ὀλυμπιάσιν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν ἑλλανοδικῶν. Ex aduerſo autem Hellanodicarum in Olympico ſtadio conſediſſe Cereris Chamynæ ſacerdotẽ ad aram albo lapide conſtructã Pauſanias [b] refert: nec enim illo agonum ſacrorum ſpectaculo arceri virgines; Deæ ſcilicet iſti dicatas, vt equidem interpretor: vbi ſic ſcriptum, ἔστι δὲ ἀπαντικρὺ τῶν ἑλλανοδικῶν βωμὸς λίθου λευκοῦ· ἐπὶ τούτου καθεζομένη τοῦ βωμοῦ θεᾶται γυνὴ τὰ ὀλύμπια, ἱέρεια Δήμητρος Χαμύνης τιμὴν ταύτην ἄλλοτε ἄλλην λαμβάνουσα παρὰ ἠλείων· παρθένους δὲ οὐκ εἴργουσι θεᾶσθαι. Athlothetas quidem & agonothetas, ex quorum etiam numero fuit Alytarcha (qui ludos quod curaret, ipſiſq; adeò præſideret, propterea illo Luciani loco Hellanodicis adiũgitur haud ita multo pòſt) purpurea veſte inſignes fuiſſe, probat iſtud eiuſdem auctoris ſub initium illius dialogi qui Anacharſis inſcribitur: vbi Anacharſim de pugilum ſpectaculo in Lyceo Athenienſi gymnaſio loquentem facit, atque hoc quoque proferentẽ; ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄρχων οὑτοσὶ διίστησιν αὐτοὺς καὶ λύει τὴν μάχην· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. Sic in ſtadio Romæ curſu virginum præſediſſe certamini Domitianum crepidatum, purpureáque amictũ toga Græcanica,

*[a] Hermotimo, f. 484. De hellanodicis, & eorũ numero ſæpius immutato Gerbellius ex Harpocratione, Suda, Pauſania ſcripſit in commentar. in deſcriptionẽ Græciæ ab Sophiano factam, vbi de Olympia. Vide ſis Philoſtratũ libr. 3. de Apollonio, f. 18. pag. 2. Aldini exempla. & Natal. Comi. lib. 5. Mytho. ca. 1. pag. 424. vbi plurima diligenter de iſtis agonib. eorumq; iudicibus expoſita permiſcet, auctore tamẽ haudquaquã citato: quod ipſe factum aut mihi aut iis qui ad Lydiũ vetuſtorum lapidem, recentiorũ ſcripta & opiniones mecum explorare ſolent, nunquam probauerit. Primũ Olympicorum ludorum iudicẽ ab Hercule ipſorum auctore conſtitutum iuſtitiæ & pietatis ergò Ætolũ Oxylũ Strabo lib. 8. Et Pauſanias Eliacis docent. Neronẽ aurigaſſe plurifariam, Olympiis verò etiam decemiugẽ, quamuis id ipſum in rege Mithridate carmine quodã ſuo reprehendiſſet Suet. tradit, c. 24. Cætera de Hellanodocis perſequor, c. 23. & 24. lib. 3. & hoc ipſo lib. 1. cap. 26. inf.*

*[b] Eliac. 2. fol. 15. Aldin. lib.*



Græcanica, geſtantem capite coronam auream Suetonius [a] tradit. Dio quoque, ἐπεὶ ἔν γε τῇ νεαπόλει (ait [b] de Claudio Imperat. loquens, &c. ἑλληνικῶς, &c. διητᾶτο καὶ ἐν μὲν ταῖς τῶν μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας· ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε.

Præterea inſigne aliud magiſtratus vel imperij cuiuſdam habuiſſe, virgam nempe ſiue ſceptrum manu tenuiſſe; colligo ex vno poëticôn aſtronomicôn licet corrupto; qui tamen è ſuperioribus facilè caſtigari poſsit, atque reſtitui apud Hyginum [c] loco: vbi ſic ſcriptum de Mercurij virgula quam ab Apolline muneri acceperat, ob conceſſam ei licentiam dicendi ſe lyram inueniſſe; nẽpe quod cùm eam manu tenens, & in Arcadiam profectus duos dracones vidiſſet inter ſe coniuncto corpore alium appetere, vt qui dimicare inter ſe viderentur, virgulam inter vtrumque proiecit: itaque diſceſſerunt. Quo facto eam virgulam pacis cauſa dixit eſſe conſtitutam: vnde intelligimus iſtud Orphei [d] de Mercurio manibus inculpatum pacis telum ſiue inſtrumentum tenente,

Ὃς χείρεσσιν ἔχεις εἰρήνης ὅπλον ἀμεμφές:

quod ad caduceum ſcilicet ſpectat, virgulam pacis cauſa conſtitutam; diuerſam vtique ab illa, quam ſubterraneo ſiue inferno Mercurio idem ipſe alio loco [e] tribuit, ſic ferè:

Αἰνομόροις ψυχαῖς πομπὸς κατὰ γαῖαν ὑπάρχων
Ἃς κατάγεις ὁπόταν μοίρης χρόνος εἰσαφίκηται
Εὐιέρῳ ῥάβδῳ θέλγων ὑπνοδότιδι πάντα
Καὶ πάλιν ὑπνώοντας ἐγείρεις.

Et caduceum quidem illum, de athletis, quos aleipta exerceret agens alicubi Arrianus [f] ita in memoriam reuocat; vt aureum fuiſſe non tam neget, quàm ſubobſcurè id quod verũ eſt ſignificet, his admodum verbis: γυμνάζει με τὸ δύσγνωμον, τὸ ἐπιεικές, κακὸς πατὴρ αὐτῷ. ἀλλ' ἐμοὶ ἀγαθός. τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ ἑρμοῦ ῥαβδίον· οὗ θέλεις φησὶν ἅψαι καὶ χρυσοῦν ἔσται. οὔ. ἀλλ' ὃ θέλεις φέρε. &c. φέρε λοιδορίαν, δίκην τὴν περὶ τῶν ἐσχάτων. πάντα ταῦτα τῷ ῥαβδίῳ τοῦ ἑρμοῦ ὠφέλιμα ἔσται. Horatius [g] ante ipſum clariſsimè oſtenderat, ſic Mercurium affatus inter cætera:

Tu

*[a] in eius vita cap. 4.*

*[b] lib. 68. fo. 454. edit. Rob. Stepha.*

*[c] C laud. Hygin. lib. 2. poëti. aſtronom. in Lyra, vbi de Virga Mercurij ſerpentib. nexa. De qua Fulgentius Mytholo. li. 1. vbi de Mercur. Virgæ huius ab Apolline pro Lyra datæ Mercurio, non tamen ſerpentium Euſtathius meminit apud Homer. Iliad. ω. fol. 1363. ad illud, εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει.*

*[d] In hymno, cuius titulus ἑρμοῦ θυμίαμα λίβανος.*

*[e] in hymno, cuius titulus ἑρμοῦ χθονίου θυμίαμα στύρακα. Meminit Iulianus Imperator in extremo cuiuſdam epiſtolæ ad Iãblickum fol. 295. πρέπει δὲ ἑρμοῦ λογίου μαθητὴν εἰ δὲ βούλει τρόφιμον ὄντα σε μαθητὴν ἐκείνου, ῥάβδον οὐκ ἐν τῷ καθεύδειν τρίβειν, ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μᾶλλον ἐθέλειν μιμεῖσθαι. Et in altera epiſtola ad eundem fol. 296. καὶ οἷον ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας. Meminere Lucian. atque Virgil. ille in mortuorum dialogis: hic Æneid. lib. 4. poſt Homer. Iliad. ω. & Odyſſ. ω.*

*[f] in epicteto lib. 3. cap. 19. ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς ἔστιν ὠφελεῖσθαι.*

*[g] lib. 1. carmin. Od. 10. ad Mercurium in extremo; vbi Lambinus χρυσόρραπιν ideò dictum Mercurium peritè adnotat.*

*Tu pias lætis animas reponis*
*Sedibus: virgáque leuem coërces*
*Aurea turbam, ſuperis Deorum*
*Gratus & imis*

adiicit illicò Hyginus, nonnulli etiam cùm faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, quod initiũ Mercurio fuerat pacis. Eius exemplo & athletæ & in reliquis eiuſmodi certationibus virgula vtuntur. Vbi mendum eſſe aio in Athletæ vocabulo; & legendum Athlothetæ, non peſsimus (in hoc quidem genere literarij agonis) Hellanodica ſeu Crita cenſeo: ſicut è contrario apud priſcum Horatij commentatorem in Antuerpiana Plantini gnariſsimi ac diligentiſsimi typographi officina editum à Cruquio, pro agonotheta reponendum agoniſta, vel athleta: vbi ad illud Horatij ſcribit, de quo poſteà dicturi ſumus libro huius Agoniſtici tertio,

*Qui ſtudet optatam*, &c.

Niſi potiùs Agonothetę nomine appoſito, id ſenſit ſcoliaſtes, præceptum huiuſmodi velut ab agonotheta quopiam emiſſum accipi debere, cui ius athletas probandi fuit, quemadmodum altero à proximo ſermone demonſtrabitur. Virgam autem illam quam athlothetæ, alytarchæ, munerarij iure magiſtratus quopiam ferrent, cum caduceo Mercurij

*(Aurea cui torto virga dracone nitet.*

ſicuti Martialis canit) ſimilitudinem habuiſſe, non Hyginus modò auctor eo loci, ſed aſſertor etiam atque adſtipulator Dio [a]; qui coronatum Commodum Imp. in theatrum veniſſe cætero etiam Grecanico atq; athlothetico habitu, quamquam ſumptuoſiore amictum, virgulam itidem geſtaſſe ſcribit: ἐσιὼν δὲ ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστον χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων ἰνδικῶν, καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, κηρύκειόν τε τοιοῦτον φέρων ὁποῖον ὁ ἑρμῆς: & ſtatim αὐτὸς δὲ ἐν τῷ τοῦ ἑρμοῦ σχήματι εἰσῄει τε ἐς τὸ θέατρον καὶ ἀπορρίψας τὰ ἄλλα οὕτως ἐν τῷ χιτῶνι ἀνυπόδετος ἔργου εἴχετο. Et placet quod ait ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστον, χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, vt non modò chlamydem purpuream totam auro intertextam ad τηβέννου ἢ χιτῶνος λευκοῦ περιπορφύρου togæ, ſiue tunicæ albæ purpura prætextæ differentiam: de quibus inſignibus pleniſsimè actum pridem eſt

[a] *apud Xiphilinum abbreuiatorem Dionis in Commodo, f. 177.*



in priore ad ſecundum caput de origine iuris tractatu, eorum quos commentario Regularum iuris appoſui. Nam ex eo apparere ſatis exiſtimo, nihil in Suetonio [a] immutandũ, quicquid exiſtimet cenſor ille Criticorum eximius Lipſius [b], vbi de Neronis hieronicæ tranſuectione triumphali, & in veſte purpurea, diſtinctaq; ſtellis aureis chlamyde. Veſtis quippe generali nomine, Interior illa quæ tunica Latinis ὁ χιτὼν græcis dicitur intelligenda omnino eſt, alia ſcilicet à Chlamyde (vt in illo Dionis loco) ſed & hoc diuerſa quod nempe chlamys præter quam quod purpurea tota, ſtellis etiam aureis diſtincta fuerit: cùm vtraque Domitiani veſtis, tam interior illa, quàm chlamys aurum intertextum habuerit. Vtraque tamen græcũ in morem non prætexta purpureo panno quæ περιπόρφυρος eſt, ſed ὁλοπόρφυρος tota purpurea: quam & Græcanicam & totam purpureã non dubito quin illo quem ſuperiùs attuli loco, agens de Domitiano virginum curſui præſidente in ſtadio Suetonius nullo alio addito chlamydem intelligens; vt vel hoc, vel generale Veſtis nomen ſubaudiri debeat, Totam (inquam) non Togam ſcripſerit: quod minimè percepiſſe Lipſium, quãuis Togæ nomen ibi ſe ſatis concoquere non poſſe oſtenderit, mirarer profectò; niſi pleriſq; aliis primi nominis inter literatos & loci viris, quò ſe magis eſſe Lyncæos opinantur, hoc hallucinatos magis & in errores fœdiores non ſemel prolapſos fuiſſe, haberem præ manibus vnde comprobare (ſi otium ſuppeteret, aut niſi alia cogitaret animus) quirem. Sed hoc quidem aliâs commodiùs.

Nunc quod agimus apud Dionem illum alterum quod expreſsi placet atque animaduertendum moneo περὶ στεφάνου de corona; quam nec Imperatorio tantum iure, ſed agonothetico etiam ex more illorum, qui ludis præſiderent in antiqua græcia, geſſerit Imperator: & Corinthij quidẽ Iſthmiis ludis eo fuiſſe ornatu agonothetas; probãt hæc Dionis Chryſoſtomi [c] verba ſcilicet, quibus Diogenes lictores illos ſiue rhabduchos & miniſtros, qui ad ſe ab athlotetis Iſthmiacis miſsi fuerant, vt coronam deponere quam ſumpſerat iuberent; ipſe affatus eſt: ταῦτα οὖν ἀπαγγέλλετε τοῖς πέμψασι καὶ ὅτι αὐτοὶ παρανομοῦσιν. οὐ γὰρ νικήσαντες οὐδένα ἀγῶνα περιέρχονται στεφάνους ἔχοντες, καὶ ὅτι ἐνδοξότερα πεποίηκα τὰ ἴσθμια καταγελάσας

[a] *Nerone c. 29.*

[b] *in commen. ad 14. annal. Taciti ad illud, Græci amictus quos per eos dies plerique inceſſerant.*

[c] *in Diogen. ſiue Iſthmico, fol. 95. pag. 2. Ald. exẽpl.*

αὐτὸς τὸν στέφανον. Quo etiam referendum exiſtimo, quod Chariclæa Dianæ ſacerdos apud Heliodorum; eo Æthiopicôn [a] loco, vnde alia libro tertio [b] proponam: quæ agones in abdicando annuo illo ſacerdotio Deli exhibere, publicumq; parare conuiuium de more decreuerat, cùm ad littus tandem immanibus agitata procellis appuliſſet, epulúmque gratiarum Diis agendarum ergò celebraret; è coronæ ac infularum amictu ſacerdos eſſe à Thyami exiſtimatur atque deprehenditur: cuius hæc verba ſunt apud Heliodorum; ὃ γὰρ μέγιστόν ἐστι τῶν εἰρημένων ἱερεία θεῶν τινὸς εἶναί μοι φαίνεται· τὴν γοῦν ἱερὰν στολὴν καὶ τὰ στέμματα μεθεῖναι καὶ δυστυχοῦσα δεινὸν καὶ οὐ θεμιτὸν ἡγεῖται: eodémque, ac magis etiam iſtud, pertinere deputo; quod apud Arrianũ [c] legitur de quopiam Neapolitani agonis ſacerdotium affectante ſermoneſq; cædente cum Epicteto: vbi nomen ſuum in acta redactum iri à ſcribis publicis dixiſſet, ſicut ex iis quæ libro tertio ad finem proferemus verbis intelligetur. Quæſiſſe namque philoſophum quãuis dum viueret notus eſſe omnibus ea ratione quiret, quid huius, ipſo denique mortuo fieret. Reſpondiſſe manſurum ſuum nomen, & coronam auream à ſe geſtatum iri; iure illo ſcilicet ſacerdotis prouincialis, immò etiam Vrbani [d] agonothetico: εἰ γὰρ καὶ νῦν δύνασαι παρεῖναι πᾶσιν (ait) ἐὰν ἀποθάνῃς, τί ποιήσεις; μένει μου τὸ ὄνομα· ἄγε, λέξω γὰρ Νικοπόλεως, τίς σου μνεία, ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω, εἰ ἅπαξ ἐπιθυμεῖς στεφάνου, ῥόδινον λαβὼν περίθου: ὄψει γὰρ κομψότερον. Ad agonothetarum etiam, aut hellanodicarum apud Olympiam coronas pertinere arbitror, quod de conuentu illo celebri apud Elidem habito (cùm Elæis controuerſiã dudum, huius rei Piſatæ facerent) circa Olympiadem quartam & centeſimam commiſſum inter vtroſque prælium acerrimum, quo Piſatæ, cum auxiliaribus Arcadibus ſuperiores extiterint præſentibus atq; inſpectãtibus quietè, ac ſine periculo Grecis qui ad ferias illas Olympiacas conuenerant coronatis, Diodorus Siculus [e] in hæc verba memorat: Πισᾶται μὲν ἀνανεωσάμενοι τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῆς πατρίδος καί τισι μυθικαῖς καὶ παλαιαῖς ἀποδείξεσι χρώμενοι, τὴν θέσιν τῆς Ὀλυμπιακῆς πανηγύρεως αὐτοῖς προσήκειν ἀπεφαίνοντο, &c. ἀντιστάντων δὲ τῶν

[a] lib. 1. pag. 19. & 20.

[b] cap. 26. vbi de locis agonum.

[c] lib. 1. de ſermone. epicteti c. 15.

[d] nam & apud Romanos ſacerdotum quoq; ac pontificũ hoc ius fuiſſe ludos curãdi & ipſis præſidẽdi ex illo Herodiani loco apparet, in quo caſtigãdo ſuperius fui: & ex iis quæ ſcripſi lib. 3. Semeſtr. cap. 1. ad extremum, & in hoc lib. Agoniſt. c. 22. ſub initiũ. Iulianus tamen Cæſar qui & παραβάτης ſuos ſacerdotes (ethnicos licet) ad ſpectacula & popinas vetuit accedere, hac de re ad Arſaciũ Galatiæ archierea ſcribens ſub initium epiſtolæ in fol. 325. ſic ferè ἔπειτα παραινετέον ἱερέα μήτε θεάτρῳ παρεμβαίνειν μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστου (ſic malo, pro αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστους) προΐστασθαι. Quod vtinam ſibi etiam & longè maiori ratione per ſacros canones prohibitũ Chriſtiani ſacerdotes recordarentur: id quod Clemẽs ipſe Romanus prodidit 8. lib. conſtitut. Apoſt. cap. 32. vnde prolata verba ſupra cap. 3.

[e] lib. 15. Biblioth. fol. 497.



Ἠλείων πανδημεὶ συνέστη μάχη καρτερά· θεωμένων τὴν μάχην τῶν παρόντων ἐπὶ τὴν πανήγυριν Ἑλλήνων ἐστεφανωμένων καὶ μεθ' ἡσυχίας ἀκινδύνως ἐπισημαινομένων τὰς ἑκατέρωθεν ἀνδραγαθίας· τέλος Πισᾶται νικήσαντες ἔθηκαν τὸν ἀγῶνα, καὶ τὴν ὀλυμπιάδα ταύτην ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι διὰ τὸ δοκεῖν βίᾳ καὶ ἀδίκως διατεθεῖναι. Quod enim de græcis coronatis tradit, non ad quoſcunque, ſed ad ludorum moderatores, curatores, ac iudices, athlothetas inquam & agonothetas pertinere ſtatuo: Tum iſtud tertium illo quem exhibui Dionis loco adnotãdum cenſeo, περὶ τοῦ κηρυκείου καὶ τοῦ σχήματος τοῦ Ἑρμοῦ, de figura Mercurij; quam gerebat ipſius nimirum vice moderaturus Imperator ludos; quorum eſſe præſidem illum ἐναγώνιον Deum paulo ante [a] diximus: qua etiam ratione ipſis ludis, cum Herculis honori conſtet gymnicos quidem, & gladiatorios exhibitos Leoninam pellem cum claua, quæ in procedendo ipſi præferebantur inſignia, deponi aurea ſella ſe quoque abſente voluiſſe, idem hiſtoricus retulit [b]. Virgis autem; aliis ab illa ferulis ſcilicet, flagríſque maſtigophori hellanodicis, athlothetis, atque deſignatoribus obſecundantes, ipſorúmque imperium in ludis exequentes aduerſum eos qui turbarent, prætérve ordinem ac morem ſacrorum ludorum quidpiam agerent, in ſtadio vti: ſed & ipſi gymnaſiarchi, atque Xyſtarchi coërcere iuuenes & caſtigare, cùm opus foret, in gymnaſio & xyſto ſoliti. In ſtadio quidem ſacríſque agonibus, ſi qua eſſet inter agoniſtas, pugiles (puta) vel pancratiaſtas ſegniùs, ac veluti ſuſpenſo bracchio contendentes colluſio; præſertim verò ſi de ipſa populus in ſuſpicionem veniens parari & expediri virgas clamore, fremituq; ſuo peteret, aut ſi quis ante ſignum committendi certaminis datum, atque adeò maturiùs quàm oporteret ad decertandum ſurrexiſſet, ipſamq; pugnam inchoaſſet. Vnde D. Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus [c] aduerſus iſta ſpectaculorum genera inuectus; Studiis autem ſpectaculorum fiunt dæmonibus ſimiles clamoribus ſuis incitando homines, vt ſe inuicem cædant, ſecúmque habeant contentioſa certamina, qui ſe non læſerunt dum placere inſano populo cupiunt. Sequitur ſtatim, quod ad rem pertinet qua de agimus; quos ſi animaduerterint eſſe concordes, tunc eos oderunt & perſequuntur, & tanquam colluſores, vt

[a] cap. 16. & 17.

[b] ἡ γὰρ λεοντῆ τό, τε ῥόπαλον ἔν τε ταῖς ὁδοῖς προεφέρετο, αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου ἐπιχρύσου εἴτε παρῇ εἴτε καὶ ἀπῇ ἐτίθετο.

[c] cap. 16. fo. 302. editio. Antuerp. tom. 4.

 fuſtibus

fuſtibus verberentur exclamant: & hanc iniquitatem facere etiam vindicem iniquitatum iudicem cogunt, &c. quæ inferiùs ad extremum ſecundi libri proponam, vbi de acclamationibus diſceptabitur. Cauſæ alterius ob quam in athletas verberibus olim fuiſſe vindicatum admonui, teſtimonium ille nunquã ſatis laudatus à me Plutarchus [a] exhibet: apud quem cùm languidiorem, molliorémque ad ſuſcipiendi belli periculum Eurybiadem, claſsis ob dignitatem Spartæ Imperatorem Themiſtocles vrgeret, huic ille dixiſſe fertur; ὦ Θεμιστόκλεις ἐν τοῖς ἀγῶσι τοὺς προεξανισταμένους ῥαπίζουσι. Vbi duo notanda offerunt ſeſe: alterum quidem circa verbum προεξανισταμένους, quod eo Pollucis [b] loco illuſtrari poſſe moneo, vt de curſoribus potiſsimùm in ſtadio, Eurybiadis verbum interpretemur, in quo τὸ προεκπηδᾶν (ait) προανίστασθαι Στράττις εἶπε, τί ὅτι ὥσπερ οἱ σταδιοδρόμοι προανίστασαι; Porrò autẽ iſtud, quod perperam Cruſerium interpretem, alioqui doctiſsimum arbitror, τὸ ῥαπίζειν non virgis, ſed alapis cædere ibi reddidiſſe; virgarum fortaſſe iſtarum immemorem: quemadmodum è contrario, huius loci auctoritate nixum Theodorum Bezam aliquot Euangelij ſacroſancti locis [c], ne à vulgata & à catholicis recepta verſione latina non diſcedat; ῥαπίζειν bacillis cædere interpretatum, omnino ineptè ſi quid ipſe iudico: præſertim illo [d] vbi maxillæ fit mẽtio, quam non bacillis vſpiam gentium verberari, ſed pugnis, alapíſve ductis cædi ſolitam, ignorat nemo [e]. Rhapiſmata quæ iniurioſa in emancipationibus, & imaginariis manumiſsionibus ait Iuſtinianus: alaparum contumelias dixiſſe Tertullianum; in tertio eorum, quos commentario Regularum iuris noſtro adiunctos videre eſt, tractatu docuiſſe [f] me recordor: ab iis autem colaphos, ſiue condylos diſtingui, quod hi non explicatis ſed cõtractis in pugnum digitis ducantur; apud Matthæum [g] ipſe Theophylactus auctor eſt. Denique vt hac de re nihil addam præterea (piget enim, tædétque me in grammaticalibus hiſce minutiis tamdiu immorari) Suidas ipſe [h] τὸ ῥαπίσαι non aliter quàm diximus expoſuit; cuius hæc verba ſunt, πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί, ὃ λέγουσι καὶ ἐπὶ κόρρης.

Ad gymnaſiarchorum virgas vt redeam, de his agere Plutarchum in Antonio memini: quo loco palliatum ipſum poſitis

*[a] vide Plutarc. Themiſt fol. 213. & 214.*

*[b] Onomaſt. lib. 3. cap. 30. vbi περὶ δρόμου. col. 188.*

*[c] B. Matt. Euãg. cap. 26. verſ. 67. Marci cap. 14. ver. 65. & Ioan. c. 25. verſ. 22. ſed & Matth. cap. 5. verſ. 39.*

*[d] d. verſ. 39. vbi, ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, vbi vide ſi vacat Iſaaci Caſauboni notas in quib. Nonnus & gloſſarium citãtur.*

*[e] de capite quidẽ Domini Ieſu arundine cæſo à Pilati coborte illudente apud B. Matth. legitur c. 27. ἔλαβον τὸν κάλαμον καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.*

*[f] ad l. D. de orig. iur.*

*[g] c. 26. vbi Theophylact. fol. 121. κολαφίζειν δέ ἐστιν τὸ διὰ τῶν χειρῶν πλήττειν συγκαμπτομένων τῶν δακτύλων καὶ ἵνα ἀφελέστερον εἴπω διὰ τοῦ χάνδου κονδυλίζειν.*

*[h] in ῥαπίσαι.*



ſitis domi inſignibus imperij & phæcaſiatum ad gymnicos ludos, vt gymnaſiarchum apud Athenas proceſsiſſe, cum gymnaſiarcharum virgis; & ſelectos à ſe ad certamen iuuenes denudaſſe vel etiam verberandos reſupinari per maſtigophorum (vt fit) iuſsiſſe; quò gymnaſiarcham immò pædotribam ageret (cùm pueri ſe forſitan immodeſtiùs geſsiſſent) ſcribit: alterutrum enim malo, quàm, Correptos iuuenes vbi ſatis decertaſſent diremiſſe ipſum interpretari, cum illo quem antè nominaui Cruſerio; quando iſta Plutarchi verba omnino ſunt, ἐγυμνασιάρχει δὲ Ἀθηναίοις καὶ τὰ τῆς ἡγεμονίας παράσημα καταλείπων οἴκοι μετὰ τῶν γυμνασιαρχικῶν ῥάβδων ἐν ἱματίῳ καὶ φαικασίοις προῄει καὶ διαλαμβάνων τοὺς νεανίσκους ἐτραχήλιζε [a]. Athletas quidem illos qui exercẽdo ſeſe contra morem agoniſticum quidpiam admiſiſſent, peccaſſéntque; caſtigari verberibus, pœnáſque dare ſolitos Dio Chryſoſtomus [b] docet: ſic admodum ſcribens, τὸ γὰρ συμβαῖνον ὅμοιόν ἐστι τῷ περὶ τοὺς ἀθλητὰς ὅταν ἐλάττων πρὸς πολὺ μείζω μάχηται (ſic lego pro μάχηται) τῷ μὲν γὰρ οὐδὲν ἔξεστι παρὰ τὸν νόμον, ἀλλὰ κἂν ἄκων ἁμαρτῃ τις, μαστιγοῦται τὸν δ' οὐδεὶς ὁρᾷ πάνθ' ἃ δύναται ποιοῦντα. Qua de re ex Galeno; Arriano, aliis, libri tertij cap. 17. (vbi de ſeruis ad ſacros agones non admiſsis verba faciemus) longè commodiùs diſſeretur. De virgis Hellanodicarum aut qui eis apparerent maſtigonomorũ Syneſius [c] περὶ προνοίας ita, vt noſtram de illo Plutarchi loco poſteriorem explicationẽ prorſus confirmare videatur; εἰ δέ τις εἰς τὴν σκηνὴν εἰσβιάζοιτο ἐπὶ τοῦτον ἑλλανοδίκαι τοὺς μαστιγοφόρους ὁπλίζουσι. Sed & Pauſanias Eliacis [d] vbi de Licha illo, de quo ſuperiùs egi Lacedæmonio, qui ſuum aurigam velut ſi Thebani cuiuſpiam foret, ad curule certamen recipi curauerat, victorémque coronauerat; propterea verberato: τὸν δὲ ἡνίοχον νικήσαντα ἀνέδησεν αὐτὸς ταινίᾳ, καὶ ἐπὶ τούτῳ μαστιγοῦσιν αὐτὸν οἱ ἑλλανοδίκαι. Qua de re ita ſcriptum à Thucydide [e] commemini, vt eius verba (quæ ſatis obſcura mihi viſa) non poſsim tenere me, quin ſuperioribus, quò inde lucem accipiant, adiungam: δέος δὲ ἐγένετο τῇ πανηγύρει μέγα μὴ ξὺν ὅπλοις ἔλθωσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ καὶ Λίχας ὁ Ἀρκεσιλάου Λακεδαιμόνιος ἐν τῷ ἀγῶνι ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβεν ὅτι νικῶντος τοῦ ἑαυτοῦ ζεύγους, καὶ ἀνακηρυχθέντος Βοιωτῶν δημοσίου κατὰ τὴν οὐκ ἐξουσίαν τῆς ἀγωνίσεως

(Lacedæ

*[a] hoc Verbũ τραχηλίζειν luctatorium & pancratiaſticum eſſe ſuperiꝰ docui, c. 11.*

*[b] Tarſico 2. fol. 280. Aldin. libri, pag. 2.*

*[c] in Ægypt. ſect. 2. in fin.*

*[d] in 2. Eliac. ſub init. vbi, λίχας δὲ εἰργομένων τηνικαῦτα τῶν ἀγώνων Λακεδαιμονίων καθῆκεν ἐπὶ ὀνόματι τοῦ Θηβαίων δήμου τὸ ἅρμα τὸν δὲ ἡνίοχον, &c.*

*[e] lib. 5. fol. 182. edit. Steph.*

(Lacedæmoniorum ſcilicet) προελθὼν ἐς τὸν ἀγῶνα ἀνέδησε τὸν ἡνίοχον βουλόμενος δηλῶσαι ὅτι ἑαυτοῦ ἦν τὸ ἅρμα· ὥστε πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐπεφόβηντο πάντες καὶ ἐδόκει τι νέον ἔσεσθαι· οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι ἡσύχασάν τε καὶ ἡ ἑορτὴ αὐτοῖς οὕτω διῆλθεν. Cæſum adeò virgis Licham in ſtadio à brabeutis, ſeu deſignatoribus ob eiuſmodi temeritatem, idq; ex Hellanodicarum authoritate; Thucydides Pauſaniæ adhibitus oſtendit. Atq; ob ſimile iſti factum ſcilicet, cùm Teletiam puerum Pythionicam Sicyonij velut ſuum qui Cleonenſis erat coronatum Pythiis abduxiſſent; Pythius Apollo illis opus eſſe maſtigonomis, eo apud Plutarchum loco dixit; vnde ſumpta verba tertio Agoniſtico [a] exhibebimus, vbi de pueris agoniſtis diſceptabitur. Earum denique virgarum huiuſmodi expediri ſolitarum, cùm opus foret aduerſus agoniſtas, vt Circenſium, atque gymnicorum, de quibus dictum eſt ita Muſicorum certaminum; meminit Lucianus [b] de Tarentino Euangelo imperitiſsimo citharœdo agens, qui Pythiis in theatrum de corona cum aliis duobus æmulis decertaturus eſcenderat, amictu atque ornatu ita ſplendido, vt ſpectatorum ad ſe oculos reuocaret: cùm autem citharam quatere canereque cœpiſſet, omnibus ludibrio fuiſſe, ipſiúſque temeritatem verberibus athlothetarum iuſſu à maſtigophoris (ita enim accipienda Luciani verba ſunt) coercitũ; donec ipſo theatro lachrymabundus perq; ſcenam mediam fœdatis ſanguine cruribus traductus expelleretur: ἐπειδὴ ποτε καὶ ᾆσαι καὶ κιθαρίσαι πάντως ἔδει, ἀνακρούεται μὲν ἀνάρμοστόν τι καὶ ἀσύντακτον· ἀπορρήγνυσι δὲ τρεῖς ἅμα χορδὰς, σφοδρότερον τοῦ δέοντος ἐμπεσὼν τῇ κιθάρᾳ· ᾄδειν δὲ ἄρχεται ἀπόμουσόν τι καὶ λεπτὸν ὥστε γέλωτα μὲν πάντων γενέσθαι τῶν θεατῶν. τοὺς ἀθλοθέτας δὲ ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τῇ τόλμῃ μαστιγώσαντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν τοῦ θεάτρου. ὅτε περ καὶ γελοιότατος ὤφθη δακρύων ὁ χρυσοῦς Εὐάγγελος καὶ ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων συρόμενος διὰ μέσης τῆς σκηνῆς καὶ τὰ σκέλη καθῃματωμένος ἐκ τῶν μαστίγων καὶ συλλέγων χαμόθεν τῆς κιθάρας τὰς σφραγίδας. ἐξεπεπτώκεσαν γὰρ κἀκείνης ξυμμαστιγουμένης αὐτῷ, &c. quæ 25. huius libri capite, ac ſequentis quarto & viceſimo proponam. Meminit etiam Philoſtratus [c] quo loco, δέδιεν ὁ χρηστὸς Νέρων (inquit) τὰς Ἠλείων μάστιγας. παρακελευομένων γὰρ αὐτῷ τῶν κολάκων νικᾶν τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἀνακηρύττειν τὴν Ῥώμην· ἤνγε, ἔφη, μὴ βασκήνωσιν Ἠλεῖοι. λέγονται γὰρ μαστιγοῦν καὶ φρονεῖν ὑπὲρ

[a] in ipſo initio capitis 9.

[b] in libello περὶ ἀπαιδεύτου, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνουμένου.

[c] lib.6.de Apoll. vita.



ὑπὲρ ἐμέ. Sic enim addito abnutiuo articulo, vel ἤνγε μὴ ἔφη με, legendum aſſeuero; vbi vulgati codices habent, ἤνγε ἔφη με βασκήνωσιν, hoc autem ait ſcilicet, Neronem cùm in theatrum, vel Odæum cantandi, atq; ad citharam recitandi cauſa prodiret; ſibi, ſi vinceretur, aut in obſeruatione Muſicorum νόμων deficeret, ab Elæorum flagris timuiſſe; tam agonothetarum ſeu Hellanodicarum, quàm maſtigophororum: quos etiam datis clanculum pecuniis ne deprehenſus verberaretur, fuiſſe demeritum Dio [a] prodidit; ſic ferè, τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενον καὶ χρήματα αὐτοῖς κρύφα ἅπασιν ἀναλίσκοντα μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ: quod ipſum ab Antonino Caracallo itidem factum, vbi currus in circo Romæ agitaſſet, libertóque velut agonothetæ virgam tenenti venerabundum ſupplicaſſe; ſtipémque rogaſſe, tanquam vnum aliquem è vilium aurigarum numero memorat: ſic ferè, ἡρματηλάτει δὲ τῇ Οὐενετίῳ στολῇ χρώμενος, &c. ἀγωνοθέτην δὲ ἢ τῶν ἐξελευθέρων τινὰ ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐκάθιζεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκηται. προσεκύνει τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων ᾔτει. Vt minimè mirũ ſit, ab Heliogabalo illo Sardanapalo Auito Pſeudantonino id ipſum poſteà præſtitum, quod in eius vita Xiphilinus iiſdem ferè verbis ex Dione retulit; quæ ideò piget exſcribere hoc loco.

[a] vide Xiphilin. Neron. pag. 176. & Suetoniũ quoque in eius vita cap.23 Quã autem trepidè anxieq; certauerit, quanta aduerſariorũ æmulatione, quo metu iudicum, vix credi poteſt. Aduerſarios, &c. ſi qui arte præcellerent corrũpere etiam ſolebat. Iudices autẽ prius quàm inciperet reuerẽdiſſimè alloquebatur.

*Adhuc de virga gymnaſiarcharum. Taciti caſtigatio in margine obiter indicata. Sidonius ope manuſcripti Cluniacenſis emendatus. Tentata inſuper altera ex ingenio apud ipſum caſtigatio. Nexus luctatorum, & pancratiaſtarum non pugilum.* Ἅμματα, *Græci; Nodos etiam Lucanus, Ligaturas dixit, Ambroſius. Vnde catenatæ palæſtræ Papinio. Virga iudicum Athenienſium inſigne, ſeu baculus ab Homero ſceptri vocabulo deſignatur. Olim geſtabatur & à præconibus qui eis aderant...*

## CAP. XX.

QVOD de virgis gymnaſiarchorum dixi, ne ſic accipito, tanquam virgam illam Mercurialem ferendi ius non haberẽt: ſicuti athlothetas, & hellanodicas oſtendi ſuprà. Nam & hoc ipſos habuiſſe ad moderãdas iuuenum exercitationes, iſtóque velut imperij cuiuſdam ſigno compeſcendas; obſcœnóſve corporis motus, & geſtus haud viriles (quomodo de hiſtrionibus Tacitus [b] loquitur) hoc eſt immodeſtos, atque impudicos: alia denique iſtis ſimilia, ſine

[b] lib. 14. annal. fo.361. edit. Plantini ann.81. apud quẽ repono Moꝛes pro Modos: coniecturæ meæ rationẽ in eclogis ad Tacitum, quas & ad alios hiſtoricos paro redditurus.

virgarum admonitione corrigenda Sidonius quidem alicubi [a] diſertis verbis ita ſcribit, de agonis pictura quapiã, vt quod dico manifeſtiſsimè comprobare videatur; Abſunt lubrici, tortuoſiq; pugilatu (inquit) palæſtritæ, quorum etiam viuentium luctas ſi inuoluantur obſcœnius, caſta confeſtim gymnaſiarchorum virga diſſoluit. Sic lego, quemadmodum peruetuſtus meus manuſcriptus habet (qui liber olim ſodalium Cluniacenſium fuit) extra omnem controuerſiam rectiſsimè, vt pictis, de quibus loquitur, viuentes ſcilicet opponat: pro eo quod impreſsi omnes codices præferunt Iuuenum. Intereà ibi, ne quid ſciens præter eam dolo malo, quod cuipiã ſcrupulum moueat; malim ſcriptum pro pugilatu, Luctatu aut Lucta vel etiam Pancratio. Ad luctatores etenim nexus ille tortuoſus propriè pertinet atque pancratiaſtas, ſicuti obiter à me ſuperiùs [b] notatum fuit; quam poſsis græco, iuxta id quod antè à Philino apud Plutarchum retuli, vocabulo ἀναμίγνυσιν καὶ συμπλοκὴν, vel ἅμμα vtique, cum Heliodoro [c] & iuxtà gloſſarium vetuſtum (in quo [d] ſic eſt, Nexum ἅμμα ἐπὶ πάλης δεσμός) atq; cum Plutarcho ipſo in Fabio [e] eo loco, quem cap.14. attuli, ἅμμα καὶ λαβὴν, aut Latino eiuſdem poteſtatis altero, cum Ambroſio ligaturam dicere. Igitur hoc Nexus vocabulum Lucanus [f] Herculis cum Antæo luctam, ſiue pancratium accuratè deſcribens vſurpauit his verſibus,

*Conſeruêre manus, & multo bracchia nexu*
*Colla diu grauibus fruſtra tentata lacertis.*

Et ſtatim:

*Intumuêre tori, totóſque induruit artus*
*Herculeóſque nouos laxauit corpore nodos.*

Vbi Nodorum nomine illud Nexus vocabulum deſignatur, quod Achelous Ouidianus de ſua cum Hercule colluctatione verba faciens protulit [g].

*Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo*
*Bracchia, vix ſolui duros à corpore nexus.*

Et Statius Papinius [h] de Agyllei cum Tydeo lucta ſiue pancratio agens,

*Circuit errantem, & tergo nec opinus inhæret*
*Mox latus, & firmo celer implicat ilia nexu,*
*Poplitibus, genua inde premens euadere nodos*

[a] epiſto. 2. lib.2. epiſtol.
[b] c. 9. huius lib.
[c] lib.10. Æthiopicôn, vnde ſcripſi, cap.13. ſup.
[d] col 143. editio. Steph.
[e] circa finem in fol.341.
[f] lib. 4. de bello ciuil.
[g] fab.1.li.9.Metamorph.Ouid.
[h] ſub finem li.6. Thebaid.





*Nec quicquam & lateri dextram inſertare parantem*
*Improbus horrendum viſu ac mirabile pondus*
*Suſtulit.---*

Atque vt poëtas mittam, ipſe Seneca [a]. Quemadmodum magnus luctator eſt (inquit ex Demetrio Cynico) non qui omnes numeros nexúſque perdidicit: quorum vſus ſub aduerſario rarus eſt. B. Cyprianus [b], quàm fœda præterea iſta luctamina? vir infra virum iacens & amplexis inhoneſtis nexibus implicatur. In tali certamine ſtare (videris quis vincat) pudor victus eſt. D. Ambroſius [c], in hoc itaq; ſæculari agone (inquit) alij ſunt qui ſimplici quodam & legitimo genere luctantur, & ligaturis tantùm corporis certant, verberare non norunt, qui palæſtræ vocantur.

Atque hinc quidem catenatas palæſtras eſſe à Statio Papinio [d], nuncupatas veriſimiliùs arbitror, quo loco,

*Sic tener ante diem vultu, greſſuq; ſuperbo*
*Vicerat æquales, multumq; reliquerat annos*
*Siue catenatis curuatus membra palæſtris,*
*Staret Amyclæa conceptum matre putares.*

Tametſi ad lineas illas quibus perducebatur ſcamma ſtadij, de quo ſequenti libro dicturi ſumus; non ineptè quiſpiam catenatarum palæſtrarum vocabulum fortaſſe retulerit. Hellanodicas autem ideò rabduchos fuiſſe, virgámque geſtaſſe manu, nihil mirum: cùm apud Athenienſes omnium iudicum inſigne virga fuerit, ſiue baculus; quemadmodum hodieq; Germanis rerum capitalium quæſtoribus caſtrenſibus in vſu eſſe audio. Illud quidẽ ex interprete ſiue ſcoliaſte Ariſtophanis [e] addidici, καὶ κληρούμενοι ὁ μὲν εἰς τοῦτο ὁ δὲ εἰς ἐκεῖνο δικάζειν ἐλάμβανεν. ἐδίδου δὲ ὁ κήρυξ αὐτοῖς ῥάβδον ἥτις ἦν σύμβολον τοῦ δικάζειν· ἵνα ἕκαστος καθ' ἑκατέραν ἀποδιδοὺς τοῖς πρυτάνεσι τὴν ῥάβδον τριώβολον λαμβάνῃ μισθὸν τῆς δικάσεως: & reliqua, in quibus etiam de dato illo ad iudicandum ſigno, ſeu ſymbolo virga ſcilicet, ſeu baculo; Ariſtotelis iſtud ex libro de Athenienſium republica luculentum teſtimonium profert: τοῖς γὰρ δικαστηρίοις χρῶμα ἐπιγέγραπται ἐφ' ἑκάστῳ ἐπὶ τοῦ σφηκίσκου τῆς εἰσόδου· ὁ δὲ λαβὼν τὴν βακτηρίαν βαδίζει εἰς δικαστήριον, &c. quæ ſequuntur quæ poſsis inde petere, ſi allubeſcit, mihi non vacat exſcribere: hoc potius placet admonêre, quam iſti vir-

[a] lib.7. de beneficiis, cap.8.
[b] in lib. de ſpectac. fol. 417.
[c] enarrat in Pſ. 36.
[d] lib. 2. Syluarũ Epicedio in Glauciam Melioris.
[e] in Pluto ad illud ἐν τῇ σφῶν λαχὼν τὸ γράμμα σου δικάζειν.

gam vocant; ſeu baculum, ei ſceptri nomen ab Homero tribui; & ita quidem vt à conſidentibus ad rem diſceptandam, atque ſententiam proferendam iudicibus, tenendum atque aſſeruandum antiquitus tradi, præconibus turbam: ſummouentibus ſolitum oſtendat: quo loco [a],

[a] *Iliad.σ.*

---οἱ δὲ γέροντες
εἵατ᾽ ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ
σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χερσ᾽ ἔχον ἠεροφώνων.

Vbi Euſtathius [b], χρὴ μὲν γὰρ σκῆπτρα ἔχειν τοὺς δικαστὰς, καθήμενοι δὲ πάντως οὐκ ἔχουσιν ἀΐσσοντες γὰρ ὅ ἐστιν ἀνιστάμενοι κρατοῦσιν αὐτά. ἔχουσιν οὖν τὰ τούτων σκῆπτρα παρεστῶτες οἱ κήρυκες, &c.

[b] *fol.1158.*

*Bidellus, ſeu viator Floralium apud Toloſates ludorum. Grammatei functus munere. Iuxta vetuſtas agonis poëtici leges de quibus plurima è chartis Opicis. Virgæ geſtandæ Ius habere aliisq; inſignibus fuiſſe olim præditum quæ obſoleuerint. Earum legum verba vernaculo idiomate proponuntur in margine. Magiſtratibus Toloſanis præfuiſſe viatores Rabduchos ſimiliter atque collegiis eccleſiaſticis qui à Cedrino Decani nuucupati Maſſarij Cardinalium & regum virgam argenteam ſed deauratam gerunt. Apud græcos virgis ſignum certaminis datum.* Διακοσμῶν *apud Plutarchum &* κοσμητὴς ἐφήβων *in vetuſta inſcriptione, qui & gymnaſiarchus Iuliano Cæſari. Suidas de pædotribæ munere. Mulctæ pecuniariæ ab Hellanodicis, indiciæ aduerſus agoniſtici iuris moriſve temeratores, ex quibus conflatæ Deorum ſtatuæ. Eupolus Theſſalus huiuſmodi mulctam primus pependit apud Olympiam, deinde Callipus Athen. Sed & Serapion Alexandrinus ob ignauiam. De pœnis & mulctis athletarum ex Dionyſio Halicarnaſſeo, & Ariſtide.*

## CAP. XXI.

IMITATIONE igitur exemplóve aliorum in Græcia iudicum Hellanodicæ atque agonothetæ virgam baculúmve ſceptri vice, aut geſtabant; aut tenendum ipſi præconibus, atque maſtigonomis dabant: ſicuti apud Toloſates noſtros poëticorum noſtrorum agonum [c] quos Florales vocant bidello, id eſt viatori, non præconis modò publicè ludorum diem indicentis, & manutentores, ſiue agonothetas conuocantis, ipſoſq; hieronicas poëtas ouantes prolatis præmiis per mediam vrbem in ſua cuiuſque domicilia deducentis cum tibicinibus; ſed etiam grammatei munus, iuxta vetuſtas eorum agonum leges, reguláſque (quas & Amorum leges nominare maioribus placuit) à Gulielmo

[c] *de quibus agetur lati⁹ pleniuſque lib.3. nō longè à fine.*

Moline



Molinerio agonum Cancellario ſub annum ∞ CCCXXIV. ex decreto ſeptem virorum, ſiue agonothetarum, ſiue critarum, conſtitutas, atque ſancitas, publicóque commentario mandatas; argenteæ virgæ geſtandæ ius eſſe, apicéque è filo ſerico caput inſignitum habēdi olim obtinuerat: tametſi duobus hodie decoratos, violaceæ, ſiue Ianthinæ veſtis è panno quam Capitolini Octouiri munerarij, ſiue agonum patroni quotannis tribuunt, & argenteæ quam dixi virgæ inſignibus; ſublato, vel ipſa deſuetudine abrogato apicis illius è ſerico filo qui capite aptabatur indicio, conſpicimus: cuius, & aliorum inſignium mentionem habitam in cōmentario illo [a], de quo verba ſuperiùs feci, memoria repeto. Sic apud nos Octouiri Capitolini; ſic apud nos vicarius præfecti vrbi ſeu potiùs Comitis; ſic ſeneſcallus eiúſve τοποτηρητὴς iudex Maior; ſic ipſa eccleſiarum collegiatarum capitula ſuos bidellos & viatores virga itidem argentea è vetuſto more inſignitos habent: vt de Cardinalium Romanorum Maſſariis, Regumq; noſtrorum cubiculi hoſtiariis ipſos in palatium ſupremi tribunalis ſimul cùm procerum comitatu ſolemni die prodeuntes præcedentibus, argenteáſque, ac deauratas maſſas gerentibus, taceam. Nam quid ego de ferula, quam in ſella Porphyretica ſedenti ſummo Pontifici poſt peractum coronationis ſolemnitatem, hodiéque in vrbe ad Lateranum templum pro ædicula S. Syluestri prior eccleſiæ Lateranēſis in manum dat cum ipſius baſilicæ ac palatij Lateranenſis clauibus in ſignum correctionis & regiminis, poteſtatiſque claudendi & aperiendi, ligandi & ſoluendi: quid de Pontificalis Vicecamerarij ferula, ſiue baculo, quem in proceſsione à Vaticano ad Lateranum geſtat? hoc ſatagens ſcilicet, vt ordo à priore Diaconorum datus in ea proceſsione ſeruetur, ſicuti rituum ſiue ceremoniarum ſacrarum Pōtificalibus libris [b] comprehenſum eſt. Quid verò de vetuſta Pontificum Romæ, paganorum, & augurum virga ſiue baculo, cui nomen Litui à tubæ ſiue buccinæ ſimilitudine fecerant & cuius hodiéque in antiquis

[a] *lib. 1. vbi ſic ſcriptum lingua vernacula:* Ordenero apretz lo dauan dit ſenhor quel bedels de lor cōſiſtori haia los emolumentz acouſtumatz ſoes aſſaber Roba entiera d'vna color caſcun an: laqual deuon pagar li franc & liberal ſenhor patro en la ditta feſta: *Et poſteà,* enorremens hom li baillara la verga d'argent am lo floc de ceda al cap, en ſegnal de poſſeſſio: *& in forma diplomatum eius muneris concedendorum verſibus conſcripta,*
Los ſet mantenedor leyal
Del ioy d'amours, ques al ſieus val
Salut en Dieu & bon amour.
*Et poſteà,*
Et quar per informatio
Dayſſo caſcus de no⁹ ez certz
E ques auiſatz & aperts
Hauen lo fayt noſtre bedel
Verga d'argen am floc mot bel
Baylam en faiſinas per ſeruir
El digvffici poſſeſſio.

*Hæc fuit naſcentis apud maiores poëſeos non inſuauis adhuc aut iniucunda ſimplicitas, ne dicam infantia: qualis & apud Romanos ex Ennianis & Lucillanis quibuſdam verſibus olim fuiſſe deprehenditur.*

[b] *lib. 1. ſacrarum ceremon. ſiue rituum eccleſiaſt. ſanctæ Roman. eccleſ. ex edit. Roman. anni 1560. fol. 17. cap. vbi & quando Mareſcallus, & fol. 18. cap. de duabus ſellis perforatis.*

antiquis numiſmatibus apparet figura, proloquar? hoc potius quod à Cedrino [a] didici, Virgarios ſiue bidellos eccleſiarum quos dixi vt ῥαβδούχους ita δεκανοὺς vocatos; quod notandum puto. Virgis interim flagríſve ſignum certaminis datum à maſtigonomis, ſiue maſtigophoris inde libet coniicere, quod apud Virgilium [b] Epitydes cuſtos & comes impubis Iuli puerorum equitum agmen ducentis iuſſu Æneæ:

*Poſtquam omnem læti conſeſſum oculíſque ſuorum*
*Luſtrauere in equis ſignum clamore paratis*
*Epitydes longè dedit, inſonuitq́; flagello.*

Antiochiam quidem aduenienti Catoni Vticenſi tanquam Demetrio Pompeij liberto, turbam virorum, pro porta vrbis in veſtibus candidis, atque ex vno latere viæ adultos, ex altero pueros diſcretos officij cauſa veniſſe obuiam, & occurriſſe cum virga, & corona quempiam, qui omnia illa componeret. (ſiue is iudex, ſiue ſacerdos prouincialis, aut gymnaſiarcha ſiue ſubſeruiens iſti, & apparens deſignator ludorum aliquis fuit) à Plutarcho [c] in hæc verba traditum: Κάτων ὁ φιλόσοφος, &c. ἀνέβαινεν εἰς Ἀντιόχειαν, &c. κατιδὼν δὲ πρὸ τῆς πύλης ὄχλον ἀνδρῶν ἐν ἐσθῆσι λευκαῖς, καὶ παρὰ τὴν ὁδὸν ἔνθεν μὲν ἐφήβους, ἔνθεν δὲ τοὺς παῖδας διακεκριμένους ἐδυσχέραινεν, &c. γενομένοις δὲ πλησίον ὁ πάντα διακοσμῶν ἐκεῖνα, καὶ καθιστὰς ἔχων στέφανον καὶ ῥάβδον ἀπήντησε πυνθανόμενος παρ' αὐτῶν ποῦ Δημήτριον ἀπολελοίπασι καὶ πότε ἀφίξεται. Et placet hoc loco τὸ διακοσμῶν, à quo κοσμητὴς ἐφήβων dictus eſt ille, qui & ἱερεύς: tametſi alius γυμνασίαρχος in illa decreti cuiuſdam Atheniẽſium (vt puto) vetuſta inſcriptione Venetias allata è Græcia; quam ab Anto. Morillono Smettius habuit, & in exſcriptarum à ſe ordinem ſecundum [d] redegit: cuius hæc verba ſunt maiuſculis literis exarata, Ἀγαθῇ τύχῃ. Επικλ. Ἀττάλου ἄρχοντος κοσμητὴς ἐφήβων ἱερεὺς θεοῦ καὶ θεᾶς Εἰρηναῖος Παιανιεύς, ἐφήβου ἐν αὐτοῦ υἱὸς Διονύσιος Εἰρηναίου Παιανιεὺς ἐγυμνασιάρχησεν τὸν ἐνιαυτὸν τοὺς ἐφήβους Φλ. Στρατόλαος Φυλάσιος (ſic quidem in impreſſo Antuerpiæ ſed malim ſcriptum Φλυάσιος vt originis locum ſignificet) ἐγένοντο ἔφηβοι διακόσιοι καὶ δύο. Et ſanè id curabant gymnaſiarchi pædotribæ, atque adeò Hellanodicæ, vt in ludis & palæſtris nihil ſiue decertando, ſiue inter ſedendum indecenter aut minùs honeſtè à iuuenibus admitteretur Suidas [e], ideò iſtud ex

Nebulis

[a] Compendio hiſtor. fol. 140. ὅτι Λατίνους τοὺς ἐπιχωριάζοντας (Ῥωμαῖοι) γραικοὺς δὲ τοὺς ἑλληνίζοντας καλοῦσιν· δεκανοὺς τοὺς ῥαβδούχους. De Decanis & Decaniis ſiue Diaconiis è iure canonico alibi commodiùs.

[b] lib. 4. Æneid.

[c] in vita Pompeij, fol. 1169. lib. excuſ. à Stepha. Sic Æmil. Paul. cùm triumphum duceret Romæ habuit viatores cum virgis qui turbam ſummoueret, vt in eius Vita Plutarchus retulit, fol. 496. ὑπηρέται τε πολλοὶ καὶ ῥαβδονόμοι τοὺς ἀτάκτως συρρέοντας εἰς τὸ μέσον καὶ διαθέοντας ἐξείργοντες ἀναπεπταμένας τὰς ὁδοὺς καθαρὰς παρεῖχον.

[d] fol. 31. lib. Antuerp. in officina Plãtini, per Raphelengiũ editi. ann. 88. num. 1.

[e] in verbo ἐν παιδοτρίβου, vbi ait, εἰς τὸν τόπον ὅπου γυμνάζονται καὶ διατρίβουσιν οἱ παῖδες.



Nebulis Ariſtophanis exponens ἐν παιδοτρίβου δὲ βαδίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι: ſic ſcribit: τουτέστιν, εὐκόσμως καθῆσθαι ὡς μηδὲν τοῖς περιεστῶσιν ὑποδεῖξαι ἄκοσμον. Illo quidem Plutarchi loco gymnaſiarchum (quod dubitanter ipſe protuleram) intelligendum comprobant, verba Iuliani Cæſaris eandem de Catonis in Antiochiam aduentu hiſtoriam à Demiphylo Bithyno enarrantis, in Miſopogone [a], quæ ſic habent: προσιὼν τῇ δὲ τῇ πολυανθρώπῳ καὶ τρυφερᾷ καὶ πλουσίᾳ πόλει τοὺς ἐφήβους ἰδὼν ἐν τῷ προαστείῳ μετὰ τῶν ἀρχόντων ἐσταλμένους ὥσπερ ἐπί τινα δορυφορίαν, ἐνόμισεν αὐτοῦ χάριν ὑμῶν τοὺς προγόνους τὴν παρασκευὴν πᾶσαν πεποιῆσθαι, &c. ὄντος δὲ ἐν τούτοις αὐτοῦ καὶ διαπορουμένου ἠρέμα καὶ ἐρυθριῶντος, ὁ γυμνασίαρχος προσδραμὼν ὦ ξένε ἔφη, ποῦ Δημήτριος, &c. & poſteà: ὁ δὲ δὴ Κάτων ὅπως ἀπήντησε τῷ γυμνασιάρχῳ, βούλεσθε φράσω. (Vbi addo è manuſcripto Ioan. Huralti collegæ olim in magiſterio libellorum aulico mei, τὸ βούλεσθε.) Nec virga tantùm iacta, vel protenſa impediebatur aut virgarum caſtigatione vindicabatur ab Hellanodicis, ſi quid in agonibus indecentius, aut aduerſus eorum legem bonámve, ac ſynceram fidem admiſſum foret; verùm etiam pecuniariis mulctis: ex quibus quicquid redigeretur, hoc maxima ex parte honori Deorum ita committebatur, vt in ipſorum ſigna impenſum olim vt plurimum fuiſſe, Pauſanias aliquot locis doceat: in quorum vno [b] de ſignis Iouis, quibus nomen Zanon impoſitum apud Altim [c], ſiue lucum Olympicum; ταῦτα ἐποιήθη μὲν ἀπὸ χρημάτων (ait) ἐπιβληθείσης ἀθληταῖς ζημίας ὑβρίσασιν ἐς τὸν ἀγῶνα· καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Ζᾶνες, &c. Εὔπωλος γὰρ Θεσσαλὸς χρήμασι διέφθειρε τοὺς ἐλθόντας τῶν πυκτῶν. Vbi oſtendit primum Eupolum Theſſalũ, eoſq́; qui ab ipſo pecunia corrupti forent, ita multatos ab Elæis, τοῦτο δὲ ἐξ ἀθλητῶν ἀδίκημα ἐς ἀγῶνα πρῶτον γενέσθαι λέγουσι, καὶ πρῶτοι χρήμασιν ἐζημιώθησαν ὑπὸ Ἠλείων Εὔπωλός τε καὶ οἱ δεξάμενοι δῶρα παρὰ Εὐπώλου. Sicuti Callippum quoq; Athenienſem poſteà, de quo traditur ἐξωνήσασθαι τοὺς ἀνταγωνιζομένους χρήμασι: cui cùm nollent Elæi mulctam iuxta petitionem Athenienſium remittere, tum Olympico conuentu hos prohibitos qui Callippo renuenti ſoluere fauerent; nec ipſis vlla de re datum ab oraculo Delphico reſponſum, antequàm eſſet mulcta depenſa, ex qua Ioui ſigna poſita fuerint; ibidem

Pauſanias

[a] fol. 96. 99. 100. editio. Vvechel. anni 1566.

[b] lib. 1. Eliac. fol. 131. Aldini lib. vide & fol. 132. & 133. vbi de Damonico qui vt Polyctorẽ filium ſuum Olympionicam cerneret Soſandro Smyrnæo pecuniam obtulerat quo ſe vinci pateretur. Quamobrem pater mulctatus ab hellanodicis fuit. Mulctatũ etiam Theagenem vno aduerſus Deum, altero aduerſus Euthymum ſynagoniſtam talẽto. idem auctor lib. 2. Eliac. retulit. Vide quæ de ara apud Altim Olympiæ lucũ ſcripſi ex d. fol. 133. inferius lib. 2. ca. 15 in ipſo initio.

[c] de Alti apud Pindarum quoq; Olymp. Od. 10. ſtroph. 3. fit mentio, περὶ δὲ πάξαις ἄλτιν μὲν ὅ γ' ἐν καθαρῷ διέκρινε. Et apud Pauſa. Eliac. 1. fol. 121. 127. 131. Aldini exẽpl. & Eliac. 2. fol. 150. & aliis locis quos adnoto lib. ſequenti cap. 15. Memini iam ſup. ad extrem. cap. 5.

Pauſanias refert; & alia eiuſmodi complura de mulctatitiis athletarum Aegyptiorum & Rhodiorum pecuniis in Deorum ſtatuas compingendas inſumptis; tum deinde de mulcta pugili Alexandrino Apollonio indicta non ob corruptos antagoniſtas, ſed propterea quod qui à certamine repellebatur quoniam contra legem agonis intra tempus præſcriptum ad Olympiam non adfuiſſet; moræ ſuæ falſam, nec probabilem cauſam adferens, in Heraclidem, ſine puluere, ac pugna iam coronandum incurrere, coronâmque detrahere auſus eſſet. Vbi animaduertendum cenſeo, quod aliquantò poſt Pauſanias [a] Serapionem pancratiaſtam Alexandrinum ſcribit ob ignauiam ab hellanodicis pecunia mulctatum; quod antagoniſtarum metu pridie quàm aduocarentur ad pancratium ipſe abſceſsiſſet: παγκρατιαστὴν δέ φασιν Ἀλεξανδρέα, ὄνομα δὲ εἶναι Σαραπίωνα· τοῦτον ἐν ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ τὰς διακοσίας εἰς τοσοῦτο δεῖσαι τοὺς ἀνταγωνιστὰς ὥστε ἡμέρᾳ μιᾷ πρότερον ἢ ἐσκληθήσεσθαι τὸ παγκράτιον ἔμελλεν ἀποδράντα οἴχεσθαι.. τοῦτο ζημιωθέντα ἐπὶ δειλίᾳ μόνον τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων καὶ αὐτῶν μνημονεύουσιν αἰγυπτίων. De iſtis omnibus animaduerſionibus in athletas antagoniſtarum corruptores, vt in ſeruilem modum vapularēt, aut pecunia graui mulctarentur, è ſtadiis poſtremò & agonibus eiicerētur: nihil amplius aut adeò melius habeo, quàm quod in Dionyſij Halicarnaſſei quodam loco [b] nuper animaduerti ſic ferè ſcriptum, vbi de exhortationibus ad athletas decertaturos faciendis præcepta dat: εἶτα πειρασόμεθα ἀναιρεῖν (ait) δι' ἃ ἐπὶ τὸ διαφθείρεσθαί τινες τρέπονται τὰς αἰσχρὰς καὶ ἀδόξω ὅτι αἰσχρῶν χρημάτων προέσθαι τὴν νίκην, &c. εἶτα ὅτι οὐδὲ λανθάνουσι. ῥαδίως τῶν ὁρώντων καὶ ἐκ τῶν σωμάτων, καὶ ἐκ τῶν γυμνασίων, καὶ ἐκ τῶν προγεγυμνασμένων ἀγώνων ἐν ᾧ τινα τὰ ἐπὶ τούτοις μάστιγες ὕβρεις αἰκίαι σωμάτων ἀ δούλων καὶ οὐκ ἐλευθέρων τὸ παρὰ τοῖς θεαταῖς βλασφημεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖσθαι κρατεῖσθαι στεφανοῦσθαι ἐνίοτε δὲ καὶ ζημία κατὰ τὸ ἐκβαλέσθαι καὶ ἐκ τῶν σταδίων καὶ ἀγώνων, & cæt. quæ ſequuntur, & à nobis libro tertio [c] proferentur; vbi de probatione athletarum diſceptabimus. Exturbationem è ſtadio iſtam verberatorum prius athletarum qui in delectu habendo improbarentur; vt à Dionyſio, ſic & ab Ariſtide celebratam in oratione de non agendis Comœdiis reperias: quo loco, καὶ τῶν μὲν ἀθλητῶν ἐγκρίσεις ποιοῦμεν, ὅπως αὐτῶν ὅς τις φαῦλος

*[a] Eliac. lib. 1. fol. 133.*

*[b] ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς ſub fin. in fol. 43.*

*[c] cap. 17. Agoniſ. 3. vbi de vapulatione athletarum plurima videre eſt.*



φαῦλος ἑαυτὸν καταισχύνας ἀπίῃ καὶ δίκην ἅμα δοὺς ἐκ τοῦ στόματος· τοὺς δὲ τῶν σπουδαιοτάτων ἡγεμόνας καὶ διδασκάλους ἀπὸ πάντων μὲν ἐργαστηρίων πάντων δὲ τῶν σπουδαιοτάτων οὕτωσι φαύλως ἐγκρινοῦμεν.

*Gymnaſiarchos ius virgæ illius habuiſſe, cùm & athletis præmia de ſuo proponerent, videri. Iaſonis Hieroſolymitani impuritas, qui mutato patrio nomine, ac more, Græcoq; aſſumpto athletas ad diſcum ſuppeditatis in ludos ſumptibus prouocarit: qua de re ſingularis è ſacra Macchabæorum hiſtoria locus proponitur: & adhibito Flauij Ioſephi teſtimonio illuſtratur, προόκλησις δίσκου. Gymnaſiarchi ſacra itidem vt alij ſacerdotes olim curarunt. De Xyſtarchis. Bato gymnaſiarchus corona donatus à communi aſcetarum ex antiquo marmore. Laniſtarum virga quæ Rudis. Item præpoſitorum vrbanæ familiæ, & hoſtiariorum & curæ palatij. De virgis lictorum.*

## CAP. XXII.

SANE gymnaſiarchos agonothetarum, ſiue athlothetarum more olim de ſuo propoſuiſſe athletis præmia, vt quemadmodum illi ius Hermææ virgulæ habere potuerint, ex illa (quam antè laudaui) tabula vetuſti athletarum decreti marmorea colligo: ab eruditionis antiquæ viro clariſsimo Vrſino Fuluio [a] publicata: vbi de Batone gymnaſiarcho qui agones Herculi, ac Mercurio gymnicos pro principe, hoc eſt pro ipſius ſalute (vt in alio de ludis ſæcularibus fragmento ibidem [b] exhibito) diligenter ordinarat, καὶ ἰδίαν ἐκτιθεὶς ἆθλα τὰ καθήκοντα τοῖς ἀγωνιζομένοις: & ex eo quod gymnaſiarchas prouinciarum ſacerdotibus adiunxit Iulius Firmicus [c] quos editionis ludorum curam habuiſſe [d] atque adeò expenſis in exhibitionem ludorum faciendis patrimonij functos munere [e] nemo paulò humanior ignorat. Deniq; à muneribus patrimonialibus cùm excuſarentur profeſſores, propterea vt ἀγορανομιῶν καὶ ἐπισταθμιῶν, ita ἱερωσυνῶν καὶ γυμνασιαρχιῶν ἀτελεῖς εἶναι ſacerdotiorum, & gymnaſiarchiarum immunes eſſe Antonini Pij epiſtola cōtinetur: cuius apud Modeſtinum Iuriſconſultū [f] habetur mentio. Ex quo more poſt inauditam impij Iaſonis ſummi Hieroſolymorum Pontificis impuritatem, qui ſpretis diuinis, patriiſque legibus, ad Antiochum, & gentilia inſtituta defecerat; ſacerdotes cæteri ac leuitæ

*[a] poſt notas ad librum Antonij Auguſtini de legibus & Senatuſconſultis pag. 30. fragmento, & in Smetij antiquis inſcrip. apud officinam Plantinianā editis anno 88. Antuerp. ordi. 2. fol. 42.*

*[b] pag 25. eorundem fragmentor.*

*[c] lib. 3. matheſ. c. 15. vbi facit quoq; nobili poteſtate pro climatis genituræ mēſura gymnaſiarchas prouinciarū ſacerdotes, &c.*

*[d] lib. 1. Co. Theo. de ſpectac. l. vlt. de expenſis lud. eod. C. l. 146. & 176. C. Th. de decurion. l. vlt. Co. Theo. de tyron. Ex quib. & Auguſt. epiſt. 5. in fin. videto Iuretum in noteis ad Symmachū epiſt. 62. lib. 4. Cuiacium ex Baſilicis ad l. 8. C. de muner. patrimon. libr. 10. videnda & quæ ſcripſi in hanc rem ſup. cap. 19.*

*[e] d. l. 8.*

*[f] l. 6. Si duas. alias eſt l. ſed reprobari. §. Eſt autem. D. de excuſ. tutor. vbi Cuiacius in comm. ad eum tit. ex Heſychio Philone in Flaccum, & Vlpian. in orat. Demoſthen. contra Leptin. gymnaſiarchas præeſſe exercitio palæſtræ cum ſumptu aliquo docuit. Videto illum ipſum in comment. ad Nou. Iuſtinia. 53. de exhibit. reorum.*

T

leuitæ ſpreto templo, & ſacrificiis legitimis omiſsis impiæ in palæſtra, agonéſque gymnicos exhibitionis eſſe participes prælatis patriæ gloriæ græcis honoribus, ſummo ſtudio affectarunt: vt etiam nomina immutarent ſua gentilitia & Iudaica gentilibus, hoc eſt græcis, atque peregrinis, exq; Ieſu Iaſon ex Onia itidem Menelaus fieret: quemadmodum ab Ioſepho Flauio [a] accepimus: prętereà vt tandem ad diſcum, hoc eſt ad coronam & præmia, quæ in diſcis medio ſtadio proferebantur ceſſura victoribus (ſicuti quodam libri ſecundi loco [b] docebimus) agoniſtas qui gentilium Deorum vel Dęmoniorum potius honori deuotis corporibus decertarent ipſi prouocauerint. Sic enim præclariſsimum illum ex Machabæorum hiſtoria [c], nequaquam à Lyrano, aut aliis, ne ab Hieronymo quidem ipſo, ſatis (vt ipſius interpretatio indicat) perceptum locum explicandum cenſeo; cuius verba omnino iſta ſunt, *ἦν δ' οὕτως ἀκμή τις ἑλληνισμοῦ καὶ πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ διὰ τὴν τοῦ ἀσεβοῦς καὶ οὐκ ἀρχιερέως Ἰάσονος ὑπερβάλλουσαν ἀναγνείαν ὥστε μηκέτι περὶ τὰς τοῦ θυσιαστηρίου λειτουργίας προθύμους εἶναι τοὺς ἱερεῖς, ἀλλὰ τοῦ μὲν νεὼ καταφρονοῦντες καὶ τῶν θυσιῶν ἀμελοῦντες, ἔσπευδον μετέχειν τῆς ἐν παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας μετὰ τὴν τοῦ δίσκου πρόκλησιν. καὶ τὰς μὲν πατρῴους τιμὰς ἐν οὐδενὶ τιθέμενοι, τὰς δὲ ἑλληνικὰς δόξας καλλίστας ἡγούμενοι.* Superioribus accedit, quod gymnaſiarchas quoque ipſos olim ſacra itidem vt ſacerdotes curaſſe, vſq; ad Adriani principis tempora quibus Pauſanias floruit, hæc ipſius verba ex Eliacôn primo manifeſtum faciunt, *ἐναγίζει δὲ ὁ γυμνασίαρχος ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ καθ' ἕκαστον ἔτος τῷ Αἰτωλῷ.* Inde eſſe arbitror quod Xyſtarchæ (cuius ſi non idem [d], geminum certè, aut non abſimile munus fuit) purpurati, atque coronati mentionem quodam loco ab Ammiano Marcellino [e] factam memoria repeto: ſicut Epheſiæ Dianæ ſacerdotem lauro coronatum, ſi quando ab exteris, vota & ſacrificia Diuæ illi offerrentur, procedere ſolitum

*[a] cap. 6. lib. 12. ἰουδαϊκ. ἀρχαι. vbi, ὁ μὲν οὖν Ἰησοῦς Ἰάσονα ἑαυτὸν μετωνόμασε· ὁ δὲ Ὀνίας ἐκλήθη Μενέλαος.*

*[b] c. 22. & c. 25.*

*[c] lib. 1. cap. 1. hac de re agens Ioſephus d. cap. 6. ſic ſcribit vt Oniæ ſiue Menelao præcipuam vetuſti moris & patriarum legum, immutationem atque ad Antiochum defectionē tribuat his verbis: quibus illuſtrātur cætera in contextu appoſita, ſic ferè, ὅτε Μενέλαος καὶ οἱ Τωβίου παῖδες πρὸς Ἀντίοχον ἀνεχώρησαν δηλοῦντες αὐτῷ ὅτι βούλονται τοὺς πατρίους νόμους καταλιπόντες καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς πολιτείαν ἕπεσθαι τοῖς βασιλικοῖς καὶ τὴν ἑλληνικὴν πολιτείαν ἔχειν. παρεκάλουν οὖν αὐτὸν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς οἰκοδομῆσαι γυμνάσιον ἐν Ἱεροσολύμοις· συγχωρήσαντος δὲ καὶ τὴν τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπεκάλυψαν, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόδυσιν Ἕλληνες, τά τε ἄλλα πάνθ' ὅσα ἦν αὐτοῖς πάτρια παρέντες ἐμιμοῦντο τὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔργα, quæ de hiſtoria ſcripſi lib. 3. huius Agoniſt. cap. 11. 27. & 28.*

*[d] Immò idem huius in xyſto, quod illius in gymnaſio, quod ſuadet illa ſuperius memorata decreti athletici tabula: & Suidas qui ξυσταρχεῖν γυμνασίου ἄρχειν interpretatur: quamquam Xyſtarchum ſecundum à gymnaſiarcha locum obtinuiſſe diuerſoſq; ab iis fuiſſe agoniſtarcham atque gymnaſtem (quod ipſe in dubium reuoco) ſed & ex Ariſt. lib. polit. 4. & 8. itemq; Galeni contra Platonem opinione pædotribam, eruditiſſimus Medicus Mercurialis exiſtimat cap. 12. lib. 1. art. gymnaſt. vide quæ ſcribo inf. lib. proximo.*

*[e] lib. 21. hiſtor.*



litum in publicum, ex libro 7. Achillis Statij de Clitophontis & Leucippes amoribus addiſcitur: & generaliter, atque in vniuerſum Diis florida chariora & gratiora eſſe; coronam autem qui non habeant eos immortalibus diſplicere: quapropter corona eſſe redimitum oportere qui ſacris operetur; ex Sapphonis carmine Athenæus lib. 15. deipnoſophiſtarum docuit. Batonem quidem illum [a] gymnaſiarcham ob præclarè adminiſtratum biennio munus corona donatum à communi aſcetarum: ſed & ob procuratos, ita vt oportuit Mercurio & Herculi agonas olim auro coronatum; ex marmorea illa tabula Vrſiniana colligitur. Quin vt hellanodicas ita gymnaſiarchos & xyſtarchos virgam geſtaſſe hoc probabilius arbitror, quod ipſos quoque laniſtas familiam ſuam ſumma cura (vt Seneca [b] inquit) exercentes atque ornantes, ſcipionem liberandis gladiatoribus rudis nomine ferre ſolitos, 11. ſecũdi libri Semeſtrium capite oſtendimus, quam & donaſſe liberatis, veluti laniſtarum munus obeundi facultatem porrò habentibus; ex iſto Calpurnij Flacci declamationũ loco [c] non abſonè aut falsò colligat quiſpiam: vir fortis in piratas incidit, reſcripſit patri de redemptione. Illo ceſſante redemit eum laniſta & rudem ei in arena dedit. Igitur ipſam virgæ appellatione gloſſarium Latinogræcum B. Germani vetuſtum ita deſignat, Rudis ῥάβδος ἡ τῶν ἐπιστατῶν τῶν μονομάχων, & virgam geſtaſſe vrbanæ familiæ præpoſitos, Ammianus Marcellinus [d] auctor eſt, quam Seneca [e] ipſe hoſtiario tribuit, quo loco, Ille puſilli animi eſt (ait) qui ſibi placet, quod hoſtiario liberè reſpondit, & virgam eius fregit quod ad dominum acceſſit & petiit lorum: ſicuti eum qui in aula poſteriorum imperij Romani principum curæ palatij honore ac munere fungebatur aurea virga decoratum inceſſiſſe Caſsiodorus [f] tradidit: vt interim de virga lictoris prætori apparentis (quæ vindicta vocabatur) taceam: de qua tertio illo Regulis iuris appoſito à nobis ſyntagmate cùm abundè dictum fuerit, hoc vnum vt admoneam ſupereſt: B. Hilarium [g] ipſius lictoris virgarum (quæ forſitàn adiungi faſcibus intra vrbem, vt ſecures extra ſolitæ) mentionem facere his verbis; Nunquid Paulo ius prætorum erat vt virgis comminaretur & cum officio lictoris ad eccleſiam Chriſti adeſſet?

*[a] Baronis nomẽ gladiator quidã inſignis habuit Antonini Caracallæ temporibus vt in huius vita apud Dionis abbreuiatorem Xiphilinum videre eſt, fol. 329.*

*[b] lib. 6. de beneſi. cap. 12.*

*[c] declamat. 50. in ipſo argumento.*

*[d] lib. 14. hiſt. vbi ita præpoſitis vrbanæ familiæ ſuſpenſa digerentibus ſolicitè quos inſignes faciunt virgæ dextris aptatæ, &c.*

*[e] lib. 2. de tranquill. ani. cap. 14. vbi Lorum pro Torum repoſuit Lipſius epiſt. 13. lib. 14.*

*[f] lib. 6. variar. quod & ipſe notaui li. 1. Semeſt. init. cap. 3.*

*[g] enarrat. in Pſ. ad illa, Reges eos in virga ferrea explicãs illud B. Pauli ad Corin. Quid vultis in virga veniã ad vos.*

T 2 De

*De deſignatoribus brabeutis, & agonothetis, eorumq́; inter ſe ſimilitudine vel differentia diſputatum, βραβεῖς qui apud Sophoclem: & quid εἰσεκήρυξαν & ἦξαν. τὸ ἐφέστηκεν apud Dionyſium, & ἐφεστᾶσι apud Pollucem expenſum κηδέμονες & item Epiſtatæ. Rabdodi. Rapſodorum virga. Scenicorum & hiſtrionum baculus. Baculi nomine apud Suetonium regium potiùs ſceptrum ſignificari, aduerſus nuperũ ſcoliaſtem: ſicuti & virgæ appellatione.*

## CAP. XXIII.

CIRCA diſsignatores ſiue deſignatores (de quibus alij [a] plurima eruditè) obſeruatione dignum reor: cùm eoſdem Vlpianus [b] noſter deſignatores Romanos, quos Græci βραβευτὰς dixerit; eóſque Budæus non iudices, præſides, & agonothetas; ſed maſtigonomos, ſiue maſtigophoros expoſuerit: apud Clementem quidem Alexandrinum [c] ſeparari, atque diſtingui τοὺς ἀγωνοθέτας ſiue ἀγωνοθετοῦντας ἀπὸ τῶν βραβευτῶν, tanquam illis inferiores iſti fuerint, quemadmodum de maſtigophoris dixi anteà: quales lictores qui deſignatoribus funebrium ludorum funerúmque ipſorum arbitris apparerent (in ſcena ſcilicet) quorum Horatius [d] & Plautus [e] mentionem faciunt; præter Senecam, qui Libitinarios ipſis alicubi [f] adiunxit: quamquam brabeutas humi aſſediſſe in ſtadio ex quodam Suetonij loco [g] intelligitur; cùm Hellanodicas atque athlothetas præſediſſe, ita vt locum quemdam ſtadij honeſtiorem occuparent, ſit veriſimile. Cæterùm à Clemente illo tamen ita diſtinguuntur, vt non multùm, aut dignitate, aut muneris ratione alios ab aliis diſcrepare, ſecundum ipſius profectò ſententiam poſsis aſſerere. Clementis enim iſta ſunt quæ adſcribam; ἀποδυσάμενοι δ' οὖν περιφανῶς ἐν τῷ τῆς ἀληθείας σταδίῳ γνησίως ἀγωνιζόμεθα, βραβεύοντος μὲν τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων. οὐ γὰρ σμικρὸν ὑμῖν τὸ ἆθλον ἀθανασία πρόκειται. Rectè ac verè Clemens & ex ipſo Sybillino (vt videtur) oraculo: ex quo hîc quidem iſtud,

ἁγνὸς γὰρ χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,

cætera inferiùs expromam tractatu tertio, vbi de athletarum probatione diſſeretur. Nam ipſe quoque Pollux, poſteaquàm verba de agonothetis, & athlothetis fecit, aliquanto pòſt de brabeutis, tanquã de agonum iudicibus, Hellanodicis (puta) vel Amphyctionibus ita loquitur; vt in gymnicis idem brabeutarum,

[a] Budæus ad l.4. de iis qui not. infam. Lipſ. lib.2. antiq. lect. c.9. & Amphith. cap.15.
[b] d.l.4.
[c] protrept. fo.35.
[d] ad Mecœnatē, epiſt.7. lib.1. ſub initium: vbi, Deſignatorem decorat lictorib. atris.
[e] in Pœnuli prologo, Neu deſignator præter os obambulet Neu ſeſſum ducat hiſtrio, cùm in ſcena ſiet [?].
[f] lib.6. de benef. cap.38. Non putas eadem habere (de captorib. agit) quæ deſignatores & libitinarios vota.
[g] Nerone c.23.



beutarum, quod in Muſicis Critarum, ſiue iudicum officium, & munus fuerit: ἀλλὰ τοῖς μὲν μουσικοῖς (ait) κριταὶ κάθηνται. τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστᾶσι βραβευταί. Vbi nõ alios eſſe βραβευτὰς arbitror, ab his quos apud Sophoclem ſub pædagogi perſona βραβεῖς nuncupatos memini: quo loco [a],

---ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβεῖς
δρόμων διαύλων πένταθλ' ἃ νομίζεται, &c.

Quod enim hoc nomine præcones deſignatos exiſtimet cum Suida [b], & aliis quiſpiam; verbo iſto εἰσεκήρυξαν moueri neutiquam debet: quod (mea quidẽ opinione) non actiuam hoc loco, ſed tranſitiuam (ſicuti apud Diodorum Siculum [c] atq; Arrianum [d] aliquot locis deprehẽditur, & vno inſuper apud B. Paulũ de quo inferiùs [e] dicendi ſe fortaſſe offeret occaſio) vim habet; qualia in cõiugatione Hiphil apud Hebræos omnia, ſed & apud Græcos, Latinóſque non ſemel vſurpari verba comperi: quemadmodũ Semeſtrium ſecundi libri cap. 23. ac tertij quoque Semeſtrium ſermone 24. [f] admonuiſſe me recordor. Itaque paulò pòſt [g] vbi de curuli certamine apud eundem Sophoclem agitur, in quo pædagogus obtritũ Oreſtem narrat; eos qui mittẽdis quadrigis ſortitò, & vrna mota ſuo conſtitutis vt obtigerat loco atque ordine ſignum per tubicinem, vt miſſa mappa Romæ poſteà fieri ſolitum [h] darent (quod vtiq; munus agonothetarum ſiue athlothetarũ præſidumq́; ſiue curatorũ fuit) βραβεῖς nũcupatos reperias, ſic ferè;

στάντες δ' ὅτ' αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβεῖς
κλήροις ἔπηλαν καὶ κατέστησαν δίφρους
χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ἦξαν--

Vbi ſimiliter hoc verbum ἦξαν, vt illud alterum εἰσεκήρυξαν, tranſitiuè, tanquam feciſſent quod facere iuſſerant, accipiendum eſſe (ſi quid tamen iudicij mei eſt in critica iſta prouincia) ſciens, prudens pronuncio. Euſtathius autem, eo loco quem ſuperiùs περὶ αἰσυμνητῶν agẽs attuli ex ipſius commentario [i] ad Homer. Odyſſ. θ. eoſdem videtur brabeutas, cum agonothetis, ſiue athlothetis facere. Brabeutis inſuper Dionyſius [k] tribuendorum præmiorum, immò de victoria ipſorum antagoniſtarum iudicandi facultatem aſsignat alicubi, diſceptans ex profeſſo de athletis, gymnicíſque agonibus: ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀγωνίας τῶν σωμάτων (ait) καὶ φανερὰ ἡ νίκη καὶ ὑπὸ τῆς

[a] Electra, f.112. vbi de Delphicis curſoribus in agone gymnico.
[b] in βραβεῖς. Vbi ἐν τοῖς ἀγῶσι κήρυκες, inquit: & Sophoclem citat fabulæ prætermiſſo nomine.
[c] lib.16. biblioth. fol. 620. τῶν ὀλυμπίων ὄντων ἐκήρυξεν ἐν ὀλυμπίᾳ τοὺς φυγάδας πάντας εἰς τὰς πατρίδας κατιέναι, πλὴν τῶν ἱεροσύλων καὶ φυγάδων.
[d] lib. 4. de Alexandro, ἔνθα δὴ ἐκήρυξεν Ἀλέξανδρος τῷ μὲν πρώτῳ ἀναβάντι δώδεκα τάλαντα εἶναι τὸ γέρας, δευτέρῳ δὲ ἐπὶ τούτῳ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτῳ τὰ ἐφεξῆς.
[e] circa princip. cap.14. lib.3.
[f] ſub finem.
[g] fol.113.
[h] vide quæ ſcripſi in tractatu 2. ad l.2. de origin. iur. è noſtris Semeſtri. olim deſumpto: quẽ commentario Regul. iur. adiunxi.
[i] fol.1594.
[k] Dionyſ. Halicarnaſſ. ἐν περὶ τῶν ἀθλ. f. 41. edit. Francofur.

ὀφθαλμοῖς ἥπερ ἐναργεστάτη τῶν αἰσθήσεων, ἐπεὶ δὲ καὶ βραβευτὴς ἐφέστηκεν αὐτῷ τούτῳ κρείττων ἢ κατὰ τῶν ἄλλων φθόνου. vbi animaduerte τὸ ἐφέστηκεν, ſicuti etiam notandum τὸ ἐφεστᾶσι apud Pollucem illo quem oſtendi loco; tanquã epiſtatas, hoc eſt præfectos eſſe hos ſentiat qui agonothetas, & athlothetas anteà ἐπόπτας, προστάτας, ἐπισκόπους appellarat; quos ipſos τῶν κηδεμόνων appellatione ab Homero [a] deſignatos τοὺς ἁπλῶς ἐπιμελητὰς, quemadmodum Euſtathius explicat equidem ſentio: vbi ſic loquentem Epeum pugilatu decertaturũ inducit,

ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω, σύν τ᾽ ὀστέ᾽ ἀράξω.
κηδεμόνες δ᾽ οἱ ἐνθάδ᾽ ἀολλέες αὖθι μενόντων.

Quamquam non nego quin referri potiſsimùm id nominis debeat, ad illud quod ſubiicitur ſtatim;

οἵ κέ μιν ἐξοίσουσιν ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμέντα:

quod ipſum deſignatoribus, ac maſtigophoris iniunctũ oneris, ab athlothetis, atque curatoribus ludorum poſteà fuiſſe reperio; vt eorum interuentu, atque opera ſcilicet ipſi agonothetæ, ac Epiſtatæ ſiue curatores ludorum, & agonũ gymnicorum, ſi quid à pueris, aut iuuenibus athletis aduerſus leges agoniſticas, decorúmve, atque ordinem eſſet admiſſum; hoc adhibitis deſignatoribus, atque maſtigophoris, hoc eſt virgatoribus (vt Plautino verbo vtar) ipſi vindicarẽt. Quamobrem Xenophon alicubi [b]; ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ τύραννοι (ait) καὶ οἱ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπιστάται ἤν τινα αἰσθάνωνται παρανομοῦντα, παραχρῆμα κολάζουσιν. Scilicet virgas, vt iſti; & verò Ceryceium illud, virgam illam Mercurialem athlothetarum deſignatores, ſiue maſtigophori ſeruauerint, & illis coram prætulerint. Nec dubito equidem quin iudices quoque ſtibrabeutarum more, aut exemplo, virgam geſtauerint; cùm recitatores quoque verſuum lauream virgam tenuiſſe manu ſit proditum, quamobrem ῥαψῳδοὶ ſed & ῥαβδῳδοὶ dicerentur: ſi Euſtathio [c] ipſi vlla fides apud nos eſt, qui, ὅτι δὲ καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία εἴρηται, quaſi ῥαβδῳδία τις οὖσα (inquit) φασὶ καὶ τοῦτο οἱ παλαιοί, &c. δαφνίνη δὲ ἦν ἡ ῥάβδος ἣν κατέχοντες ἐποιοῦντο τὰς τοιαύτας ᾠδάς, &c. quæ ſequuntur: διὰ δὲ τὴν αὐτὴν ῥαψῳδοὺς καὶ στιχῳδούς, στίχοι γάρ φασιν ὑπό τινων αἱ ῥάβδοι ἐλέγοντο. Ad quam rapſodorum virgam iſtud Pindari [d] de Homero Ajacis laudatore haud dubiè pertinet,

[a] Iliad. ψ. f. 1523. Aldini libri.
[b] in Lacedæmoniorum politeia. fo. 398 lib. à Steph. excuſi.
[c] ipſo init. Iliad. Hom.
[d] Iſth. Od. 4. ſtroph. 3.

ἀλλ᾽



ἀλλ᾽ Ὅμηρός τοι τετίμακεν δι᾽ ἀνθρώπων ὃς αὐτοῦ
πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν
κατὰ ῥάβδον ἔφρασε
θεσπεσίων ἐπέων λοιποῖς ἀθύρειν.

etſi de ordine verſuum exponi poſſe non inficior.

De hiſtrionum quidem, ac ſcenicorum actorum baculo Plutarchus ita loquitur alicubi [a], vt incuruum ipſum litui forſitan in modum fuiſſe ſignificet, τάς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀποδέχθαι ἀμήχανον. Sunt etiam qui de ipſo Suetonij [b] locum illum explicandum putent [c], in quo ſic ſcriptum memini, Atque etiam in Tragico actu cùm acceptum baculum reſumpſiſſet pauidum, & metuens ne ob delictum certamine ſummoueretur, non aliter confirmatus eſt, quàm adiurante hypocrita, non animaduerſum: ſed vereor vt de ſceptro potius Regio, quod perſonam regis agens Nero in Tragœdia ſuſtineret manu, baculi nomen intelligi debeat; quando apud Philoſtratum [d] hac de re ipſa loquutum (vt arbitror) ita omnino ſcriptum eſt, καὶ τὰ μὲν Κρέοντος καὶ Οἰδίποδος οὕτως ἐξεκλείβουν ὡς δεδιέναι μή ποι λάθοι ἁμαρτὼν θύρας ἢ στολῆς ἢ σκήπτρου ἑαυτοῦ δὲ καὶ Ῥωμαίων οὕτως ἐκπίπτειν. Et verò cùm ſceptrum Ægyptiorum Regis, idq; quod ipſi aſsimile habuit prorex ſiue præfectus prætorio (vt Caſsiodorus quidem nominat) Ioſephus; quem vno tantùm regni ſolio, curru Regis altero vtentem ipſe Rex præcederet [e]: virgæ appellatione deſignatum fuiſſe conſtet. Quamobrem Aurelius Prudentius in hymno Cathemerinõn 6. [f] de Ioſepho:

*Mox præſul ac tetrarches,*
*Regnum per omne iuſſus*
*Sociam tenere virgam,*
*Dominæ reſedit aulæ:*

Sic apud Dauidem [g], vbi ex more vtique regio Deum alloquitur: virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Et de Chriſto: virga directionis, virga regni tui. Eodemq; pertinet, quod cap. 4. libri Eſther, de aurea virga regis Aſſueri traditur. Nec enim dubium mihi quidem eſt, quin eam virgam Perſarum rex pro ſceptro, inſigni vtique regio habuerit; cùm virgam quoque illam, quam Dominus Moſen in

[a] περὶ παιδ. ἀγω. ſub init.
[b] Neron. c. 24.
[c] Læuin. Torrẽt. in comment. ad Sueton.
[d] lib. 5. de Apoll. ſub init. vbi de Nerone.
[e] cap. 41. Geneſ.
[f] cuius initium, Ades pater ſupremæ, in fol. 62. editio. Antuerp.
[g] in pſal. Dominus regit me. 22. verſ. 5.

Aegyptum

Aegyptum ad filios Iſraëlitarũ, iuſsit in manus ſumere ſigna per ipſam editurum, de quibus Exodi cap. 4. comprehenſum eſt; vt voluntatis diuinæ, ſuæq; miſsionis fidem populo nimirùm incredulo faceret, Cyrillus Alexandrin. in libris [a] de adorat. in ſpiritu & verit. pro ſceptro & inſigni regni accipiat, per quod iurare ſolitos eſſe veteres aiũt ij, quibus (inquit ille) Græcorum res geſtas laudibus tollere ſtudium fuit. Quibus verbis Theologum eruditiſsimum ipſius interpres ad illud ex primo Iliad. Homer. libro, aſpexiſſe prudenter animaduertit:

[a] *lib. 2. fol. 51.*

ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι
ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει. Vbi ſtatim additur:
---νῦν αὖτέ μιν υἷες ἀχαιῶν
Ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι οἵτε θέμιστας
πρὸς διὸς εἰρύαται ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.

quamuis ſceptri etiam nomine apud Homerum [b] aliquoties baculum quemlibet virgámve intelligi doctiſsimus Euſtath. & ad eum locum [c] & ad alios eiuſdem poëtæ verſus non ſemel adnotarit.

[b] *circa fin. Odyſſeæ 5.*

[c] *fo. 92. & ad illud χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, fol. 25. & fol. 1746. lin. 35.*

*Vltimo loco victor auferebat præmia.* ὕστατον λαχεῖν. *Meliore cõditione fuiſſe athletas eos videri qui poſtremo contenderent loco. Seneca explicatus. Athletarum ſortitio trináque commiſſio. Pauſanias illuſtratus.* ἰσόπαλοι. *Vnde origo iſti vocabulo. Expenſus Euſebij locus, vbi* ἀντιπάλου *&* κλήρων *mentio.* Ἔφεδρος *apud Plutarchum tribus locis, ſicut* τὸ ἐφεδρεύειν *apud Philonem: eum pro felice habitum. Bis aut tertiò poſt primam ſortitionem vincere. Vetuſtæ inſcriptiones græcæ expoſitæ. Sophoclis ſcoliaſtes de Ephedro. Curſores locum in ſtadio ſortitos. De palæſtræ nominis notatione diſceptatum aduerſus Plutarchum.*

## CAP. XXIV.

CIRCA gymnicos autem agonas animaduertendus ille mos, quem à Iuliano Imperatore in Saturnalitio [d] relatum video: vt qui poſtremo loco decertaſſet ac viciſſet, ille tum præmia propoſita conſequeretur: & verò (quod in publicis pilæ ludis, vbi de præmio certatur quod magiſter ludi exhibet, apud noſtros Toloſates vſurpari audio) illis quoque, qui ab antagoniſta ſuo deuicti anteà fuiſſent ſuperior, atque præſtantior haberetur: μετὰ δὲ τοῦτο (ait) ὁ ζεὺς ἤρετο τοὺς θεοὺς, πότερον χρὴ πάντας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καλεῖν, ἢ (καθάπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται) ὁ τὰς πολλὰς ἀνελόμενος νίκας κρατήσας ἑνὸς περιγιγνόμενος, οὐδὲν ἔλαττον δοκεῖ κἀκείνων γεγονέναι κρείσσων οἳ προσεπάλαισαν οὐδαμῶς αὐτῷ τοῦ κρατηθέντος ἥττους ἐγένοντο. Vnde apparet in huiuſmodi ludis τὸ ὕστατον λαχεῖν, non fuiſſe δυσκλήρημα, quale in equeſtribus animaduertit Euſtathius: ſed qui poſtremo contenderent loco, eos meliore fuiſſe conditione, ob id quod ante dixi; & quoniam, ſi cui ex inæquali athletarũ numero poſtrema (quæ impar erat ſcilicet) litera obtigiſſet; is integer, ac recens cum victore altero iam defatigato & exhauſtis pene ob anterius certamen viribus fathiſcente decertaret: ac tantum non ἀκονιτὶ certè ἀπονητὶ (vt poſteà [a] docebimus) atque adeò facile ſuperaret aduerſarium. Cuius atque aliorum itidem habita ratione, ipſe haud dubiè meliore fortuna vſus dici poterat. Siquidem vrna, & ſortitione, ſicuti in Circenſibus, hoc eſt equeſtribus ludis quadrigæ cum agitatoribus (quemadmodum ex Tertulliani [b] & Sidonij locis ab eruditiſsimo Iureto animaduerſum reperio; quibus & alios poſsis, quos Homerica [c] Pauſaniana [d] Euſtathiana [e] lectio ſubminiſtrat, adiungere) ſic in gymnicis quoque agonibus pugiles, cæteríque athletæ inter ſe committebantur: idq; adeò vt ſacris apud Olympiam agonibus vincere, aut pro victore coronari certè non potuerit; qui ſibi aduerſarios delegiſſet, neq; ſortitò accepiſſet: quomodo Plutarchus περὶ εὐθυμίας addocet: cuius verba hoc ipſo capite, aliam in rem adferam. Quamobrem quo magis Arrachionis (de quo antè dixi) pancratiaſtæ, ac triſolympionicæ vltima, ob quam decertans obiit, athletica victoria commendaretur; à Pauſania hiſtoriam iſtam enarrante adiectum eſt, ipſum aduerſus eum qui ex antagoniſtis fuerat relictus, vtpote à ſorte ſepoſitus, atque in vltimum locum reiectus; ac proinde firmus ſcilicet, integríſque viribus prodibat, decertaſſe. Sic enim Pauſanias [f] de Arrachione, ὡς γὰρ δὴ πρὸς τὸν καταλειπόμενον ἔτι τῶν ἀνταγωνιστῶν ἐμάχετο ὑπὲρ τοῦ κοτίνου. ὁ μὲν προέλαβεν ὅστις δὴ ὁ ἀνταγωνιζόμενος καὶ τοῖς ποσὶ τὸν Ἀρράχιονα εἶχεν ἐζωκώς, &c. Atq; hoc quidem ſimul cum præcedentibus ita ſe habere iſtis veterum teſtimoniis, quæ proferam, dudum perſuadere mihi ſum paſſus. Seneca [g] de duobus fratribus pancratiaſtis, Tertius (ait) ſine ſorte pugnaſti, & vtrumque viciſti. Rectè verò

[d] *in ſermone de Cæſarib. fol. 9.*

[a] *inf. lib. 3. cap. 21. & 22.*

[b] *in lib. de ſpectacul.*

[c] *Iliad. ψ. vbi,* ἄνδρ' ἰδέειν ἐς δίφρους ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο. πάλλ' Ἀχιλλεύς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε νεστορίδαο, *&c.*

[d] *Pauſan. Eliac. 2. fol. 156. Aldin. lib. Vbi,* ἐν τοῖς ἑκατέροις πλευροῖς τῆς τῶν ἵππων ἀφέσεως ᾠκοδόμηται ταῦτα τὰ κληρωτὰ *(inquit quod notandum)* οἰκήματα ἃ διαλαγχάνουσιν οἱ ἐσιόντες ἐς τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων.

[e] *ad illum Hom. locum, fol 1305.*

[f] *Arcadicis, fol. 214. Aldini lib.*

[g] *declam. 3 lib. 5.*

tertius, qui & vltimus. Nam qui reliquus erat ex omnibus, is ideò ſine ſorte pugnare dicebatur, quia loci potius vltimi, atque imparis numeri neceſsitate adigi ( ad quam tamen eum ſors præcedentiũ ex vrna cùm detraheretur coniecerat) quàm alea quapiam, fortunæúe iudicio ad decertandum elici hac ratione videretur. Plinius [a] ad Ariſtonem, Scilicet vt in ſpectaculis quibuſdam ſors aliquem ſeponit, ac ſeruat, qui cum victore contendat, ſic in Senatu ſunt aliqua prima, ſunt ſecunda certamina, & ex duabus ſententiis, eam quæ ſuperior exierit tertia expectat. Pauſanias [b] de ſtatuis, & iconibus Olympiacis agens, οὐ κατάλογός ἐστιν ἀθλητῶν ὁπόσοις γεγόνασιν ὀλυμπικαὶ νῖκαι, &c. οὐδὲ ὅπως ἑστήκασιν ἀνδριάντες οὐδὲ τούτοις πᾶσιν ἐπέξειμι ἐπιστάμενος ὅσοι τῷ παραλόγῳ τοῦ κλήρου καὶ οὐχ ὑπ' ἰσχύος ἀνείλοντο ἤδη τὸν κότινον.

*[a] lib.8.epiſtol.*

*[b] ſub initiũ lib. Eliac.2.*

Et ſanè bini athletæ, quibus eadem litera ſortitò obtigiſſet, ſingulis vicibus diuerſi è quatuor (puta) committebantur ſimul, ex quibus duo victores, tertia vice compoſiti, ad certamen antiquitus, quo qui ſuperaſſet, is demũ, vt reliquis omnibus præſtantior iterũ coronabatur: qui ſemel quidem (ſiue ſecunda ſiue prima vice ſors ipſius exierat) ipſe ſortitò depugnaſſet; hac verò, id eſt tertia vice, ita vti dixi ſine ſorte, ac ex iſta nihilominus altera victoria, coronam itidem alteram auferret. Quod equidem ex Pauſania [c] tunc primùm addidici, cùm in hunc locũ inciderem; quem hoc mereri, vt omnium oculis à me ſubiiciatur, iudico. In eo igitur ita eſt, πολίτης μὲν δὴ ἐπὶ τῆς δευτέρας (ſecundam diem è quinque per quas celebrata Olympia intellige, qua curſu contendit Polites iſte ſtadiodromus, diaulodromus, dolichodromus apud Olympiam; vt præcedentia oſtendunt) καὶ τέσσαρας ὡς ἕκαστοι συντυχῶσιν ὑπὸ τοῦ κλήρου, καὶ οὐκ ἀθρόους ἀφίασιν ἐς τὸν δρόμον. οἱ δ' ἐν ἑκάστῃ τάξει κρατήσαντες ὑπὲρ αὐτῶν αὖθις θέουσι τῶν ἄθλων· καὶ οὕτως σταδίου δύο ὁ στεφανούμενος ἀναιρήσεται νίκας. Aul. Gellius ſiue is eſt (vt quidam è recentioribus criticis volunt) Agellius [d]. Sed & quiſpiam Samius athleta, nomen illi fuit αἴγλης, cùm anteà non loquens fuiſſet, ob ſimilem dicitur cauſam loqui cœpiſſe. Nam cùm in ſacro certamine ſortitio inter ipſos, & aduerſarios non bona fide fieret, & ſortem nominis falſam ſubiici animaduertiſſet, repentè in eum qui id faciebat ſeſe videre quid faceret,

*[c] d. 2. lib.Eliac.*

*[d] ca.9.lib.5.noct. Attic.*



faceret, magnum inclamauit. Luctatores igitur antagoniſtas, vt ἰσοπάλους, ita etiam συγκεκληρωμένους, & συλλαχόντας, quaſi dixeris conſortes; à græcis nuncupatos, Iulius Pollux [a] retulit: deducto ἰσοπάλων ſicuti & ἀντιπάλων vocabulo, non ἀπὸ τῆς πάλης, quod luctam; ſed ἀπὸ τοῦ πάλου quod κλῆρον ſortem ſignificat; non tantùm apud Herodotum & Apollonium ( quod Lexicographi [b] notant) ſed & apud Æſchylum Eumenidib. vnde vtrumque coniunxit apud Euſtathium [c] Sophocles ἐν τῷ, οἱ τεταγμένοι βραβεῖς κλήροις ἔπηλαν: ſicut Homerus ipſe, vbi Menelai & Alexandri duello prǽſtitutum locum ab Hectore, ac Vlyſſe, ſortéſque ab ipſis ductas ait ex ærea caſside, vter eorum prior haſtam in alterum emitteret;

--- αὐτὰρ ἔπειτα
κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες
ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.

quo loco Euſtathius, ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν κλῆρος καὶ πάλος λέγεται κατὰ πολυωνυμίαν. Denique adiicit, ἐκ δὲ τοῦ πάλου ἐρρέθη ὁ ἀντίπαλος, ὃς οὐ μόνον δηλοῖ τὸν ἐξ ἐναντίας πάλῃ ἐρίζοντα, ἀλλά ποτε καὶ τὸν σαφῶς οὕτω λεγόμενον ἰσοπαλῆ. Proptereà Plutarchus [d] apud Olympiam eligendi antagoniſtæ hoc eſt aduerſarij, quem ἀντίπαλον vocat, non dari facultatem ſcribit: quippe quem ſortitio electioni aduerſa potiùs aſsignet, à qua id ἀντιπάλου nomen deductum ſit: ad iſtud enim etymon alluſiſſe præſtantiſſimum philoſophum, minimè dubito; cuius hæc verba ſunt; ἐν ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ οὐκ ἔστι νικᾶν ἐκλεγόμενον ἀντιπάλους, ἐν τῷ βίῳ δὲ τὰ πράγματα δίδωσι πρὸς πολλῶν μέγα φρονεῖν καὶ ζηλωτὸν μᾶλλον εἶναι ἢ ζηλοῦν ἑτέρους. Et ſimiliter τοῦ ἀντιπάλου nomen μετὰ τῶν κλήρων coniunctum vbi de agone martyrij aduerſus antagoniſtam grauiſsimum Satanam ſubeundo pro Chriſtiani nominis confeſsione atque defenſione apud Euſebium [e] agitur; ducta ſcilicet à gymnicorum agonum ſortitionibus ſimilitudine, ita vt τῶν κλήρων nomen ipſas certaminis vices oſtendat; quo loco de Maturi & Sancti martyrum conſummatione, qui ſæpè anteà pro Chriſto varias pœnas pertulerant, hæc leguntur; καὶ ὁ μὲν Μάτουρος καὶ ὁ Σάγκτος αὖθις διῄεσαν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ διὰ πάσης κολάσεως ὡς μηδὲν ὅλως προπεπονθότες, μᾶλλον δ' ὡς διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων ἐκβεβιακότες τὸν ἀντίπαλον, καὶ περὶ τοῦ στεφάνου αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὑπέφερον πάλιν τὰς διεξόδους

*[a] Onomaſt.lib.3. cap.30. vbi περὶ παλαιστῶν.*

*[b] præter quos ob ſeruatu dignum hoc quoque iſtis Apollonij è ſecũdo Argonauticôn verbis ſubindicari, cæſtus ipſos in pugilatu ſubditos ſortitioni qua de agimus, Τόνδε τοι οὐκ ἐθέλοντα πάλου ἅπερ ἐγγυαλίξω Αὐτὸς ἑκών, ἵνα μή μοι ἀτέμβηαι μετόπισθεν.*

*[c] ad Iliad.Hom. γ. fol.418. Sophoclæos ex electra verſus propoſui paulò antè.*

*[d] περὶ εὐθυμίας, fo.836. lib. excuſi à Stephano.*

*[e] lib.5. eccleſiaſt. hiſtor. cap.1. fol. 46. pag.2.*

τῶν μαστίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θηρίων ἑλκηθμούς, &c. Et ſtatim vbi de Blandina martyre beſtiis expoſita : &, quòd in tacta permanſiſſet, alteri deinde ſupplicio reſeruata : μέγαν καὶ ἀνταγώνιστον ἀθλητὴν Χριστὸν ἐνδεδυμένη διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβιβάσασα (poſsis etiam è ſuperioribus ἐκβιάσασα legere) τὸν ἀντικείμενον, καὶ δι' ἀγῶνος τὸν τῆς ἀφθαρσίας στεψαμένη στέφανον. Propterea Lucianus [a] quoque ita Lucinum de Hellanodicis alicubi loquentem inducit, οἶδα οὖν καὶ τοῦτο πῶς κληροῦσιν ὅν τινα ᾧ τινι χρὴ παλαίειν, ἢ παγκρατιάζειν. Deinde Hermotimus totam ſortitionis, inter athletas rationem aperit multis verbis, quorum hæc partem faciunt quæ adferam, reliqua inde petendi cuilibet facultas eſto, κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται (ait) ἱερὰ τοῦ θεοῦ ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ, ὅσον δὴ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος ἐπιγεγραμμένοι, [b] ἐγγράφεται δὲ ἐς δύο μὲν ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ ἐς δύο δὲ τὸ βῆτα, καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα. Poſteà ſubiicit non ad quaternarium vſque, aut quinarium numerum eductas è ciſtella ſortes, ſed vlteriùs etiam pro athletarum binorum numero ſimiles duas in ſingula paria literas ſub obtutu maſtigophori, qui quam ij tenerent manu literam ipſe legeret : tum deinde Alytarcha ludorum curator, vel ex Hellanodicis vnus ſortibus quæ inuocato Ioue cuique obtigiſſent inſpectis ; athletas, qui eandem literam haberent binos ſimul componeret:quod ſi eſſent impares numero agoniſtæ, quinque (puta) ſeptem, aut nouem ; qui ex iis literam illam abſtuliſſet, quæ parem non haberet, is Ephedrus vltimi paris athletarum congreſſu expectato cum victore cõfligeret : ἢν δὲ περιττοὶ (ait Lucianus) πέντε ἑπτὰ ἐννέα γράμματι περιττὸν ἑνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν συμβάλλεται αὐτοῖς ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχων, ὁ δ' ἂν τοῦτο ἀνασπάσῃ ἐφεδρεύει περιμένων ἐς ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα, καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀθλητοῦ τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι, &c. quæ ſequuntur.

Vnde nimirum explicandi duo tréſve apud Plutarchum loci. Vnus [c] de obitu Craſsi, quem ait fuiſſe Ephedrum certaminis, inter Pompeium & Cæſarem inſtituti ; eóque ſublato magnum itidem belli ciuilis impedimentum, inter hos & ipſum, metuentes, ac propterea in officio ſe continentes, amotum fuiſſe : vt iam tum hoc Comicum pronunciare licuerit,

*vt alter vngit ſcilicet ſe in alterum*

*Fricátque*

[a] *Hermotimo, ἢ περὶ αἱρέσεων, fol. 484. vol. 1. Adde ſis locum è Sophoclis Electra citatum ab Hadriano Iun. lib. 2. animad. cap. 5.*

[b] *huc pertinet quod Euſtathius in ſup. d. loco fol. 418. ait, κλῆρον eſſe σημεῖον ὅ τις ἐμβάλλει τῷ ἀγγείῳ τοῦ λαχμοῦ ψῆφις τύχοι ἢ δακτύλιος ἢ ἕτερος ἀφώρητος κατασφοκλῆν ἢ ποιοῦτο· τὸ δ' αὐτὸ καὶ πάλος λέγεται, &c.*

[c] *in Pompeio, fo. 1183. vbi rectè Cruſerius, ἔφεδρον reddit his Latinis, Athletam qui in victorem aſſurgere integer potuiſſet.*



*Fricátque palmas puluere.*

Sic rectè Latinis verbis Cruſerius Græca reddidit ; quæ quoniam athleticam rem ſpectant, tantò lubentiùs proferam hoc loco : δεδιότες γὰρ ἐκεῖνον ἀμφότεροι τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀμωσγέπως ἐνέμενον δικαίοις. ἐπεὶ δ' ἀνεῖλεν ἡ τύχη τὸν ἔφεδρον τοῦ ἀγῶνος εὐθὺς ἦν εἰπεῖν τὸ κωμικὸν

ὡς ἅτερος πρὸς τὸν ἕτερον ὑπαλείφεται
τὼ χεῖρέ τε ἐπικονίεται

οὕτως ἡ τύχη μικρόν ἐστι πρὸς τὴν φύσιν. Alter eſt locus [a] de Teleſino Sãnite, qui poſt deletos à Sylla Marianos ad Signium, & fugato Præneſte vſque Mario, Carbonem aduerſariũ partium ducẽ relicto exercitu nauigare in Africam ex Italia coëgit. De qua re ſic Plutarchus, vt agonem vltimum à Teleſino velut Ephedro athleta compoſito cum defeſſo ex pugna, conſummatum dicat : τὸν μέντοι τελευταῖον ἀγῶνα καθάπερ ἔφεδρος ἀθλητὴς κατάπονῳ προσενεχθεὶς ὁ Σαννίτης Τελεσῖνος ἐγγὺς ἦλθεν τοῦ σφῆλαι καὶ καταβαλεῖν ἐπὶ θύραις τῆς ῥώμης : vbi quod verbum καταβαλεῖν luctatorum peculiare, vt monui ſuprà cap. 11. vſurpat in metaphora perſtans, eleganter facit, mihiq; admodum placet. Tertius eiuſdem auctoris locus eſt vbi μεταφορικῶς Ephedri nomen vſurpauit : perperàm acceptus ab interprete Latino libelli de ſera numinis vindicta. Nam cùm ita græca [b] ſe habeant ; ἤδη γὰρ ὥσπερ ἔφεδρον ἀνίστημι τὴν τελευταίαν ἀπορίαν, ἐπεὶ ταῖς προτέραις διηγώνισαι μετρίως : equidem reddenda ſic putarim : iam enim veluti recentem tertiæq; coitioni reſeruatam colluctatricem exſuſcito ſubſidiariam dubitationem vltimam : quandoquidem prioribus duabus moderatè decertatum fuit. Ille verò ἔφεδρον ἀντὶ τοῦ ἐνέδρου, ductam à palæſtra non agnoſcens tranſlationem, ſed à re potiùs bellica deſumẽs, his totidem Latinis expreſsit, Tanquam in inſidiis vltimum dubium, &c. At profectò ea ipſa, quam expoſuimus modò, ſignificatione Philo quoque verbum ab Ephedro deriuatum vſurpauit : vt τὴν τύχην ἐφεδρεύειν ὅτῳ οὖν καὶ συλλεγεῖσαν ῥώμην ἵνα συμπλακεῖσα εὐθὺς ἐξαρπάσῃ πρὶν φθάσαι τὸν ἀντίπαλον κονίσασθαι fortunam expectata occaſione ſuccedere, ad cõgrediendum (hoc enim eſt ἐφεδρεύειν Ephedrum eſſe) atque ita cum quolibet committi collectiſq; totis viribus connecti, vt eum abripiat ſubitò antequàm colluctatorem ipſe deiicere ac ſu-

 perare

[a] *in Sylla, fo. 860.*

[b] *in lib. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων, fol. 987. edit. Stephan.*

perare poſsit ſcriberet eo loco, quē huius libri ſerm.12. attuli.

Felicitatis cuiuſdam fuit in iſta commiſsione athletarum Ephedrum eſſe, vtputa imparem ſcilicet à ſorte relictum: virtutis autem, ex qua laus maior, ipſum ephedrum ſuperare; vtputa de quo integro is, qui iam aduerſus alium decertando attritus alioquin eſſe potuit, victoriam nihilominus reportaret. Hoc fuit, vt arbitror, quòd dicebant veteres; poſt primam ſortem, ſiue ſortitionem, bis, iterum, aut ſecundo antagoniſtas vincere: vt in vetuſta illa inſcriptione quæ Romæ in marmore quopiam penes Cardinalem Farneſium [a] extante ſcriptū legitur de Marco Aurelio Aſclepiade; qui & Hermodorus, pancratiaſta & periodonica; Capitolinis quoque agonibus Romæ victore, inter cætera: Καπετώλια ἐν ῥώμῃ δὶς τὸ δεύτερον μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἐστέφθη. ἐν ποτιόλοις δὶς τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς σεβαστά. ἐν νεαπόλι τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς, &c. quæ ad finem libri tertij [b] exhibere conſtitui. Nam quod hic, de iterata, poſt ſecundam ſortem, ſiue ſortitionem victoria proponitur; quantum coniectura diuinare poſſum, ad illos agonas referri debet, in quibus plures numero vtputa ſex, ſeptem, nouem contēderent, ſicuti modò Luciani verbis olim vſurpatum oſtēdimus: & ſimiliter, quod de ſuperatis tertiò poſt primam ſortem aduerſariis comprehenſum altera inſcriptione à latere ſuperioris legimus, in hæc omnino verba; τὸ τρίτον (ſic ibi) κατὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἔφεσον τοῖς ἀδριάνια ὀλύμπια, &c. quæ libro tertio, vbi de variis agonum vetuſtorum locis agetur, exhibebo. Ephedrum autem dictum in agonibus tertium duorum inter ſe colluctantium inſpectorem, expectatorem, aſſeſſorémve, qui cum alterutro eorum decertandum haberet; ab ipſo Sophoclis [c] ſcoliaſte traditur; ἔφεδρος δὲ ἐστὶν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὁ μὴ πλανώμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς ἀγῶσιν· ἀλλ' ὅταν δύο τινὲς παλαίωσι παλαίσειν τῷ νικήσαντι παρεσκευασμένος. Quamobrem iſta Sophoclis

καί μοι δυσθεράπευτος αἴας
ξυνέστιν ἔφεδρος---

ipſe vt metaphoricôs dicta interpretatur, ſic ferè; ἔνθα οὖν φησὶν ὅτι ἔσχατος καὶ ὡς ἔφεδρος ἐλείφθη μοι ὁ αἴας εἰς κακόν. Et paulo antè

[a] exhibet Iuſt. Lipſius ille, cui plurimum antiquitas Romana debet, in auctario inſcriptionū veterum Smetianis addito Antuerpiæ impreſſo anno 1588. pag. 57. literis maiuſculis.

[b] cap.26.

[c] in Aiace maſtigophoro, fo.37. lib. à Stepha. excuſſ.



antè οἷον πρὸς τοῖς πρώτοις κακοῖς ὥσπερ δεύτερόν ἐστι μοι κακὸν τοῦ αἴαντος συνεστηκός. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἔφεδρος, &c. quæ modò appoſui. Quæ item omnia ſic accipienda interim; vt non tertius modò, ſed quintus quoque, ac ſeptimus ἔφεδρος nihilominus appellatus fuerit, ſicuti ſuperiùs admonui: quãuis ille propriè ac verè qui tertius, quem tertiarium etiam vocabant, lexici græcolatini veteris fide; vbi ſic omninò ſcriptum [a] animaduerti nuper, quod è ſuperioribus explicari debet; Ἔφεδρος Tertiarius. Igitur τοῦ ἐφέδρου Iulius Pollux, vbi περὶ παλαιστῶν de luctatoribus cap. 30. [b] lib.3. mentionem facit: in aliis præter luctam agonibus Ephedrum fuiſſe non reperias. Spartanos quoque iuuenes qui ad condictum locum pontibus ingreſsi decertabant, non aliter niſi ſortitione priùs in Ephebæo habita commiſſos Pauſanias [c] monet; quo loco, τόσα δὲ μὲν δρῶσιν ἐν τῷ ἐφηβαίῳ· ἐς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ὀλίγον πρὸ μεσούσης ἡμέρας ἐσίασι κατὰ τὰς γεφύρας εἰς τὸ εἰρημένον χωρίον· τὴν μὲν δὴ ἔσοδον καθ' ἣν ἐσελθεῖν δεῖ ἑκατέραν τάξιν προεδήλωσε κλῆρος σφίσιν ἐν τῇ νυκτί. Circa curſuram tamen, inter agoniſtas nullam perſonarum (cùm ſimul omnes è carceribus mitterentur, vt arbitror, quorum vnus accepturus eſſet brauium, ſicuti verbis ipſius D. Pauli [d] ad Corinthios comprehenſum eſt) ſed loci duntaxat interioris, exterioris in ſtadio & inter hos mediorum ſortitionem fuiſſe apud veteres: ex iis Heliodori Æthiopicôn verbis [e] colligere non ſine argumento probabili nunc nuper videbar, quæ ſic ſe habent; de Theagene in Pythiorum agonum ſpectaculum ingreſſo: ταῦτα εἶπε καὶ ἀνήλατο (inquit) παρελθόντε εἰς μέσους τότε ὄνομα προσήγγελλε καὶ τὸ ἔθνος ἐδήλου, καὶ τοῦ δρόμου τὴν χώραν ἐκληροῦτο. καὶ τὴν πανοπλίαν ἐνδὺς ἐφειστήκει τῇ βαλβίδι τὸν δρόμον ἀσθμαίνων καὶ τὸ παρὰ τῆς σάλπιγγος ἐνδόσιμον ἄκων καὶ μόγις ἀναμένων. Veruntamen in omnibus gymnicis agonibus cùm ſortitioni quadam-tenus, ſi non omni ex parte locus foret, & ſors ipſa πάλος diceretur, id quod antè oſtendimus: hoc etiam placet, vt non ἀπὸ τῆς πάλης ἢ πηλοῦ, nō à colluctatione aut luto ac ceromate, non etiam ἀπὸ τῆς παλαιστῆς à palma, quòd ea manuum parte colluctantes plurimùm vtantur (in quarum opinionum alterutram inclinare tamen videtur in ſympoſiacis problematis Plutarch. [f]) ſed à ſorte ac ſortitione ἀπὸ τοῦ πάλου ἤγουν κλήρου originē duxerit palæſtræ

[a] col.481. gloſſariorum veterum ab Henr. Stepha. editor. ann.1573.

[b] περὶ ἀγωνοθετῶν καὶ ἀγώνων. col.188.

[c] Lacon. fol. 75. Aldin. lib.

[d] epiſt. 1. cap.9. verſ.24.

[e] lib.4. Æthiop. ſub init. in fo 74.

[f] quæſt. 4. lib.2. Sympoſ. problem.

palæſtræ nomen. Hoc in loco etenim certaminum omnium gymnicorum athletæ (vt equidem ſentio; licet ille in palæſtra ſolius luctæ atque pancratij certamen habitum exiſtimare ibidem videatur, non etiam pugilatus aut curſus aut aliorum; ſic admodum ſcribens: οὔτε γὰρ δρόμον οὔτε πυγμὴν ἐν παλαίστραις διαπονοῦσιν ἀλλὰ πάλης καὶ παγκρατίου, τὸ περὶ τὰς κυλίσεις) vno forſitan excepto curſu, cui anguſtius fortaſſe ſtadio ſpatium palæſtræ, ad curſus exercitationem non ſufficeret, exerceri conſueuerant: quidni etenim quirent ſaltare, diſcúmve aut iaculum mittere; ac multò magis pugilatu contendere: non equidem video. Adde quod in ipſa palæſtra exerceri omnes cuiuſcũque generis athletas olim ſolitos, non obſcurè idem auctor ibidem ſignificat, cùm ita loquitur: τὸν οὖν τόπον ἐν ᾧ γυμνάζονται πάντες οἱ ἀθληταί, παλαίστραν καλοῦσι.

*Sortitio in naualibus & equeſtribus, ſiue curulibus ludis, vt & in arcus certamine. Item in Muſicis agonibus, qui commiſſi apud Lalichmium in Elide, & aliis locis. De Muſicis multa in margine. Qui in ipſis primùm coronam meruerint. Olympiæ ſoli equeſtris & gymnici editi quos Muſici apud Pythonem, ſiue Delphos præcederent. Philoſtrati enarratus & expoſitus locus. Herculéſne an Oenomaus curulis apud Olympiam agonis auctor. Interpolator priſci ſcoliaſtis apud Horatium nuper publicatus carpitur. Apollinis citharœdi ſignum apud Delphos. Ei ac Muſis dicati apud Alexandriam ludi.*

## CAP. XXV.

ILLO ſanè (vt hoc perſequar, quod cœpi) gymnicorũ exemplo, in naualibus quoq; ludis recepta ſortitio locorum: cuius apud Virgil.[a] obiter habita mẽtio, vbi,

*Tum loca ſorte legunt, ipſiq́; in puppibus auro*
*Ductores longè fulgent oſtróque decori.*

[a] *lib. 5. Æneid. non longè ab initio.*

Præterea & in arcus certamine ſortitionem agoniſtarum factam, iſta eiuſdem poëtæ in eodem libro indicant.

*Conuenêre viri, deiectámque ærea ſortem*
*Accepit galea, & primus clamore ſecundo*
*Hirtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis*
*Quem modò nauali Mneſtheus certamine victus*
*Conſequitur---*

In equeſtribus, aut curulibus agonibus ductas itidem fuiſſe ſortes antiquitus, ludis quidem certè Delphicis hoc eſt Pythicis



thicis[a]; apparet ex his verſibus Sophoclæis, quos paulò antè[b] cum de brabeutis agerem, exhibui. Denique in Muſicis etiam agonibus olim commiſsiones poëtarum ſortito factas, non abſurdè quiſpiam ex iis Ouidij[c] verſibus colligat;

*Tunc ſine ſorte prior, quæ ſe certare profeſſa eſt*
*Bella canit ſuperûm---*

Et ex eo quod Plutarchus in Sympoſiacis[d] ita expreſsit: ἔθους δ' ὄντος ἐν τοῖς μουσείοις κλήρους περιφέρεσθαι καὶ συλλαχόντας ἀλλήλοις προτείνειν φιλόλογα ζητήματα. φοβούμενος ὁ Ἀμμώνιος μὴ τῶν ὁμοτέχνων τινὲς ἀλλήλων συλλάχωσι, προσέταξεν ἄνευ κλήρου γεωμέτρῃ γραμματικὸν προτείνειν καὶ ῥητορικῷ μουσικόν. εἶτα ἔμπαλιν ἀναστρέφειν τὰς ἀνταποδόσεις. Hos muſicos ludos, non apud Lalichmium modò in Elide, vbi oſtentationis, vel orationis ſubitariæ, vel ſcriptionis omnigenæ ſui periculum eruditiores quoſque feciſſe, ſicut in cæteris trium agonum luſtraliũ locis narrat Pauſanias[e]: verùm etiã Neapoli (Dione[f] teſte) ſimul cum agone gymnico: ſed & Patris, atque Athenis (in quarum vrbium vtriuſq; foro celebrata cum primis apud Græciã Odæa duo Pauſanias Achaicis refert) itemq́; apud Troezenẽ olim exhiberi ſolitos, idẽ ille Corinthiacis memorat: & verò Phocicis, pro hymno in honorem Apollinis decantato primum iam olim decretũ, apud Delphos in Pythio certamine Chryſothemidi Cretenſi præmium; Philammona deinde, tum eius filium Thamyrim, ac poſtea Eleutherem agone muſico, ſicut cytharæ cantu Cephallenam Lambi filium, & tibiæ cantu Echembrotum, deinde Arcadem & ipſo tibiarum ſono Sacadam Argiuum victores extitiſſe: atq; ex Athenæo[g] iam antè diximus, non tibicines quidem, aut cantatores ſed hilarodos (qui & ſimodi à Simo Magnete iuxta Ariſtotelem aliis poëtis hilarodo elegantiore, atque concinniore appellati) & aulodos coronis donari ſolitos antiquitus. Et quod circa poëtas philoſo

[a] *bene hoc eſt, vt ſtatim docco hoc ipſo cap. & lib. 2. c. 24. quod & oſtendi ſuperius cap. 17.*
[b] *cap. 23. ſup.*
[c] *fab. 5. li 5. Metamorph.*
[d] *lib. 9. Sympoſi. probl. quæſt. 3. in princ. vidit hunc locum Hadrian. iun. medicus doctiſſ. & in hanc rem citauit li. 2. animaduer. cap. 5. vbi de ſortiẽdi rationib. variis: cui adde ſis alterum ex eiuſdẽ lib. Sympoſ. quæſt. 1. in princ. περὶ λόγων τῶν ἀθλώησιν ἐν τοῖς μουσείοις γεωμετρῶν.*
[e] *ad fin. 2. Eliac. fol. 159. ἐν τούτῳ τῷ γυμνασίῳ καὶ βουλευτήριόν ἐστιν Ἠλείοις καὶ ἐπιδείξεις ἐνταῦθα λόγων τε αὐτοσχεδίων καὶ συγγραμμάτων ποιοῦνται παντοίων· καλεῖται δὲ Λαλίχμιον τοῦ ἀναθέντος ἐπώνυμον. Vide Suetonium de Muſicis ludis in Neron. c. 23. & in Domit. c. 4. Philoſtr. in 4. de Apollon. Athenæ. in 14. Deipnoſophi. fol. 462. latinæ interpretat. an. 83. vbi de Simonide Zacynthio qui in theatro ſellæ inſidens verſus memoriter pronuntiabat, & (vt ipſe ait) ἐρραψῴδει. Empedoclis expiationes Olympicis ludis Cleomenem rhapſodum memoriter reddidiſſe ibidem ex Dicæarcho traditur iis verbis quæ protuli cap. 4. ſup. Ac apud ipſam Olympiam primum Neronem agona Muſicum præter conſuetudinem commiſiſſe Philoſtratus ait lib. 5. de Apollo. fol. 28. pag. 2. vetuſtus Horatij commentator ad illud ex Od. 2. lib. 4. carminum, ſiue quos Elæa domum reducit vbi de ludis Olympicis: In eodem agone (inquit) poëtæ Herôum laudibus decantandis & accepto themate certabant & palma coronabantur.*
[f] *lib. 60. quem locum ſuperius expreſſi.*
[g] *lib. 14. Deipnoſoph. fol. 264. & in Lat. Lugdunen. fol. 462. & 463.*

X.

philoſophóſque, qui publicum ſui ſpecimen darent, committendos, locum ſortioni fuiſſe oſtendimus: hoc ipſum in citharœdorum etiam, vel aulœdorum cantibus, vel recitationibus Muſicis obtinuiſſe, vel vnus mihi Suetonius [a] fidem facit, vbi de Nerone; ac ſine more nomen ſuum in albo profitentium iuſsit adſcribi, ſorticuláque in vrnam cum cæteris demiſſa intrauit ordine ſuo, ſimulq; præfecti Prætorij citharam ſuſtinentes, &c. Cui poſsis adiicere iſtud quoque Ariſtidis [b] rhetoris teſtimonium, quo inter Muſicos non eum, cuius ſors prima exiiſſet, ſed qui omnium optimè ceciniſſet, olim & renunciatum à præcone tanquam victorem, & coronatum ſcribit: ſic ferè καὶ τραγῳδοὺς μὲν καὶ κιθαρισὰς καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐπὶ τῆς μουσικῆς μὴ ταὐτὸν φέρεσθαι τό τε ἀξίας ὄνομα καὶ τῆς τάξεως: ἢ κληροῦν γε ἂν ἤρκει μόνον ἀλλ' ὅς τις ἂν κάλλιστ' ἀγωνίσηται τοῦτον στεφανοῦν καὶ πρῶτον ἀναγορεύειν, κἂν ὕστατος εἰσελθὼν τύχῃ. Quamobrem eleganter apud Nonnum [c] non Erechtheo Athenienſi cuius prima ſors exierat, agone Muſico, quem Bacchus honori ac memoriæ ſtaphyli proponebat; ſed Oeagro tanquam victori maius cum corona decretum à Baccho agonotheta præmium fingitur: quo loco,

> Καὶ πρῶτος κλήροιο τυχὼν τεχνήμονι ῥυθμῷ
> Κεκροπίης ναέτης κιθάρην ἐλέλιζεν Ἐρεχθεὺς,
> Μέλπων πάτριον ὕμνον Et poſteà,
> δεύτερον αἰόλον ὕμνον ἄναξ Οἴαγρος ὑφαίνων

& reliqua: & ſtatim,

> Οἰάγρου δὲ κάρηνον ἄναξ ἐστέψατο κισσῷ.
> Καὶ χρυσέης ὀρφνῆς ἐπιρρήσσων χθόνα ταρσῷ,
> Ἄσμενος ἄζυγα ταῦρον ἐδέξατο μισθὸν ἀοιδῆς.

Apud Lucianum ſimiliter [d] quodam loco, è tribus Antagoniſtis citharœdis cùm in Pythiis agonibus prima ſors Theſpidos Thebani exiiſſet, ſecunda Euangeli Tarentini, Eumeli Elæi tertia, hunc victorem renunciatum atque coronatum fuiſſe traditur: ἐπεὶ δ' οὖν ποτε καὶ ἧκεν (ait) ἡ τοῦ ἀγῶνος ἡμέρα, τρεῖς μὲν ἦσαν, ἔλαχε δὲ μέσος αὐτῶν ὁ Εὐάγγελος ᾄδειν καὶ μετὰ Θέσπιν τὸν Θηβαῖον οὐ φαύλως ἀγωνισάμενον, εἰσέρχεται ὅλος περιλαμπόμενος τῷ χρυσῷ, καὶ τοῖς σμαράγδοις, & reliqua ad Euangelum illum citharœdum ignariſsimum pertinentia, quæ hoc ipſo libro cap. 19. ad extremum & cap. 21. propoſuimus; itemq; lib.

[a] *in Nerone. cap. 21.*

[b] *ſub init. orat. 1.* περὶ ῥητορικῆς πρὸς Πλάτωνα, *f. 111.*

[c] *Dionyſiacôn li. 19. f. 336. & 337.*

[d] πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. *Vnde plurima congeſſi cap. 13. ſup. & lib. ſeq. c. 24.*



lib. ſeq. cap. 24. adferã, & aliquantò pòſt μικρὸν δὲ ἐπισχὼν μετ' αὐτὸν Εὔμηλός τις Ἠλεῖος εἰσέρχεται, κιθάραν μὲν παλαιὰν ἔχων, &c. ἀλλ' οὗτός γε ᾄσας δεξιῶς καὶ κιθαρίσας κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης ἐκράτει, καὶ ἀνεκηρύττετο· καὶ τοῦ Εὐαγγέλου κατεγέλα μάτην ἐμπομπεύσαντος τῇ κιθάρᾳ καὶ ταῖς σφραγῖσιν ἐκείναις, &c. In Pythico ſanè conuentu atque celebritate, Muſicas, atque poëtarum commiſſiones præcedere gymnicos ludos, ſubſequi hos illicò iis peractis ſolitos; vel iſta Plutarchi [a] verba, quæ antè in rem aliam protuli, fidem indubitatam faciunt: σωσικλέα τὸν κορωνῆθεν πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιῶμεν τὰ ἐπινίκια. τοῦ δὲ γυμνικοῦ ἀγῶνος ἐγγὺς ὄντος ὁ πλεῖστος ἦν λόγος περὶ τῶν παλαιστῶν. Citharœdum Ariſtonum Pythiis victorem ſexies fuiſſe, qui & in gratiam Lyſandri oſtenderit, ſi rurſus viciſſet pronunciaturum Lyſandri ſeruum ſe eſſe apud Plutarchum [b] legimus, quo loco, ἐπεὶ μέντοι ὁ κιθαρῳδὸς Ἀρίστονος ἑξάκις Πύθια νενικηκὼς ἐπηγγέλλετο, τῷ Λυσάνδρῳ φιλοφρονούμενος ἂν νικήσῃ πάλιν Λυσάνδρου κηρύξειν ἑαυτὸν ἢ δοῦλον εἰπεῖν.

Atque hac re potiſsimùm (vt de coronis taceam) Olympicos diſtaſſe, cùm à Pythicis, tum ab aliis agonibus reperio, quod in illis ſoli equeſtres, & gymnici darentur, in his, gymnicos ludos, Muſici præcederent: hoc autem ipſum ſicut ex iis quæ antea [c] diximus intelligitur, ita etiã Philoſtratus [d] in hæc verba manifeſtiſsimè docuit, καὶ τὴν μὲν Πυθὼ τοὺς ἐς αὐτὴν ἥκοντας αὐλῷ τε παραπέμπειν καὶ ᾠδαῖς καὶ ψαλμῷ κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας ἀξιοῦν εἶτα τὴν ἀγωνίαν παρέχειν τὴν γυμνὴν ὀψὲ τούτων: τὴν δὲ Ὀλυμπίαν τὰ μὲν τοιαῦτα ἐξελεῖν ὡς ἀνάρμοστα καὶ οὐ χρηστὰ ἐκεῖ, παρέχεσθαι δὲ τοῖς ἐς αὐτὴν ἰοῦσιν ἀθλητὰς γυμνοὺς ἡρακλέους ταῦτα ξυνθέντος. Vnde intelligẽdus nimirũ locus alter [e] euiſdem Philoſtrati: vbi Olympiæ occaſione, de publici conuentus quamlibet incorporalis rei materia diſſeritur: eam verò eſſe ait Apollonius (non de Olympico, ſed de quolibet conuentu agens, vt arbitror) τεμένη τε καὶ ἱερὰ καὶ δρόμους καὶ σκηνὴν δήπου (at ſcenam, vel theatrum Olympiæ non fuiſſe ſuperiùs oſtendimus) ἔθνη τε ἀνθρώπων τὰ μὲν ἐκ τῶν ὁμόρων, τὰ δὲ ἐκ τῶν ὑπερορίων τε καὶ ὑπὲρ θάλατταν καὶ μὴν καὶ τεχνῶν πλείστων εἰκὸς αὐτὴν ξυγκεῖσθαι καὶ σοφισμάτων σοφίας τε ἀληθινῆς καὶ ποιητῶν καὶ ξυμβουλιῶν καὶ διαλέξεων (hæc autem omnia cum ſuperioribus Plutarchi verbis comparanda moneo) γυμνῆς τε ἀγωνίας καὶ μουσικῆς, ὡς πυθοῖ



[a] *quæſt. 4. Sympoſia. problem. in princ. vide alios cõſimiles de conuiuio victoriali locos, qui à me adferuntur li. 2. vbi de præmiis hieronicarum & conuiuiis in Prytaneo.*

[b] *in vita Lyſandri. fo. 811. Steph. libri.*

[c] *c. 4. huius lib.*

[d] *lib. 6. de vita Apollo. f. 56. Ald. lib.*

[e] *ex lib. 8. de Apollon. circa fin. in fol. 55. pag. 2.*

παάτριον. Et quidem hîc Olympicum conuentum propterea non nominat, ſed Pythicum modò, quoniam in Olympico vtique gymnicos meros, aut equeſtres, ſiue curules exhiberi ſolitũ ludos; non Muſicos vt in Pythicis, & reliquis. Quamobrem in conſpectũ regis Xerxis adducti olim perfugæ pauci, qui ab Arcadia venerãt, & à Perſis aliis anquiſiti quidnam rerum Græci agerent: reſponderunt apud Herodotum [a], eos agere Olympia, & ſpectare certamen equeſtre, ac gymnicum; nulla Muſici vllius agonis mentione habita: εἷς δέ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτῶν αὐτοὺς ταῦτα, οἱ δέ σφι ἔλεγον ὡς ὀλύμπια ἄγοιεν καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. Denique Diodorus Siculus [b] ab Hercule Olympicum agonem, equeſtrem, & gymnicum conſtitutum, icto inter ipſum & Argonautas fœdere, miſſóſque legatos ad vicinas vrbes, qui certaminis diem indicerent in hæc verba ſcripſit: ὑποστησάμενον δ' ἱππικὸν ἀγῶνα, καὶ γυμνικὸν τάττε περὶ τῶν ἄλλων διατάξαι καὶ θεωροὺς ἀποστεῖλαι τοὺς ταῖς πόλεσι προαιροῦντας τὴν θέαν τῶν ἀγώνων. Facetè igitur, & argutè apud Philoſtratum [c] Theſpeſion Gymnoſophiſtas Aethiopas, hoc diſtare ab Indis Brachmanibus dicebat Apollonio: quo differrent Olympici, vbi meræ nudorum athletarum pugnæ; à Pythicis, vbi mira canentium, & recitantium ſuauitas afficiebat ſpectatorum animos: τοῦτο ἦγον παρὰ τὴν ἰνδῶν σοφίαν τὰ ἐνταῦθα οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ ἐς τὴν πυθὼ καλοῦντες ποικίλαις δημαγωγοῦσιν ἴσον ἴυγξιν· ἡμεῖς δὲ ὥσπερ ἐν ὀλυμπίᾳ γυμνοί. Quibus tamen claſsicorum auctorum teſtimoniis, excluſum Epicorum aut Lyricorum carminum ab Olympia certamen, haudquaquam exiſtimandum eſt: quod cap. 4. præmonuiſſe me recordor. De curulis autem agonis apud Olympiã ſeu Elidem inſtauratore non minus quàm gymnici Hercule quod à Diodoro diximus modò, in dubium vocari poteſt; propter illum Caſsiodori ex libris variarum [d] locum, quo primam Circenſium editionem Olympicam Oenomao tribuere videtur, ſic admodum ſcribens: Primus enim hoc apud Elidem Aſiæ ciuitatem Oenomaus fertur edidiſſe, quod poſteà Romulus in raptu Sabinarum nec dum fundatis ædificiis ruraliter oſtentauit Italiæ. Hic fuit Oenomaus [e] Elidis rex Hippodamiæ pater, qui eius procis curule certamen ea lege propoſuiſſe fertur, vt filia victori in matrimonium cederet, victus mortem ſubiret.

*[a] Vrania lib. 8. f. 298. lib. à Steph. excuſi. Vnde reliqua vide ſis ad hanc hiſtoriã pertinentia cap. 22. lib. proximè ſequentis.*
*[b] lib. 4. biblioth. fol. 178.*
*[c] lib. 6. de Apoll. fo. 36. ſtatim poſt illa quam ſuperius appoſui.*
*[d] lib. 3. variarũ epiſto. 51. fol. 76.*
*[e] de Oenomao et Pelope hiſtoriam vide ſis apud Strabonem lib. 8. Pauſaniã Eliac. 1. fol. 157. & 164. libri Vecheliani. & Eliac. 2. in fo. 200. vbi ſuperatorum aliorum procorum atque peremptorum nomina percenſentur.*



ſubiret. Aurigam Oenomai Myrtilum Pelops pretio corrupit, vt axes infirmos currui ſubiungeret. Victoria puella & regno ſimul Oenomai eo certamine colliſi ac perempti potitus, in mare Myrtilum proiecit: ſoceriq; caſum ita vltus eſt. Sed hæc vetuſtiora, nondum inſtituto aut ſacrato vlli agone Olympico: quod poſteà factum ab Hercule in aui Pelopis honorem, ſuperiùs declaraui ſermone huius libri ſexto & decimo. Ex iis intereà illuſtrandum Nonni carmen Dionyſiacis [a]: quo etiam, non minùs quàm ſuperioribus, id meritò quiſpiam adduci poſsit, vt aſſerat; vetuſtiſsimum certamen apud Elidem fuiſſe ludorum Circenſium, ante gymnicos ab Hercule inſtitutos:

οὐδὲ παλαισμοσύνη χαλκεῖ δῶρα τιταίνω
οὐ δρόμος ἱπποσύνης, σὺν ἤλιδος εἰσὶν ἀγῶνες.
οὐ δρόμος Οἰνομάου γαμβροκτόνος. ἡμετέρη γὰρ
Νύσσα, χορὸς· βαλβῖδες ἐπισκιρτήματα ταρσῶν,

& reliqua duodecimo libri huius capiti [b] aſperſa.

Ad Pythia [c] quidem quod attinet, cùm non minùs tibiis quàm cithara ibi cani ſolitum vel ex illo Philoſtrati loco, alios complures à me ſuperiùs [d] cùm de tibiæ in agonibus ſacris vſu diſputarem, allatos in memoriam reuocante ſatis cuique appareat: equidem facere non poſſum quin rideam, vbi ad iſtud Horatij in arte,

*---qui Pythia cantat*
*Tibicen didicit prius extimuítque magiſtrum;*

video non priſcum interpretem, ſed interpolatorem ipſius (vt malo credere) quempiam nuper à Cruquio in Antuerpiana Plantini officina editum, ad illud Tibicen, τὸ Citharœdus apponere: tanquam carminibus in laudem Apollinis Pythij canendis citharœdos, non item, aulœdos, ac tibicines adhiberi fas aut mos fuerit. Nec tamen citharam potiùs quàm tibiam, Apollini placuiſſe inficior, aut in Pythicis agonibus commendatam: quando ſignum ipſum Apollinis apud Delphos ita effictum vt citharam teneret, ex eo Plutarchi [e] loco intelligimus; in quo de cytharæ ſono exaudito, è templi Delphici adyto, cùm Caphis Phocenſis iuſſu Syllæ de mittendis ad ipſum Apollinis Delphici theſauris verba cum Amphyctionibus faceret, ſic ferè ſcriptum; ὁ δὲ κάφις ἧκε μὲν εἰς δελφοὺς,

*[a] lib. 19. fol. 339. edition. Plantin. anno 69.*
*[b] ad extremum, vbi de ſaltatione agitur.*
*[c] de quibus & ſuperius cap. 17. actum eſt: & verò agetur ſequẽti lib. cap. 24.*
*[d] cap. 4.*
*[e] in Sylla, ad fin. pag. 839. & ſeq. lib. à Stepha. excuſi.*

 ὤκνει

ᾤκει δὲ τὸ ἱερὸν ᾄδειν, &c. ἐνίων δὲ φασκόντων ἀκοῦσαι φθεγγομένης τῆς ἐν τοῖς ἀνακτόροις κιθάρας εἴτε πεσούσας εἴτε τὴν σύλλαν βουλόμενος ἐμβαλεῖν εἰς δεισιδαιμονίαν ἀπέστειλε πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ σκώπτων ἀντέγραφε θαυμάζειν τὴν Κάφιν εἰ μὴ συνίησιν ὅτι χαίροντος οὐ χαλεπαίνοντος εἴη τὸ ᾄδειν. ὥστε θαῤῥοῦντα λαμβάνειν ἐκέλευσεν ὡς ἡδομένου τοῦ θεοῦ καὶ διδόντος. Nemeorum quidem ludicro, citharœdos in theatro decertaſſe, in quibus Pyladem citharœdum Timothei Perſas canentem, cùm Philopœmen ſuperueniſſet, hoc modo exorſum;

κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχων μέγαν Ἑλλάδι κόσμον.

grandiloquentia verò poëtæ congruente cum recitantis canora voce, oculos ex omni theatri parte in Philopœmenē coniectos Plutarch. ille alibi [a] memorat. Nam quid mihi de ludis à Ptolomæo apud Alexandriam Muſis & Apollini dedicatis, vbi quemadmodum athletarum, ſic communium (vt eſt apud Vitruuium [b]) ſcriptorum victoribus, præmia & honores cōſtituit; aut quid etiam de Græcanico certamine Muſico, gymnicóque, ac equeſtri Neronis temporibus atq; Domitiani Romæ dato, cuius Tacitus [c] & Suetonius [d] meminêre; verba opus eſt facere?

[a] *Philopœm. fol. 663. & Lyſandro fol. 812.*
[b] *ſub init. lib. 7. de architectura è quo ſcripſi lib. 3. cap. 27.*
[c] *lib. 14. Annal.*
[d] *in Domitiano, cap. 4.*

*Oratorum & poëtarum commiſſiones Romæ in Capitolinis Neronis & Domitiani agonibus Muſicis exemplo ac more græco & victores coronati. Plinius explicatus, atque Auſonius. Quæſtionum inter priuatos parietes expeditionis ratio, non ſine ſortitione, ac præmio ex Agellio. Priuatæ recitationes è Plinio. Victores equeſtribus, ſeu curulibus ludis quorum equi pernicitate præſtiterant & ipſi coronati, ſiue abſentes, ſiue etiam præſentes, qui tamen ipſi equos non agitaſſent. Expenſus Homeri hac de re locus* παραβάται. *Deſultores.* Ἀποβάται. Ἀναβάται. *Fœminæ Olympionicæ ob equos præſtitos qui ludis alios pernicitate ſuperaſſent, quarum prima Cyniſca Archidami filia Ageſilai ſoror tum Euryleonida atque Beliſticha. Forſitan & Berenice. Alexāder nummos ſignari iuſſit ſuis curruum victoriis Olympiacis. Choragi ludorum Muſicorum ſiue ſcenicorum corona donati. Athletarum choragi olim tripodibus. Choragi ſcenicorum ſortitò ducti, ſed, & Critæ, ſiue iudices ludorum: qui olim quinque poſteà decem.*

## CAP. XXVI.

ILLVD potius notandum; eius Domitiani temporibus Romæ ludicro Capitolino quinquennali, quod Capitolino Ioui triplex Muſicum, equeſtre, gymnicum ab illo Imperatore conſtitutum dixi extremo proximi ſuperio-



ſuperioris capitis, & cap. 3. non minus oratorum, quàm poëtarum, exēplo moris in antiqua Græcia olim ſeruati (de quo è Plutarcho & Pauſania locos paulò antè protuli) commiſſiones fuiſſe: intérque ipſos qui victor eſſet pronuntiatus, & coronam, &c. vtique præmia eſſe conſequutum. Huius obſeruationis meæ, cùm guſtum aliquem dare tractatus iſtius initio [a] cœperim; vnum adhuc auctorē Suetonium [b] habeo: quo loco, ſed & Capitolino certamine cunctos ingenti conſenſu precantes vt Palfurium Suram reſtitueret, pulſum olim Senatu, ac tum de oratoribus coronatum nullo reſponſo dignatus, tacere tantummodo iuſsit voce præconis: item vbi [c] de Neroniis, illo triplici certamine Græcanico; in Orcheſtram (inquit) Senatumq; deſcendit: & orationis quidē carminíſque Latini coronam, de qua honeſtiſsimus quiſq; contenderat, ipſorum conſenſu conceſſam ſibi recepit. De ludicro iſto Capitolino, quo de agimus ſenſiſſe Iunium Mauricum exiſtimo, cùm rogatus ab Imperatore Traiano de Vienneñſium agone, reſtituendum ipſis non eſſe, pro ſententia dixit teſte Plinio [d], & adiecit; vellem etiam Romæ tolli poſſe. At quod addit Plinius eo loci, vnde verba libro huius Agoniſtici tertio [e] proferre certum eſt; placuiſſe agona tolli qui mores Viennenſium infecerat, vt noſter hic omnium: etſi noſtri nomine Romanum illud, atque Capitolinum, à Nerone vel Domitiano inductum certamen intelligit; non tamen quà gymnicum fuit, eo mores aut Romanorum, aut omniū Romanæ ditionis hominum infectos crediderim, aut quà equeſtre: ſed potiùs quà Muſicum, hoc eſt [f] poëticum, ac potiſsimè ſcenicum; hiſtrionicū quippe, aut mimicum. De iſto igitur Muſico Capitolino ludicro Romæ ad Olympici (à Nerone ſcilicet reformati atq; amplificati) exemplum ſimilitudinem q; inducto, in quo poëtæ coronarentur; intelligendum Auſonij [g] carmen Attico Tironi Delphidio rhetori dicatū vidit perſpicaciſsimus in omni literarū genere Ioſephus Scaliger libro ſuarū ad illum lect. 1. cap. 10. vt quo loco ſic ſcriptum à Poëta;

*Tu pœnè ab ipſis orſus incunabulis*
*Dei poëta nobilis*
*Sertum coronæ præferens Olympiæ*
*Puer celebraſti Iouem:*

[a] *cap. 3. ſuprà.*
[b] *Domitiano cap. 13. ſic loquutum coniicio Tertullianū eo loco qui à me caſtigatur Agoniſt. 2. c. 22.*
[c] *Nero. cap. 12. vbi Torrentius è Tacito eloquentiæ primas partes nemo tulit, ſed victorem eſſe Cæſarem pronunciatum.*
[d] *lib. 4. epiſtol.*
[e] *cap. 26. ad extremum.*
[f] *rectè, hoc eſt, vt docui ſup. ad cap. 3. & lib. ſeq. cap. 14. ad marg. ſub initium.*
[g] *in profeſſorib. Burdegal. carmine 6.*

Ipſe

Ipſe Olympiam coronam, eſſe quercum Capitolinam quam merebant poëtæ, qui in Agonibus Capitolinis poëmate vicerant, ſcripſerit: ſuámque ſententiam adhibito Iuuenalis & Martialis teſtimonio ita comprobarit; vt hoc ampliùs illo agone contra Statium (qui Thebaidem ſuam poſt incredibilem totius vrbis expectatione recitauerat) cùm non placuiſſet, alios fuiſſe coronatos, non vno ſyluarum loco conqueri Statium addiderit. Ad illas verò in Muſicis ludis poëtarum, oratorum, hiſtoricorum commiſsiones, quæ interuẽtu etiam Prætorum ludis præſidentium fierent, ſed tum adhuc extra ordinem, aut ludis fortaſſe ipſis ſcenicis; referendũ puto, quod de Octauio Auguſto Suetonius [a]: ingenia ſui ſæculi omnibus modis fouit, recitantes & benignè & patienter audiuit: nec tantùm carmina, & hiſtorias, ſed & orationes, & dialogos. Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò & à præſtantiſsimis offendebatur, admonebatq; Prætores ne paterentur nomen ſuum commiſsionibus obſoleſcri. Niſi tamen huiuſmodi cõmiſsiones ac recitationes, ante Domitianum, certè ante Neronem inter priuatos parietes, admiſſo interim frequenti nonnũquam auditorio factæ: quod ſuſpicari ex alio quodam Suetonij loco [b] potiùs libet; præſertim ideò quia pòſt paulò ſub Adriano quoq; Imperatore Athenis vſurpatum, non ſine illa qua de agimus ſortitione intelligamus: tradẽte quidpiam non abſimile Agellio de quæſtionibus, ac diſputationibus priuatis in ea vrbe, dum Saturnalia fortè agitarentur, propoſitis atque diſcuſsis; victori etiam conſtituto ab eo qui cœnã præberet præmio. Qua de re illus hæc ſunt in reliquis [c]; Conueniebamus ad eandem cœnam compluſculi, &c. tum qui cœnulam ordine ſuo curabat, præmium ſoluẽdæ quæſtionis ponebat, librum veteris ſcriptoris, vel Græcum, vel Latinum & coronam è lauro plexam, totidémque res quærebat, quot homines iſtic eramus, cúmque eas omnis expoſuerat, rem, locúmque dicendi ſors dabat. Quæſtione igitur ſoluta, corona & præmio donabatur: non ſoluta autẽ tramittebatur ad eum qui ſortitò ſucceſſerat, idq; in orbem vice pari ſeruabatur. Si nemo diſſoluebat quæſtionis eius nodum, præmium ipſum & corona Deo, cuius id feſtum erat, dicabatur, &c. Hæc vbi ordine quo dixi propoſita atq; ſingulis ſorte ductis diſputata explanataq;

[a] *cap. 89. in eius vita.*

[b] *in Claudio ca. 41. videto & Plinium epiſt. 13. li. 1. ad Soſſium Senecionem.*

[c] *ex cap. 2. lib. 18. noct. atticar.*



explanataq; ſunt, libris, coroniſque omnes donati ſumus: niſi ob vnam quæſtionem; & quæ ſequuntur: quibus eius quæſtionis coronam Deo feriarum illarum Saturno datam Agellius tradit. Cuius illa omnia viſum huc ideo congerere, vt ex ipſis quæ fuerint ſortitiones coronæ, ac præmia cætera in priuatis cõmiſsionibus, augurari ſaltem coniectura (ſi non planè percipere) quiſque per ſe faciliùs quiret. A qua re neutiquam iſtud Imperatoris Iuliani [a] è ſympoſio ſeu Cæſaribus abhorret: vbi præconio per Mercurium edito primum dicendi locum Iulio Cæſari (cuius ambitio ſcilicet notatur) obtigiſſe ſortitò traditum:

Ἑρμῆς δ' ἐκήρυττεν
Ἀρχὴ μὲν ἀγώνων καλλίστων
Ἄθλων ταμίας
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν
Ἀλλ' ἀκούοντες, τὰν ἡμετέρας
Κήρυκα βοάν. Et ſtatim
τοιαῦτα δὲ ἑρμοῦ κηρύττοντος ἐκληροῦντο.
καί πως συνέδραμε τῇ τοῦ
Καίσαρος ὁ κλῆρος φιλοπρωτίᾳ, &c.
δεύτερος δ' ἐπ' ἐκείνῳ λέγειν ἔλαχεν ὁ Ἀλέξανδρος.

Ergo de his commiſsionibus Muſicis, non de comeſſationibus, loquutum aliquo epiſtolarum ad Lucilium loco videri Senecam, cap. 4. admonui. Ad recitationes autem carminum, & orationum illas itidem priuatas * inter amicos Romæ priſcorum Imperatorum ætate vſurpatas (de quibus paulò antè actum eſt) hoc refero: quod ad Octauium Plinius iun. ** ad librorum editionem cohortatus, ſic admodum ſcribit: enotuerunt, quidam tui verſus, & inuito te clauſtra tua refregerunt: hos niſi retrahes in corpus quandoque vt errones; aliquem cuius dicantur, inuenient. Tum aliquanto pòſt: & de editione quidem interim (ait) vt voles; recita ſaltem, quò magis libeat emittere, vtq; tandem percipias gaudium, quod ego olim non pro te temerè præſumo. Imaginor enim qui concurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentiũ maneat; quò ego cùm dico vel recito, non minùs quàm clamore delector: ſit modò ſilentium acre & intentum, & cupidum vlteriora audiendi. Item ad Cerealem ***: Hortaris vt orationem

[a] *fol. 48. & 51. Lutetiani lib. an. 1583. edit. à Dunallio.*

* *de publicis apud Græcos dixi ſupra, cap. 4.*

** *lib. 2. epiſt. in ea cuius initiũ: hominem te patientem.*

*** *eodem libr. in ea cuius init. Hortaris.*

tionẽ amicis pluribus recitem: Faciam quod hortaris, quamuis vehementer addubitem. Neq; enim me præterit actiones, quæ recitantur impetum omnem caloremq; ac propè nomen ſuum perdere, &c. Recitantium verò præcipua pronuntiationis adiumenta oculi, manus præpediuntur (hinc apparet ex ſcripto factas recitationes huiuſmodi) quo minùs mirum eſt ſi auditorum intentio relangueſcit nullis extrinſecus aut blandimentis capta, aut aculeis excitata, &c. Nos autem ſi placuerit recitare, adhibituri ſumus eruditiſsimum quemq;. Sed planè adhuc an ſit recitandum examina tecum, omnéſque quos ego noui in vtraque parte calculos pone, idq; elige in quo vicerit ratio: à te enim ratio exigetur, nos excuſabit obſequium.

Animaduertendum hoc etiam, quod luſtralibus, & ſacris agonibus, qui equos curribus agitandis alerent, & quorum equi victoriam ex pernicitate inde reportaſſent; ipſi victores à præconibus proclamabantur; & à poëtis etiam laudabantur: ſicuti Hieronem Siciliæ Tyrannum à Pindaro ſuis odis celebratũ legimus; de quo Theophraſtus in libris de regno apud Plutarchum [a] narrat, equos Olympia certatum miſiſſe, ipſiſq; tabernaculum ſplendidè ornatum erexiſſe; Themiſtoclẽ verò pro ſententia dixiſſe apud Græcos, vt tentorium tyranni diriperent, ipſiúſque equos, à certamine arcerent: τὸν Θεμιστοκλέα πέμψαντος εἰς ὀλυμπίαν ἱέρωνος ἵππους ἀγωνιστὰς καὶ σκηνήν τινα κατεσκευασμένην πολυτελῶς στήσαντος εἰπεῖν ἐν τοῖς ἕλλησι λόγον ὡς χρὴ τὴν σκηνὴν διαρπάσαι τοῦ τυράννου καὶ κωλῦσαι τοὺς ἵππους ἀγωνίσασθαι. Itaque in equis alendis magnificentiam, curruum numero celebrẽ in Alcibiade cõmendatam à Plutarcho [b]; quòd ſolus ille, prætereà nemo ad Olympicum agonem, neq; priuatus, neque rex ſeptem miſerit. Quin etſi in ſpectaculis domini adforent, nihil propterea neceſſe habuiſſe ipſos, vt currum agitandis equis conſcenderent, de quorum pernicitate nihilominus victoriam eſſent reportaturi: quamobrem Homericus Achilles [c] (etſi hoc ab interpretibus & ſcoliaſtis non aduertitur) Achillem, atque Idomeneum, qui de equeſtri certamine in contentionem venerant; ſedere in loco agonis, & equorum curſuram velut agonotheta quiſpiam ſpectare iubet, his omnino verſibus:

ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ἀγῶνι καθήμενοι εἰσοράασθε.

Ἵππους·

[a] in Themiſtocle fo. 225. lib. à Stephan. excuſi.

[b] Alcibiad. fol. 257. qui & in Alexandro, fol. 1221. victoriis curruum Olympiacis ſuis patrẽ ipſius Philippum Macedonem gloriæ cupiditate nimia & oſtentatione nummos ſignaſſe ſcribit. De Alcibiadis autẽ iſta magnificentia ſubtilius agetur inferius li. 3. cap. 21.

[c] Iliad. ψ.



Ἵππους· οἱ δὲ τάχ' αὐτοὶ ἐπειγόμενοι περὶ νίκης
ἔνθα δ' ἐλεύσοντ'· τότε δὲ γνώσεσθε ἕκαστος
ἵππους Ἀργείων οἳ δεύτεροι οἵ τε πάροιθεν.

Non enim περὶ παραβατῶν, de quibus alio eiuſdem libri loco loquitur, hic agit; quorum non in bello tantùm, ſed in ludis quoque vſus fuit: ſicuti de Panathæneis agens Plutarchus in Phocione [a] indicat: vbi ἀποβάτας vocauit, quo nomine idem ipſum quod illo ſignificari Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 7. antiq. Roman. docuit, τοὺς παροχουμένους τοῖς ἡνιόχοις eſſe dicens τὸν σταδιαῖον ἁμιλλῶντας δρόμον αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους. Ἀναβάτας eoſdem apud Pauſaniam eſſe arbitror quod à Sylburgio Dionyſij ſcoliaſte diligentiſsimo notatum, cùm hic exſcripſiſſem, reperi: quamobrem auctoris adferre verba piget; proponam tamen, vt ſtudioſo noſtri lectori gratificer: Igitur vbi de Calpes & Apenes differentia, καὶ ἀπ' αὐτῶν (ait) ἀποπηδῶντες ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ δρόμῳ συνέθεον οἱ ἀναβάται ταῖς ἵπποις εἰλημμένοι τῶν χαλινῶν, καθὰ καὶ ἐς ἐμὲ οἱ ἀναβάται καλούμενοι. διάφορα δὲ τοῖς ἀναβάταις ἐς τὸν κάλπης τὸν δρόμον τάτε σημεῖά ἐστι καὶ ἄρσενες σφίσιν ὄντες οἱ ἵπποι. Fœminas quidem Olympionicas, non ipſas agitaſſe curules equos, ſed hos cum agitatorib. exhibuiſſe ludis, & ideò coronã meruiſſe conſtat. Ac primùm curru quadrijugo Cyniſcam Archidami Lacedæmoniorũ regis filiam, quæ ad curſum ſtadialem, ſiue Circenſem equos aluerat primam fœminarum omnium viciſſe, cui & Mauſolæum, & plataniſta ædificatũ fuerit Pauſanias [b] memorat, quo loco, πρὸς δὲ τῷ πλατανιστᾷ καὶ Κυνίσκας ἐστὶν ἡρῷον θυγατρὸς Ἀρχιδάμου βασιλεύοντος Σπαρτιατῶν· πρώτη δὲ ἱπποτροφῆσαι γυναικῶν καὶ ὀλυμπιάσι πρώτη νίκην ἀνείλετο ἅρματι. Hanc Cyniſcam, non Archidami filiam, ſed Ageſilai magni ſororem Plutarchus [c] perſuaſam à fratre conſcenſo curru, apud Olympiam decertaſſe refert: volente nimirum iſtud Græcis oſtendere, non vllius virtutis ſed diuitiarum, & ſumptuum talem rem eſſe: ἔπεισε τὴν ἀδελφὴν Κυνίσκαν εἰς ἅρμα καθίσασαν ὀλυμπίασιν ἀγωνίσασθαι, βουλόμενος ἐνδείξασθαι τοῖς ἕλλησιν (ait ille) ὡς οὐδεμιᾶς ἐστιν ἀρετῆς, πλούτου δὲ καὶ δαπάνης τὰ τοιαῦτα, vel (vt alibi legitur) ἀλλὰ πλούτου καὶ δαπάνης, ἡ νίκη. Ac Plutarchus quidem id quod dixi, ſed per Xenophontem [d] protulit: cuius hæc verba omninò ſunt: Κυνίσκαν δὲ ἀδελφὴν οὖσαν πεῖσαι ἁρματοτροφεῖν καὶ ἐπιδεῖξαι νικώσης

 αὐτῆς

[a] fol. 1377. edit. Stepha. vbi vide annotat. ad fol. 139. Latinæ verſionis ex Varino & Dionyſ. Halicarnaſ. ad fin. lib. 7. Roma. antiq. f. 479. & ad Plutarch. in Æmil. fol. 475. Et Latinæ verſionis fo. 416. ex Home. & Porphy. in quæſt. Homer. Euſtath. ad Homer. in γ. & λ. Ilia. l. Euripide in Supplicib. Apollonio in Argonauticôn 1. Quibus adde ſis Iſidorum Hiſpalen. Orig. 18. lib. c. 38. vbi, Deſultores nominati (ait) quod olim, prout quiſque ad finem curſus venerat deſiliebat & currebat, ſiue quod de equo in equũ tranſiliebat.

[b] Laconicis f. 69. Aldin. lib. & fol. 79. Meminit & init. lib. 2. Eliac. fol. 159. vt ſtatuã eius poſitã Olympiæ dicat, Appellis artificio elaboratam.

[c] apophth. Laco. fol. 374. Stephan. lib. & in vita Ageſilai, fol. 1108.

[d] Ageſilao. f. 531. edit. Steph.

αὐτῆς, ὅτι τὸ θρέμμα τοῦτο οὐκ ἀνδραγαθίας ἀλλὰ πλούτου ἐπίδειγμά ἐστι. Rurſum Pauſanias [a] alterius fœminæ Olympionicæ, ob equorum ſcilicet Circenſium bigam exhibitam Euryleonidæ ſtatua itidem honoratæ mentionem facit his verbis; πρὸς δὲ τῷ σκηνώματι ὀνομαζομένῳ γυναικός ἐστιν εἰκών. Λακεδαιμόνιοι δὲ Εὐρυλεωνίδα λέγουσιν εἶναι. νίκην δὲ ἵππων συνωρίδι ἀνείλετο Ὀλυμπικήν. Idem alio loco [b] Beliſticham è Macedonia maritima oriundam narrat, curru equeſtri victricem fuiſſe renũtiatam, circa Olympiadem octauam & viceſimam ſupra centeſimam: ἐπὶ μὲν δὴ τῇ συνωρίδι Βελιστίχην ἐκ Μακεδονίας τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ γυναῖκα Τληπόλεμον δὲ Λύκιον ἀναγορευθῆναι λέγουσιν ἐπὶ τῷ κέλητι. τοῦτον μὲν ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τριακοστῆς τε καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· τῆς Βελιστίχης τὴν συνωρίδα Ὀλυμπιάδι πρὸ ταύτης τρίτῃ. Nam earum quidem neutram decurriſſe Olympiæ ſentio; non magis quàm Berenicem Ptolemæi & Ariſtonis filiam, atque alterius Ptolemæi coniugem ſororémque: quam nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere atque ad Olympiam mittere conſuetam fuiſſe: ſicut Hyginus in poëticis Aſtronomicis [c] tradidit, illam verò, Cyniſcam ſcilicet, agonibus Olympicis interfuiſſe; ibíque cùm non per ſe, ſed per aurigam vtique decertaſſet, coronatam propter ſuos equos, qui curuli certamine viciſſent: ipſa Plutarchi verba (ſi quemadmodũ oportet expendantur) manifeſtè ſatis comprobant. Igitur & curulibus, & equeſtribus celitum, quos dicebant agonibus, qui non ipſi decertauerant; ob equos tamen quos expenſis aluerant ſuis, quorumque curſus voluptatem populo, Diis cultum tribuerant per agitatores, aurigáſque coronas merebantur, etſi quæ alia præmia eſſent propoſita: ſicuti Philippus Macedo, de quo Plutarchus [d] narrat, poſt captam Potidæam eodem die tres nuncios accepiſſe, fuſos à Parmenione ingenti pugna Illyrios, alterum Olympiis ſe equi celitis, hoc eſt [e] ſingularis currum non trahentis pernicitate viciſſe; ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι: tertium Alexãdrum ipſi natum. Adeò autem gloriæ auidum fuiſſe, vt victoriis curruum Olympiacis ſuis nummos ſignari iuſſerit, τὰς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας τῶν ἁρμάτων ἐγχαράττων τοῖς νομίσμασιν. Nam vt ipſe, aut Circenſes equos agitauerit, aut ipſi aurigæ παραβάτου, ἀποβάτου, aut ἀναβάτου in morem aſſederit in agonibus ludicris depugnaturus, nuſpiam proditum:

[a] *Laconi. fol. 77.*

[b] *Eliac. 1. f. 121. Aldini exempl.*

[c] *lib. 2. poët. Aſtronom. in leone. cuius tamen rei nequaquam Catullus in hymni de coma Berenices à Callimacho conditi tranſlatione mentionem facit.*

[d] *in Alexan. fol. 1221. & 1212.*

[e] *rectè hoc eſt, nam & Suidas* κέλης ὁ μόνος ἵππος καὶ ὁ ἐπὶ τούτου φερόμενος σελλάριος ὁ γυμνός. συνωρὶς δὲ δύο ἵπποι συνεζευγμένοι. *vide ſis Euſtath. in Homeri Iliad. o. fol. 1038. à lin. 2. ad 10. ad illud* ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδώς. *& ad Odyſſ. ε. fol. 1539. lin. 20. & ſeq.* κέλητα δὲ ἵππον λέγει *(ait)* τὸν ἄζυγα τὸν κατὰ μόνας ἐλαυνόμενον,



proditum: ſed per equites, aut agitatores victoriam ex equorum pernicitate ſæpe abſentem ipſum meruiſſe, hoc eſt quod Plutarchus eo loco ſignificat.

Ac ſimiliter, non modò coronas agonis Muſici poëtas qui docerent fabulas, itémque cantores ſiue recitatores actoreſq; dramatum (quos ludios & hiſtriones vocabant) abſtuliſſe, aliíſque præmiis, & (ſi populo valdiùs placuiſſent) libertate, inæſtimabili vtriq; præmio, donatos accepimus [a]: verùm eos quoque actorum ſcenicorum gregis choragos, quorum induſtria ſumptibúſque ludi exhiberentur ſcenici ſiue theatrales. Hoc adeò colligere ſum viſus, tum ex aliis, quos initio libri huius [b] de Andocide atque Ariſtide à Plutarcho attuli, ſuper Iſocratem teſtimoniis; tum etiam ex iſto Plutarchi loco [c], ſæpiùs à me iam ſed ſuo merito laudati: vbi Themiſtoclẽ fuiſſe choragum, ait certantibus Tragœdis, quo tempore magno in honore ac pretio hi ludi habebantur, magnóque ſtudio, atque contentione ambitioſa edebantur; cuius victoriæ monimentum ille tabula inſcriptum extare voluerit. Nam eius auctoris hæc verba ſunt, ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα, Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν. Et ſimiliter athletarum choragis Delphici tripodes duo præmij loco dati, vnus quidem altitudinis cubitorum nouem, ad puerorũ, alter verò, ad certamina virorum deſtinatus, cubitorum duodecim, quos tripodas in pompa illa celebri ludorum apud Daphnem ab Antiocho Epiphane exhibitorum circumlatos fuiſſe, narrat his verbis Athenæus [d], τούτων δὲ ἐφεξῆς ἐφέροντο Δελφικοὶ τρίποδες ἆθλα τοῖς τῶν ἀθλητῶν χορηγοῖς· ὁ μὲν παιδίσκων ἐννέα πηχῶν τὸ ὕψος· ὁ δὲ πηχῶν δώδεκα, ὁ τῶν ἀνδρῶν: vbi, tametſi non ignoro choragorum nomen ad eos paſsim referri qui certaminibus athletarum neceſſaria ſubminiſtrant, ſicut in illo Plutarchi, Muſicorum ſiue ſcenicorum; attamen ſi erit quiſpiam, qui choragum vtrobique malit chori ſiue collegij principem, eum qui primas partes agit, qui reliquis peritia & virtute præit, ac veluti choream ducit, interpretari, in ipſius opinionem non grauatè conceſſero, interim peruagatam ſequor: eò maximè quòd à priore illa ſignificatione, contraria poſteriorũ loquendi con-

[a] *l. diuo. C. qui manum. non poſſunt. l. ſi priuatus. D. qui & à quib. vide Cuia. lib. 2. obſeruat. cap. 22.*

[b] *ad fin. c. 3. ſup.*

[c] *Themiſt. f. 207. & 218. lib. à Stephan. excuſi.*

[d] *lib. Deipnoſop. 5. fol. 59. Aldini exempl.*

ſuetudine receſſum fuiſſe, Athenæus me docuit: ſic admodum ſcribens in Deipnoſophiſtis [a]; ἐκάλουν δὲ καὶ χορηγοὺς ὥς φησιν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος ἐν τετάρτῳ περὶ ποιημάτων, οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει καὶ τὸ χρηστομαθεῖν καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. Atque in his tragicorum, comicorumq; agonibus, & actorum ſiue hiſtrionum, commiſsiones ſortitò factas, & ipſos choragos, nõ ſine ſortitione apud Athenienſes è tribubus electos, idem ille Plutarchus alio loco perſpicuè oſtendit, exemplo (quantum augurari coniectura licet) à luſtralibus agonibus petito. Sic enim ille [b] de ludis ab Alexandro poſt ſuum ab Ægypto in Phœniciam reditum exhibitis, καὶ πομπὰς ἐπετέλει καὶ χορῶν ἐγκυκλίων καὶ τραγικῶν ἀγῶνας, οὐ μόνον ταῖς παρασκευαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἁμίλλαις λαμπροὺς γενομένους· ἐχορήγουν γὰρ οἱ βασιλεῖς τῶν Κυπρίων ὥσπερ Ἀθήνησιν οἱ κληρούμενοι τὰς φυλάς· καὶ ἠγωνίζοντο θαυμαστῇ φιλοτιμίᾳ πρὸς ἀλλήλους, μάλιστα δὲ ὁ Νικοκρέων ὁ Σαλαμίνιος καὶ Πασικράτης ὁ Σόλιος διεφιλονείκησαν· οὗτοι γὰρ ἔλαχον τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑποκριταῖς χορηγεῖν, &c. Iudices quoque ipſos Athenis ſorte ductos, è tribubus, qui de Muſicorum ludorum victoria pronuntiarent, ex eo intelligimus, quod ab illo ipſo alibi [c] narratur, cùm primam fabulam Sophocles etiamnum iuuenis dediſſet, atque in ſpectatorum concertatione non eſſet certaminis iudices ſortitus archon, ſiue prætor Apheſion Cimonem cum collegis ducibus ingreſſum theatrum poſt facta Deo ſolemnia libamina eos non dimiſiſſe, ſed illos decem è ſingulis tribubus ſingulos coëgiſſe, iuratos conſidere ac diſceptare: victorem pronuntiatum Sophoclem: Æſchylum id ægrè ferentem in Siciliam profectum ibi deceſsiſſe, & ad Gelam ſepultum fuiſſe. πρώτην γὰρ διδασκαλίαν (inquit) τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος ἀψεφίων ὁ ἄρχων φιλονεικίας οὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος· ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προσελθὼν εἰς τὸ θέατρον, &c. ὁρκώσας ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον· ὁ μὲν οὖν ἀγὼν καὶ διὰ τὸ τῶν κριτῶν ἀξίωμα, τὴν φιλοτιμίαν ὑπερέβαλε, &c. vbi, cùm decem critarum ſiue iudicum qui de comicorum agone decernerent, fiat mentio: in memoriam reuocandum cenſeo, antiquitùs quinque tantum iudices id muneris curaſſe; quemadmodum ex Epicharmi verbis apud Suidam [a] cognoſcitur: quo loco ſic ſcriptum; ἐν πέντε κριτῶν γόνασι παρ' ὅσον τὸ παλαιὸν ε' κριταὶ ἔκρινον τοὺς κωμικοὺς ὥς φησιν Ἐπίχαρμος. σύγκειται δὲ παρ' Ὁμήρῳ, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. ἐπειδὴ οἱ κριταὶ ἐν τοῖς γόνασιν εἶχον ἃ νῦν εἰς γραμματεῖα ἐγγράφεται. Tandem igitur decem fuêre iudices; ſicuti decem athlothetas denique apud Olympiam fuiſſe, octauo & decimo ſermone oſtendimus.

[a] lib. 14. Deipnoſ. fol. 270. Ald. lib.

[b] Alexand. fol. 1249. & 1250.

[c] Cimone. f. 884.



[a] in verbo ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. Vide quæ de numero Hellanodicarũ ſcripſi ſup. cap. 19. ſub init. ad marg.

*Quomodo athletæ tertia commiſſione victoriam conſequuti.* τριαχθῆναι περιτετριαζόμενος. *Varia Milonis Crotoniatæ in agonibus gymnicis victoriarum hiſtoria. Theocritus interim enarratur & Lucillianum carmen illuſtratur. Milo vbi conſtitiſſet, inde nulla vi nullo cuiuſquam impetu deiectus. Ab iſto more athletico ducta ſimilitudo, in quodam apud B. Paulum loco indicatur. Plautus explicatur. De Milone iucunda ex Æliano prolata hiſtoria: ſed & alia pleraq; minimè vulgaria è veterum libris collecta in huius capitis marginem reijciuntur.*

## CAP. XXVII.

VERVM Muſicis relictis ad gymnicos ludos, quibus ab ipſo initio totam hanc operam dicaui, explicandi principalis Reſcripti gratia (ſi placet) reuertamur: atq; ad illud potiſsimùm, quod cœperamus indicare, horum ſingulorum tertia quaque commiſsione, ac decertatione victoriam agoniſtas, & ſimul coronam conſequutos. Quod ipſum cùm illi paulò antè commonſtrati loci, vbi de ſortitione in ludis actum eſt (ſi modò ita vt oportet ab eruditis iuuenibus expendantur) haud obſcurè ſignificant; tum etiam hi comprobant manifeſtò, quos in rem iſtam olim à me collectos, numerò proferam. Ariſtides Rhetor [b], καὶ πάλιν αὐτῶν τῶν τυραννίδος κακῶν ἐπειρῶ, τὸ τρίτον ἀποδύσας ὥσπερ οἱ παλαισταὶ παλαίουσι δὶς μὲν πρὸς τὸν αὐτὸν προσπαλαίσας· τρίτον δὲ ὅλως πρὸς τύραννον καὶ τυραννικὴν οἰκίαν, vbi quod ait, δὶς μὲν πρὸς τὸν αὐτὸν, videndum ne ad athletas referri minimè debeat, qui bis quidem, ſed non aduerſus eundem (vti dixi) depugnabant. Verùm illud quod antè poſuit τὸ τρίτον, nam tertia athletarum compoſitione victorem oſtendi, atque coronari demonſtratum eſt; niſi forte luctatores in eo ab reliquis athletis differebant, quod aduerſus eundem, vt bis certè ſuperarent ſemel ab vno quopiam deiecti ter depugnandum habuerint, ne alioqui ſuperiores illo extitiſſe non exiſtimarentur: ac denuò aduerſus alterum ſimiliter,

[b] κοινῇ ἀπολογίᾳ. fol. 140. pag. 2.

ſimiliter, ita vt hunc quoque bis humi affligerent, ipſóque ſuperato itidem aduerſus tertium; quamquam hoc affirmare nolim. Sudas quidem τριαχθῆναι λέγουσιν (ait) οἱ παλαιστρικοὶ ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν: addit deinde alteram huius verbi τριαχθῆναι interpretationem, ἢ τὸ τρὶς τροχάσαντα νικηθῆναι στάδιον δίαυλον δολιχόν. Sed prior quæ ad rem noſtram facit, hoc vehementiùs placet, quod Senecæ [a] auctoritate ſtabilitur; cuius iſtud verbum eſt, quod ſuperiùs retuliſſe me recordor: Luctator ter abiectus perdidit palmam, non tradidit (vnde vulgari noſtrorum hominum prouerbio [b] ad alia pleraque relato iactato iactatum ſcimus; Tribus vicibus luctam conſtare, ac finiri tertia, nec vlteriùs produci, aut citeriùs conſiſtere) tum deinde quod antiquitus, eum qui quinquertio, ſiue pentathlo viciſſet ἀποτριάξαι dicebant, ſicuti Iulius Pollux [c] memorat; quo loco, ἐπὶ δὲ πεντάθλου τὸ νικῆσαι ἀποτριάξαι λέγουσι: eum qui victus foret πεντετριαζόμενον nouo quidem vt videtur, ſed non abſurdè, aut ineleganter compoſito vocabulo; tanquam τριαχθέντα ἀπὸ πενταμέρων ἀέθλων (vt Pindarus [d] nominat) quod videlicet quinque dierum ſpatio, ab vndecimo nimirum, vſq; ad ſextum, & decimum quo de victoribus Hellanodicæ pronuntiabant, ſicuti ſcoliaſtis placet exigerentur: vel etiam ἀπὸ τῶν πέντε ἄθλων ἢ ἀγώνων τῶν ἐν τοῖς τέσσαρσι πεντετηρικοῖς, vel etiam τοῖς τρισὶν ἐν πεντάθλῳ (vt apud Plutarchum [e] eſt) νικώμενον à Lucillio [f] epigrammatario dictum legimus ſic ferè;

---πέντε δ' ἀπ' ἄθλων
πρῶτος ἐκηρύχθην πεντετριαζόμενος.

Præterea quod D. Ioan. Chryſoſtomus aduerſus Iudæos [g] ita ſcripſit: Nunc autem res ipſa demonſtrat eos non ſemel aut bis ſed ter aggreſſos impetum feciſſe, non aliter quam fit in certaminibus Olympiacis: vt nulli dubium eſſe poſsit quin Eccleſiæ ſit victoria: quod itidem longè anteà Plato [h] ducta indè, hoc eſt à luctatoribus, trāſlatione, ternarij numeri mentionem iniicit quodam loco, in hæc omninò verba: ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλῶν (hoc verbi luctatorium eſſe docuimus cap. 11.) ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον. Poſtremò quod eum, qui ſemel lapſus foret, aut alioqui ceſsiſſet, ſi is eodem certamine fuiſſet poſteà ſuperior, victorem habitum, atque corona donari ſolitum velut hieronicam ex iſto altero

[a] lib. 5. de benef. cap. 3.
[b] ſic lingua vernacula prolato, A tres cops ſon luttos.
[c] d. cap. 30. lib. 3. Onomaſt. vbi περὶ πεντάθλου.
[d] Od. 5. Olympio.
[e] lib. 9. Sympoſi. problem. quæſt. 3. fol. 1314. vbi de A litera, διὸ τοῖς τρισὶν ὥσπερ οἱ πένταθλοι περιέστι καὶ νικᾷ τὰ μὲν πολλὰ φωνηέντων εἶναι, τὰ δὲ αὖ φωνᾶεντα ἐν τῷ διχρόνων· ταῦτα δὲ αὐτὸ τῷ πεφυκέναι προηγεῖσθαι δευτερεύειν δὲ μηδέποτε μηδὲ ἀκολουθεῖν.
[f] lib. 2. Anthol. cap. 1 epigram 7.
[g] ora. 2. col. 1004.
[h] Euthydemo, f. 277. edit. Steph.



altero Lucilliano [a] epigrammate in Milonem eximium luctatorem (Crotonienſem fortaſſe illum valde nobilem, atque adeò illuſtrem; quem in Chronicis ſcriptum eſt Olympiade prima coronatum eſſe Agellius lib. 15. [b] Tarquinij Superbi temporibus emicuiſſe, vſum alectore qui criſtallina ſpecie, fabæ, modo, in gallinaceorum ventriculis reperitur, aptum, vt dicunt, prælìantibus; ita omnium certaminū victorem obiiſſe Solinus Polyhiſtore [c] narrat) facile colligitur: quod ſic habet,

εἰς ἱερόν ποτ' ἀγῶνα Μίλων μόνος ἦλθ' ὁ παλαιστής
τὸν δ' εὐθὺς στεφανοῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει.
προσβαίνων δ' ὤλισθεν ἐπ' ἴχνιον, οἱ δ' ἐβόησαν
τοῦτον μὴ στεφανοῦν εἰ μόνος ὢν ἔπεσεν.
ἀντιστὰς δ' ἐν μέσσοισιν ἀνέκραγεν οὐχὶ τρί' ἐστίν.
ἓν κεῖμαι λοιπὸν τ' ἄλλα μέ τις βαλέτω.

Vbi hoc quidem quod in extremo eſt, ideò aſcriptum à poëta ſcitiſsimè atque argutiſsimè, ſi quid aliud potuit (mei namq; iſtius athletici certaminis leges non ferunt modò, ſed iubent; omnia quæ ſcrupulum mouere poſsint, vt propellam, nihilq; intentatum ſinam) quoniam de loco, in quo ſemel conſtitiſſet, Milonem deiici nulla vnius hominis vi, nullo impetu potuiſſe à Philoſtrato proditum in ſupra dicto loco: vbi, οἱ μὲν δὴ κατ' ὀλυμπίαν τε καὶ ἀρκαδίαν λόγοι τὸν ἀθλητὴν ἱστοροῦσι τοῦτον ἀτρεπτον γενέσθαι καὶ μὴ ἐκβιβασθῆναί ποτε τοῦ χώρου ἐν ᾧ ἔστη: quod & Pauſanias docet Eliacôn ſecundo, & Galenus ipſe libro ſecundo ὑγιεινῶν, [d] his verbis; εἰ δὲ δὴ καὶ κελεύσειέ τινι καθέλκειν τε καὶ κάμπτειν βιαίως αὐτὸν ἀκίνητόν τε καὶ ἄκαμπτον οὐ ταῖς χερσὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκέλεσι καὶ τῇ ῥάχει, διαφυλάττων οὐ σμικρὸν γυμνάσιον γυμνάσιον

[a] lib. 2. Antolog. cap. 1. epigra. 11.
[b] cap. 16.
[c] Polyhiſt. extremo cap. 4. de quo iſtud Simonidis lib. 3. anthol. c. 2. epigramm. 2. ὅς ποτε πίσῃ ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν. De Milone Plin. lib. 7. cap. 20. Strab. lib. 6. fol. 291. Athenæus item lib. 10. Deipnoſophiſt. poſt Cicer. lib. de ſenect. duobus locis. Vide Philoſtratum lib. 5. de Apollo. fo. 25. Euſtath. ad Homer. Odyſ. θ. 1599. nu. 38. atque Valer. Maxim. cap. 12. lib. 9. Porrò de Milone ipſiúſque robore ac poſt palmas gymnicas morte, Galenus quidem in protreptico ad artes fol. 5. Sed nemo diligentius quàm Pauſanias lib. 2. Eliac. fo. 150. Aldin. lib. Obitum quidem accuratè narrat Agell. lib. 15. cap. 16. Ad palmas quod attinet, hoc inter cætera Pauſan. quod Lucillianis & Simonideis epigrammatibus occaſionem præbuit: ἐγένοντο δὲ Μίλωνι ἐξ μὲν ὀλυμπικαὶ πάλης νῖκαι, μία ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν, πυθοῖ δὲ ἐντ' ἀνδράσιν ἐξ καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν. ἀφίκετο δὲ καὶ ἕβδομον παλαίσων ἐς ὀλυμπίαν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐγένετο οἷός τε καταπαλαῖσαι πολίτην τε ὄντα αὐτοῦ καὶ ἡλικίᾳ νέον προσέτι δὲ καὶ συνεγγὺς οὐκ ἐθέλοντα ἵστασθαι. Robore tamen corporis ad Euenum Ætolidæ flumen ſuperatum fuiſſe à bubulco Titormo, narrat Ælian. c. 22 lib. 12. var. hiſt. & addit, διασπώμενος δὲ ὁ Μίλων εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας τείνας ἔφασκεν, ὦ Ζεῦ μὴ τοῦτον ἡρακλέα ἕτερον ἐσπείρας: ἐνταῦθα ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν, ἄλλος οὗτος ἡρακλῆς. Cui congruit quod apud Theocritum ἐν νομεῦσιν eidyll. 4. Corydon de Ægone quem bubulcum à Milone adductū ad certamen Olympicum dixerat, addit ſtatim, φαντί νιν ἡρακλῆι βίην καὶ κάρτος ἐρίσδειν. Et rectè βίην καὶ κάρτος licet ὑπερβολικῶς non tamen τὴν τέχνην qua ſuperatum ab Hercule Antæum ſuperiùs retuli. Nec enim bubulcorum ἀπαλαίστων ars vlla, ſed robur eſſe intelligitur. Quod verò ſexies Olympionica Milo cum centum milibus ſuorum ciuium quibus imperabat pugna Sybaritas ſuperarit, Olympiacis coronis ornatus, Herculis autē habitu claua & leonina pelle inſtructus: magnæq; ciuib. admirationi propterea fuerit: diſces (ſi curæ hoc tibi) de Diodo. Sicul. lib. 12. Biblio. fo. 294. De Milone iſto inſuper aliquid è Pauſan. ſcribā li. 3. c. 9. huius Agoniſt.
[d] fol. 241. in prin. adde Pauſa. in ſup. d. loco, f. 150.

γυμνάσιον εἰς εὐτονίαν ὀργάνων. οὕτω τοι λόγος ἔχει κἀκεῖνον τὸν Μίλωνα γυμνάζειν ἑαυτὸν ἐνίοτε μὲν ἀποσαλεῦσαί τε καὶ καταχινῆσαι τῆς ἕδρας ἐπιτρέποντα τῷ βουλομένῳ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν σκελῶν ὡς ἂν εἴη μάλιστα γυμνάσιον. ἐνίοτε δὲ εἰ τὰς χεῖρας γυμνάζειν βούλοιτο, τὴν πυγμὴν διαλύσειν κελεύοντα: αὖθις δ᾽ ἂν ὥς φασιν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων ἢ ῥοιὰν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἀφαιρεῖσθαι τῷ βουλομένῳ παρεῖχε. Quæ poſtrema Galeni verba, teneri non poſſum quin adhibito Æliani, iucundam de Milonis amica hiſtoriam exhibẽte illuſtrem teſtimonio: Μίλωνος τούτου τὴν ῥοιὰν ( inquit, Punicum malum tenenti Miloni abſtrahi de manibus nulla vi antagoniſtarum, ſed non ſemel ab ipſius amica eripi potuiſſe, atque ita corpore quidem robuſtum, animo verò minimè virilem & fortem ipſum fuiſſe ſignificans ) ἣν ἐν τῇ χειρὶ κατεῖχεν οὐδεὶς τῶν ἀντιπάλων ἑλεῖν ἐδύνατο, ἡ δὲ ἐρωμένη αὐτοῦ ῥᾷστα αὐτὴν ἐξῄρει φιλονεικοῦσα πρὸς αὐτὸν πολλάκις· ἐκ δὴ τούτου νοεῖν ἔστι ὅτι Μίλων ἰσχυρὸς μὲν τὸ σῶμα ἦν, ἀνδρεῖος δὲ τὴν ψυχὴν οὐκ ἦν. Ad hunc athletarum obfirmandi ſeſe morem, quo minus loco dimouerentur, aſpexiſſe D. Paulum ad Corinthios ( apud quos celebrata Iſthmia ) ſcribentem ſuſpicor; cùm ipſis ita præcipit [a], ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ ἑδραῖοι γίνεσθε ἀμετακίνητοι περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κυρίου πάντοτε· εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν κυρίῳ: vtitur enim perlibenter ſimilitudinibus, aut metaphoris à re athletica deductis, cum ipſis agens Apoſtolus ob illam fortaſſe quam dixi rationem; vt aliis allatis teſtimoniis affatim docuiſſe; me trino iſto tractatu arbitror.

[a] *cap. 15. verſu poſt. emo. epiſt. 1. ad Corinth.*

*Plautinus locus enarratur, in quo de ſeptenorum cyathorum ludis. Curules ludi apud Græcos duodecimo apud Romanos ſeptimo ſpatio conſummati. De dolichodromo Scoliaſtes Ariſtophanis notatus: cuius peræquè ac Suidæ verba librarij forſitan errore laborantia proponuntur. Oreſtis aut etiam Sophoclis temporibus curulem agitatorum curſum ſeptimo ſpatio concluſum, & in Græcia videri, quod Plautino illi loco explicando facit: & poſteà quoque apud Antiochiam, ætate Iuliani Cæſaris, cuius verba è manuſcripto codice caſtigantur.*

## Cap. XXVIII.

QVæ cùm ita ſint ad alios, quam ad gymnicos ludos alluſiſſe Plautum vetuſti moris non ignarum oportet; quo loco [b] apud ipſum Traxilus,

[b] *in Perſa, actu 5. ſcen. 1.*





*Date illi aquam manibus, apponite menſam, do hanc tibi*
*Florentem florenti, tu hic eris dictatrix nobis, age*
*Puere à ſummo; ſeptenis cyathis committe hos ludos:*
*Moueamus, propera Pænium, tardè cyathos mihi das.*

Ad curules nimirũ (vt vno verbo expediam) ludos: quorum curſum olim apud Græcos, non ſeptimo, ſed duodecimo ſpatio finitum ex Pindaro, eiúſque ſcoliaſte; apud Romanos autem ſeptimo, cùm alij [a] Propertio [b] Lactãtio [c] & Sidonio [d], (quod meminerim quidem) in teſtimonium citatis, ante nos docuerint: in eo comprobando fruſtra laborem inſumendum non arbitror. Itaque alios auctores ita laudabo; vt ipſorum verba non proferam tamen, ſicuti ſoleo: ſed ſtrictim locos, vel Plauti, vel tua potiùs cauſa (bone lector) indicem. In his Caſsiodorum lib. 3. variar. [e] vide ſis in circi deſcriptione B. Hieronymum in Hilarionis vita [f], Ioannem Xiphilinum ex Dione in Commodo, & in Seuero: Iulianum Miſopogone, Varronem apud Agelliũ [g] cùm ait, Sapientes veteres ſeptem & curricula ludorum Circenſium ſolemnia ſeptem fuiſſe: Suetonium Domitiano [h], vbi principem iſtum quo faciliùs centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatiis ad quina corripuiſſe memorat: Senecam [i] ad Lucilium; quo loco, maniſeſtiorem notari ſolere agitatorum lætitiam ſcribit, cùm ſeptimo ſpatio palmæ appropinquant. Atque Auſonium denique in heroum Epitaphiis [k] vbi,

*Proſphore clamoſi ſpatioſa per æquora circi,*
*Septenas ſolitus victor obire vias.*

Quamquam autem illa vera ſunt de ſeptem circi ſpatiis, quæ modò dixi, vt ipſis etiam Cedrinus, ſiue is eſt Cedrenus [l] ſeptem planetarum curſum denotari ſcripſerit: quemadmodum Græci rationem duodenarij ſignorum zodiacũ circulum obtinent numerum duodenis omninò ſpatiis curriculũ equeſtre quidem aut curule ſuum duplicibus ac diaulis, pedeſtre autem dolichum ſimplicibus & ſtadialibus (vt opinor) totidem concludentes, videntur habuiſſe: attamen ſi cui diſpliceat noſtra hæc Plautini loci explicatio, ex palliata ſcilicet comœdia deſumpti (licet in eam iniecta ſint ex Romano more plurima) poſſit auctoritate ſcoliaſtis Græci permotus, ad curſum qui δολιχόδρομος dicebatur Plautum aſpexiſſe arbitrari. Nam ille

[a] *Philander ad Vitruuium lib. 5. cap. 3. fo. 176. Lazius lib. 10. comment. cap. 5. Beroald. ad Sueton. poſt Iſido. Hiſpal. lib. 12. Orig. c. 37.*
[b] *lib. 2. ad Cynthiã in carmine: vnica nata meo.*
[c] *lib. 5. & vlt. diuin. Inſtit.*
[d] *in Narbone c. 23.*
[e] *epiſt. 51.*
[f] *vnde verba in feri⁹ hoc ipſo ſermone aliam in rem adferentur.*
[g] *c. 10. lib. 3. noct. Attic. vbi de numero ſeptenario.*
[h] *cap. 4.*
[i] *epiſt. 30.*
[k] *epigramm. 35. equo admirabili iuſſu Auguſti.*
[l] *in compẽdio hiſtoriæ vbi de Romulo & Circo, fol. 121.*

quidem Auibus Ariſtophanicis [a] auſus eſt à ſtadiodromis, & diaulis ita dolichodromos diſtinguere, vt hi ſint quos ſepties decurrere oportuerit: cùm ſtadiodromis ſemel ſpatium Circi peragendum, iterandum diaulis, aut cum armis decurrēdum fuerit. Sed fides penes illum eſto: quam ego ſublæſtam hîc quoque (vt in cæteris minimè ſibi conſtat) ac dubiam cenſeo; præſertim cùm aut falſo, aut mendosè ſcriptum ibidem legatur ſine abnutiuo articulo, ſic ferè; οἱ γὰρ σαδιόδρομοι διπλοῦν ποιοῦνται τὸν δρόμον: quēadmodum & apud Suidam in Δίαυλος ea omnia ſcoliaſtis Ariſtophanici verba tranſcribentem, præter τὸ ποιοῦνται, pro quo ἐποίουν poſuit; niſi potiùs mendum eſt, ἐν τῷ διπλοῦν, pro quo τὸ ἁπλοῦν reponendũ ſuadet quod de diaulo ibidem traditur, & apud Tzetzem [b] cùm ait δίαυλος δρόμος ὁ διπλοῦς ἕνα ποιῶν καμπτῆρα. Cæterùm non ignoro δόλιχον aliis quidem ſtadiorum duodecim, Sudæ verò etiam viginti quatuor ſpatium ſiue curriculum eſſe viſum [c]: quod à me in medio relinquitur. Quamuis enim non ſit hoc abſurdum, immò cōgruere videatur cum eo quod Pindarus [d] metam in Olympico circo, ſeu equorum curriculo duodecim flexus habentem appellauit; quo loco,

τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχε.
δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
ἵππων φυτεῦσαι.

nihilominus tamen in eo quod de dolichodromo dixi, aſſentitur interpreti Ariſtophanis idem ille Tzetzes; cùm ſuperioribus quæ protuli, hæc quoque adiicit, ὁ δόλιχος ἑπτάδρομος· τρεῖς γὰρ καμπτῆρας εἶχε, καὶ τὸ καμπτῆρος ἥμισυ.

Rurſum etſi ex Pindaro, eiúſque ſcoliaſte colligitur quod antè dixi, duodecim omnibus decurſis ſpatiis, non paucioribus adiudicatam victoribus equis celitibus, bigas, quadrigáſve trahentibus, ipſorumq; dominis palmam & coronam: attamen quod Romæ vſurpatum fuit, vt ſeptimo ſpatio equeſtris agon concluderetur; hoc ætate Sophoclis, aut ipſius Oreſtis (de cuius temporibus & obitu in equeſtri apud Delphos curriculo, poëta [e] verba facientem pædagogum inducit) obtinuiſſe itidem videtur. Nam illa quidem ſic habent

καὶ πρὶν μὲν ὀρθοὶ πάντες ἕστασαν δίφροι
ἔπειτα δ᾽ Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι

πῶλοι

[a] ad illud ἢ ἑπτὰ τὸν δίαυλον ἦλθον, fo. 369. Germanici exēplaris: vbi inter cætera, δίαυλος ὁ διπλοῦν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τῷ πληροῦσαι τὸ σάδιον καὶ ὑποστρέψαι. δολιχόδρομοι δ᾽ οἱ ἑπτὰ τρέχοντες. διὸ καὶ δολιχόδρομοι. De his itidē videto Sophoclem Electræ 112. fol. vbi de Oreſtis interitu ſub perſona pædagogi, de ludis Delphicis loquentis, & ibi ſcoliaſtem græcum. Præter hos fuêre alij quidam curſores ἐφίππιοι & ὁπλιτόδρομοι, de quibus apud Plato. 8. de legibus. fol. 833. videto quæ ſcribo inferiùs ad finem huius lib. & itidē ſecundi.
[b] Iſaac Tzetzes 3. hiſto. ſextæ chiliad. citatus à Vigina. in commen. Gall. ad Arrichi. Philoſtrati.
[c] ſanè cū in δόλιχος τὸ ὄστερον & cæt. ita ſcripſit, ἐστὶ δὲ ὁ δόλιχος κδ᾽ σάδια. Nam in διαύλος de ſeptem duntaxat ſpatiis ſimiliter iiſdemq; omninò verbis, vt quæ à ſcoliaſte Ariſtoph. paulò antè retuli.
[d] Olymp. Ode. 3. ſtroph. 3.
[e] Sophocles Electra. f. 114. exēpl. à Stephano editi.



πῶλοι βίᾳ φέρουσιν ἐκ δ᾽ ὑποστροφῆς
τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ᾽ ἤδη δρόμον,
μέτωπα συμπαίουσι βαρκαίοις ὄχοις.

Et paulò poſt,

ἤλαυνε δ᾽ ἔσχατος μὲν, ὑστέρας δ᾽ ἔχων
πώλους ὀρέστης τῷ τέλει πίστιν φέρων.

Vnde manifeſtum ſatis reor, fini atque adeo palmæ appropinquaſſe quadrigas ab aurigis, & curulibus curſoribus agitatas, ipſo iam ſeptimo ſpatio: quamquam ea de re nihil è ſcoliaſtis græcia adnotatione poſsis eruere, qui hoc demum inquit; τῷ τέλει πίστιν φέρων, οἷον πιστεύων ὅτι ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δρόμου παρελεύσεται· ἢ νομίζων ἕως τοῦ τέλους οὕτως ἐλαύνειν. Certè Plautus haud temerè in palliata comœdia de ſepteno numero loquutus: & quod à Cedreno, ſiue Cedrino, de ſuperſtitione illa ſeptem planetarum traditur, æquam apud græcos, atque apud Romanos rationem habuit. Apud Antiochenos quidem habuiſſe Iuliani Cæſaris temporibus, ex eo cognoſcimus: quòd ſe adeò à theatralibus ſiue ſcenicis itemq; Circenſibus ludis alienum fuiſſe, ipſe in Miſopogone [a] Antiochenos increpans, memorat; vt ſexto etiam curſu ſpectato diſcederet, neque ſeptimum expectare poſſet: εἴργω τῶν θεάτρων (inquit) ἐμαυτὸν ὑπ᾽ ἀβελτηρίας οὐδ᾽ εἴσω τῆς αὐλῆς παραδέχομαι τὴν θυμέλην ἔξω τῆς νεομηνίας τοῦ ἔτους, &c. καὶ τότε δὴ εἰσελθὼν τοῖς ἀφοσιουμένοις ἔοικα, &c. μισῶ καὶ τὰς ἱπποδρομίας, vel (vt eſt in vetuſto clariſs. Huralti collegæ quondam in aulico libellorum magiſterio mei) τὰς ἱπποδρομίας ὥσπερ οἱ χρήματα ὠφληκότες τὰς ἀγορὰς. ὀλιγάκις οὖν εἰς αὐτὰς φοιτῶν ἐν ταῖς ἑορταῖς (ſic lego ex manuſcripto illo, vbi excuſus habet: φοιτῶ ἐν τῇ ἑορτῇ) τῶν θεῶν οὐδὲ διημερεύω καθάπερ εἰώθεσαν ὅτε ἀνεψιὸς ὁ ἐμὸς καὶ ὁ θεῖος καὶ ὁ ἀδελφὸς ὁμοπάτριος. ἐξ δὲ τοὺς πάντας θεώμενος δρόμους, οὐδ᾽ αὐτοὺς, ὡς ἄν τις ἐρῶν τοῦ πράγματος ἢ ναὶ μὰ Δία καὶ μισῶν αὐτὸ καὶ ἀποστρεφόμενος, ἄσμενος ἀπαλλάττομαι. Septenis autem illis equorum curriculis dinumerandis oua fuiſſe in Circo collocata obſeruatum ab aliis [b] ſcio; à quorum ſententia quamobrem diſsideam non habeo; eiq; adeò lubens acquieſco. Quæ omnia cùm ſint in coniectura, quæ variis è locis auctorum vetuſtorum elicitur, poſita, viſum huc adferre: ſi fortè diligentior quiſpiam, & exercitatior in græcorum hiſtoria, locis aliis vndique conquiſitis, &

Z 3 cum

[a] Antiochico. fo. 36. editio. anni 1566. vide & fol. 75. & 76.
[b] probat Petrus Ciacconius Tolet. in libello de triclinio Romæ. nuper impreſſo Romæ, cum appendice Ful. Vrſini, fol. 30. poſt Alciatum tamē qui cap. vlt. li. 4. parergôn primus ouorum vſum in Circo indicauit adhibitis veterū teſtimoniis, nimirum Liuij li. 41. Dionis Nicæi li. 49. circa finem & Caſſiodo. variar. lib. 3. epiſt. ad Fauſtū, poſt Pamelium quoq; in aduotat. ad Tertulliani libr. de ſpectac. cap. 8. nu. 70. ex Varronis de re ruſt. lib. 1. cap. 2.

cum iſto labore noſtro comparatis, in veritate rei tam vetuſtæ inueſtiganda & aſſequenda, felicioribus auſpiciis vſus, palmam auferat; quam in vlla re inuideo nemini: dum ſequi me non aſſequi profiteor, ſatíſque habeo, ſi non indulſiſſe otio, vel abuſus tempore videri poſsim.

*Accurata de tempore gymnicorum & ſcenicorum ludorum apud Romanos editorum hiſtoria. Græcum certamen, quale intellexerit Tacitus, aduerſus eruditiſſimum cõmentatorem nuperum diſceptatur. Deprauatiſſimus Appiani locus emendatur.* Ἐπινίκια. *Ludi victoriales poſt actum triumphum, ſacrificiaq́; ſolemnia celebrata editi: circa id allatis hiſtoricorum variis locis; vno Athenæi eximio aduerſus interpretum opinionem accepto, illuſtrato, atque caſtigato: luctu autem publico intermiſſi, occluſaq́; gymnaſia & palæſtræ. Illo veterum exemplo itidem Toloſæ triſti & calamitoſo tempore, muſicos ſiue poëticos agones intermitti meritò vſurpatum.*

## CAP. XXIX.

DE gymnicis verò ludis, vt cætera, quemadmodũ ſtatui, perſequar: datos Romæ ipſos fuiſſe in ædilitate primùm Æmilij Scauri Valerius Maximus [a] auctor eſt vbi, Athletarum certamen (ait) à M. Scauri tractum eſt magnificentia: cum longè anteà ſub annũ vrbis conditæ 238. quo Tarquinius Priſcus regnare cœpit, deſignato tunc primùm ad circum faciendum, qui poſteà maximus dictus eſt, loco; & foris diuiſis, tam equiti quàm ſenatui vnde ſpectarent ludicrum, fuiſſet equi, pugiléſque ex Hetruria maximè acciti, teſte Liuio [b] anno dein vrbis conditæ 264. Q. Sulpitio & Sp. Largio coſſ. feſtum diem cum proceſsione ſiue pompa, ſacrificiis, ludis ex voto A. Poſtumij Dictatoris indictum & exactum narrat Dionyſius Halicarnaſ. [c] in quo multa more græcanico fierent: ἐν δὲ ταῖς ἱεραῖς ἡμέραις ταύταις πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐγίνετο νόμοις ἑλληνικοῖς κατά τε πανηγύρεις καὶ ξένων ὑποδοχὰς καὶ ἐκεχειρίας. Vbi poſt equorũ agitatores, athletæ, qui gymnicis agonibus decertabant, minimè prætermittuntur; τούτοις ἠκολούθουν ἡνίοχοι τέθριππά τε καὶ συνωρίδας καὶ τοὺς ἀζύγας ἵππους ἐλαύνοντες. μεθ' οὓς οἱ τῶν ἀθλημάτων ἀγωνισταὶ τῶν τε κούφων καὶ τῶν βαρέων, τὸ μὲν ἄλλο σῶμα γυμνοὶ τὸ δὲ περὶ τὴν αἰδῶ καλυπτόμενοι. Quamquam Macrobij liber Saturnalium primus cap. 11. enarratam à Dionyſio hiſtoriã ad annum vrbis 274. retulit: vulgato fortaſſe librariorum imperitorum, aut aliud cogitãtium, in notis

[a] *lib. 2. cap. 8.*

[b] *lib. 2.*

[c] *lib. 7.* ῥωμαι. ἀρχαιο. *fol. 475. editio. Vvechel.*



in notis potiſsimùm numeralibus errore. Vt ſit, anno quidem vrbis conditæ 390. Sulpitio Petico & Licinio Stolone Coſſ. cùm eam intoleranda vis ortæ peſtilentiæ afflixiſſet, placandi cæleſtis numinis gratia compoſitis carminibus vacuas aures præbuit; ad id tempus circenſi ſpectaculo contenta. Poſteà ludij ſiue hiſtriones ex Hetruria adſciti, qui ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Thuſco dabant. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modum perrexit: quas impletas modis deſcripto iam ad tibicinem cantu motuq́; congruenti peragebant. A quibus ſatyris primus omniũ poëta Liuius ad fabularum argumenta, ſpectantium oculos & animos tranſtulit; ſuorũ idem ſcilicet (id quod omnes tum erant) actor carminum: ſicuti Liuius initio lib. 7. ab vrbe condita, & Val. Maximus lib. 11. memoriæ prodiderunt. Demùm verò ad annum vrbis 541. Q. Fab. Max. & T. Sempronio Graccho iterum Coſſ. ludos ſcenicos per quatriduum tunc primùm factos ab ædilibus curulib. Tuditano ſcilicet P. Sempronio, itemq́; Cn. Fuluio Centimalo, memoriæ proditũ ab ipſo Liuio [a] alio loco. Annis deinde ad ſeptẽ & viginti, hoc eſt anno vrbis conditæ 568. Sentio Poſtumio & Q. Martio Coſſ. à M. Fuluio ludos, quos Aetolico bello vouerat, factos idem Liuius [b] refert; ad quos exhibendos cum multi artifices è græciâ veniſſent honoris eius cauſa, tum verò primum athletarum certamen Romanis ſpectaculo fuiſſe: venationem præterea datam leonum, & pantherarum, & propè huius ſæculi copia, ac varietate ludicrum celebratum fuiſſe. Sub annum verò quadrageſimum, vrbis autem conditæ 608. quo Lu. Mummius de Achæis & Corinthiis triumphauit (apud quos, vt inferiùs altero tractatu demonſtrabitur, Muſici gymniciq́; agones in antiqua ſcilicet Græcia celebrati antiquitus) muſicorum ludorum, quos theatralium artium nomine deſignatos arbitror, vt vel agerentur fabulæ præſertim è græcis latinæ factæ, quales Terentianæ; vel more græco ad citharam recitarentur ſcilicet: ſpectaculum in vrbe præbitum fuiſſe Tacitus [c] narrat. Apud quem nihil (vt opinor) prohibet, quominùs Græci certaminis appellatione, gymnicos æquè vt muſicos ludos deſignatos eſſe interpretemur: præſertim cùm ante Neronis tempora, de quibus eo loci agitur, vigẽte adhuc republica datos ſæpius athletas,

[a] *lib. 24.*

[b] *lib. 39.*

[c] *lib. 14. annal. vbi Lipſius etſi accuratè, omnia ſolet, non iſtud tamẽ pro ſuo more certè non meo ex voto.*

tas, non quidem quotannis, ſed velut extra ordinem in vrbe Roma, conſtet ex iis, quæ ſuperiùs docui.

Quin & apud Ciceronẽ ipſum ad Marium [a], Græcorum ludorum nomine propiùs eſt, vt non muſici, ſed gymnici exponi debeant; quidquid eruditiſsimus Lipſius in contrarium ſentiat in ſuis ad Tacitum commentariis. Euocabantur Græciâ interdum athletæ Romam: nec eorum ſpectaculum, ante Imperatorum tempora in vrbe ordinarium fuit. Namque vt omittam quod de Marco Fuluio ex Liuiana hiſtoria modò exhibui; Pompeium quidem in ſui theatri dedicatione ludos gymnicos & Muſicos, ferarumq; venationes edidiſſe, in quibus quingenti leones ſint occiſi; nouiſsimam elephantorum pugnam terribiliſsimum ſpectaculum exhibuiſſe, à Plutarcho [b] relatum his verbis memini: *Πομπήιος δὲ τὸ θέατρον ἀναδείξας ἀγῶνας ἦγε γυμνικοὺς καὶ μουσικοὺς ἐπὶ τῇ καθιερώσει. καὶ θηρίων ἁμίλλας ἐν οἷς πεντακόσιοι λέοντες ἀνῃρέθησαν. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν ἐλεφαντομαχίαν ἐκπληκτικώτατον θέαμα παρέσχεν.* Syllam quoq; occaſione concedendæ populo bellicis laboribus attrito atq; confecto voluptatis cuiuſpiam, ob triumphum de Mithridaticis, & Italicis rebus actum; Olympica, & athletica, reliquaq; omnia ſpectacula in vrbem transferri iuſsiſſe, ac exhibuiſſe populo Romano: ita vt Olympiæ ſoli tunc in ſtadio curſores (cùm agones cæteri Olympici celebrarentur in vrbe) decertare potuerint, Appianus in hæc verba narrat alicubi [c]: quæ non tam ex more meo proponam (quãuis hoc quoque, cùm ad gymnicorum hiſtoriam, qua de agitur, pertineant) quàm vt grauem interim, qua deturpantur, maculam ex ipſis eadem opera (quod equidẽ ſpero) eluam: *καὶ οὐδενὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ τότε ἀγωνίσματος πλὴν σταδίου δρόμου γινομένου. τοὺς γὰρ ἀθλητὰς καὶ τὰ ἄλλα θεάματα πάντα ὁ Σύλλας ἐς Ῥώμην μετεκέκλητο ἐπινίκια τῶν Μιθριδατείων ἔργων, καὶ Ἰταλικῶν. πρόφασις δ᾽ ἦν ἀναπνεῦσαι καὶ ψυχαγωγῆσαι τὸ πλῆθος ἐκ καμάτων.* Nam hîc quidem præterquàm quòd *τοὺς ἀθλητὰς* nominans, ſic intelligendus auctor eſt, tanquã ſcripſiſſet *τοὺς ἄλλους ἀθλητὰς*, cùm alioquin athletarum appellatione, ipſos quoque curſores comprehendi nemo neſciat; certè *τὸ ἐπιείκεια* nullius rei eſſe, ipſamq; auctoris obſcurare ſentẽtiam, atq; confundere cùm viderẽ; perſuaſi mihi iamdudum, ipſius loco reponendum *ἐπινίκια*: quo verbo paulùm immutato ab illo

[a] *epiſt.1.lib.7.ad famil. Non enim te puto Græcos, aut Oſcos ludos deſideraſſe, &c. nam quid ego te athletas putẽ deſideraſſe, qui gladiatores contempſeris.*

[b] *in Pompeio, fo. 1182. Steph. exẽp.*

[c] *lib.1. Ciuil. hac de re nihil Plutarchus in Sylla.*



altero, triumphum, cæteráque victoriæ ſigna, & indicia ſeù potius conſequentia & effecta oſtendi, grammaticorum pueri, qui græca delibauerint, non ignorant. Cuius caſtigationis meæ rationem ſatis conſtare adhuc arbitror, tum illo Taciti loco de theatrali, ſiue ſcenicorum ludorum ſpectaculo Romæ præbito à L. Mummio (ſuo triumpho ſcilicet) incitatus; tum verò iſto potiſsimum Herodiani [a] teſtimonio confirmatus: in quo cùm geminum Seueri principis illi Syllano factum, poſt Albinum ſuperatum, atque trucidatum proponitur, vt congiaria largiretur, & varia certaminum ſpectacula ederet; non Muſicorum modò, quæ per ludios & actores, verùm etiam athleticorum ſiue gymnicorum, quæ per fortitudinis roboriſque diſcipulos peragerentur, vtriſq; illorum vndique Romam euocatis: hoc ipſum *τοῦ ἐπινικίου* vocabulum ab optimo hiſtorico itidem vſurpatum eſſe animaduerto, ſic ferè; *τῷ μέν τοι δήμῳ ἐπειρᾶτο ποιεῖν κεχαρισμένα. καὶ γὰρ θέας πολυτελεῖς καὶ παντοδαπὰς συνεχῶς ἐπετέλει, &c. νομάς τε μεγαλοφρόνως ἐπεδίδου. ἐπετέλεσε δὲ καὶ ἐπινίκιον ἀγῶνα τοὺς πανταχόθεν μούσης τε ὑποκριτὰς καὶ ἀνδρείας μαθητὰς μεταπεμψάμενος.* Ob reditum Seueri Principis, ob decennalia eius, atque victorias, edita Romæ varia ſpectacula idem Dio ſic ferè ſcripſit: *ἐγένοντο δὲ καὶ θέαι τηνικαῦτα παντοδαπαὶ ἐπί τε τῇ ἀνακομιδῇ τοῦ Σεβήρου καὶ ἐπὶ τῇ δεκετηρίδι αὐτοῦ καὶ ἐπὶ ταῖς νίκαις.* Atque vt mittam quod Plutarchus *τοῦ πολέμου τὰ ἐπινίκια θύειν* dixit in libro *περὶ παίδων ἀγωγῆς*: triumpho acto dari ludos Romæ ſolitos verum eſt, ſicuti à Lucio Mummio græcos primum Romæ datos è Tacito paulò antè docuimus; deinde certamen ludicrum poſt Actiacam victoriam, quod luſtris omnibus fieret, ab Auguſto inſtitutum Nicopoli, de quo tractatu tertio [b] ad finem dicturi ſumus. Sic longè anteà, id eſt ſub annũ ab vrbe condita 586. Q. Ælio Pæto & M. Iunio Penno Coſſ. L. Æmiliũ Paulum, qui anno ſuperiore Conſulatum cum C. Licinio Craſſo gerens, Perſea Macedonum regem ſignis cum ipſo collatis, & exercitu cæſo fuſoq; ſuperauerat, poſt res Macedonicas ab ipſo compoſitas, Macedonum principibus in Italiam ire iuſsis legibúſque Macedoniæ datis, ab ſeriis rebus ludicrum indictum principibus magno apparatu Amphipoli feciſſe narrat Liuius [c]. Nam & artificũ omnis generis, qui ludicram artem

[a] *lib.3. hiſtor. in Seuero, fol. 72. exempl. à Steph. excuſi.*

[b] *cap.29. lib.3.*

[c] *lib.45.*

 facie

faciebant ex toto orbe terrarum multitudo (inquit) & athletarum & nobilium equorum conuenit, & legationes cum victimis, & quidquid aliud Deorũ hominumq; cauſa fieri magnis ludis in Græcia ſolet. Ita factum eſt, vt non magnificentiam tantum, ſed prudentiam in dandis ſpectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant admirarẽtur. Hactenus ille, cui poſſis alterum auctoris Græci, qui eadem de re poſt eum ſcripſerit, Plutarchi teſtimonium [a] adiungere: vnde verba quæpiam ſuo proximi tractatus loco [b] proferre ſtatui. Sic præterea Romæ, atque in Africa poſt expugnatam à Scipione Carthaginem ludos & agonas cum ſacrificiis celebratos propter victoriam, idem Appianus dixit alio loco [c] in hæc verba: θυσίαι τε καὶ πομπαὶ τοῖς θεοῖς ἐγίνοντο κατὰ φυλήν: καὶ ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις καὶ θέαι ποικίλαι. Et ſtatim, ὁ δὲ Σκιπίων ἐποίει τὰ δόξαντα. καὶ θυσίας ἐτέλει καὶ ἀγῶνας ἐπὶ τῇ νίκῃ. Romæ quidem à Scipione poſt deuictum, atq; triumphatum Syphacem Maſſæſyiorum regem, editos agonas ſumptuoſiſsimos auctor Polybius [d]: quo loco, τούτων δὲ συντελεσθέντων οἱ μὲν ἐν τῇ ῥώμῃ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀγῶνας ἦγον καὶ πανηγύρεις ἐπιφανῶς, χορηγὸν ἔχοντες εἰς ταῦτα τὴν Σκιπίωνος μεγαλοψυχίαν. Et ſimiliter eodem anno, quo de Perſeo Conſul Æmilius Paulus (de quo antè verba fecimus) triũphauit L. Anitium Prætorem ob debellatos Illyrios eorumq; Regem Gentiũ acto Romæ triumpho, ludicrum omnis generis; & Muſicum aulœdorum, & verò pugilatitium ſiue athleticũ victorię ſuæ celebrandæ cauſa edidiſſe Athenæus initio lib.14. [e] retulit: vbi hoc vſurpatur nominis, in quo apud Appianum conſtituendo, diu iam nec inutiliter tamen aut extra rem athleticam noſtram laboramus, λεύκιος δὲ Ἀνίκιος (ait ille) καὶ αὐτὸς Ῥωμαίων στρατηγήσας Ἰλλυριοὺς καταπολεμήσας καὶ αἰχμάλωτον ἀγαγὼν Γένθιον τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα σὺν τοῖς τέκνοις, ἀγῶνας ἐπιτελῶν τοὺς ἐπινικίους ἐν τῇ ῥώμῃ, παντὸς γέλωτος ἄξια πράγματα ἐποίησεν ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ ἐν τῇ τριακοστῇ, μεταπεμψάμενος γὰρ τοὺς ἐκ τῆς ἑλλάδος ἐπιφανεστάτους τεχνίτας, καὶ σκηνὴν κατασκευάσας μεγίστην ἐν τῷ κίρκῳ πρώτους εἰσῆγεν αὐλητὰς ἅμα πάντας, &c. quæ ſequuntur de tibicinibus inuicem atque inſaltatorum hiſtrionúmque choros incurrentibus, graui ſtrepitu atq; tumultu excitato, pugilum etiam aut pugiles imitantium, & (velut aduerſus ſaltatores fuiſſent

[a] in Paul. Æmilio.

[b] c.19. Agoniſ.2.

[c] Libyca.

[d] epitom. lib.16. hiſtoria. fol.269. Heruag. libri.

[e] Deipnoſophiſt. vbi de ſcurris et ridiculis agit, fo. 261. Aldini lib.



fuiſſent compoſiti) depugnantium cum ſymphoniacis ſaltatoribus & tubicinas & buccinatores pugilibus quatuor comites adforent; ſuorúmque velut in partibus illi quoque mira cum populi voluptate confligerent: iucundam mẽtionem his admodum verbis habet; quæ cùm noſtram illam in Appiano caſtigationem magis magíſq; confirment, prætermittere nequaquam debeo; & verò cùm noſtram in eluendis librorum maculis induſtriam, qualis illa cumq; eſt, exigant: ſic enim Athenæus, ὡς δὲ καὶ περιζωσάμενός τις τῶν χορευτῶν ἐκ τοῦ καιροῦ στραφεὶς ἦρε τὰς χεῖρας ἀπὸ πυγμῆς πρὸς τὸν ἐπιφερόμενον αὐλητήν, τότ' ἤδη κρότος ἐξαίσιος ἐγένετο καὶ κραυγὴ τῶν θεωμένων. ἔτι δὲ τούτων ἐκ παρατάξεως ἀγωνιζομένων, ὀρχησταὶ δύο εἰσήγοντο μετὰ συμφωνίας εἰς τὴν ὀρχήστραν καὶ πύκται τέσσαρες ἀνέβησαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν μετὰ σαλπιστῶν καὶ κυβανητῶν. ὁμοῦ δὲ τούτων πάντων ἀγωνιζομένων, ἄλεκτον ἦν τὸ συμβαῖνον: vbi quod ait κυβανητῶν, doctiſsimus Medicus Athenæi metaphraſtes, de ſaltatoribus, qui in caput ſe prouoluerent, hoc addito ad marginem κυβιστητήρων [a] (quod ab Aldino certè, quo vſus ſum, exemplari abeſt) non ſatis ſciò quamobrẽ acceperit: niſi fortaſſe quoniam ad iſtud Homeri [b]:

ἦ ῥα καὶ ἐν τρώεσσι κυβιστητῆρες ἔασιν,

Euſtathius hoc adnotat; ὅτι δὲ κυβιστητὴρ καὶ ὁ ὀρχηστὴς δηλοῦσι. καὶ οἱ ἐφεξῆς που δύο κυβιστητῆρες οἱ μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον μετὰ μέσσους: vnde apud Suidam, vbi κυβιστητὴρ ὀρχησμὸς καὶ κυβιστητεία ἡ ὄρχησις, legẽdum apparet ὀρχηστὴς ἀντὶ τοῦ ὀρχησμός. Verumtamen τὸ κυβανητὰς, quòd nimiùm quantum ἀπὸ τοῦ κυβιστητήρων abeſſe hîc quidem cenſeo; cùm Athenæus quoſdam ſtrepitum ac ſonum aliquem bellicum edentes, Martemq; ipſum cantu accẽdentes, opponere ſymphoniacis voluerit: ea propter equidem buccinatores malui reddere; qui tubicinibus ipſos commodiſsimè quum adiungantur, neminem in controuerſiam adducturum arbitror: vt κυβανητῶν transpoſitis literis (quando non eſſe inſolentem hanc in peregrinis potiſsimùm vocabulis effingendis & componendis rationem τῆς μεταθέσεως, grammaticorum pueri ſciunt) poſitum ſit pro βυκανητῶν ſeu βυκανιτῶν, ſiue (quod magis placet) βυκανιστῶν ἀπὸ τοῦ βυκανίζω (quod eſſe, buccino, vetuſtum gloſſarium [c] indicat) vnde τὸ βυκανιστὴς apud Dionyſ. Halicarn. legi à lexicographis notatum, vel potiùs hoc illius (tãquam errore librariorum deprauati) vicem



[a] de hoc nomine deq; illo ſaltationis genere quod ita oſtẽditur, ſat multis actum eſt cap.12. ad extremũ hoc ipſo libr.

[b] ex Iliad. π. vbi Euſtath. fo.1083. & 1084.

[c] Lexicon græco latinũ vetuſtum ab Henri. Steph. editũ in col.414. ſed & Suidas περὶ τῆς βυκάνης verba faciẽs videndus eſt cui vacat.

vt obtineat, & coniectura non abſurda reponatur: qua de coniectura cùm mihi gratulari vellem, in memoriam reuocans hæc duo nomina ſimiliter à Polybio [a] cõiunctim poſita; quo loco ἀναρίθμητον γὰρ ἦν τὸ τῶν βιχανιτῶν (ſic ſcriptum neſcio an deprauatè pro βυκανιστῶν, ſed quod propiùs ad illud κυβαννιτῶν in quo laboramus accedat) καὶ σαλπιγκτῶν πλῆθος, quibus dicit ἅμα πᾶν τὸ στρατόπεδον συμπαιανίσαι, itemq; alibi [b], ἔστι γὰρ ἔθος ῥωμαίοις μετὰ τὸ τοῦ δείπνου καιρὸν τοὺς βυκανίτας καὶ σαλπιγκτὰς πάντας σημαίνειν παρὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν, &c. Nec adhuc auderem tamen: ſcrupulum denique omnem auctoritas Euſtathij, hunc locum haud dubiè, ita vti reſtituendum aſſeueramus citantis; licet ſuppreſſo Athenæi (quem non illubenter alibi laudat) nomine, prorſus exemit. Is enim iſtud Homeri [c] carmen ad rixam aut pugnam inter Deos excitatam pertinens de dato ipſius ſigno ſcilicet,

*a lib. 2.*

*b epitome li. 14. fol 252. Heruag. libri: & τῶν βυκανῶν, idem non ſemel mentionem facit ſub initiũ epitomes lib. 12. fol. 244. & 245.*

*c Iliad. φ. vbi Euſtat. fol. 1242.*

Ἀμφὶ δ᾽ ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς ἄιε δὲ Ζεύς.

Hoc adnotat in cæteris; quo nihil verius, apertius, atque ad rem noſtram aptius: ὅτι οὐ μόνον σάλπιγγες ἀνέκαθεν ὄργανα βοῆς τῆς ἐν πολέμῳ ἦσαν ἀλλὰ καὶ βύκανα (buccinas intelligit, à quibus buccinatores; nam de tubis, à quibus tubicines, antè pluribus, quod & verba poëtæ ſuadebant, egerat) & addit confirmandę ſuæ ſententiæ iſta, ex eo in quo verſamur loco verba ſic ferè; ὡς δηλοῖ τὸ, Πύκτ[αι] τέσσαρες ἀνέβησαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν μετὰ σαλπιγκτῶν καὶ βυκανιστῶν, καὶ κέρατα δὲ καὶ στρόμβοι νόμον τοιοῦτον ἤχουν, &c.

Ad gymnicorum triumphale ludicrum vt reuertar, de quo ſermo inſtitutus fuerat, in ipſum Antonium reip. conſtituẽdæ triumuirum, cùm Athenis hybernantem, de rebus proſperè à Ventidio geſtis, Labieno nimirum poſt fuſos Parthos, ac ſummo & præſtantiſsimo eorum, qui Herodis regis exercitum regerent, duce Pharnapate interfectis, nuncius allatus eſſet; ob eam rem & conuiuio Græcos excepiſſe (tanquam triumphali quadam cœna [d]) & ludos exhibuiſſe gymnicos, quibus etiam gymnaſiarchi habitu præſederit, auctor eſt Plutarchus [e] quo loco, διαχειμάζοντι δὲ αὐτῷ περὶ Ἀθήνας (ait) ἐπαγγέλλεται τὰ πρῶτα τοῦ Οὐεντιδίου κατορθωμάτων, & cæt. ἐπὶ τούτοις εἱστία τοὺς Ἕλληνας, ἐγυμνασιάρχει δὲ Ἀθηναίοις, & cæt. quæ ſuperiùs [f] de inſignibus athlothetarum & gymnaſiarchorum agens exſcripſi. Prçtereà poſt Hiſpanienſem victoriã dediſſe populo duo prandia Iulium

*d de qua vide ſcripſi lib. 1. Semeſtr. cap. 6. & huius agoniſtici proximo tractatu cap. 19.*

*e in Antonio.*

*f ad finem cap. 19. ſup.*



Iulium Cæſarem, ediſſe ſpectacula varij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim vrbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones: item circenſes, athletas, naumachiam à Suetonio [a] traditur. Athletas ſtadio ad tempus exſtructo in regione Martij campi certaſſe per triduum, ludos victoriæ Cæſaris, non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipſum ediſſe Octauium [b]: quem deniq; vt ſpectaculorum, & aſsiduitate, & varietate atque magnificentia omnes anteceſsiſſet, feciſſe ludos vicatim, ac pluribus ſcenis, in foro, amphitheatro, circo, & ſeptis: ita etiam nauale prælium circa Tyberim cauato ſolo, in quo poſtea Cæſarum nemus fuerit, & athletas exſtructis in campo Martio ſedilibus ligneis dediſſe: ſpectauiſſe ſtudioſiſsimè pugiles, & maximè Latinos, non legitimos atque ordinarios modò, quos etiam committere cum Græcis ſolebat; ſed & cateruarios oppidanos inter anguſtias vicorum pugnantes temerè ac ſine arte: ipſiſq; athletis & conſeruaſſe priuilegia & ampliaſſe, cùm eorum ſpectaculo tamen muliebrem omnem ſexum ſubmouiſſet, idem ille Suetonius [c] retulit. Domitianum denique Imperatorem victorialibus hoc eſt triũphalibus feſtis celebrandis atque peragendis poſt Dacicam ſiue Geticam expeditionem certamina complura, pedeſtria, equeſtria, & nautica populo Romano ludicra exhibuiſſe Xiphilinus è Dione narrat, his admodum verbis; μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτάς τινας νικητηρίους ἐπιτελῶν ἀγῶνας συχνοὺς ἐποίησε. τοῦτο μὲν γὰρ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ μάχας τε πεζῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ ἱππέων αὖ συνέβαλε. τοῦτο δὲ τε καινῷ τινι χωρίῳ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε, &c. Poſtremò Syllam ipſum, de quo Appianus eo loco agit, in cuius vera lectione conſtituenda laboramus; profligato Archelao, cuius copiæ vſque ad Molī ripam pedem retulerant, & circumuentis ad Thurium & Chæronæam barbaris, poſt erecta victorię trophæa; ludos huius pugnæ cauſa, Thebis exſtructa iuxta frontem Oedipodiam ſcena, ediſſe, iudicibus euocatis ex aliis Græciæ ciuitatibus, à Plutarcho [d] traditur; illo τῶν ἐπινικίων vſurpato, quod apud Appianum reponimus vocabulo: ſic ferè, ταύτης τὰ ἐπινίκια τῆς μάχης ἦγεν ἐν Θήβαις περὶ τὴν οἰδιπόδειον κρήνην κατασκευάσας θυμέλην. οἱ δὲ κρίνοντες ἦσαν Ἕλληνες ἐκ τῶν ἄλλων ἀνακεκλημένοι πόλεων. Diodorus etiam Siculus [e] de Olympiacis & ſacri

*a in Iulio ca. 19.*

*b Suet. Octauio, cap. 10.*

*c in Octauio, ca. 42. 43. 44. & 45.*

*d in Sylla, fo. 350. exempl. Stephan. vbi quod ait de thymele, moneo explicandum ex iis quæ caſtigando Herodiano ſuperiùs attuli: & item, vbi de enthyrsis ac ty'iis, adducto eiuſdem Plutarch. loco in Fabio Maximo.*

*e lib. 16. Bibliot. fol. 539.*

ſacrificiis & agonibus ob Olynthiacam victoriam à Philippo Macedone celebratis loquutus, iſtud ipſum τῶν ἐπινικίων nomine vtendum ſibi exiſtimauit: quo loco, μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς Ὀλύνθου Ὀλύμπια ποιήσας τοῖς θεοῖς ἐπινίκια μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συνετέλεσε πανήγυριν δὲ μεγάλην συστησάμενος καὶ λαμπροὺς ἀγῶνας ποιήσας, &c. quæ libro ſequenti [a] proferam. Nec tamen ſcio, vtrùm illa caſtigatio (quam cõiecturæ interim meæ, non alieno vlli iudicio acceptam fero) interpretibus, qui Latinũ, Gallicúmve, aut Italicum fecêre Appianum, in mentem venerit; quos etiam conſulendi & ruri, & prope (ſi non inter) arma Toloſani Februario toto ad Pariſinum exemplum, excuſſo ad annum nonum & octuageſimum ſuprà ſeſquimilleſimum, iugo tumultuantis, cùm hæc meditor, populi, facultatem aut etiam voluntatem mihi defuiſſe, nemo iure mirabitur.

[a] *ad extremum cap.19.*

Illud ſcio gymnicos ludos ſicuti vſurpatos in lætitia publica, ſic in mœrore, luctúque publico intermiſſos; & quidem adeò, vt gymnaſia ipſa occluderentur & palæſtræ: quod eueniſſe Athenis poſt necatum Socratem, cùm eius rei populum poſteà pœnituiſſet, damnatis etiam exilio aut morte accuſatoribus Socratis, & iis qui periculũ capitis philoſopho creauerant; apud Diogenem Laërtium [b] legere memini: ὁ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ἦν· Ἀθηναῖοι δ' εὐθὺς μετέγνωσαν ὥστε κλεῖσαι καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια. καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν Μελίτου δὲ θάνατον κατέγνωσαν. Id verò ipſum ſæpe in Muſicis, hoc eſt poëticis annuis apud Toloſam noſtram agonibus, de quibus ad extremum libri tertij pleniùs agetur, non ſemel vſurpatum, vt eorum intermittatur celebratio; & in proximum annum, ex communi Critarum, quos Manutentores vocant, & Capitolinorum, hoc eſt Municipalium magiſtratuum, atque agonothetarum Iudicio conſultóque conſilio, differatur: ſi quando tumultus aliquis, ſi peſtis, aut quæ alia pernicies in Rempub. ingruat; ſi nuncius aliquis feralis ac triſtis de morte principis, de fuſo exercitu, de renouato ciuili, quod vrgeat, bello, fortè an allatus fuerit: & ſcimus ipſi, & vtrorúmque acta, ſeu commentarij publici, atque archia, fidem certiſsimam faciunt.

[b] *lib. 2. de vitis Philoſoph. in Socrate, fol. 64.*

*Ex agonibus gymnicis quidam Grauiores, Leuiores alij nuncupati Æſchines obiter caſtigatus, & item Plato. Curſus ante ſolis exortum, aliíq; leuiores ante meridiem agones commiſſi. Grauiores poſt meridiem. Curſores omnium agoniſtarum primi citati à præcone. Sophoclis recepta lectio in dubium vocata: & item Heliodori. Præconiæ citationes binæ; dationéſque præmiorum per ſingulos ludorum Olympicorum dies itidem binæ. De Pentathlo Laërtius vno verbo mutilus ſuppletur, & integritati reſtituitur: vbi de Democrito philoſopho, qui Pentathlus nuncupatus. De Pauſaniani cuiuſpiam loci conſtituenda lectione diſputatum. Timocreon Pantathlus apud Athenæum, non vt viſum interpreti Pentathlus. Pantathlon, pammachum, pancratium idem eſſe videri, & pammachos atque pancratiaſtas: è Pollucis etiam ſententia, Platonem citantis, qui illuſtratur & caſtigatur; huius interprete recenti, & item Cælio notatis. Pancratium autem à pentathlo diſtingui apud Xenophanem, atque Ariſtotelem.*



## CAP. XXX.

ISTORVM autem (de gymnicis loquor) agonum alij ab aliis inuicem hac nota diſtinguebantur; vt hi quidem βαρεῖς [a] id eſt graues dicerentur, illi κοῦφοι ſeu leues: quemadmodum eo Dionyſij loco, quem initio ſuperioris capitis attuli. In leuibus curſum & ſaltum quoq; (vt puto) immò etiam ἀκροχειρισμὸν forſitan (de quo tamen ipſo ampliùs quærendum cenſeo, dum eos inſpiciẽdi locos nactus ſim facultatem; quos Mercurialis doctiſs. à ſuis medicis petitos adfert, vbi [b] de re gymnaſtica diſſerit) in grauibus luctam, pancratium, atque pugilatum numerabant. Auctor mihi locupletiſsimus Æſchines [c], quo loco οἴεσθέ ποτε ὦ Ἀθηναῖοι ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Παναθήναια (vbi vetuſtus Vrſini Fuluij codex habere dicitur Ὀλύμπια) ἢ εἰς ἄλλόν τινα τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων παγκράτιον ἢ καὶ ἄλλό τι τῶν βαρυτέρων ἄθλων. εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ οὐδέποτε ἠθέλησεν ἐπασκεῖν: &c. quæ lib. 3. ad extremum capitis primi exhibere certum eſt, vbi pro οὐδέποτε malim, quod eſt in illo Vrſini codice, οὐδεὶς ἄν ποτε. Adhibeo alterum non minoris vtique nominis atque auctoritatis; Platonem nimirum, apud quem [d] Athenienſis hoſpes vbi de curſoribus diſſeruit, quibus præmia conſtituta vellet in ſua illa Republ. ſubiicit deinde iſta, è quibus luctam in grauibus exercitationibus olim numeratam intelligimus; cuius loco ipſe pugnam in armis exerceri velit: τὰ δὲ κατ' ἰσχὺν ἀντὶ μὲν πάλης καὶ τῶν τοιούτων τὰ νῦν ὅσα βαρέα (hic adde diſtinctionis notã, ſi me audis, ne ſuperiora cum ſequentibus, quod recentior interpres perperam feciſſe videtur, coniungas) τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις μάχην ἕνα τε πρὸς ἕνα διαμαχομένους, &c.

[a] *meminit Gale. lib. 3. ὑγιεινῶν non longè ab initio in fo. 246.* τοὺς ἐν μέσοις τοῖς πόνοις ἀποθεραπεύειν χρωμένους ἱκανῶς καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν τοὺς βαρεῖς καλουμένους ἄθλους ἀσκούντων. *vbi &* βαρεῖς ἀθλητὰς *paulò poſt nuncupat. & fol. 247. meminit Dionyſ. Halicar. lib. 7. antiq. Rom. fol. 475. in deſcriptione pompæ ac proceſſionis, quæ ludorum maximorũ cauſa Romæ fieret* μεθ' οὓς οἱ τῶν ἄθλων μέτοχοι *(ait)* ἀγωνισταὶ τῶν κούφων καὶ τῶν βαρέων, *&c. quæ ſequẽti lib. exhibebuntur. Vbi de ſcãmate ac ſubligaculo athletarum: & quæ ſuperius itidẽ expreſſi in ipſo præceden. cap. initio.*

[b] *cap. 3. lib. 6.*

[c] *contra Cteſiphontem, fol. 7[illegible].*

[d] *lib. 8. de legib. fol. 833. libri à Steph. excuſi.*

Addo

Addo tertium Iulium Pollucem ſcilicet Onomaſtico [a] vbi, καὶ οἱ μὲν δρομεῖς (ait) ἐλαφροὶ κοῦφοι ποδώκεις, &c. καὶ κούφως ἐλαφρῶς ὠκέως ταχαίως σπουδαίως. οἱ δὲ παλαισταὶ βαρεῖς στάσιμοι μόνιμοι, & cæt. καὶ βαρέως στασίμως μονίμως καὶ τὰ λοιπά. Flauius etiam Philoſtratus in Herode [b] vbi de gymnicis agonibus, noſtram ſententiam adiuuat, his verbis; ἐκείνων ἔφη καταγελῶ μᾶλλον ὁρῶν τοὺς ἀνθρώπους ἐξαγωνιζομένους ἀλλήλοις παγκράτιον καὶ πυγμὴν καὶ δρόμον καὶ πάλην καὶ στεφανουμένους ὑπὲρ τούτου στεφανούσθω δὲ ὁ μὲν δρομικὸς ἀθλητὴς ἔλαφον παρελθὼν ἢ ἵππον· ὁ δὲ τὰ βαρύτερα ἀσκῶν ταύρῳ συμπλακεὶς ἢ ἄρκτῳ. Ac Plutarchus etiã, qui pugilatum in grauium certaminum numero reponit:quo loco [c], κούφων δὲ καὶ βαρέων ἀγωνισμάτων ὄντων πυκτὴ μὲν ἀπόλλωνι δελφοὺς, δρομαίῳ δὲ κρῆτας ἱστοροῦσι θύειν καὶ λακεδαιμονίους. Sanè pugilatus certamẽ inter Epeum & Eurialũ deſcribens ille poëtarum pater & princeps [d] hoc βαρείας χερὸς vocabulũ vſurpare voluit,

---σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν.

Vbi Euſtathius ἐνταῦθα κυρίως εἴρηται παρὰ τὸ βίᾳ αἱρεῖσθαι. Poſtremò facit quod apud Pauſaniam ita ſcriptum Eliacis [e], vt doceat leuiora quidem certamina ( in quibus & curſum ) ante ſolis exortum, grauiora (in quibus pentathlum) horis pomeridianis exhiberi ſolita: ad quæ dum præconis voce, fortaſsis [f] etiam adhibito tubicine citarentur, præſtolari apud Elidem athletas in porticibus conſueuiſſe; Philoſtratus [g] refert, vbi de gymnophiſtarum porticu: ἐδείμαντο στοὰν οὐ μεγάλην ἰσομήκη ταῖς ἠλείων ὑφ᾽ αἷς ὁ ἀθλητὴς περιμένει τὸ μεσημβρινὸν κήρυγμα: Etenim præconium iſtud ſiue citationem meridianam quin ita vti dixi explicari oporteat, inficiabitur nemo; qui Philoſtrati verba cum illis Platonis, ex octauo de legibus libro, quæ ſermone ſiue libro vltimo proferam, ac ſimul cum hiſce Pauſanianis commiſerit: quæ ſic ſe habent, καὶ ταύτῃ τοὺς ἑλλανοδίκας ἱέναι καθέστηκεν (inquit) εἰς τὸ γυμνάσιον. εἰσιᾶσι δὲ πρὶν μὲν τὸν ἥλιον ἀνίσχειν συμβαλόντες δρομέας· μεσούσης δὲ τῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸ πένταθλον καὶ ὅσα βαρέα ἄθλα ὀνομάζουσιν. Et matutina quidẽ fuiſſe curſorum in agone gymnico ſpectacula, primóſque omnium citatos illos, & in arenam euocatos, à præcone, ac tubicine, Sophocles etiam præclarè docet [h], vbi de Oreſte ad ludos Delphicos progreſſo, qui curſu Diaulo victoriam inde reportarit, à pædagogo agitur in hæc omnino verba;

[a] *lib. 2. fol. 159.*

[b] *lib. 2. de vita Sophiſt.*

[c] *lib. 8. Sympoſ. problem. quæſt. 4. vide in hãc rem locũ Diodori Siculi ex lib. 4. Bibliothecæ, fo. 155. quẽ ſequenti capite proponam.*

[d] *Hom. Iliad. ψ.*

[e] *lib. 2. fol. 159.*

[f] *imò haud dubiè, vt ſtatim oſtendam, & videre eſt in cap. 9. ſequẽtis libri ad extremum, & c. 16. lib. 3. nõ enim ſine tuba buccináve præcones, qui κήρυκες: quãobrem ex oſtreorũ genere buccina κήρυκες à græcis nominata. Athenæum vide ſi vacat lib. 1. Deipnoſoph. ſub initium in fol. α. 4 & lib. 3. fol. 7. denique in excerptis è veteri lexico græcolat. ad gloſſar. additis à Steph. col. 274. ſic ſcriptum, tubicines κήρυκες.*

[g] *ſub initio li. 6. de Apollo. fol. 45. pag. 2. Aldin. lib.*

[h] *Electra f. 112. lib. Steph. ex quo nõnihil à me ſuperius duob. locis adnotatum fuit.*



κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν ἑλλάδος
πρόσχημ᾽ ἀγῶνος, δελφικῶν ἄθλων χάριν
ὅτ᾽ ᾔσθετ᾽ ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων
δρόμον προκηρύξαντος, οὗ πρώτη κρίσις,
εἰσῆλθε λαμπρὸς πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας.

Vbi rectè ſcoliaſtes Triclinius, εἰσήγετο γὰρ ὁ δρόμος πρῶτος τῶν ἄλλων ἄθλων πυγμῆς πάλης δίσκου, διάλματος. τοῦτο δὲ ἐγίνετο διὰ τὸ πάντας τοὺς ἀγῶνας πορείας δεῖσθαι. ἔστι δὲ ὁ δρόμος οὐκ ἄλλό τι ἢ μόνον πορεία καὶ τάχος ποδῶν. ὡς οὖν τὸ φύσει πρόσον μόνος ἰδιοποιησάμενος προετάττετο. In Sophoclæis autem verſibus, etſi non nego quin ὀρθίων κηρυγμάτων rectum eſſe poſsit, vt ſonora id eſt acuti ſoni præconia ſignificet (quemadmodum ex Homericæ Iliados libro λ. à Camerario doctiſs. Scoliaſte ibi adnotatum comperi) & verò quoniam vox præconis victores renuntiantis alibi [a] λαμπρὰ dicitur: attamen literula iniecta ὀρθρίων equidem ſcriptum (ſi vetuſtorum codicum fides atq; auctoritas patiatur) malim, quod eſt ἑωθινῶν; vt matutinæ quæ ad auroram proferuntur, præconiæ athletarum citationes ita deſignatæ intelligantur.

Ad præconias athletarum iſtas citationes hæc Heliodori verba ex libro Æthiopicôn decimo [b] non incommodè quiſpiam referat de illo prægrãdi Aethiope inuicto circa rem bellicam & palæſtricam athleta; quem Merœbus Hydaſpi Regi & patruo propter victoriam gratulatus dono dederat, quíque ipſum in theatro ſedentem veneratus ſeſe vltrò in omnium conſpectu denudauit; & ad certamen omnibus prouocatis, cùm nemo in arenam adhuc deſcenderet, per præconem citati à principe athletæ: deinde cùm depugnandi cauſa nullus adfuiſſet, Aethiopi elephantem vaſtum & annoſum Rex in præmium victoriæ donauit, καὶ μηδὲ τὸ κελευσθῆναι ἀναμείνας τὴν ἐσθῆτα ἀποδὺς γυμνὸς ἑστήκει πάντα τὸν βουλόμενον καὶ μεθ᾽ ὅπλων καὶ γυμναῖς ταῖς χερσὶν εἰς ἅμιλλαν προκαλούμενος. ὡς δὲ οὐδεὶς παρῄει, πολλάκις, διὰ κήρυκος τοῦ βασιλέως προτρεψαμένου, δοθήσεταί σοι ἔφη καὶ παρ᾽ ἡμῶν ὁ ὑδάσπης ἰσοστάσιον τὸ ἔπαθλον· καὶ εἰπὼν ἐλέφαντα πολυετῆ καὶ παμμεγέθη προσκομισθῆναι αὐτῷ προσέταττεν. ὡς δὲ ἤχθη τὸ ζῶον. ὁ μὲν ὑπεδέχετο ἄσμενος, &c. Ad citationes quidem Pythicas ſiue delphicas ex alio eiuſdem auctoris Aethiopicôn [c] loco iſta cum ſuperioribus Sophoclæis omninò conſpirantia,

[a] *apud Gregor. Nazian. in Heron. in fol. 157. ex quo verba ſequẽti libro ſub initium proferam.*

[b] *fol. 230.*

[c] *lib. 4. Æthiopicôn ſub initium in fol. 73. vnde nõnulla ſuperius allata cap. 14. & 24. huiuſce Agoniſtici, aliam in rem tamen, ſed & alia proferam ad finem cap. 34. libri proximi.*

ſpirantia, atque hoc ampliùs curſoribus luctatores, iſtis pugiles; armatos autem, hoc eſt non gladiatores quidem, (vt arbitror, qui monomachi & hoplomachi appellati) ſed curſores, quibus in manu clypeus, & fortaſsè ad caput galea, endromidéſque, ac ocreæ ad pedes, vnde dicti hoplitodromi (de quibus libro ſequenti ad extremum cap. 23. atque 34. diſceptare conſtitui) ſucceſsiſſe ſubindicant: quæ vel quòd is liber non temerè in manibus hominum verſetur, vel etiam vt ſimul à mendo vindicentur, in quo cubare ipſa eruditiſsimus quoq; Amyotus videtur exiſtimaſſe: quando ita locum illum tranſtulit vulgari idiomate, [a] vt ſententiam quam probo ipſe itidem exprimat; propterea lubentiùs exhibebo: ἐθεώρει μὲν ἡ ἑλλὰς ἠθλοθέτουν δὲ ἡ ἀμφικτύονες. ἐπεὶ δὴ τοίνυν τὰ ἄλλα μεγαλοπρεπῶς ἐτετέλεστο, δρόμων ἅμιλλαι, καὶ πάλης συμπλοκαὶ, καὶ πυγμῆς χειρονομία· τέλος ὁ μὲν κῆρυξ, ὁπλίται παριόντων ἀνεβόησεν [b], & poſteà, πρὸς δὲ τὴν κλῆσιν τοῦ κήρυκος παρείη τις ἐυσταλῶς ὡπλισμένος, & cæt. quæ libri tertij capite primo proponam, vbi de certaminis gymnici legibus diſſeretur, & ſtatim [c], ὁ δὲ καλεῖσθαι τὸν βουλόμενον ὑπὸ τοῦ κήρυκος εἰς τὴν ἀγωνίαν ἠξίου. ἐπέταττον οἱ ἀθλοθέται καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ ἥκειν τὸν ἐπελευσόμενον, vbi tametſi ferri leuiter vulgata lectio poteſt; ſic accepta, vt præco adeſſe, atq; in arenam ſtadij deſcendere illicò iuberet eum, qui venturus foret, hoc eſt, qui ad certamen progredi decreuiſſet, aut cui ſors obtigiſſet, quemq; ideò venire oporteret: nihilominus tamen ſcriptum ab Heliodoro fuiſſe coniicio, leui literularum duarum immutatione ἐπιθευσόμενον, vel (quod vſurpatum à Philone [d] ſcio) ἐπεκθευσόμενον, hoc eſt eum qui curſu decertare ſtatuiſſet, τὸν δραμούμενον qui decurſurus in ſtadio foret: præſertim cùm ſubiiciat Heliodorus, quod & ad rem qua de agimus facit; ὡς γὰρ εἰς ἀκοὴν πάντων ὁ κῆρυξ τοὺς δραμουμένους κατήγγειλεν, ἀνεῖπέ τε Ὁρμένος ἀρκὰς καὶ Θεαγένης θετταλός: ἔσχατο μὲν ἡ ὕσπληγξ, τέτατο δὲ ὁ δρόμος. Ad citationes Olympiacas poëta vetuſtus ille haud dubiè reſpexit, cuius ſenarios Iambicos Galenus [e] exagitandis, vt ſolet, athletis attulit; quo loco exercitationum omni genere ſuperiora fore ipſis hominibus bruta, ſi cōmittenda cum illis ad agones vocarētur, ſignificat:

εἰ δίος γνώμη πᾶσι τοῖς ζώοις ὁμόνοια
καὶ κοινωνία γένοιτο πρὸς τὸν βίον

[a] *in hæc verba: les iuges le cōmanderēt ainſi: & le heraut proclama s'il y auoit aucun qui vouluſt courir à luy, qu'il ſe tiraſt en place.*

[b] *vbi Amyotus: à la fin le heraut cria: les armez viennēt en auant.*

[c] *fol. 74.*

[d] *lib. 1. de vita Moſis.*

[e] *ad finem protreptica rationis ad artes ſiue ſciētias, fol. 6.*





Ὧς τ' ἐν ὀλυμπίᾳ κήρυκα μὴ μόνον
Ἀνθρώπους τοὺς ἀγωνιουμένους καλεῖν,
Ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπειν τοῖς ζώοις
Εἰς τὸ στάδιον ἥκειν ἓν οὐδένα ἂν
Ἄνθρωπον οἶμαι στεφθήσεσθαι.--

Binæ verò citationes iſtæ præconiæ ſingulis ludorum diebus fuerunt, & adiudicationes coronarum binæ: ob certamina ſcilicet antemeridiana & pomeridiana. Illorum citationes ſub auroram, coronæ ſub meridiem: Iſtorum meridianæ citationes, veſpertina præmia. Non inſubida nec ineleganti coniectura hoc videor colligere, tum è ſuperioribus locupletium & aſsiduorum ſanè auctorum teſtimoniis, tum ex iſto potiſsimùm D. Ioan. Chryſoſtomi [a] loco: Non enim nobis de rebus vulgaribus certamen eſt; Abſurdum enim fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie à medio noctis vſque ad meridiem perdurare exſpectantes vt videant cui ceſſura ſit corona, nudóque capite excipere ſolis radios; nec prius abſcedere quàm de certamine fuerit pronuntiatum: nos verò nunc cùm certamen ſit non de tali corona ſed de corona immortali, defatigari ac tædio affici. Reliqua de citationibus agoniſticis, quæ à præcone adhibito etiam tubicine, fierent; inferiùs [b] commodiore (vt ſpes eſt) loco, perſequar.

Porrò autem illo, cuius verba paulo antè retuli, atque aliquot etiam eiuſdem Pauſaniæ locis, (quos tum oſtēdere mihi fas erit, poſteaquàm diutiùs nuperam coniecturam meam, atque adeò meliùs, quieto ſcilicet pacatis rebus animo concoquendi otium, atque facultatem habuero) dubitari non abs re poſsit, ecquid mendosè ſcriptum ſit τὸ πένταθλον, quo nomine quinquertionē ſignificari conſtat, vt agones omnes comprehendantur; & encyclopædiam quoque, ſed μεταφορικῶς: ſicuti Democritum Abderitem Pentathlum dictum ferunt; καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος (ait Laërtius Diogenes [c]) τὰ γὰρ φυσικὰ καὶ τὰ ἠθικὰ ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν: quo loco reponendum verbum quod deeſt cenſeo, nempe τὸ ἤσκητο, poſt illud ἠθικὰ: ſine quo cætera vix, ac ne vix quidē poſſunt conſiſtere; neque cum illo εἶχεν quod ſequitur, aptè connecti, mea quidē ſententia. Id autem verbi quod à me reſtituitur, à Suda

[a] *in oratione aduerſus Iudæos 2. col. 1002. vnde verba in aliam rem profero lib. 3. cap. 6. quæ hic etiam adſcripſi.*

[b] *lib. 3. Agoniſt. cap. 16.*

[c] *in Democrito, fol. 356. græci à Stephan. excuſi.*

deſumpſi; cuius iſta ſunt [a], quæ adſcribam, ὁ Δημόκριτος ὁ ἀβδηρίτης ἤσκητο γὰρ τὰ φυσικὰ τὰ μαθηματικὰ, &c. quæ à Laertio ſuperiùs attuli. Sed ad rem; ſi πένταθλος quinquertio eſt (ſicuti profectò eſt, quem ad certamen à præcone vocatum in medium Feſtus [b] ex Liuio, athletas hoc nomine ſignificatos addocens retulit) non poteſt apud Pauſaniam non fruſtra & ſuperuacuò adiectum iſtud videri, καὶ ὅσα ἄλλα: falsò autem & contra quàm ſiue ratio ſeu Aeſchinis, aliorumq; veterum auctoritas poſtulat, illud βαρέα: tanquam nullus non agon in grauibus numerari debeat. Cuius vocabuli vice, alterum tam crebra quàm leui vnius literulæ immutatione aptiſsimum ei loco, & quod eandem cum pancratio (quod Aeſchines vſurpauit, ac frequentius eſſe agnoſco) ſignificationem habeat; πάνταθλον ſubſtitui debere cōiicio, recordatus de Timocreonte Rhodio poëta, & athleta Pantathlo Athenæum lib. 10. Deipnoſoph. loqui: καὶ Τιμοκρέων δὲ ὁ ῥόδιος ποιητὴς καὶ ἀθλητὴς πάνταθλος ἐνέφαγε, &c. Sic habet Aldinum exemplar: vt ſatis mirari non poſsim, quid eruditiſsimum Dalichampium commouerit; vt aduerſus ipſius fidem in ſua Latina interpretatione [c] Pentathlum legeret. Coniicio autem illud, ſed nondum, aut pronuntio, aut ſtatuo. Nam Pammachum quidem ex Hyginij fabularum eo quem antè [d] citaui loco, idem eſſe cum Pancratio intelligitur; quod & Pollux [e] (vbi de pancratiaſtis agit) iſto Platonis teſtimonio allato comprobat τοῦτο γὰρ ἐστὸν κομιδῆ παμμάχω κατὰ τοὺς ἀκαρνᾶνας τοὺς παγκρατιαστάς: quod cùm deprauatum mendoſumq; ſit apud Pollucem; ex initio Euthydemi [f] Platonici (vbi de Euthydemi & Dionyſodori ſapientia diſſeritur) eſſe reſtituendum admoneo, vt ita legatur: ὡς ἔγωγε οὐδ᾽ ᾔδειν προτοῦ ὅτι εἶεν οἱ παγκρατιασταί. τούτω γὰρ ἐστὸν κομιδῇ παμμάχω· οὐ κατὰ τὼ Ἀκαρνᾶνε τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ. Vbi laudare aut ſaltem ſequi non poſſum, quod Latinus interpres Pancratiaſtarum vocabulo hæc interpretationis vice adiecit; id eſt, eximios quoſdam atque ſummos certatores, qui in omni certaminis genere excellant: velut ſi Pentathlos philoſophus, non pancratiaſtas illos, quos antè dixi, nominaſſet. Sequitur deinde apud Platonem: quod ideò lubet adiicere, ne quis ex iſtis alioqui contrarium quidpiam illis quæ anteà protuleram colligat, quod ſanè non oportet: ἐκείνω

μὲν

[a] *in πένταθλος.*

[b] *in Quinquertium vbi Liuius quoq; ipſos athletas ſic nominat, Quinquertiones præco in medium vocat.*

[c] *fol. 309. libri Lugdun.*

[d] *c.16. huius lib.*

[e] *lib.3. Onomaſt. cap. 30. vbi & hoc ἐπὶ δὲ τούτων εἴποις ἂν (ait) ὡς εἰσὶ πάμμαχοι. Quin & à Suda παμμάχιον exponitur παγκράτιον.*

[f] *fol.271. editio. Stephan.*



μὲν γὰρ τῷ σώματι μόνον οἵω τε μάχεσθαι· τούτω δὲ πρῶτον μὲν τῷ σώματι δεινοτάτω ἐστὸν καὶ μάχῃ ἣ πάντων ἐστὶ κρατεῖν, &c. ἔπειτα τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μάχην κρατίστω καὶ ἀγωνίσασθαι καὶ ἄλλον διδάξαι, λέγειν τε καὶ συγγράφεσθαι λόγους οἵους εἰς τὰ δικαστήρια. πρὸ τοῦ μὲν οὖν ταῦτα δεινὼ ἤστην μόνον, νῦν δὲ τέλος ἐπιτεθείκατον παγκρατιαστικῇ τέχνῃ. Ex eo igitur Platonis, quem Pollux laudauit, loco, ita vt à me caſtigatus fuit; eundem eſſe cum pancratiaſte pammachum intelligitur: & manifeſtiſsimè D. Ambroſius [a] indicat, vbi de pancratiaſtis loquitur: alij qui cædem & pulueris iactum membrorum nexibus miſcent, omni ſibi verberandi iure permiſſo, quos παμμάχους vocant, eo quòd omnis litis & pugnæ aduerſum ſe habeant poteſtatem: Chryſoſtomus etiam Dio in Diogene [b]; quo loco, ἔτοι μὲν οὖν οἱ ἀνταγωνισταὶ σχεδὸν ὅμοιοί εἰσι τοῖς παμμάχοις παίοντές τε καὶ ἄγχοντες καὶ διασπῶντες καὶ ἀποκτείνοντες ἐνίοτε. Poſtremò docet etiam Euſebius Pamphili [c]: quo loco de Porphyrij martyris conſummatione ſic admodum ſcribit: ἦν δὲ ἄρα τὸν πορφύριον ἰδεῖν, ἱερονίκου διαθέσει πάμμαχον νενικηκότος κεκονισμένον μὲν τὸ σῶμα, φαιδρὸν δὲ τὸ πρόσωπον, θαρσαλέῳ φρονήματι καὶ γαύρῳ μετὰ τοσαῦτα τὴν ἐπὶ θανάτῳ βαδίζοντα, &c. vnde nihil obeſſe videatur, quominus pantathlon dici exercitationis illud genus potuerit, quod pancratium & pammachum etiam nominatur: & à quo Euthymium Plato pammachum vocauit, ſicuti Cælius [d] notat: qui Euthydemum voluit (mea quidem opinione) dicere. Nihilominus tamen, vt ſinam quod eandem immutationē aliis Pauſaniæ locis itidem fieri conueniret, in quibus omnibus idem vt mendum inoluerit, veriſimile non videtur; præſertim autem cùm eam illi commodè non ferant. Iſte quidem ex Elegis Colophonij Xenophanis apud Athenæū [e] omnino reſpuit; vbi pancratium à pentathlo, aliiſque agonibus, tanquam aliud, & verò grauius certamen, diſertè diſtinguit: ſic ferè,

ἀλλ᾽ εἰ μὲν ταχυτῆτι ποδῶν νίκην τις ἄροιτο
ἢ πενταθλεύων ἔνθα Διὸς τέμενος
πὰρ Πίσαο ῥοῆς ἐν Ὀλυμπίῃ εἴτε παλαίων
ἢ καὶ πυκτοσύνην ἀλγινόεσσαν ἔχων
εἴτε τι δεινὸν ἄεθλον ὃ παγκράτιον καλέουσιν
ἀστοῖσί κ᾽ εἴη κυδρότερος πρὸς ἄκρα.

Quin etiam eodem loco poſteà pugilatui, luctæ, curſui pentathlum

[a] *enarrat. in Pſ. 36. eo quem ante attuli loco.*

[b] *in ſermone qui Diogenes ἢ περὶ ἀρετῆς inſcriptus fol.91. Ald. libri.*

[c] *in appendicib. ad 8. lib. eccleſ. hiſto. pag. 98. Euſebij Cæſarienſ. epiſc.*

[d] *lib. 15. antiq. lect. cap. 30.*

[e] *lib.10. Deipnoſophiſt. vbi Dalichampius optimè fol. 309. Latinæ ſuæ interpretationis notauit, πένταθλον à cæteris qui ſeorſim ſinguli obirētur agonibus diſtingui ſolitum.*

tathlum immiſtum, tanquam diuerſum legas in hæc verba;

οὔτε γὰρ εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσιν ἔτ' εἴη
οὔτ' εἰ πενταθλεῖν οὔτε παλαισμοσύνῃ
οὐδὲ μὲν εἰ ταχυτῆτι ποδῶν, τό περ ἐστὶ πρότιμον:

Et ſimiliter apud Dionem Chryſoſtomũ eo ſermonis Olympici loco, quem lib.3.[a] vbi de puerorum agonibus diſſeretur, exhibebo. Apud Ariſtotelem [b] denique: vbi poſtquàm iuuenis pulchritudinem in eo conſiſtere docuit, vt corpus laboribus, robore, curſuq; capeſſendis, idoneũ habens, ideò etiam iucundus aſpectu ſit; iis vtique verbis, quæ 13. capite ad extremum protuli: adiicit ſtatim, propterea pentathlos videri & eſſe pulcherrimos, qui robore ſimul & velocitate valeant, διὸ οἱ πένταθλοι (ait) κάλλιστοι, ὅτι πρὸς βίαν καὶ πρὸς τάχος ἅμα πεφύκασιν. Et poſteà manifeſtiſsimè ab apto ad curſuram, idoneum ad luctam aut ad pugilatum, ſiue ad feriendum, & qui horum vtróque, lucta ſcilicet ac pugilatu præſtet pancratiaſticum inter ſe atque ab eo qui omnibus hiſce valeat à pentathlo ſeparat, vt hunc cæteris omnibus præferre non immeritò videatur, his admodum verbis vſus: ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πῶς καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω, δρομικός: ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός. ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πληκτικός, aut (quod alibi & fortaſsè meliùs) πυκτικός. ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός. ὁ δὲ πᾶσι τούτοις, πένταθλος.

[a] cap.9.

[b] lib.1.Rhetoric. cap.5.

*Quid ſit πένταθλον, & quis hoc certamine victor eſſe diceretur. Rectè apud Pauſaniam pentathlon inter grauia certamina relatum: eoſdem pancratiaſtas, & pentathlos eſſe potuiſſe Plinio explicato. Pentathlum ab aliis grauioribus ſed ſingulis certaminibus meritò diſtingui: ſed ita vt ipſis interim, de quibus in vniuerſum agitur, aut etiam leuibus non incommodè adiungatur Diodori expenſo loco, & forſitan correcto. Sophoclæus ſcoliaſtes, & Paulus Feſti abbreuiator notantur, exiſtimantes à pentathlis vna die decertari debuiſſe omnibus quinque agonibus. Pindarus illuſtratur, de Xenophonte Corinthio, qui curſu & pentathlo ſimul vicerat. Poſt inuectum pentathlum vni ex agoniſtis omnium certaminum præmia tribui cœpta, expenſo altero eiuſdem poetæ loco. Pancratiarij.*

## CAP. XXXI.

QVAMOBREM verius puto ac ſimplicius, vt qui ad omnia ſubeunda certamina ſe iiſdem ludis, eadémque vice offerret, is non minùs pentathlon obire ac vincere diceretur; quàm qui diuerſis locis temporibúſve, tum de his,



his, tum de illis quinquertij ludis victoriam reportaſſet. Itaq; ſi quis ſe omnibus obiiceret ſimul, cum non leuibus modò, ſed & grauibus agonibus decertandum habuiſſe, cùm manifeſtò appareat; ſequitur vt non ſine ratione illo Pauſaniæ loco πένταθλον inter grauia numeretur; quãdo etſi non hoc ſit pancratiaſtem eſſe quod pentathlon, nihilominus iidem eſſe pancratiaſte, ac pentathli queunt: ſicut accepiſſe Plinius [a] videtur, vbi Myronem illum ſtatuarium, atque fictorem egregium bucula maximè nobilitatum, feciſſe ſcribit inter cætera diſcobolon, Satyrum admirantem tibias & Mineruam, Delphicos pentathlos pancratiaſtas; hoc eſt eos qui cum ſe pentathlo (vt antè monui) obtuliſſent, pancratio, quod in grauibus agonibus numerari ſolet, vtique decertarunt: quod tamen ſic dictum volo, vt pentathlon nihilominus ipſum ab aliis grauib. ſcilicet ſingulis ſeparatim obitis meritò diſtingui poſsit, ſicuti ab Arriano [b] in epicteto, qui hoc ipſum ſcilicet ſentiens, quod de Hercule omnibus agonibus, tam grauibus quàm leuibus victore, olim Diodorus Siculus [c] prodiderat eſſe perdifficile, cùm ea tantopere ſint à ſeipſis diuerſa & propè contraria; illis qui præſtiterit, iſtis alios vincere vt poſsit: τῶν ἀθλημάτων (vt ille inquit) ἐναντίων ἀλλήλοις ὄντων τὴν πύκτην ἢ παγκρατιαστὴν τοῦ σταδιέως δύσκολον περιγενέσθαι καὶ πάλιν τὸν ἐν τοῖς κούφοις ἀθλήμασι πρωτεύοντα καταγωνίσασθαι τοὺς ἐν τοῖς βαρέσιν ὑπερέχοντας δυσχερὲς καταπονῆσαι. Quo loco equidem, more iſto nihil prætermittendi quod ſcire videar meo; illud καταγωνίσασθαι in cõtextum irrepſiſſe è gloſſemate verbi ſequenti καταπονῆσαι, aſſeuerare (ſi quid mihi tamen per eximios huius æui criticos licet) audeo. Arrianus igitur vt pancratiaſtam aliter, luctatorem aliter, aut curſorem inſtituendum eſſe, vt hoc aut illo exercitationis genere cæteris agoniſtis antecellat: non ab ſimiliter hoc ipſum de quinquertione atque de luctatore ſcribit. Eum enim qui pentathlo maximè valeat, ad luctam turpiſsimum fore, hoc eſt ineptiſsimum; his admodum verbis, καὶ γὰρ τὸ παγκρατιαστὴν οἶμαι ποιεῖν καλὸν τοῦτο παλαιστὴν οὐκ ἀγαθὸν ποιεῖ, δρομέα δὲ καὶ γελοιότατον καὶ ὁ πρὸς πενταθλίαν καλὸς ὁ αὐτὸς οὗτος πρὸς πάλην αἴσχιστος: & ad ipſo epicteto [d] in Enchiridio πένταθλος εἶναι βούλει ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυτοῦ τοὺς βραχίονας τοὺς μηροὺς τὴν ὀσφὺν καταμάθε· ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. Igitur aliter ſaginandum, fricandum,

[a] lib. 34. natur. hiſt. c.8. vbi certe ærei pẽtathli, qui vocatur [illegible] ab Alcmene Phidiæ diſcipulo facti commeminit.

[b] lib.3.cap.1.

[c] lib.4.Biblioth. fol.155.

[d] cap.27.

fricandum, exercendum dolichodromum : aliter ſtadiodromum, ac longè aliter pentathlum, dicebat in epicteto ipſe Arrianus, alio quodam loco,* in hæc verba quæ proponam : τίς εἶναι θέλεις, σαυτῷ πρῶτον εἰπέ. εἶθ' οὕτω ποίει ἃ ποιεῖς. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων οὕτως ὁρῶμεν γινόμενα· οἱ ἀθλοῦντες πρῶτον κρίνουσι τίνες εἶναι θέλουσιν, εἶθ' οὕτω τὰ ἑξῆς ποιοῦσιν. εἰ δολιχοδρόμος, τοιαύτη τροφή, τοιοῦτος περίπατος, τοιαύτη τρῖψις, τοιαύτη γυμνασία. εἰ σταδιοδρόμος, πάντα ταῦτα ἀλλοῖα. εἰ πένταθλος, ἔτι ἀλλοιότερα. οὕτως εὑρήσεις καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν. Et nihilominus rectè cum leuibus quoque coniungi, pentathlum equidem diffiteri nequeo; vt quod de his hoc ipſum de illo æquè proferatur: ſicuti cùm in Xyſto veteri apud Elidem ait Pauſanias [a] locum eſſe, in quo curſores & pentathli ſe curſu ſiue decurſione ſeorſim ab aliis athletis exerceant; χωρὶς δὲ ἔνθα ἐπὶ μελέτῃ δρομεῖς (ait) καὶ οἱ πένταθλοι θέουσιν : qui locus Pauſaniæ vel vnus noſtram illam coniecturam funditus labefactat; propterea quòd pantathlos, id eſt pancratiaſtas, aut pammachos decurrere falſum ſit; pẽtathlos itidem vt curſores, omninò verum & apertum ſatis. Pentathlos adeò cum curſoribus paulò antè coniunxerat, vt à cæteris in palæſtra exercentibus ſeſe athletis ſepararet : vbi de Olympico gymnaſio, ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ ἐν ὀλυμπίᾳ πεντάθλοις μὲν καθεστήκασιν ἐν αὐτῷ καὶ δρομεῦσιν αἱ μελέται, & cæt. καὶ ἄλλος δὲ ἐστιν ἐλάσσων περίβολος ἐν ἀριστερᾷ τῆς ἐσόδου τῆς ἐς τὸ γυμνάσιον καὶ αἱ παλαῖστραι τοῖς ἀθληταῖς εἰσὶν ἐνταῦθα: Et Lucilius Epigrammatarius his verbis [b],

Πρὸς τὸν μάντιν ὄλυμπον ὀνήσιμος ἦλθ' ὁ παλαιστὴς
Καὶ πένταθλος ὕλας καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς.

Et in illa inſcriptione Odes 13. Pindarus Xenophonti Corinthio ſtadiodromo & pentathlo : quod à vulgaribus etiam recentioribus Pindaricarum Odarum interpretibus neutiquam explicatum ſcias; cùm tamen eodem hymno [e] ea de re ſic ſcriptum ſit,

δέξαι δὲ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμὸν, τὸν ἄγει πεδίων
ἐκπέσας πεντάθλῳ ἅμα
σταδίου νικῶν δρόμον. τὸν
ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
θνατὸς οὔπω τὶς πρότερον.

*Nam*

* *lib. 3. cap. 22. in princ.*

[a] *Eliac. 2. fo. 158.*

[b] *lib. 2. Anthol. cap. 2. εἰς ἀστρολόγους. epigr. 4.*

[e] *Strop. 2. Od. 13. Olymp.*



Nam quod à pentathlis decertari quinque omnibus agonibus vno die ſolitum, ſcribens ad iſtud Sophoclis verſum [a]

δρόμων διαύλων πένταθλ' ἃ νομίζεται,

ſcoliaſtes autumat; ἅλμα, δίσκον, ἄκοντα, δρόμον, πάλην, ταῦτα ἐν μιᾷ τις ἠγωνίζετο ἡμέρᾳ: vix perſuaderi mihi vnquam ſiuero; tametſi non Feſto quidem Pompeio, ſed ipſius abbreuiatori aut gloſſatori Paulo [b] placuiſſe videam : cùm ne ipſi quidem Herculi, & ludorum auctori Olympicorum, & Deo veterum fabularum auctores iſtud tribuant; ſed tantùm omnibus eum (licet inter ſe contrariis) agonibus victorem extitiſſe : ſicuti auctore Diodoro duobus huius libri locis [c] explicaſſe me recordor. Tiſamenum quidem ex Iamidis Elæum, cùm ei ab Oraculo reſponſum eſſet clariſsimis quinq; agonibus victorem fore; curſu & ſaltu ſuperaſſe Andrium Hieronymum, lucta verò eſſe ab ipſo ſuperatum : inde percepiſſe de bellicis ſiue militaribus agonibus accipiendam oraculi ſententiam, à Pauſania [d] traditur : ſic ferè, τισαμενῷ δὲ ὄντ' ἠλείῳ τῶν ἰαμιδῶν λόγιον ἐγένετο, ἀγῶνας ἀναιρήσεσθαι πέντε ἐπιφανεστάτους αὐτόν. οὕτω πένταθλον ὀλυμπιάσι ἀσκήσας, ἀπῆλθεν ἡττηθείς. καίτοι τὰ δύο γε ἦν πρῶτος, καὶ γὰρ δρόμῳ τε ἐκράτει καὶ πηδήματι ἱερώνυμον τὸν ἄνδριον. καταπαλαισθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἁμαρτὼν τῆς νίκης, συνίησι τοῦ χρησμοῦ διδόναι οἱ τὸν θεὸν μαντευομένῳ πέντε ἀγῶνας πολέμῳ κρατῆσαι.

Apud illum præterea ſcoliaſtem non magis arridet mihi quidem, quod pugilatũ ſine vlla ratione obliuioni traditum, ac ſilentio velut obrutum ab eodem ſcoliaſte reperio; ſicut & à cæteris (quod initio [c] monui) & nullus feram. Præſertim quòd ipſum & luctæ, quæ ſecundo, & curſuræ, quæ tertio ponitur loco, in enumerandis gymnicis ab Homero (cuius in omni vetuſtarum literarum genere apud omnes auctoritas maxima) ter prælatum cæteris, nunquam poſtpoſitum Plutarchus obſeruauerit, velut antiquiſsimum exercitiorum omnium : vel quoniam iſtis exercitiis ad rem militarem præmunirentur, atque habiliores fierent; in qua hic ordo pugnæ teneatur, vt ferire priùs & cauere (pugilum more) in velitando, tum in ipſo propiore congreſſu miſceri confertim, ſeſeq; viciſſim trudere ac deturbare (more colluctantium) victi poſtremò fugere ipſóſve fugiẽtes inſequi ſoleant, qui vicerint: Apud ipſum enim ita Lyſimachus [f] : σκόπει δὲ μὴ μᾶλλον ἔφη τὴν κατὰ



[a] *Electra fo. 112. lib. à Stepha. excuſi.*

[b] *in Quinquertium, vbi Quinquertium Græci vocant πένταθλον quo die (fortè quod eodem die) quinque genera artiũ ludo exercebantur : ipſos quoque athletas Liui. Quinquertiones appellat.*

[c] *præter quos attigi & hoc ipſum initio huius cap.*

[d] *Laconi. fol. 72.*

[c] *cap. 5. huius libri.*

[f] *lib. 2. Sympoſia. problem. quæſt. 5. fol. 1135. editio. Stephan.*

χρόνον τάξιν Ὅμηρος ἀποδείκνυσι πρῶτον γὰρ ἀεὶ πυγμὴ παρ' αὐτῷ δεύτερον πάλη, καὶ τελευταῖον ὁ δρόμος τῶν γυμνικῶν ἀεὶ τέτακται: ac deinde Timon poſt allata Homeri carminũ tria minimùm ſiue teſtimonia, ſiue oracula; ſubdit in eandem ſentẽtiam hoc quoque: ὡς οὐ κατὰ τύχην ἐκ τοῦ προειςαμένου τῇ τάξει χρώμενος ἄλλοτε ἄλλως, ἀλλὰ τοῖς εἰθισμένοις τότε καὶ δρωμένοις κατὰ νόμον ἐπακολουθῶν. ἐδρᾶτο δὲ οὕτως, τὴν παλαιὰν ἔτι τάξιν αὐτῶν διαφυλαττόντων. Verùm enimuerò iſtud illo verſu voluit poëta ſcilicet, in quinque certaminibus illis vetuſtioribus (nam ſexti forſitan, vtpote poſtremo loco inter ſacros & coronarios agones recepti pugilatus ſcilicet, itidémq; ob alias quas ſuperiùs [a] expoſui cauſas minor dignatio) curſum & quidẽ diaulum, non minùs tamen, aut ſtadialem, vt ita loquar, aut dolichum connumeratum antiquitus. Sanè quod Xenophontis Corinthij factum, qui eodem certamine, tam curſus quàm pentathli victor extiterit, ſine exemplo poëta prædicat; hoc ita ſe habet, vt qui ſe quinquertio primùm obtulerat, profeſſo inter agoniſtas ſiue athletas, atque in album deſcribi iuſſo cum iis qui decertaturi eſſent, nomine; qua de re commodiùs libro tertio [b] diſceptabitur: [c] is cum aduerſario ſiue antagoniſta certamen curſus eligente, aut ſi fortè alea quadam ita contingeret, cùm ea de re ſortitio fieret, contenderit; ac proinde qui curſu, idem pentathlo ex vnico certamine victor declaratus ac proclamatus fuerit: atque ita forſitan omnium quoque gymnicorum agonũ præmia, & coronas conſequutus. Hoc quidem ex eo colligo κατ' ἀντιδιαστολήν, quod apud Pindarum legere memini; antequàm eſſet quinquertium inductum, ſuum vnicuique facto ſiue certamini præmium fuiſſe propoſitum: tanquam hoc ſignificet, poſt inuentum pentathlum vnicuiq; facto ſiue certamini cœpiſſe quinq; agonum omnia præmia tribui. Præſtantiſsimi etenim poëtæ iſtud eſt ex Ode Iſthmionicarum prima [d], quod mecum ab eruditis expendi volo:

οὐ γὰρ ἦν πένταθλον. ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ
ἔργματι κεῖτο τέλος. τῶν ἀθρόοις
ἀνδησάμενοι θαμάκοις
ἔρνεσιν χαίτας ῥέε θροισί τε δίρκας ἔφανε
καὶ παρ' εὐρώτα πέλας.

Denique pentathlon dici, qui poſsit omni antagoniſticę facul-

tatis

[a] *cap. 7. ſup.*

[b] *c. 16. Agoniſ. 3.*

[c] *vide & Suetonij locum Nerone cap. 21. à me ſuperiùs indicatum.*

[d] *Antiſtro. 2.*



tatis genere decertare, ſicuti pancratiaſtã pancratiarium [a] ſiue pancratiaſticum illum, qui lucta, & pugilatu: apertè docet Ariſtoteles illo Rhetoricorum à nobis antea cap. 13. & 30. huius Agoniſtici ſup. commonſtrato loco, ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις παγκρατιαστικός: ὁ δὲ πᾶσι πένταθλος. Ac neſcio an πεντάθλου nomen ad eum propriè pertineat, qui ſe quinque omnibus illis agonibus per vnum integrum diem decertaturus, quocumq; ipſorum alius quiuis, aut forſitan cui ſors obtigiſſet, experiri ſecum vellet, offerebat: non tamen vt quinque omnibus agonibus niſi depugnaſſet (exempto forſitan inter dimicandum die, aut antagoniſtæ ſiue aduerſarij penuria) palmam conſequi nequiret: quod Scoliaſti Sophoclæo illi (quemadmodum ſuperiùs admonui) viſum eſt.

[a] *ſic in excerptis ex vetuſto lexico græcolatino additis ad gloſſaria in editio. Henri. Stepha. col. 274. cap. de ſpectacul. περὶ θεωριῶν. Pãcratiarij παγκρατιασταί.*

*Perfectiſſimum exercitium, quod per integrum diem obiretur, ab athletis habitum, καταστάδην. Quo quiſque agonum tempore apud Olympiam inductus. Pugilatum pentathlo non eſſe comprehenſum, è Pauſania colligi exercitiorum ſeu exercitationum aliæ à Galeno differentiæ; apud quem quod Dolichus curſus in exercitiis remiſſioribus connumeratur, in controuerſiam non immeritò adduci poſſe oſtenditur. Grauibus exercitiis maior dignatio iuxta Euſtathium. Gymnicis tamen prælati equeſtres ſeu curules, quorum haud dubiè in leuioribus & velocioribus licet habitorum peritiam, Amphitruone patre ipſum exercẽte conſequutus Hercules fuerit, auctore Theocrito.*

## CAP. XXXII.

PER vnum quidem ac ſolidum diem id exercitium, quod perfectiſsimum putarent, τὸ τελεώτατον ἐκεῖνο γυμνάσιον ἐσθ' ὅτε καὶ δι' ὅλης ἡμέρας γιγνόμενον ὃ δὴ καὶ καταστάδην ὀνομάζουσι ab athletis, immenſo ac immoderato in agonibus labore nonnunquam obiri ſolitum; à Galeno ſub initium tertij τῶν ὑγιεινῶν libri traditur eo loco, ex quo verba tertio Agoniſtico [b] allaturi ſumus. Atque hoc ideò non minùs dici potuiſſe μονημέριον, quàm illud quod ad ferarum numerum vna die ſagittis confectarum à Iuſtiniano in Nouella 98. & in titulo epigrammatis alicuius, quod Leoni philoſopho tribuitur [c] appellatum legimus. Qua de re philologos attentiùs conſiderare cupio, ſi fortè in tanta vetuſtarum rerum obſcuritate, certius ipſi quidpiam, quod nos fugerit, tandem odorari queant. Nam poſt renouatum ab Iphito (de quo à nobis huius initio [d] libri actum eſt, agetur & ſequenti tra-

[b] *in cap. 10. circa finem, vbi περὶ καταστάδην latiꝰ ac pleniùs tractabitur, & nonnihil ad extremũ cap. 11. eiuſdem libri.*

[c] *extat lib. 1. anthol. c. 1. epigr. 4.*

[d] *cap. 12. ſub initium, & cap. 16. è Solino.*



ctatu

ſtatu [a], deq; diſco ipſius coronario in ludis) agonem Olympicum anteà per aliquod tempus intermiſſum, Curſus primùm, quo Corœbus vicerit, præmia fuiſſe propoſita; deinde circa Olympiadem 14. additum diaulum, eóque viciſſe Hypænum: ſequenti Olympiade itidem Acanthum. Octaua demum ac decima pentathli & luctæ certamina, quorum Elæis in memoriam veniſſet, fuiſſe reſtituta: & lucta quidem Eurybatum viciſſe, pentathlo Lampidem ſuperaſſe: Tertia verò & viceſima Olympiade pugilatus præmia denuo propoſita, quæ Onomaſtus abſtulerit (ſicuti libri huius initio [b] admonui) Pauſanias [c] memorat: quo loco, ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδόης καὶ δεκάτης ὀλυμπιάδος πεντάθλου καὶ πάλης ἀφίκοντο ἐς μνήμην· καὶ τοῦ μὲν Λαμπίδι ὑπῆρξεν, Εὐρυβάτῳ δὲ ἡ νίκη τῆς πάλης Λακεδαιμονίοις καὶ τούτοις τρίτῃ δὲ ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ πυγμῆς ἆθλα ἀπέδοσαν· Ὀνόμαστος δὲ ἐνίκησεν ἐκ σμύρνης συντελούσης ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἴωνας. Vnde apparet in pentathlo non comprehenſum pugilatus certamen, quod aliquot annis poſteà renouatum fuerit apud Olympiam: quod eſſe notandum arbitrari me iam dixi antea [d] illorum ſcoliaſtum fulciendæ ſententiæ; quos quod pugilatum omitterent in agonum enumeratione, ideò ſuperiùs quodam loco [e] reprehenſos volueram. De leuibus profectò agonibus, quibus δολιχόδρομοι inter cæteros decertarent, apud Diodorum Siculum [f], atque Galenum [g] agi ſcio, ex quorum libris haurias licet: itémque apud Ariſtotelem, qui alicubi [h] περὶ τῆς γυμνασίας κουφοτέρας loquitur, quod tamen alio pertinere arbitror: ſicuti quod Galenus [i] περὶ τῶν γυμνασίων agens, quædam ait eſſe εὔτονα, quædam verò ταχέα χωρὶς εὐτονίας καὶ βίας: δρόμους δὲ εἶναι ταῦτα καὶ σκιαμαχίας καὶ ἀκροχειρισμοὺς καὶ τὸ διὰ τοῦ κωρύκου τε καὶ τῆς σμικρᾶς σφαίρας γυμνάσιον ὅταν ἐκ διεστώτων τε καὶ διαθεόντων γίνεται τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ ἐκπλεθρίζειν καὶ τὸ πιτυλίζειν. ὠκείας δὲ κινήσεις εἶναι οὐ μὴν βιαίους γε καὶ ὅσαι κατὰ παλαίστραν ἐπιτελοῦνται κυλινδουμένων ὀξέως καθ᾽ ἑτέρων τε καὶ κατὰ μόνας, &c. Itemq; τὰ σφοδρὰ συνθετὰ εἶναι ἐξ εὐτόνου τε καὶ τάχους.

Mirum verò quod inter remiſsiora exercitia & imbecilliora retulit, cum iter agentium proceſsione, illud quod δολιχὸν dicitur; quæ propterea fieri continuè, ac ſine pauſa exercitia ſcribit: cùm tamen & in curſu robur eſſe neceſſarium non minus, immò etiam magis aliquantò, quàm in cæteris exercitationibus,

[a] cap. 23. lib. 2. & in cap. 25. vbi de ludorum auctoribus. De diſco autem Iphiti & Lycurgi in c. 26. eiuſdē lib. 2.

[b] cap. 7. ſup. in ipſo ingreſſu.

[c] Eliacôn 1. fol. 120. De Onceſte autem qui ad Olympiadē 21. victor extiterit, ſcribimus extremo cap. 3. lib. ſeq.

[d] cap. 12. ſuprà.

[e] c. 5. huius libri.

[f] lib. 4. Biblioth. fol. 155.

[g] ὑγιεινῶν lib. 3.

[h] lib. 9. polit. c. 4. ex quo inf. ſcripſi lib. proximo.

[i] ὑγιεινῶν lib. 2. fol. 241. lin. 45. & ſeq. ſub finem fol. 243. lin. 4. & ſeq. & ſub init. lib. 3. fo. 244. lin. 51.



tionibus, auctoritas vetuſti poëtæ, cuius verba ſuperiùs expreſsi, fidem faciat; & verò è curſuum genere hoc quidem eſſe anteà oſtenſum ſit, atque aliis locis comprobari queat: illius enim iſta ſunt in ſupra dicto loco [a], ὅσα δ᾽ ἀσθενέστερα τῶν γυμνασίων ἐστὶν ἄνευ τοῦ διαναπαύεσθαι γίνεται μᾶλλον ὥσπερ δόλιχός τε καὶ αἱ ὁδοιπορίαι. Vt vt ſit, varias eſſe talium exercitationum facultates, ac energias, vt violentæ quędam, graues, robuſtæq; ſint, leues quædam celeres & concitatæ, aut pariter violentæ ac celeres; quas illarum peritus rectè poſsit diſcernere, ab eodem ipſo non multò pòſt pronunciatur: quo loco, ὁ δὲ περὶ τὰ γυμνάσια τέχνην ἐπιστάμενος ἀκριβῶς, ἁπάσας [δυνάμεις] διαγνώσεται πρὸς ὡρισμένους σκοποὺς ἀναφέρων. ἢ γὰρ βίαιοί τινες εἰσὶ καὶ βαρεῖαι καὶ εὔτονοι, ἢ κοῦφαι καὶ ταχεῖαι καὶ σύντονοι, ἢ βίαιοί τε ἅμα καὶ ὀξεῖαι. Euſtathius [b] autem agonum illorum ita commeminit, vt dignationem grauibus maiorem tribui ſolitam oſtendat, his ferè verbis; ἵνα μὴ τὴν τῶν δισκευτῶν ἀρετὴν αἰσχύνῃ, ὡς μὴ βαρέως ὄντος τοῦ δίσκου ἀλλ᾽ οἷον πλέον δι᾽ ἐλαφρότητα. Quod ſic interpretor, vt Circenſes interim Gymnicis prælatos, quippe quòd illis diuites, magnates, ac Reges quoque ipſi contenderent, minimè dubitem: tametſi vel oculorum ipſorum iudicio in velocium & leuium agonum ordine ac numero fuiſſe conſtet; ac Theocriti [c] etiam poëtæ non vano iſto teſtimonio: vbi aurigandi hoc eſt equos currui iunctos in certamen educendi, ac circa metas flectendi peritiam Herculem ab Amphitruone patre (qui ſæpe in Argiuis hoc eſt Nemæeis ludis iſto agonis genere decertarat, victórque vaſis pretioſis, pro velocium certaminum præmio ibi propoſitis donatus fuerat) didiciſſe fabulatur.

ἵππους δ᾽ ἐξελάασασθαι ὑφ᾽ ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν (lego ἐξελάσασθαι vel metri gratia)
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι
Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδασκεν
Αὐτὸς, ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξήρατ᾽ ἀγώνων
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια. καὶ οἱ ἀαγεῖς
Δίφροι ἐφ᾽ ὧν ἐπέβαινε, χρόνῳ διέλυσαν ἱμάντας.

Rurſum inter ipſos gymnicos agoniſtas honos: aliquantò maior habitus, apud Olympiam quidem, curſoribus; quòd ab eorum victoria quoddam veluti cognomen Olympiadibus

[a] fol. 241. lin. 58.

[b] ad illud Hom. ex Iliad. ψ. καὶ ὑπερβαλέσθη μετὰ πάντα.

[c] Heracliſco eidyllio 25. ſub fin. De Olympicis equeſtrib. ſiue curulibus ludis eorúmque auctore ſcripſi ſup. ca. 25.

[a] *cap.15. lib. proximè ſequentis.*

bus adderetur, ſicuti poſteriùs [a] oſtendam; ipſorumq; adeò Hieronicarum huiuſmodi qui ſtadio ſuperaſſent, fama celebranda noménque diu ad poſteritatis memoriam permanſurum fuerit. Sed mearum de vetuſto certaminum ſacrorum more cogitationum currum ad has veluti metas quaſdam interiùs flectendum habeo, ne longiùs extra lineas & ſcamma diſtrahar. Etenim ſi ſingula quæ vel iam nota pleriſque, vel certè obuia ſunt, nec vllis difficultatibus inuoluta, vt meam, aut cuiuſquam implorare operam videantur, perſequerer; dum præcipuè vnum id enitor, vt animo ægritudine ob calamitatis huic toti orbi Gallico imminentis expectationem defatigato, penéque oppreſſo, requietem atque alleuationem quæram: finem de his cogitandi aut ſcribendi ludis, ſeriùs quàm vellem, & quàm iſtud non ludicrum, etſi deforme temporis mœſti iuſtitium [b] expoſcit, haud dubiè facerem.

[b] *ſic Mamertinus loquitur in Iuliani panegyrico.*

AGONI



# AGONISTICON
## P. FABRI SAN-IORIANI PRÆSIDIS TOLOSANI,
*SIVE*
## Spicilegiorum de re Athletica Tractatus.
### LIBER SECVNDVS.

*Stadium, & Circus, Cauea ſcamma ἔρυγμα. Luciani lectio in dubium vocata circa τὸ ταράττειν. Scammatis etymon & item τοῦ καπέλου παρορύττεσθαι apud Arrianum. Ambroſij locus & Hieronymi: notato huius ſcoliaſte, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, Adagium aliter, atque ab aliis expoſitum. Tertullianus obiter caſtigatus. Homeri locus & ad eum Euſtathij expēſus. Item vtriuſq; alter circa diſci ludum, de quo plurima. Σημεῖον. τέρμα. Pentathli Phayli fabula. De Saltu. Συγκατατίθεσθαι ſit ne aſſentiri apud Arrianum: an potiùs committi ad pugnam, quod Latinè componi etiam dicitur.*

### CAPVT I.

QVONIAM de Athletarum vario genere, ac differentiis, de ipſorum præſidibus Diis; deq; hominibus præfectis, officio, inſignibus, ac de reliquis omnibus quæ ad agonas pertinent; abundè præter alios huius æui criticos, atq; polyhiſtoras libro ſuperiore diſſeruimus: ſequitur vt ad ea quæ propiùs abſunt, à principalis reſcripti quæſtione accedamus; in quo de coronis Athletarum, & locis in quibus eas accepiſſe ipſos immunitate fruituros oporteat, agi oſtendimus. Ergo de locis agonum, præmiſſque, ſi quid μυστικώτερον minúſq; vulgare habeo, id ex opiſtographis meis elicitum, in hunc tractatum, ſiue ſermonem conferam, atq; communi literatorum vſui depromam. Vel circum eundem

dem cum ſtadio, vel in circo ſtadium fuiſſe ſubindicat Auſonius [a] ad Vrſulum Grāmaticum de ſenario numero ſcribens,

*Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia Circus,*
*Excepto medium quod patet ad ſtadium.*

Ideò alio loco [b] idem auctor horū vtrumq; coniunxit ſimul,

*Primus Olympiacæ ſacrauit feſta coronæ*
*Iupiter, Argiuis ſtadia ad longiſſima Circi.*

In ſtadio itaq; ſiue circo vbi gymnici exhibebantur ludi, fortaſsis etiam in gymnaſij palæſtra; locus fuit certaminis medius, in quo athletæ virtutis ac roboris ſui ſpecimen ederent, inferior paulò, foſſæq; alicuius leuiter depreſſæ ſpeciem præferens; quemadmodum in Romano amphitheatro arena, quæ cauea (licet enim theatri caueam, Auguſtin. dicit cap. 31. lib. 1. de ciuitate, & caueam à Circo diſtinguit Cicero in ſecundo de legibus [c]: vt ſi non ad theatrum potiùs, ſcenicóſque artifices quemadmodum Seneca de mimicis ineptiis, verbíſque ad ſummam caueam ſpectantibus agens, de tranquillitate animi cap. 11. retuliſſe, quibus duas ſcenas in ea de haruſpicum reſponſis tribuit [d] eaſdemq; cum cauea confundit; Circum Agoniſtis caueam cantatoribus aſsignaſſe videatur: alij tamen in quibus Seneca & Prudentius aduerſus Symmachum lib. 1. & 11. ad extremum & περὶ στεφάνων hymno 6. poſt Papinium Statium in 6. Thebaidos [e] & poſt Virgilium in 5. Æneidos vnde verba ſequente ſermone adferam; Caueam dicunt in qua vel ab athletis, gladiatoribúſve, aut à feris decertabatur in amphitheatro ſcilicet, ac circo ſiue ſtadio) idémque ſedilibus & ſcamnis vndique ſeptus, quaſi vallo quodam terræq; aggere præcinctus (vt coniicere libet) quem ſcamma nominatum à nonnullis, ex veterum illa eruditiorum hominum cohorte reperio. τὸ μὲν δὴ στάδιον (ait Pauſanias) [f] γῆς χῶμα ἐστι πεποίηται δ' ἐν αὐτῷ καθέδρα, τοῖς τιθεῖσι τὸν ἀγῶνα. Gloſſarium quidem illud vetuſtum quod ſuperiùs citaui græcolatinum Σκάμμα, foſſum ſeu potiùs foſſam reddidit, quod nomen ea ſcammatis

[a] epiſt. 18.
[b] Eclogarij epig. penult.
[c] cum ita ſcribit. Iam ludi publici quoniā ſunt Cauea Circôque diuiſi, ſint corporum certationes, curſu, pugilatione, luctatione curriculíſque equorum vſq; ad certā victoriam Circo cōſtitutæ: cauea, cantu voce ac fidibus, & tibiis dummodo ea moderata ſint vt lege præſcribitur.
[d] quo loco. Omne ſeruitium per miſſu magiſtratus liberatum in alteram ſcenam immiſſum alteri propoſitum. vt alter confeſſus poteſtati ſeruorum obiiceretur: alter ſeruorū totus eſſet. Et poſtea illi cum ludos facerent ſeruos de cauea exire iubebant. Tu in alteram ſeruos immiſiſti, ex altera liberos eiecisti. Aliter Cauea illa pars Amphitheatri qua feræ includebātur vt maiore ad pugnā impetu emitterentur, id quod à Marcellino & aliis notaui ad extremum cap. 7. lib. 2. Semeſtriū quibus addito Senec. de tranquillitate animi cap 3. & Horat. in arte ad fin. Caueam illam theatri partem concauam & infimam φάραγγα vocauit, hoc Chryſoſtomus Euboico ſeu venatore. fol. 70. pag 2. vbi, τὸ δὲ θέατρόν ἐστι ὥσπερ φάραγξ κοῖλον πάνυ οὐ μακρὰν ἑκατέρωθεν ἀλλὰ στρόγγυλον ἐξ ἡμίσους οὐκ αὐτόματον ἀλλ' οἰκοδομημένον λίθοις. [e] vbi de diſcobolis Arduus Hippomedon cauea ſtimulante cidiſſet, in medio lateq; ferens ſub pectore dextro orbem alium. [f] lib. 2. Eliac. fol. 155. Aldini libri.



ſcammatis ſeu arenæ in ſtadio ſignificatione, à Tertulliano poſitum, non ſine ratione quiſpiam exiſtimet; vbi foſſam determinare dixit in præſcriptionibus: Omnem prolationem quærendi (ait) & inueniendi ſtatuit fructus ipſe quærendi. Hanc tibi foſſam determinauit ipſe, qui te non vult aliud credere, quàm quod inſtituit, ideóque nec quærere. Lucianus verò [a] etiam id ipſum (niſi me animus fallit) ὀρύγματος nomine deſignauit: apud quem Anacharſis de iſtis agonibus agens, ἕτεροι δ' ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο δρῶσιν οὐκ ἐν πηλῷ οὗτοί γε ἀλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι ταράσσουσί τε ἀλλήλους καὶ αὐτοὶ ἑκόντες πάττουσι τὴν κόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην. Vbi minimè equidem dubito, quin pro ταράττουσι reponēdum ſit eo loco Δράττουσι pro δράσσουσι, quod apprehēdere, pugnumq; implere ſignificat, vel potiùs ἀράττουσι quod eſt pulſare, proprium itidem vt illud, luctatorum ſiue Pancratiaſtarū; qui & καταράττειν & συναράττειν ab ipſo etiam Luciano dicuntur, quemadmodum ſuperiore libro docui. Porrò alterum illud σκάμμα ſcilicet ἀπὸ τοῦ σκάπτειν deductum (à quo etiam τὸ καπετὸν ad finem Iliad. Homericæ deriuandum putauit Euſtathius, eandem foſſæ ſignificationem habens vocabulum) rectè à Luciano (ſicut antè dixi) ὄρυγμα nuncupatum: vt & athletæ qui in ſcamma, hoc eſt in arenam certaminis gratia deſcendiſſent παρορύττεσθαι dicti; hoc eſt quadam veluti foſſa includi ab Arriano [b]: apud quem Epictetus eum alloquēs, qui Olympico agone decertare ſtatuerat, monénſq; vt περὶ τῶν καθηγουμένων αὐτοῦ καὶ τῶν ἀκολούθων ea diſpiceret, hoc adfert in reliquis; εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι ἔστιν ὅτε χεῖρα ἐμβαλεῖν. ὀφρὺν στρίψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, μαστιγωθῆναι, & cæt. quæ inferiùs libri 3. cap. 17. proferam: niſi tamen τὸ παρορύττεσθαι referendum eò quiſpiam duxerit; quod ictibus fodi antagoniſtarum latera ὑπερβολικῶς dicerentur: ſicut oculi etiam effodi [c] pugilum τῶν ὑπωπιαζομένων qui ſugillarentur ſcilicet: id quod 14. cap. libri proximi explicabitur. Illud inquam ſcammatis græcum nomen vſurpauit B. Ambroſius [d] de ipſo, vt tanquam de cauea loquatur, in ſcammate ſi quis te manu leuat (inquit) exors quidem palmæ, ſed immunis iniuriæ eſt (ſic malo, quàm, iniuria eſt) in conuiuiis & ſi manum reuocet à vino ori eius infunditur. D. Hierony.

[a] Anacharſi ſtatim ipſo initio.
[b] Epicteto. lib. 3. cap. 15.
[c] Plutarch. quidē Lycurgo, vbi de Alcandro, & Athenæus in 13. ἐκκόψαι τὸν ὀφθαλμόν Idē Plutarch. Artoxerxe ἐξορύξαι τοὺς ὀφθαλμούς.
[d] inde Heliæ ieiunio cap. 13.

veluti de loco agonis extra quem depugnare non liceret: ſic enim ad Pammachium [a], cur tu omiſsis ſuper quibus pugna eſt (ait) de ſcammate, & loco certaminis egrediens in peregrinis, & longè alienis diſputationibus immoraris? quod proptereà explicandum duxi, quia eruditiſsimos hoc politiſsimo ſeculo viros [b] qui ex profeſſo de arte Gymnaſtica ſcripſêre, aliter ſenſiſſe video: velut ſi in laude maxima poneretur, ſcamma tranſcendere atque tranſilire; ſcammáque ipſum, aut τὰ ἐσκαμμένα ad ſolos ſaltatores pertinuerint. Atqui ſcãma tranſilire, aut prætergredi, eſſe idem autumo, quod extra ſtadij terminos decertare: ſic extra limites Circi furori ſtudere, extra cardines theatri impudicitiæ intendere, Tertullianus alicubi [c] dixit; aut inſolentiæ extra ſtadium (ſic mecum legito pro ſtudium) & immiſericordiæ extra amphitheatrum: quod Deus etiam extra Cameras, & gradus & apulias oculos habet. Scamma cum ſtadio coniunxit Petrus Chryſologus, ſermone 33. & 124. Cæterùm & ſi de ſaltatoribus agens Lucianus [d] in gymnaſiis edoctos ipſos fuiſſe ait ad tumulum (ſic malo quàm cum Obſopæo foſſam reddere) ſi oporteat (in bello ſcilicet) aut aliud impedimentum quodpiam tranſiliendum, ἀλλὰ καὶ ὑπεράλλεσθαι τάφον (inquit) εἰ δέοι ἢ εἴ τι ἄλλο ἐμπόδιον, καὶ πρὸς τοῦτο ἀσκοῦνται ἡμῖν ἔτι: non tamen hoc ait, τὰ ἐσκαμμένα vt ſuperarent eniti ſolitos; & quamquam Iulius Pollux [e] τῶν ἐσκαμμένων meminit ſic ferè, τὸ δὲ μέτρον τοῦ πηδήματος κανὼν ὁ δ' ὅρος τὰ ἐσκαμμένα: tantum abeſt vt pro illorum opinione faciat, vt meam potiùs ſententiam confirmet. ſequitur enim ὅθεν ἐπὶ τῶν ὑπὲρ τὸν ὅρον ὑπερπηδώντων, οἱ παροιμιαζόμενοι λέγουσι πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Pollux autem haudquaquam hoc fuiſſe in vlla (ne dum in maxima) laude poſitum ſcribit, non magis quàm Cicero tranſire, ſiue (vt in quibuſdam legitur) Tranſilire lineas in paradoxis, eo qui proponetur inferiùs, déque ſcammate ipſo quoque forſitan intelligendus eſt, loco. Euſtathius quidem doctiſsimus, etſi metaphoricè hoc verbi aut parœmiacè vſurpauit, attamen adiungens τὸ τῆς ὑπερβάσεως vocabulum, illud in vitio potiùs quàm in laude poſitum à veteribus, quemadmodum & ipſe acciperet, non obſcurè ſignificat: quo loco [f] ἔστι δὲ κυρίως ὑπερβασία, τὸ ὑπερβαίνειν τοὺς τεταγμένους ὅρους τῆς γῆς. καὶ οἷον ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι πηδᾶν. καταχρη-

[a] aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani, col. 140. vbi rectè Marianus Victorius quod Eraſmũ eius loci deprauatorem carpit Heſychiũ citans explicãtem hoc nominis ita vt ſtadium agonemq́; ſignificet, perperam verò quod ait fuiſſe locum à quo milites egredi non liceret: athletas debuit dicere.
[b] Mercuria. lib. 2. artis gymnaſt. cap. 11. terminum attingere (ait) magnũ, præterire maximam laudem fuiſſe veriſimile eſt, τὰ ἐσκαμμένα vocatũ vnde factum eſt adagium in eos qui metam trãſilirent πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, &c. vbi videtur cum Canone ſiue ſaltus mẽſura ſcamma confundere, contrà quàm Pollux manifeſtò diſtinguẽs fecerit.
[c] in 4. de ſpecta.
[d] Anacharſi vel de gymnaſiis.
[e] cap. 30. li. 3. vbi περὶ πεντάθλου ἀλτικοῦ καὶ δισκοβολοῦ. Quo loco perperã accepto, quamuis à ſe nõ citato videtur Mercurialis ipſo inuito Mercurio delus?.
[f] ad illud ex Homer. σ. Ilia. f. 338. Μήτις ὑπερβασίη.



καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἀδικίας ἡ λέξις τίθεται, ὡς ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς δὲ κακίας. Cui valde conuenit quod in vero, non ludicro monomachiæ agone, inter Menelaum & Alexandrum de Helena contendentes apud Homerum, locus certaminis deſignatur vtrinque ab Hectore & Vlyſſe; quem qui prætergreſſus foret, is pro victo vtique haberetur. Nam ad illud Homeri [a],

Ἕκτωρ δὲ Πριάμοιο πάϊς καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς
Χῶρον μὲν πρῶτον διεμέτρεον--

Euſtathius adnotat, διαμετρεῖται καὶ τόπος τῇ Ἀλεξάνδρου καὶ Μενελάου μονομαχίᾳ διὰ τὸ αὐτοῖς ἐγγεῖσθαι τὸν ἐπὶ πᾶσι κίνδυνον, καὶ δόξοι ἂν ἡττηθῆναί πως ὁ παρεξελθὼν τὸν, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς διαμετρητὸν χῶρον. Nec aliter accipiendum quod de diſci ludo agens Homerus [b] in Phæacibus protulit, equidem reor: aut aliter ſenſiſſe ipſum Euſtathium, ſi rectè intelligatur (quamuis in eo fortaſsis lapſus videri poſsit, quod τὰ τέρματα καὶ τὰ σημεῖα eadem eſſe cenſuerit) quo loco Poëta

τὸν ῥα περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός
βόμβησεν δὲ λίθος-- & poſteà
---ὁ δ' ὑπέρπτατο σήματα πάντων
ῥίμφα θέων ἀπὸ χειρὸς ἔθηκε δὲ τέρματ' Ἀθήνη.

Nam quod ſequitur

Καί κ' ἀλαός τοι ξεῖνε διακρίνειε τὸ σῆμα
Ἀμφαφόων, ἐπεὶ οὔ τι μεμιγμένον ἐστὶν ὁμίλῳ
Ἀλλὰ πολὺ πρῶτον. σὺ δὲ θάρσει τόνδε γ' ἄεθλον
Οὔ τις Φαιήκων τόν γ' ἵξεται οὐδ' ὑπερήσει.

ſic exponendum; vt (quod apud nos hodiéque itidem in vſu eſt) non qui vlteriùs, longiúſque diſcum eiaculatus eſſet, is vinceret; ſed cuius diſcus primo in terram lapſu cæteris poſteriùs relictis, ad ſignum, ſcopum, ſiue terminum propiùs acceſsiſſet: atque ita τὰ ἄλλων βήματα ὑπερήσει aut ὑπερπτάσει. Signum loci quo quiſque agoniſtarũ diſcus perueniſſet quod & σημεῖον & fortaſſe τέρμα (vt ſenſit Euſtathius dictum ab Homero) fixam ſagittam fuiſſe, quo faciliùs dignoſceretur ab æmulis diſco eodem (vt reor) inter ſe decertantibus, coniecturam ex eo Statij Papinij loco [c] feci ab ipſo eius interprete Lactantio admonitus: vbi ſic ſcriptum de diſco Meneſthei:

*Illa manu magna & multum fælicior exit*
*Nec partem exiguam Circi tranſuecta quieuit*



[a] Iliad. γ. f. 418.
[b] in lib. θ. Odyſſ.
[c] lib. 6. Thebaid.

*Fit ſonus & fixa ſignatur terra ſagitta.*

Nam quod eundem antagoniſtæ diſcum iactauerint; quamquam vt in figura illa diſcobolorum, quàm è numis M. Aurelij Imperat. Apolloniæ illyrij excuſis à Mercuriali doctiſs. [a] expreſſam videre eſt, ſuos quoſque à ſingulis emiſſos interdum (ex cōpacto forſitan) haudquaquam inficio: illius opinionis meæ veritatem iſta ferentis ſub pectore dextro orbem alium, Hippomedontis verba videntur apud eundem Papinium aſſerere:

[a] *lib.2. artis gymnaſt.cap.12.fo. 80.*

*---Hunc potius Iuuenes qui mœnia ſaxis*
*Frangere, qui Tyrias deiectum vaditis arces,*
*Hunc rapite: aſt illud cui non iaculabile dextræ*
*Pondus? & abreptum nullo conamine iecit,*
*In latus.---*

Porrò autem non is intereà in diſci ludo pro victore habitus, vel ab Homero, vel apud Phæacas; qui vltra terminum ſeu ſcopum, diſcum emiſiſſet: licet longiùs quàm cæteri, qui à ſcopo minùs receſsiſſent, ipſi poſteriùs relicti. Nec enim τὰ ὑπέρμετρα ἢ πλεονεκτήματα in laude, ſed in vitio & reprehenſione ſunt poſita: ſiue de diſcobolia, ſiue de haſtilis eiaculatione, aut alio quouis certamine agatur; ὥσπερ τὸ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, de quo iam antè diximus: & ipſe ad illum Homeri locum Euſtathius ſic loquitur, vt fabulam Phayli eximij ſaltatoris & Pentathli Crotoniatæ ſcammata ſuperantis, quæ olim quinquaginta pedum fuerant, à parœmiographis prætermiſſam, cæteriſque Grammaticis inauditam, & iſto propterea ſcripto non indignam, quod nouam, adferat: qui prouerbio illi cauſam dediſſe intelligatur, quod ad pentathlos pertinet. ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ὑπερῆσαι, καὶ τὸ ὑπέρπαλτο βήματα πάντα, οὐ μακρὰν ἐσχημάτισαι τοῦ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν: ὃ κεῖται παρὰ τοῖς ὕστερον. ἤγουν ὑπέρμετρα παροιμιαζόμενοι μὲν ἐπὶ τῶν ὑπερβαλλόντων, ἢ πλεονεκτούντων. μετενεχθὲν δὲ ἀπὸ τῶν πεντάθλων. ἤρξατο δὲ, φασὶν ὁ λόγος Φαΰλου πεντάθλου Κροτωνιάτου, ὃς πεντήκοντα ποδῶν ὄντων πρότερον τῶν σκαμμάτων, αὐτὸς ὑπερέβαλε ταῦτα πηδήσας, ὡς τὸ ἐπίγραμμα φασὶ λέγει τῆς εἰκόνος αὐτοῦ,

πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος
δίσκευσε δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

Itaque quod Statius Papinius Thebaide ſexta, de Phlegya & Meneſtheo



Meneſtheo diſcobolis ab Hippomedonte ſuperatis fabulam enarrans ſubiicit, de huius diſco;

*Iamq́ procul meminit dextræ, ſeruatq́ tenorem*
*Diſcus, nec dubia iunctáve Meneſthea victum*
*Trans abijt meta, longè ſuper æmula ſigna*
*Conſedit, viridéſque humeros & opaca theatri*
*Culmina, ſeu latæ tremefecit mole ruinæ:*

Quod etiam de Phorbante Phlegyenſium Tyranno, ſeu duce: nempe, cum eorum qui Delphos itarent robuſtiſsimis quibúſque lucta, curſu, pancratio, καὶ ὑπερβολαῖς δίσκων decertaſſe, capitáque ſuperatorum præciſa quercui appendiſſe narratur à Philoſtrato [a]. Denique quod de diſco procul iacto apud Pindarum [b] Olympiis legitur,

μᾶκος δ' Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ

& item Iſthmiis [c],

μακρὰ δισκήσαις ἀκοντί--
σαιμι τοσοῦθ', ὅσον ὀργὰν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν ἔσχεν, &c.

[a] *lib.2.εἰκόνων in Phorbante ſeu Plygienſibus.*
[b] *Olymp. Od. 10. Antiſt.4.*
[c] *Od.2.Stroph.3.*

quod apud Lucianum [d] de haſtæ ſiue haſtilis itemq; de diſci proiectione; εἶτα περὶ ἀκοντίου βολῆς ἐς μῆκος ἁμιλλῶνται), & poſt diſci deſcriptionem, ἐκεῖνο τοίνυν ἄνω τε ἀναρρίπτουσιν εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἐς τὸ πόῤῥο φιλοτιμούμενοι, ὅστις ἐπὶ μήκιστον ἐξέλθοι, καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλοιτο: conſimiliter exponi debet; vt intra modum, & quàm proximè ad ſcopum propoſitũ peruenire illum oportuerit, qui victoriam eſſet ablaturus. Ac de ſaltu quidẽ quamuis ideò dubitari meritò queat, quod vbique gentium hodie (apud noſtros quidem) in vſu ita obſeruatur, vt qui vlteriùs ſe ſaltu proripuerit, is pro victore habeatur: attamen non fruſtrà falſóve Pollux ſaltus menſuram, Canonem; terminum verò, ſeu finem, ſcamma dixit, vt antè monui. Atque huius circa ſaltum canonis non obſcurè Arrianus Epicteto [e], (licet metaphoricè loquutus) meminit his ferè verbis: ἀσφαλῶς ἴσθι· μὴ πρὸ τοῦ ἐπάγειν τὸν φυσικὸν κανόνα· προπήδα, ἐν τῷ συγκατατίθεσθαι. Componi ſiquidem (quod eſt συγκατατίθεσθαι) atq; committi gladiatores aliiq; antagoniſtæ decertaturi dicebantur: vt è Senecæ, Quinctiliani, Minutij Felicis, atque Lactantij locis intelligitur; quos indicabo [f] cum erit commodum: ſiue à coniectis in eandem vrnam, atque adeò vna impoſitis depugnaturorum ſimul athletarum, aut gladiatorum; quæ

[d] *Anacharſi ſiue de gymnaſiis.*
[e] *lib.4.cap.10.*
[f] *habeo in Opiſtographis Nomici Lexici, ſiue Indicis mei, quæ aliquando ſi eſſe vſui videbitur, proferam in publicum.*

idem ſignum haberent, cùm ſortitione facta extraherentur (ſicuti ſuperiore libro [a] docui) nominibus: ſiue potiùs à ponendis ſimul eodémque loco ac tempore in ſpoliario ſcilicet ſub tempus agonis committendi; deponendis (inquam) hoc eſt exuendis, eorum qui nudi, vncti oleo atque ceromate decertaturi forent, veſtimentis: qua de re ſtatim [b] videbitur. Nec tamen inficior, quin ſicut apud philoſophos, præſertim Stoicos [c] τὸ συγκατατίθεσθαι aſſenſionis vim habet, vt ſit ipſi contrarium τὸ ἐπέχειν [d]: & retrò ταῖς ἐποχαῖς αἱ συγκαταθέσεις aduerſentur: ita poſsit percommodè philoſophus Epictetus hîc accepiſſe. Verùm quid vetat priore illo modo quem diximus, verbum exponere; quando ſimilitudinibus ipſum atque tranſlationibus à re athletica deductis ſua dogmata illuſtrare apparet ſatis, è variis in trinum iſtum Agoniſticũ collatis Arriani; aliam in rem hoc ipſo capite iam citati, eximiis locis? quid verò prohibet quin τὸ συγκατατίθεσθαι idem ſignificet quod ἀνταγωνίσασθαι, ἀντανασῆναι, ἀντικαταστῆναι atque συγκαταστῆναι: quæ nimirum eſſe propria pugilum, à nobis cap. 9. & cap. 12. ſuperioris libri expoſitum fuit: certè vt ad quos iſta; illud itidem (quod nequaquam diuerſi valde ſenſus eſt) pertineat? Quæ omnia, vt probabilia eſſe adhuc mihi quidem videntur: ita nolim omnino vera eſſe aſſerere. Nam & coniectura poſſum decipi, & aberrationis aliquo veterum teſtimonio conuinci, quale nondũ profectò mihi videre contigit.

[a] *cap. 24. 25. 26. Agoniſt. 1. 5.*

[b] *cap. 2. 3. 4. & 5.*

[c] *vide A. Gelliũ lib. 19. cap. 1. poſt Platonẽ in Gorgia. Danielem 1. cap. Baſilium in epiſt. ad Euſtat. quos locos in Græco Theſauro Hẽric. Stephan. attulit.*

[d] *vide Plutarc. de primo frig.* τὸ ἐπέχειν ἐν τοῖς ἀδήλοις τοῦ συγκατατίθεσθαι σωφρονέστερον ἡγούμενος, *& ipſum Arrianum Epicteto lib. 1. ca. 28.*

*Adhuc de ſcammate: ad ipſum prouocatio. Vnctio Athletarum Marg. Chriſoſtomi locus de inuncta veſte Athletarum expoſitus, & fortaſſe reſtitutus. Subligaculum Athletarum Zona ſiue Cingulum lumbare.* ζῶμα *Homero. Hiſtoria Orſippi curſoris de quâ lux ab Euſtathio allatâ Iſidoro: quamquam in eius enarratione paulùm diuerſus ab illo Epigrammatarius atque Pauſanias, quibus maior fides.*

## CAP. II.

SCAMMA verò, ad quod olim ita prouocari dictum apud veteres, quemadmodum de diſco inferiùs cap. 26. huiuſce libri commõſtrabitur; hoc Epicteti apud Arrianũ indicat, vbi de Socrate: εἰς τοσοῦτο σκάμμα προεκαλεῖτο πάντα ὁντινα οὖν καὶ οὐκ ἄν μοι δοκῇ ἐκστῆναι οὐδενί: ſcamma inquam non vbi ſaltu tantùm, ſed & vbi diſco curſu & lucta, vel



vel alio quolibet agone decertaretur, locum fuiſſe; cùm illa quæ ſuperiùs attuli, tum illa, quæ modò indicabo, fidem facient: ab Iſidoro Peluſiota imprimis, qui quod initio epiſtolæ ad Timotheum lectorem [a] ſtadium dixerat, ad finem ſcamma nominat; quo loco, περὶ ὧν μετέρχῃ ἄθλων θαυμάσαι πέπεισο. στάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προτίθεσθαι ἄθλον ἐν ᾧ θηρίοις οὐκ αἰσθητοῖς ἀλλὰ νοητοῖς τοῖς πάθεσι προσπαλαιομεν: & poſteà, ἐπειδὴ τὰ ἔπαθλα ὁ μέλλων αἰὼν ἐμπεπίστευται ὡς δὲ τὰ σκάμματα. vbi depugnatũ aduerſus beſtias ipſas antiquitus in ſcammate oſtendit: quod vtique ad ſaltus agonem neutiquam pertinet. Deinde vt eo quamlibet recentior ita non minùs elegans ac terſus, ſi quis à Latinis alius Theologus, Petrus ille (quem lubenter nomino, ac propemodum ipſi mihi ſic loqui fas eſt, in deliciis dudum habeo) Chryſologus; cum ſtadio ſcamma copulauit ſermone 33. [b] Dicere non eſt auſa ne circunſtantium confunderet & oneraret auditum: ne fieret populorum fabula, quę tot annis ſtadium & ſcamma fuerat paſſionum. Et ſermone 124. [c] Quoties nobis à Deo diues ingeritur purpuratus, quoties vulneratus pauper apponitur; toties nobis miſericordiæ ſcamma panditur, toties nobis ſtadium pietatis aperitur: vt de ſpectaculo cœleſti poſsimus attendere, quàm breui quantumuis pauper ad palmam, diues peruenit ad ruinam. Prætereà ipſo vetuſtior Iſidoro maioríſque adeò in hiſce rebus fidei Tertullianus, de iis agens qui oleo aut ceromate vncti [d] decertant in ſcammate, oſtendit apertè ſatis (quantum iudico) alios quàm ſaltatores (quos, quando ſaltu contẽderent, vngi ſolitos vix eſt, opinor, vſpiam vt legeris) nempe palæſtritas hoc eſt luctatores ac pancratiaſtas in ſcammate depugnaſſe; aut etiam pugiles, veſte oleo tincta madidaq; amictos: iuxta illud B. Ioan. Chryſoſt. [e] οὐχ ὁρᾷς τοὺς πυκτεύοντας τοὺς ἀθλοῦντας; ἆρα βαδίσεως αὐτοῖς μέλει καὶ σχήματος, οὐδαμῶς. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφέντες, ἱμάτιον ἐλαίῳ διάβροχον ἀναβαλλόμενοι πρὸς ἓν μόνον ὁρῶσι, τὸ πλῆξαι: καὶ μὴ πληγῆναι: vbi τοὺς ἀθλοῦντας illud valde ſuſpectum à præcedentis vocabuli gloſſemate habeo. Et quod ait de iniuncta veſte, ad campeſtre, ſiue ſubligaculum ex inſtituto forſitan Herculis

[a] *epiſt. 4. lib. 1.*

[b] *de filia Archiſinagogi. fol. 91. apud Petrũ Rauennatem epiſc.*

[c] *in ipſo initio eius qui eſt de diuite & Lazaro.*

[d] *quod autẽ vnctionis genus, aut qua ex materia confectum fuerit diſces ex Plinio lib. 11. cap. 14. & lib. 15. cap. 4. & lib. 28. cap. 9. ex quo & aliis Mercurialis lib. 1. artis gymnaſt. c. 8. & ex Alexãdri problem. 119. li. 1. ideo athletas per vngi oleo ante exercitationes cõſueuiſſe ait, vt membra emollita ſine vllius rupturæ periculo labores ſuſtinerẽt: quod & Lucianus* περὶ γυμνασίων *prodit ſic ferè:* χριόμεθα ἐλαίῳ (τὰ σώματα) καὶ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτονώτερα γίγνοιτο, *&c. & ſtatim,* αὐτῶν γυμνὰ τὰ σώματα καταμαλάξαντες καὶ διαπονήσαντες ἐρρωμενέστερα καὶ ἀλκιμώτερα ἐξεργασόμεθα, καὶ κοῦφα καὶ εὔτονα καὶ τὰ αὐτὰ βαρέα τοῖς ἀνταγωνισταῖς. *Vide quæ ſcribo* περὶ τῶν λιπαρῶν σωμάτων *initio libri proximè ſequentis, & quod à Dionyſ. Halicarnaſ. attuli ſuperiore lib. c. 14. & adducam infra cap. 5. & 22. huius lib.*

[e] *ſermo. 7. cap. 1. epiſtol. D. Pauli 1. ad Timoth. fol. 18.*

Herculis in ludos inuectum (ſicuti à Clemente Alexandrino [a] traditur) vtique referri debere arbitror: ſine quo in ſcenam quoque neminem prodiiſſe, tantâmque ſcenicorum ipſorum morem habuiſſe vetere diſciplina verecundiam teſtatur Cicero [b], ac ne ipſe quidem cum ad citharam, tragicum aliquod carmen in caupona, velut in ſcena recitaret Nero, vocis exercendæ gratia; tanquam vnus quiſpiam è flagitioſo illo & impuro vilium cauponum numero; vt apud Philoſtratum [c] legitur: quo loco, ἤδη δὲ ἐν καπηλείῳ πεποιημένῳ ἐς τὸ γυμνάσιον, διάζωμα ἔχων γυμνὸς, ὥσπερ τῶν καπήλων οἱ ἀσελγέστατοι. Cinguli quidem iſtius, quo, & in pugilatu, & in lucta vterentur nudis cætero quin corporibus decertaturi antiquitus athletæ, ſcoliaſtes Thucydidis [d] græcus citato ipſius Homeri teſtimonio mentionem facit; illud Hiſtorici de Lacedæmoniis omnium primis denudatis ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι explicans: hiſce additis, ἐν τοῖς ἀγῶσι δηλονότι: καὶ γὰρ περὶ τὰ αἰδοῖα διεζώννυντο. Ὅμηρος Ζῶσαι νῦν ἵνα πάντες ἐπιγνώωσι καὶ οἵδε Μαρναμένους. Eius etiã cinguli ab athletis olim vſurpati, alio itidem loco inſignis ille Homerus meminit in hæc omnino verba [e],

ζῶμα δ᾽ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν, αὐτὰρ ἔπειτα
Δῶκεν ἱμάντας ἐϋτμήτους βοὸς ἀγραύλοιο
τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

Vbi Euſtathius, ζῶμα δὲ οὐ μόνον ἐν πυγμαχίᾳ ἀλλὰ ἐζώννυντο καὶ οἱ παλαίοντες, ὡς δηλώσει προϊὼν ὁ ποιητής. ὅτι δὲ καὶ ἐγυμνοῦντο οἱ οὕτω ζωννύμενοι σιγᾷ, ὡς φανερόν. Et addit veterem hiſtoriam hoc agoniſtico dignam: in quo non ſine magna contentione animi (laborem, qui tanta voluptate condîtus, nolo dicere) rara quæq; ac ſelecta permiſcere ab initio ſtatui; de Orſippo quodam qui poſt 14. Olympiad. à ſubligaculo impeditus ceciderit, obieritque, vel ſecundum aliquos, fuerit ſuperatus: vnde nudos prorſus iſtos (curſores ne an & cæteros athletas) decertare conſtitutum fuerit. ὅτι μετὰ τὴν ιδʹ Ὀλυμπιάδα συνέβη Ὀρσιππόν τινα ἐμποδισθέντα ὑπὸ τοῦ περιζώματος πεσεῖν, καὶ τελευτῆσαι: ἢ κατά τινας νικηθῆναι ὅθεν ἐθεσπίσθη γυμνοὺς τοὺς τοιούτους ἀγωνίζεσθαι, ἀφ᾽ οὗ καὶ γυμνάσιον ὁ τόπος ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἐποιοῦντο.

Qua de re ita ſcripſiſſe Iſidorum [f] recordor, vbi de gymnaſiis; anteà enim in locis (inquit) certantes cincti erant ne nudarentur: pòſt relaxato cingulo repentè proſtratus & examinatus

[a] *lib. 3. pædag. cap. 9.*

[b] *lib. 1. de Offic.*

[c] *lib. 4. de Apollonio.*

[d] *Thucyd. lib. 1. hiſto. fol. 3. lib. à Stephan. excuſi.*

[e] *Iliad. ψ. vbi de Euryaci cum Epeo pugilatus agone.*

[f] *lib. 18. Origin. cap. 17.*

minatus



minatus eſt quidam curſor (nomen Orſippi ſubticet, quem Olympico ſtadio decurriſſe inferiùs è Pauſania doceo) quare ex Concilij decreto, tunc Archon Hippomenes, vt nudi deinceps omnes exercitarentur permiſit. De Vlyſſe quidem & Ajace colluctaturis poſteà Homerus nõ abſimiliter cecinit,

ζωσαμένω δ᾽ ἄρα τώγε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

Quamobrem cùm ita de Vlyſſe decertaturo ſingulari pugna cum Iro idem alibi Homerus ſcripſiſſet [a],

---αὐτὰρ ὀδυσσεὺς
ζώσατο μὲν ῥάκεσιν περὶ μήδεα φαῖνε δὲ μηροὺς,
καλούς τε μεγάλους τε, φανὲν δέ οἱ εὐρέες ὦμοι
Στήθεά τε στιβαροί τε βραχίονες.

annotat ibi Euſtathius [b] non zona tanquam veſti adpoſita ſe cingere ſolitos pugiles, ſed denudatos; eas tamen corporis partes, quæ honeſtè reuelari non queunt, panno amicire atque obducere: ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ ζώσατο ῥάκεσιν, ἐμφαίνει μὴ ζώνῃ χρᾶσθαι τοὺς πυγμάχους καὶ οὕτως ἀναστέλλειν τὸ ἱμάτιον ἀλλ᾽ ἀποδυσαμένους εἶτα ἱματίῳ ζώννυσθαι, &c. Illam tamen de Orſippo curſore hiſtoriam Euſtathij verbis à me relatam, aliter à Pauſania [c] narratam reperio: vt & ſtadio vicerit Olympia, cùm iuxta vetuſtũ morem nudus quidem ſed ſubligaculo ſeu lumbari cinctus ibi decurriſſet: quin etiam ipſi volẽti cinctorium illud, ſiue ſubligaculum in curſura ipſa elapſum, cùm nudum hominem expeditiorem eſſe ad curſum, quam illo cinctum ſubligaculo intelligeret: ὡς περιεζωσμένος ἐν τοῖς ἀγῶσι κατὰ δὴ παλαιὸν ἔθος τῶν ἀθλητῶν (inquit) ὀλύμπια ἐνίκα, στάδιον δραμὼν γυμνός, &c. δοκῶ δέ οἱ καὶ ἐν ὀλυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἑκόντι περιερρυῆναι γνόντι ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου, δραμεῖν ῥᾴων ἐστὶν ἀνὴρ γυμνός.

Poſt Orſippum ergo Megarenſem ſolitos athletas agonibus prorſus denudari, allato vetuſto Epigrammate quo in Olympicis primum omnium & contendiſſe nudum in ſtadio & coronatum oſtendatur Thucydidis ſcoliaſtes [d] addocet: ἀπὸ ὀρσίππου μεγαρέως ἐγυμνώθησαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὡς δηλοῖ καὶ τὸ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα,

Ὀρσίππῳ μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῇδ᾽ ἐρίδηλον
Μνῆμα θέσαν, φάμᾳ δελφίδι πειθόμενοι.
Πρῶτος δ᾽ ἑλλήνων ἐν ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
Γυμνὸς ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐπὶ σταδίῳ.

[a] *Odyſſeæ σ. ſub initium.*

[b] *fo. 1837. ſic paulo ante fol. 1835. ad illud Iri, ζῶσαι νῦν ἵνα πάντες ἐπιγνώωσι καὶ οἵδε μαρναμένους. Addit Euſtath. ζώννυσθαι τοὺς πυγμάχους δηλοῖ.*

[c] *Atticis ad fin. fol. 32.*

[d] *ad illud ex lib. 1. Thucyd. hiſtor. fol. 3. edit. Steph. λίναι. τὸ λίναι ὅμηρος ἐπιθετικῶς λέγει τὸ ἔλαιον. οὗτος δὲ οὐ ταυτὸ ὀνομάζει, ἀπὸ ὀρσίππου, &c. vt in textu retuli.*

Ec Ac

Ac veriora eſſe quæ Pauſanias ipſe antiquior, & ab iſto edoctus forſitan Græcus ille poëta epigrammatarius, à Thucydidæo ſcoliaſte citatus, quàm quę Euſtath. ac Iſido. tradunt; Dionyſ. Halicar. oſtendit: cuius verba paulo pòſt proferam.

*Athletæ in ſtadio nudi decertarunt: qua de re Ariſtophanis inter cæteròs locus à Suida perperam acceptus. De curſoribus veſte exutis B. Paulus explicatur aſſerta ipſius lectione.* περὶ τῆς ὄγκου, καὶ βαρέων; *lux ei allata Galeno & Luciano adhibitis, itémque Quintiliano Papinio & Ouidio, apud quos ponderis, grauitatis, molis, oneris vocabula.* ὄγκηστὴς *in Senariis vetuſtis apud Galenum, qui obiter caſtigatur. De curſoribus inunctis.*

## CAP. III.

SVBLIGACVLO igitur illo excepto (etſi nullũ ne tenue quidem extat ipſius veſtigium, in vetuſtis luctatorum, aut Pancratiaſtarum figuris; ſed græcis, opinor, illis non etiam Romanis, ob id quod auctore Dionyſio ſtatim explicabitur: quas à Mercuriale cap. 8. lib. 2. de re gymnaſtica repræſentatas memoria teneo) agoniſtæ alioqui ludis gymnicis nudi, & humeris pectoréque: cruribus immò, ac fortaſſe tibiis ſuríſque pede tenus inunctis depugnarunt, nudáque in ſtadio (quemadmodum Tertullian. [a] loquitur) prælia fuêre. Cùm autem aliò pertinere videatur, quod nec intrare in agonis locũ Olympiæ, niſi denudatis licuerit (ſicuti monuiſſe me tertij ſemeſtrium libri ſermone quopiam [b] recordor) ex illa ſcilicet Olympici certaminis lege, cui cauſam Pherenice, ſiue Callipatira ſtadium ingreſſa dederit: de qua Pauſanias quodam loco [c] agit, vt ſubligari campeſtri amictis dumtaxat verendis, cætera nudi Olympiæ ſacriſq; aliis agonibus decertarent: non ex alio fuit hoc potiùs, quàm ipſius Herculis ludorum Olympicorum auctoris inſtituto; quod nec ipſum intermiſſum quidem vnquam, niſi cum ipſo agone poſt Oxilũ reſtituto ab Iphito (ſicuti Pauſanias narrat Eliacis [d]) vt lege illa renouari ſpeciatim oportuerit: ex ipſo etiam gymnicorum nomine augurari libet. Atq; hoc quidem quod dixi Philoſtratus [e] videtur ſenſiſſe, ſic admodum ſcribens; τὴν δ' ὀλυμπίαν, &c. παρέχεσθαι τοῖς ἐς αὐτὴν ἰοῦσιν ἀθλητὰς γυμνοὺς ἡρακλέους ταῦτα ξυνθέντος. Vnde Achilles Erethrienſis apud Athenæum [f] de athletis:

*[a] Scorpiaco.*

*[b] cap. 14.*

*[c] Eliacôn lib. 1. quem citaui Semeſt. ca. 14. lib. 3.*

*[d] Eliac. 1. f. 120. Aldini libri. De Iphito ſcripſi lib. 1. deq; ipſius diſco coronario agã inferius, vbi de præmiis ludorum hoc ipſo lib.*

*[e] lib. 6. de Apoll. fol 36.*

*[f] ſub initiũ lib. 10. Deipnoſoph.*

Γυμνοὶ



Γυμνοὶ γὰρ ὤθουν φαιδίμους βραχίονας
Ἥβης σφριγῶντες ἐμπορεύονται νέῳ
Στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας.
Ἄδην δ' ἐλαίου στέρνα καὶ ποδῶν κύτος
Χρίουσιν.

& Ariſtophanes apud Suidam, Athenienſes quod veſte ab aluo reiecta nudarentur, luctatoribus comparat, vt rem eſſe morbi, hoc eſt deprauati moris cuiuſdam athletici ſeu exercitatorij; non (quomodo Suidas perperam accepit) magnam rem morbi ſignificet: quo loco, Ἀσκητικὸν, μέγα. Ἀριστοφάνης καὶ τὴν ἑορτὴν τοὺς Ἀθηναίους ὥσπερ παλαιστὰς ἄνδρας ἀπὸ τῆς γαστέρων τὰ ἱμάτια ἀποστέλλοντας· ὥστε φαίνεται ἀσκητικόν τι χρῆμα τοῦ νοσήματος. Præterea Tacitus [a], quid ſupereſſe (ait) niſi vt corpora quoque nudent & cæſtus aſſumant, cáſque pugnas pro militia & armis meditentur? Ioan. Chryſoſtómus ad populum Antiochenum [b], quemadmodum itaque præterita hyeme & æſtate apparente, &c. ad certamina pugil exſpoliatur ſeq; denudat, ſic & nos ieiunio tanquam æſtate quadam ſpirituali apparente, & cæt. tanquam pugiles ad certamina ſpoliemur: & ſtatim. Si athleta es, nudum in certamen te deſcendere oportet, &c. Exue vitæ negotia, & athleta factus es, &c. te ipſum vitæ curis denuda, luctæ enim tempus eſt. D. Item Baſilius in Antonij collectaneis [c], πῶς στεφανοῖ ποτε τὸν μηδὲ ἀποδυόμενον πρὸς τὸν ἀντίπαλον; Iſidorus etiam Peluſiota ducta è gymnicis agonibus tranſlatione, ad quos qui ſe accingerent atq; compararent, priùs veſtem exuere ſoliti: σύμπραττε τοίνυν αὐτῷ (inquit. [d] ad Heraclium Epiſcopũ ſcribens) οὐ χρημάτων ἕνεκεν ἀλλ' εὐσεβείας καὶ εὐκλείας πρὸς τοῦτον ἀποδυσαμένῳ τὸν ἀγῶνα.

De curſoribus, quod nudi ſint ſoliti veſtium onere, faſtuq; omni depoſito contendere: B. Paulus [e] etſi μεταφορικῶς loquitur; attamen ſatis euidenter ac perſpicuè indicat, iſta proferens ad Hebræos: ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὴν εὐπερίστατον (ſic malo cum Occumenio, ipſoq; latino interprete vetuſto, qui vertit circumſtans nos peccatum, quàm ἀπερίστατον legere quod habet Plantiniana editio anni 83. Antuerpiæ ex Bened. Ariæ Montani approbatione) ἁμαρτίαν δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα: niſi fortè quemadmodum athleta Damaſias apud Lucianum, in mortuorum Dialogis, cum

*[a] lib. 14. Annal.*

*[b] Homil. 3. vide & Homil. 7. de pœniten. col. 767. qui de foris in agone currunt, & ipſa exuunt veſtimenta.*

*[c] apud Stobæum locor. commu. ſermone 121.*

*[d] Epiſt. 262. lib. 3. fol. 603.*

*[e] cap. 12. in prin.*

 encomiis

encomiis præconiis & coronis; τὰς σαρκὰς, obeſitatem illam, molémque ac pondus, ſiue maſſam corporis (quam Galenus πολυσαρκίαν vocat alicubi) deponere iubetur à Charone, antequàm cymba ipſum recipiat ſua; ſic D. Paulus, quo expeditiùs ad Deum procurramus, voluit m[o]lẽ iſtam & maſſam ſarcinámque corporis ſaginati, quam tantopere athletæ curabant (καὶ γὰρ καὶ ὅσοι κατὰ παλαίστραν πονοῦσιν, ait Galenus in libro de parua pila, εἰς πολυσαρκίαν μᾶλλον ἢ ἀρετῆς ἄσκησιν φέρονται) à nobis melioribus vtiq; athletis, & ſanctiore abſtinentia ieiuniorumq; cœſtibus eliſum (vt cum Caſsiano loquar, cuius verba explicando alibi Paulo ſequenti libro [a] exhibere certum eſt) ſuggillatum obtuſum, caſtigatum denique corpus, & omnino defœcatũ habentibus (vt ab eodem paulo poſteà demõſtrabitur) atq; hac ratione ad certamen ſpirituale præparatis abiici. Nam τὰς σαρκὰς illas athletę Lucianici, hoc ὄγκου id eſt ponderis nomine, quo D. Paulus eſt vſus; non Heliodorum modò in Æthiopicôn vndecimo (vnde verba in ſuperioris libri ſermone 13. contuli) de athleta Æthiope robuſto & obeſo ſuperato in colluctatione à Theagene, agentem, vbi μετὰ τοῦ ὄγκου παχεῖαν τὴν γαστέρα coniungit; verùm etiam Galenum de athletica gymnaſtica loquentem deſignaſſe, alicubi [b] recordor: ſic ſcribentem vſurpato etiam τῆς σαρκὸς vocabulo, τῆς ὑγιείας ἐν συμμετρίᾳ τινὶ τεταγμένης, ἀμετρίας δέ ἐστι δημιουργὸς ἡ τοιαύτη γυμναστικὴ πολλὴν, καὶ πυκνὴν αὔξουσα σάρκα καὶ πλῆθος αἵματος, ὡς ἔνι μάλιστα γλισχρότατον παρασκευάζουσα. βούλεται γὰρ οὐ τὴν ἰσχὺν αὐξῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄγκον τε, καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος ὥστε καὶ ταύτῃ χειροῦσθαι τὸν ἀνταγωνιστήν. Et poſteà in athletis τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον τόν δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἀποσβέσαι τε τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ipſorum ſcribit, καὶ ἐμφράξαι τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος: quam ob rem in apoplexim alióſq; morbos complures incidere, & alio loco in commentario primo ad aphoriſmos [c] Hippocratis, τῆς δὲ τῶν ἀθλητῶν εὐεξίας, οὐ μικρὸν τοῦτό ἐστι ἔγκλημα τὸ περιβάλλεσθαι πειρᾶσθαι μέγεθος ὄγκου κατὰ τὸ σῶμα καὶ δηλονότι καὶ πλῆθος χυμῶν, &c. καὶ οὐχ οἷά τε χωρὶς αὐτῶν ἑτοίμως παρεσκευασμένων εἰς ὄγκον ἀρθῆναι τοῦ δέοντος μείζονα τὰ σώματα διὸ καὶ σφαλερὰν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην διάθεσιν. Sic de athletis agens Quinctilianus lib. 12. Inſtitu. Pondus nomen vſurpauit: quo loco, & vt palæſtrici doctores illos, quos numeros vocant,

[a] *ad finem cap. 14. Agoniſt. 3.*

[b] *ad Thraſibul. πότερ. ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν. fol. 297. lin. 45. & 51. ex quo alia verba eiuſdem & ex Platonis etiã libris, περὶ τοῦ ὄγκου athletarũ proferam ſequen. lib. cap. 1.*

[c] *ad Aphoriſ. 3. fol. 222.*



vocant, non idcirco diſcentibus tradunt, vt iis omnibus qui didicerint, in ipſo luctãdi certamine vtantur (plus enim pondere & firmitate, & ſpiritu agitur) ſed vt ſubſit copia illa ex qua vnum, aut alterum cuius ſe occaſio dederit efficiant. Sic molem ingentis ruinæ onus pondúſque admirabile dixit Statius, iis è ſexto Thebaidos verſibus de colluctatione agens, quos initio lib. 3. exhibiturus ſum. Sic denique ipſe de ſua cum Hercule colluctatione apud Ouidium [a] agẽs Achelous, pondere ſe grauitatéque ſua tutum aliquandiu aduerſus impetus Herculeos fuiſſe refert; ad ὄγκον illum, & πολυσαρκίαν athletarum ac potiſsimùm luctatorum aſpiciens:

*Me mea defendit grauitas, fruſtraq́; petebar,*
*Haud ſecus ac moles quam magno murmure fluctus*
*Oppugnant: manet illa ſuoq́; eſt pondere tuta.*

Et ſimiliter de Hercule colluctatore poſteà.

*---tergóque oneroſus inhæſit*
*Si qua fides (nec enim ficta mihi gloria voce*
*Quæritur) impoſito preſſus mihi monte videbar.*

Ac valde fallor, niſi ad pondus iſtud adipale (vt ita loquar) & carneũm humani corporis, velut aſininum ex homonymia vocabuli elegantiam captans quidam poëta vetuſtus hiſce Iambis à Galeno [b] relatis, athletas carpẽdo alluſerit in ὀγκηστοῦ vocabulo ſic ferè: Ἀτὰρ ἐν ἱστορίῃ πουλυπήρῳ (ſic lego pro πολυπήρῳ) γράφεται Ὄνος ὅτι παγκράτιον ἐνίκησεν (ſic lego pro νίκησε) ποτὲ

Ἄνδρας εἴκοσι δὲ καὶ προφότῃ ὀλυμπίας

(ſic diſtinguo, nam in impreſsis ab hoc poſtremo initium ducit verſus proximus omnino perperam) τὼ ὅτι ἐνίκα ὀγκηστής. Quorum verſuum acumen, ipſamq́; adeò mentẽ poëtæ non perſpexeris penitus, ea ni ſcieris, quæ à me libro tertio ad extremum 23. capitis tractanda ſunt. Interea iſtud τοῦ ὀγκηστοῦ epitheton eſſe aſino conuenientiſsimũ ex eo intelligas, quod ita ſcriptum alicubi ab Arriano in Epicteti ſecũdo libro * videre eſt: in quo τὸ συνογκᾶσθαι vſurpatum licet aduertere, quod lexicographi nequaquam adferunt, ὄνῳ δὲ τίς προθυμεῖται συμπαίζειν ἢ συνογκᾶσθαι: καὶ γὰρ εἰ μικρὸν, ὅμως ὀνάριον ἐστίν.

Propterea verò nudos cucurriſſe ſcribit Iſidorus Hiſpalenſis [c] ex opinione veterum ethnicorũ athletas, quia & homi-

[a] *Fabul. 1. lib. 9. Metamor. de lucta Herculis cũ Acheloo. Claudianus in laude Senæ vxoris Stiliconis, fol. 296.*

[b] *ad finem protreptici ad artes fol. 6.*

* *cap. 24. πρός τινα τῶν οὐκ ἠξιωμένων ὑπ' αὐτοῦ.*

[c] *lib. 18. Origin. cap. 40.*

nis & ſeculi nullæ reliquiæ ſunt: recto ſpacio autem, quia inter vitam, & mortem nihil diſtant; atque ita vanitates ſuas & ſacrilegia excuſare conari. Quid quod hos itidem curſores non minus quàm luctatores pugiléſve, non nudari modò ſed & inungi ſolitos quemadmodum ſcoliaſtes Ariſtophanis eo loco teſtatur, vnde verba huiuſce Agoniſtici cap. 22. proferam, ſic ferè ſcribens: ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀσκουμένοις, ἀλειφομένοις ἐν τῷ ἡλίῳ τρέχειν: ita etiam à Statio Papinio [a] indicatur; vbi de Arcade Parthenopæo certamen curſus cum aliis inituro prolatis iis ad formam pertinentibus, quos lib. ſuperiore cùm de pulchritudine athletarum agerem expreſsi, hæc quoque cecinit quæ referre admodum iuuat:

[a] lib. 6. Thebaidos.

*Ipſe tamen formæ laudem aſpernatur, & arcet*
*Mirantes: tunc Palladios non inſcius hauſtus*
*Incubuit, pinguíque cutem fuſcatur oliuo.*
*Hoc Idas hoc more Dimas aliique niteſcunt*, &c.
*Proximus & forma nec multum ſegnior Idas*
*Curſibus atque æuo iuxta prior.--*

*Saltatores decertaſſe nudos. De diſcobolis quæſitum.* περὶ ὀρχήσεως. *Plato expenſus, ac aliter atque ab interprete nupero expoſitus & caſtigatus. Itemq́ Dionyſius Halicarnaſſ. Saltatores Thyreatico feſto apud Lacedæmonios. Diſcobolos nequaquam inunctos: neque id velle Tullium, cùm nec omnino nudi decertarint. Diſcus amentum, ſeu funiculum foramini aptum habuit. Tunicati diſcoboli. Subligacula vetuſto more iam inde ab Hercule vſurpata in gymnicis, quorum ad Romanorum vſque tempora vſus perdurauit; à Lacedæmoniis tandem ac Elæis apud Olympiam iam inde ab Orſippo repudiatus: ex Platone Thucydide ac Dionyſio. De iaculatoribus quod interdum veſtiti decertarint.*

## CAP. IIII.

DE ſaltatoribus, ac fortaſsis etiã de diſcobolis (quamquam hos quidem ſeminudos potiùs quàm ὁλογυμνοὺς decertaſſe crediderim) ſicuti Sophoclem poſt nauale ad Salaminam prælium, circa trophæum cum Lyra ſaltaſſe nudum, & vnctum (tametſi quidam veſtitum aiunt) Athenæus [b] refert: nequaquam dubitandum quin & ipſi vncti, aut certè nudi contenderint; cùm ὄρχησις, atq; ἅλμα licet diuerſa magnam tamen habeant ſimilitudinem, ad motum corporis quod attinet: vnde apud Platonẽ [c] ita ſcriptum de legib. τὰ δὲ

[b] lib. 1. Deipnoſophiſt. fol. 12.
[c] ſub finem lib. 2. pag. 673. exemplar. à Stephan. excuſi.



τὰ δέ γε τοῦ σώματος ἃ παιζόντων ὄρχησιν εἴπομεν ἐὰν μέχρι τῆς τοῦ σώματος ἀρετῆς ἡ τοιαύτη κίνησις γίγνηται), τὴν ἔντεχνον ἀγωγὴν ἐπὶ τὸ τοιοῦτον αὐτοῦ γυμναστικὴν προσείπωμεν: & alio loco, τῆς γυμναστικῆς ὅσα περὶ τὸ σῶμα δύο εἶναι μαθήματα ſcribit; τὸ μὲν ὄρχησιν τὸ δὲ πάλην τῆς ὀρχήσεως δὲ ἄλλην μὲν μούσης λέξιν μιμουμένων τό τε μεγαλοπρεπὲς φυλάττοντας (hic nihil immuto eſt enim ἀντίπτωσις ἀττικὴ, cuius elegantiam atque vim neque à ſcoliaſte, neque ab interprete Serrano agnitam demiror) ἅμα καὶ ἐλεύθερον: ἄλλην δὲ εὐεξίας, ἐλαφρότητός τε ἕνεκα, καὶ κάλλους τῶν τοῦ σώματος αὐτοῦ μελῶν, καὶ μερῶν· τὸ προσῆκον καμπῆς τε, καὶ ἐκτάσεως ἀποδιδομένης ἑκάστοις αὐτῶν (ſic lego deleto & expuncto αὐτοῖς, pro quo ſcoliaſtes perperam reponit αὐτῆς) εὐρύθμου κινήσεως, καὶ (hunc articulum in veteribus illo teſtante poſitum perperam ante ἀποδιδομένης hic infero) διασπειρομένης ἅμα, καὶ ξυνακολουθούσης εἰς πᾶσαν τὴν ὄρχησιν ἱκανῶς: & Galenus [a] ipſe alicubi τοὺς ὀρχηστὰς ἐν συντόνοις κινήσεσιν ἀλλεσθαι μέγιστα ſcribit: qua de re ab ipſo, à Polluce iſtius æquali, à Xenophõte ab Athenæo, Suida, Euſtathio ad Homerum, agimus libro primo ad extremum cap. 12. vbi de varia ſaltationum genere diligenter & accuratè diſquiſitum fuit. Sanè pompam ludorum maximorum Romæ celebratorum, in qua græcanico more pleraque agerentur, deſcribens Dionyſius Halicarnaſſeus [b]; vbi oſtendit quemadmodum athletis ordine ſuccederent orchiſtarum, ſiue ſaltatorum chori trifariam, diuiſi, primo virorum, deinde imberbium (ſic enim, aut iuuenum malo; quàm impuberum, vt interpretatio Latina fert, cùm ſtatim ſequatur puerorum, quo potius nomine ſignificantur impuberes, quod à Sylburgio tamen ſcoliaſte omiſſum reperio; qui alia ſatis anxiè, non vſque adeò magni ponderis adnotat) poſtremò puerorum, quos ſequerentur tibicines, & cithariſtæ lyras pulſantes, & barbita: ſubiicit illicò ſaltatorum habitum fuiſſe, tunicas puniceas balteis æreis adſtrictas, gladiis dependentibus; geſtatáſque ab ipſis breuiores mediocribus lanceas, à viris verò galeas etiam æreas inſignibus criſtis & pinnis exornatas: ſic enim græca ſe habent, σκευαὶ δὲ τῶν ὀρχηστῶν ἦσαν χιτῶνες φοινίκεοι ζωστῆρσι χαλκέοις ἐσφιγμένοι, καὶ ξίφη παρηρτημένα, καὶ λόγχαι βραχύτεραι τῶν μετρίων. τοῖς δὲ ἀνδράσι καὶ κράνη χάλκεα, &c. quæ ad extremũ libri huius adfero. De Saliis quidẽ Collinis, & ago

[a] lib. 2. ὑγιεινῶν circa fin. in fol. 243.

[b] lib. 7. ῥωμαϊ. ἀρχαιο. fol. 476.

& agonalibus,ſiue Agonenſibus (nam vtroque modo à Dionyſio,& Varrone nuncupantur) qui Romæ choreis,& hymnis armatos Deos ex Numæ inſtituto venerabãtur; hoc proditum ab ipſo Dionyſio [a], qui pleraque omnia Romana inſtituta originem à Græcis habuiſſe, non vno ſuarum antiquitatum loco prædicat: æreis balteis, ſuper verſicolores tunicas fuiſſe cinctos, togíſque purpura prætextis, fibuláque adſtrictis indutos, quas vocant trabeas; faſtigiatos etiã in coni formam pileos quos Græci *κυρβασίας*, Latini apices nominant, geſtaſſe; tum verò dextra lanceam,aut virgam,ſiniſtra peltam Thraciam Græcorum Curetum more: *χιτῶνας ποικίλους χαλκέαις μίτραις κατεζωσμένοι καὶ τηβέννας ἐμπεπορπημένοι περιπορφύρους φοινικοπαρύφους ἃς καλοῦσι τραβέας. ἔστι δ' ἐπιχώριος αὕτη ῥωμαίοις ἐσθὴς ἐν τοῖς πάνυ τιμίοις, καὶ τοὺς καλουμένους ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδὲς οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι κυρβασίας. παρέζωσται δ' ἕκαστος αὐτῶν ξίφος καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ λόγχην ἢ ῥάβδον, ἤ τι τοιοῦθ' ἕτερον κρατεῖ: τῇ δ' εὐωνύμῳ κατέχει πέλτην Θρᾳκίαν.* quem locum illi alteri ex eiuſdem Dionyſij lib. 7. ſuperius allato, adiungendum interpretationis vice, admoneo.

Nihilominus tamen (vt mittam, quod quæ modò dixi; de pyrricha, non de omni ſaltatione debent accipi: & apud Lacedæmonios in feſto Thyreatico ludis publicis nudos per vrbem choros inceſsiſſe, priorem quidem puerorum,ſequentem virorum fortium, qui nudi ſaltarent non ſine recitatione canticorum & pæanum, ſicuti Athenæus [b] lib.5. Deipnoſophiſtarum tradidit) ad *ἅλμα* ſiue ſaltum: quod ſpectat; ſi non vnctos (quod abnuere Mercurialis [c] etiam videtur, pugilatores, curſores,ac alios multos vnctione non eguiſſe pronuntians, ipſe dubito) nudos certè oportuit eſſe, qui eo contenderent. Denique ludis, agonibúſve ſaltaſſe nudos, auctor mihi quidem vnus,ſed multorum inſtar D.Cyprianus de ſpectaculis [d]; Ecce tibi alter nudus ſalit, alter orbem æneum, contentis in aerem viribus, iactat: hæc gloria eſt dementiæ. Paulinus denique ad Seuerum [e], non enim athleta tum vincit cùm exuitur, qui ideò nudatur, vt incipiat dimicare,cùm legitimè certauerit coronandus,&c. Diſcobolos vtique,ac iaculatores nec inungi aut puluere aſpergi ſolitos, vt luctatores (nam

[a] *lib.2.antiquit. Rom.fo.129.vbi οἱ μὲν γὰρ Ἀγωναλεῖς ὑπὸ δέ τινων καλούμενοι Κολλῖνοι Σάλιοι, &c.*

[b] *fol.505. Latinæ Dulichamp.verſionis Lugdu.excuſæ.*

[c] *cap.8.lib.1. artis gymnaſticæ.*

[d] *ad fin. in pag. 417.*

[e] *epiſt.2. fol. 29. vide & Lucian. Anacharſi, τοὺς νέους ἀγωνιουμένους γυμνοὺς ἐς τὸ μέσον παραγαγόντες λακτιζομένους καὶ παιομένους ἐπιδείκνυτε.*



(nam cui bono?) nec verò nudos decertaſſe, vt illos,itemq; pugiles, pancratiaſtas,atque quinquertiones; ſed vel veſtitos, vel certè ſeminudos in ſcamma & caueam ingreſſos, ac forſitan ipſos quoque (pilariis interim, ſiue pilicrepis exceptis,de quibus libri primi cap.12.[a] actum eſt,& ſtatim loquar) ſaltatores exiſtimo. De diſcobolis quidem propterea duxi admonendum eſſe,ne cui non ſatis cauto iſta Ciceronis verba [b] ſecus accepta imponerent, quibus & diſcus ſimul,& vnctio memoratur: hoc ipſo tempore (ait) quum omnia gymnaſia philoſophi teneant, tamẽ eorum auditores diſcum audire,quàm philoſophum malunt; qui ſimul vt increpuit, in media oratione de maximis rebus, & grauiſsimis diſputantem philoſophum omnes vnctionis cauſſa relinquunt: ita leuiſsimam delectationem grauiſsimæ (vt ipſi ferunt) vtilitati anteponunt. Sed figuratè loquutus Cicero, cùm non diſco tãtùm,ſed alio genere ſeſe exercerent, multò etiam magis quàm diſco; ac non omnes vnctionis cauſſa, ſed ludos ſpectandi gratia plerique ſe in gymnaſium conferrent: denique ne vnctos quidem fuiſſe verum eſt;quos non omni ex parte nudos decertaſſe dicimus: cuius rei vel figura illa fidem facit, quam à Ligorio diligẽtiſsimus artis gymnaſticę reſtitutor Mercurialis [c] exhibet; vbi tamen hac de re ipſe non loquitur: ſed multò magis Homericæ lectioni adiuncta Euſtathiana obſeruatio. Nam Homeri quidem iſtud eſt, de agonibus apud Pheacas [d],

Ἦ ῥα καὶ αὐτῷ φάρει ἀναΐξας λάβε δίσκον.

Vbi Euſtathius *δηλοῖ μὲν ἀττικῶς τὸ σὺν αὐτῷ ἱματίῳ. ἐμφαίνει δὲ τὸ τοὺς ἄλλους ἡμιγύμνους δισκεύειν*: & addit, quod illuſtrandæ illi diſcobolorum figurę Ligorianæ magno adiumento eſt,& foramen in meditullio habuiſſe diſcos ſiue lapideos, ſiue ligneos, ferreos æneos, & (quod alij non tradunt) [e] neq; verò in figura illa poſsis diſpicere (à qua Luciani facere teſtimonium non diffiteor) non minus quàm haſtas, ipſos quoque diſcos funiculo interdum,ſiue amento ex his aptato, vel ipſos potius diſcobolos ad faciliorem vehementiorémque adeò iactum iuuari ſolitos. *δίσκος δὲ ἄλλος μὲν ἐκ σιδήρου* (ait) *ὁποῖος ὁ ἐν Ἰλιάδι σόλος, ἢ ξύλινος. ἴσως δὲ καὶ χαλκοῦς καὶ ἔτι καὶ λιθινός. ἐνταῦθα δὲ λίθος τετρυπημένος, καὶ ἔχων καλώδιον οὗ ἐχόμενοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐδίκευον, ἃ ὅτε ἔβαλλον, ἔρριπτον. ὅθεν δὲ δίσκος γίνεται.*

[a] *circa finem.*

[b] *ex libro 2. de Oratore.*

[c] *lib.2. artis gymnaſt.c.12. f.80.*

[d] *Rhapſ.Odyſſ.θ. hoc prætermiſſ.alterum ex Euſtathio ad 2. Iliad. Homer. locũ citat Mercurialis cap.12.lib.2. artis gymnaſt. vbi de diſcobolis.*

[e] *immò contrarium docet Mercurial. lib.2. artis gymnaſt. cap. 12. fol.80. pag.2. diſcum neq; locum neque balteum habentem comprehenſo difficilem fuiſſe, ex Luciani Anacharſi.*

 Quod

Quod autem veſtitos dixi diſcobolos; non togatos, aut palliatos, ſed tunicatos intellexiſſe me Ligoriana illa figura indicat: quali habitu fuiſſe familiares illos Antigoni, qui cum Cteſibio philoſopho Chalcidienſi, non ineleganti ſphæriſta vt pila luderent, veſtem exuebant; ex iſto Athenæi loco [a] deprehenditur: ἐσφαίριζε δ᾽ οὐκ ἀηδῶς καὶ κτισίβιος χαλκιδεὺς φιλόσοφος καὶ πολλοὶ διὰ τὴν σφαιρικὴν αὐτῷ συναπεδύοντο τῶν ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως φίλων. quo itidem habitu non etiam nudos in coronariis agonibus apud Cretenſes primùm, ac deinde Lacedæmonios obiri antiquitus in Græcia ſolitis, athletas olim decertaſſe Platonem [b] ſignificare non ab re quiſpiam exiſtimauerit; non longum tempus prçteriiſſe ſcribentem, ex quo Græcis turpia & ridicula videbantur, quæ barbaris compluribus, nunc etiam, videntur; ſed vſum docuiſſe, melius eſſe in exercitationibus nudari, quàm operto eſſe corpore: ὅτι οὐ πολὺς χρόνος (ait) ἐξ οὗ τοῖς ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ εἶναι καὶ γελοῖα, ἅπερ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι καὶ ὅτε ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρῶτον μὲν Κρῆτες ἔπειτα λακεδαιμόνιοι ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις ταῦτα πάντα κομῳδεῖν ἢ οὐκ οἴει ἔγωγε ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οἶμαι χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τοῦ συγκαλύπτειν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐφάνη, &c.

*[a] lib.1. Deipnoſo. fol.10. in princip.*

*[b] li.6. de Repub.*

Probabile nihilominus, immò veriſsimum arbitror, cùm ſubligaculorum iſtorum mentio ab ipſo poëtarum principe facta ſit; illorum vſum ſi non Herculis præcepto, aut more, hominum certè ipſius ætati vicinorum inſtituto, atq; approbatione olim receptum, qui vſque ad Olympiadem quartam & decimam (qua Orſippo id accidit, quod ab Euſtathio & aliis ſuperiùs [c] enarraui) durauerit: poſteà occaſione inde ſumpta prorſus nudos in græcis agonibus, vt ille narrat, dimicare conſtitutum; atque ita obſeruatum ſit. Romæ contrà ſubligaculorum vſus quibus verenda velarentur (vt honos eſſet vel oculis) diutius retentus fuerit. Dionyſius Halicarnaſſeus [d] (quo vix alium antiquæ memoriæ hominem locupletiorem in teſtimonium poſsim adducere) narrat hoc quidem, quod cum illa Euſtathiana, vel Pauſaniana potiùs hiſtoria maiorem in modum congruit, ſubligarium căpeſtrium morem, qui Romæ ad ſua vſque atq; adeò Imperatoris Auguſti (nam ſub eo floruiſſe auctores hunc tradunt) tempora perduraſſet,

*[c] cap.2. huius libri.*

*[d] lib.7. antiquit. Rom. f.476. vbi, πρῶτοι μὲν ἀνδρῶν δεύτεροι δὲ ἀγενείων τελευταῖοι δὲ παίδων.*



perduraſſet, iam tum in Græcia orto à Lacedæmoniis initio fuiſſe antiquatum, ex quo apud Olympiam nudus (omni ex parte ſcilicet) Acanthus Lacedæmonius decurrerit, cùm ante id temporis in Græcia turpe hoc habitum fuiſſe ipſa Homericorum quos ſuperiùs attuli verſuum auctoritate comprobet ſic ferè; vbi de pompa ludorum Romanorum; qui dicti maximi: μεθ᾽ οὓς οἱ τῶν ἀθλημάτων ἀγωνισταὶ τῶν τε κούφων καὶ τῶν βαρέων τὸ μὲν ἄλλο σῶμα γυμνοί, τὸ δὲ περὶ τὴν αἰδῶ καλυπτόμενοι τοῦτο καὶ εἰς ἐμὲ τὸ ἔθος ἐν Ῥώμῃ διέμενεν, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο παρ᾽ ἕλλησιν. ἐν δὲ τῇ ἑλλάδι καταλέλυται Λακεδαιμονίων αὐτὸ καταλυσάντων· ὁ δὲ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδυθῆναι τὸ σῶμα, καὶ γυμνὸς ὀλυμπιάσι δραμὼν. ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν· τὰ δὲ πρὸ τούτων δι᾽ αἰσχύνης εἶχον ἅπαντες ἕλληνες ὅλα γυμνὰ φαίνειν ἐν ταῖς ἀγωνίαις τὰ σώματα, ὡς Ὅμηρος τεκμηριοῖ, μαρτύρων ἀξιοπιστότερός τε καὶ ἀρχαιότατος ὢν ζωννυμένους τοὺς ἥρωας ποιῶν. qui etiam locus illi alteri Platonico allucet, ex quo verba ſuperiùs retuli: vt nimirum eius temporibus vti ſubligaculo athletæ iam tum in agonibus deſiiſſent ſcilicet; non vt vnquam illos in ſcamma veſtitos, aut ſeminudos, aut vlla corporis præterquàm verendorum parte, opertos prodiiſſe Plato ſenſerit: ſub cuius tempora, nec ita multò ante ipſum atque Thucydidem, ſubligaculorum vſus inter athletas apud Olympiam ab Lacedæmoniis primùm (de quibus è Platone ſuperiùs actum eſt) intermiſſus deſierit: quemadmodum in hæc verba Thucydides [a] narrat de Lacedæmoniis agens, ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο. καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς ἀσιανοῖς πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθενται καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι. Acanthum autem illum à Dionyſio memoratum renouato per Iphytum (vti dixi) agone Olympico, cùm reſtitutum diaulum Hippenus Piſæus viciſſet, coronámque ex oleaſtro ad 14. Olympiadem abſtuliſſet, ſequenti Olympiade diaulo itidem alterum ab Hippeno ſuperaſſe narrat Pauſanias Eliacis [b] apud Romanos quidem ſubligaculorũ vſum perduraſſe, vt ex illis Dionyſij verbis ita ex iſtis Iſidori [c] percipimus: Ex illo Gymnaſium dictum eſt (ait) quod Iuuenes

*[a] ξυγγραφῆς α. fol.3. libri à Stephano excuſi.*

*[b] lib.1. fol.120.*

*[c] d. cap. 17. lib. 18. Orig.*

nudi exercerentur in campo, vbi ſola tantùm pudenda operiuntur, ac deniq; illo è Clementis Alexãdrini loco [a]; in quo, ἐπεὶ οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν ἀθλητῶν (ait) γυμνὸν δείκνυσθαι τὸν ἄνδρα αἰδούμενοι, ἐν διαζώσμασι τὴν ἀγωνίαν ἐκτελοῦντες, τὸ αἰδήμον ἐφύλαττον.

[a] lib. 3. pædago. cap. 5. πῶς περὶ τὰ λουτρὰ ἀναστρεπτέον, fol. 100. editionis nuperæ apud Cömelinum ex anno 1592.

Iaculatores porrò non nudos ſed veſtibus amictos decertaſſe ac propterea eximium decori obſeruatorem poëtarum principem in aliud quàm iaculationis certamen Agamemnonem deſcendiſſe non ſcribere; ne, quod indecorum Regi futurum erat exuere veſtem deberet: ab Euſtathio [b] eruditiſſimè ad Homericum iſtud

καὶ ῥήμονες ἄνδρες ἀνέσταν

Ἂν μὲν δὲ ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,

his verbis adnotatum reperias; καλῶς δέ φασιν ἀγῶνα τοιοῦτον ὁ βασιλεὺς ἀγωνίζεται ἔνθα οὐκ ἦν ἀνάγκη τῆς βασιλικῆς γυμνοῦσθαι στολῆς. Non erat neceſſe veſtem exuere in hoc exercitationis genere: ſolebat tamen, à pleriſque ita fieri & in hoc & itidem in diſco, ſi non ab omnibus: alioqui non fuit quamobrem in gymnicis agonibus connumerari debuerint; aut quare Phorbantem Phlegyẽſium ducem in eius icone Philoſtratus lib. 2. τοῖς ἐρρωμενεστέροις ἀντιποδύεσθαι hoc eſt contrà exui ad decertandum ſcilicet lucta, curſu, pancratio vel etiam diſco: & (vt ipſe ait) ὥστε τοὺς μὲν καταπαλαίειν τοὺς δὲ ὑπερτρέχειν, τοὺς δὲ παγκρατίῳ αἱρεῖν καὶ ὑπερβολαῖς δίσκων ſcriberet. Denudationis circa diſcobolos nulla apud Statium Papinium [c] mentio, qualis circa curſores iniecta, ſic admodum canentem;

[b] ad fin. Iliad. ψ. fol. 1334.

*Tunc vocat emiſſo ſi quis decernere diſco*
*Impiger & vires velut oſtentare ſuperbas*
*It iuſſus Pterelas & ahenæ lubrica maſſæ,*

(diſcũ æneũ à Cypriano, vt antè monui, nuncupatũ intelligit)

*Pondera vix toto curuatus corpore iuxta*
*Deiicit.*

[c] lib. 6. Thebaidos.

*Ceroma. Non inunctos curſores neque pugiles: ſed Palæſtritas ſiue luctatores. Pugiles non in pelo & luto, ſed in arena & puluere, itemq; curſores. Statius emendatus. Pugil pro pammacho apud Apuleium. Scamma apud Tertullianum cuius verba de Christo Epiſtata & Aleipta explicantur, de Epiſtata luctæ, ac Gymnaſij præfecto palæſtræ cuſtode, ac magiſtro palæſtrico, Gymnaſta, Pædotriba, & Aleipta, ſiue unctorum magiſtro, eorúmque inter ſe nominum differentiis. Ædificatores athletarum apud Pindarum & alios. Ad Aleiptas victus quoque ac ſaginæ athletarum curam pertinuiſſe,*



*nuiſſe, citato Ariſtotele. Angelum qui cum Iacobo luctatus, fuiſſe Chriſtum Dominum, Clementis Alexandrini ea de re loci allati. Philonis expoſitus vnus, & fortaſſis caſtigatus, altero eiuſdem auctoris adhibito, ſacram Baptiſmo initiandorum, & item extremam decumbentium atq; adeò morientium vnctionem, velut athletarum Chriſti, è more gymnaſtico deducta ſimilitudine inuiſibilis gratiæ ſignum & ſacramentum eſſe: B. Iacobi verbis; veterum patrum teſtimonio adhibito, illuſtratis.*

## CAP. V.

AD ſcamma vt redeam; in id deſcendebant agoniſtæ, poſteà quam ſe denudaſſent, oleóque palæſtræ (vt loquar cum Caſsiano [a]) roboraſſent, atq; Ceromate perunxiſſent; in eo palæſtræ, aut gymnaſij, ſiue ſtadij loco, qui Ceromatis etiam nomẽ inde habuit. Vnde Plinius iidem palæſtras athletarum imaginibus & Ceromata ſua exornant. Itemq; Seneca [b], illum tu ocioſum vocas, qui maiorem dierum partem in æruginoſis Lamellis conſumit, qui in Ceromate (nam proh facinus, ne Romanis quidem vitiis laboramus) ſpectator puerorum rixantium ſedet: ac deniq; D. Hieronymus ad Pammachium, [c] Oleum perdit & impenſas, qui bouem mittit ad Ceroma: equidem vngi ſolitos ſaltatores, ac multo minus diſci vel iaculi emiſſores, quamuis ex athletarum numero forent non reperio; ne curſores quidẽ ipſos [d], immo nec pugiles: ſed luctatores ſolos atque pancratiaſtas, qui & in palæſtra dimicarent ſoli; quippe quod pelo, id eſt luto atque Ceromate hi dumtaxat opus habuerint: & verò à pelo inde palem & palæſtram nomẽ inueniſſe Plutarch. [e] his omnino verbis addocet; ὅτι μόνον τῶν τῆς ἀγωνίας εἰδῶν καὶ κονίστρας καὶ κηρώματος τυγχάνει δεόμενον· οὔτε γὰρ δρόμον, οὔτε πυγμὴν ἐν παλαίστραις διαπονοῦσιν, ἀλλὰ πάλης, καὶ παγκρατίου τὸ περὶ τὰς κυλίσεις. Seneca etiam [f] atque luctatores (ait) & totam oleo, ac luto conſtantem ſcientiam expello ex his ſtudiis liberalibus. Igitur Statius Papinius [g] vbi de diſcobolis curſoribus pugilibus agit, nullam olei aut vnctionis mentionem iniicit; ſed vbi de luctatoribus ſcilicet: vnctam ideò palem nominans, ſic ferè de Tydeo,

*Ille quidem & diſco bonus, & contendere curſu,*
*Nec cæſtu bellare minor ſed corde labores*
*Ante alios erat vncta pales,*

[a] cap. 14. col. 18. in fine poſt Chryſoſtom. in homil. cùm de expulſione ipſius ageretur ad finem in col. 839. iſta me in agonibus meis velut vnguenta quædam corroborant, & fortiorem me agonib. reddunt.

[b] de breuitate vitæ cap. 12.

[c] epiſt. 101. de opt. gen. interpretat.

[d] attamẽ in vrbe Romæ feſtis Lyceis ſiue Lupercalibus inunctos Lupercos ex ipſa nobilitate iuuenes vrbe media decurriſſe, Plutarchus memorat in Antonio, fol. 1686. Stephanici libri ſic admodũ ſcribẽs, διαθέουσι δὲ τῶν εὐγενῶν νέοι πολλοί, καὶ τῶν ἀρχόντων ἀληλιμμένοι λίπα σκύτεσι λασίοις καθικνούμενοι μετὰ παιδιᾶς τῶν ἐντυγχανόντων.

[e] lib. 2. Sympoſ. problem. quæſt. 4.

[f] epiſt. 88. cuius initium, de liberalibus.

[g] lib. 6. Thebaid.

 (vbi

(vbi Pale malim; vt Dea palæſtræ intelligatur, quam ipſam Philoſtratus iconibus palæſtram Mercurij filiam vocat: nam Pales ruſticum ab illa diuerſum numē à veteribus habitum.)

*Sic otia martis*
*Degere, & armigeras laxare aſſueuerat iras*
*Ingentes contra ille viros, &c.* quæ lib. 1. attuli, & ſtatim
*Ergo vbi luctandi iuuenes animoſa citauit*
*Gloria terrificos humeris Aetolus amictis*
*Exuitur, patriamq́; ſuam.* & poſteà de vnctione:
*Luxuriant artus effuſaq́; ſanguine laxo*
*Membra natant.---* & ſtatim:
*Poſtquam oleo gauiſa cutis, petit æquor vterque*
*Procurſu medium, atque hauſta veſtitur arena,*
*Tunc madidos artus, alterno puluere ſiccant,*
*Colláque demerſere humeris & bracchia late*
*Curua tenent---*

Quamobrem eo quem antè citaui B. Chryſoſtomi loco, iſtud περὶ τοῦ ἱματίου ἐλαίῳ διαβρόχου, non ad pugiles τῶν πυκτευόντων vocabulo demonſtratos; ſed ad luctatores & pancratiaſtas, τῶν ἀθλούντων nomine generali eo loci deſignatos, referendū cenſeo: Herculē adeò cum Antæo luctaturū Lucanus [a] Olympiaci more certaminis oleo ſe perfudiſſe dixit his verſibus,

[a] *lib. 4. de bello ciuili.*

*Ille Cleonæi proiecit terga Leonis,*
*Antæus Lybici: perfudit membra liquore*
*Hoſpes olympiacæ ſeruato more palæſtræ*
*Ille parum fidens pedibus contingere matrem*
*Auxilium membris calidas infudit arenas.*

Etenim liquoris nomine poëta Ceroma iſtud, ſiue oleum intellexit; de quo tum iſto iam capite affatim, tum verò ſuperioris libri quodam loco actum [b] eſt. Itaque pugilum nomine pammachos ſiue pancratiaſtas, itemq́; luctatores porrecta latius ſignificatione nominis per quandam catachreſin apud Madaurenſem Apuleium lib. Mileſiarum fabula. 9. [c] (quod minimè tamen ibi philologus Beroaldus animaduertit) vbi de ſeruis ſtigmatiis inter cætera; malè luminati (ait) & in modum pugilum qui puluiſculo perſperſi dimicant, farinulento cinere ſordidè candidati. Nec enim eſſe nouum vt pyctarum pugilúmve, itemq́; palæſtrôn vocabula promiſcuè ab auctoribus

[b] *lib. 1. cap. 14. & hoc ipſo lib. cap. 2. ſub initiū ad margin. & c. 22.*

[c] *lib. 9. de Aſino aureo.*



ribus claſsicis vſurpentur; ex iis apparet, quæ libri ſuperioris vndecimo ſermone protulimus. In arena tamen & puluere quamuis non in pelo ſiue luto, (ſicuti luctatores & pancratiaſtas) eam [a] dimicaſſe pugiles iſtud argumento eſt maximo, quod Heliodorus de illo Æthiope agens, quem Meroëbus Hydaſpidi Æthiopum Regi & patruo gratulatus ob victoriam dono dederat: ipſum dicit πολέμων μὲν καὶ αἱμάτων ἀθλητὴν ἀνανταγώνιστον, πάλην δὲ καὶ πυγμὴν τὴν ἐν κόνει καὶ σταδίοις ἀνυπόστατον: apertiùs autem hoc Luciani [b] comprobat: quod aptè cum illis Plutarchi verbis cōnectitur. τῶν γυμνασμάτων δὲ τούτων τὸ μὲν ἐν τῷ πηλῷ ἐκείνῳ πάλη καλεῖται οἱ δ' ἐν τῇ κόνει παλαίουσι καὶ αὐτοί. Et ſimiliter curſores in ſtadio arena multa iniecta oppleto, vbi nulla firmitate figi, aut ſuſtentari planta poſſet, cedētibus ſubinde ad ſingulos paſſus pedibus, exerceri ac decertare ſolitos, καὶ ὁ δρόμος ὁ πρὸς στερρὸν (ait) ἀντίτυπον ἀλλὰ καὶ ἐν ψάμμῳ βαθείᾳ, ἔνθα οὔτε βεβαίως ἀπερεῖσαι τὴν βάσιν, οὔτε ἐπιστηρίξαι ῥᾴδιον ὑποσυρομένου πρὸς τὸ ὑπεῖκον τοῦ ποδός.

[a] *vide ſi quæ in hanc rem ſcripſimus libri ſuperioris cap. 12. ſub initium.*

[b] *Anacharſi.*

Cæterùm eo Tertulliani loco, [c] de quo monebamus modò, hæc ferè verba ſunt de ſcammate, martyres, tanquā athletas validos, ac fortes alloquentis: Itaq; Epiſtates veſter Chriſtus Ieſus qui vos ſpiritu vnxit, & ad hoc ſcamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione ſeponere. Quæ verba ideo etiam adſcribenda duxi, vt Iuſtini martyris, atque Auguſtini ſententiam ad Chriſti nomen ipſúmque eius etymon intuentium (nolo enim quod de aliis ſolet, alludentium dicere) aſſererem, de qua in vtramque partem à nobis nuper in Dodecameno [d] diſputatum fuit, tanquam ab eo quod nos vngat, non modò quod ipſe ait vnctus, ita Deum Dominumq́; noſtrum Ieſum fuiſſe appellatum, ipſe quoque Tertullianus exiſtimauerit: quod & ipſum epitheton Epiſtatæ, ab eodem auctore illi tributum arguit. Epiſtatam enim aut eundem cum Xyſtarcha, ſiue Gymnaſiarcha [e] quem Lydus Plautinus [f] gymnaſij prefectum nominat, aut ab ipſo in palæſtra quidem ſiue gymnaſio, in ſtadio autem ab agonotheta ſiue athlotheta tam auctoritate quàm munere proximum fuiſſe mihi perſuadeo: illum fortaſſe quem ἐπιστάτην τοῦ παλαίσματος luctaminis aut luctæ præfectū, à Galeno [g] ab Hippocrate παλαιστροφύλακα cuſtodem

[c] *ex lib. ad Martyres.*

[d] *in lib. de Dei nomine cap. 1. & appendice in ipſum quæ in Satyra ad lectorem ibi exhibetur Lutetiæ impreſſo anno 1588 & Lugduni anno 92.*

[e] *de his actū eſt lib. ſuperiore déque ipſorum inſignibus.*

[f] *Bacchidibus.*

[g] *ad Thraſybulum in lib. πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν. fol. 299. lib. 3. vbi προσέχει δ' ἐνταῦθα τὸν νοῦν χρὴ μήπη λάθῃ μὲν τὸν αὐτὸν ἀποδείξαντες τοῦ γυμναστικοῦ τὴν ἐπιστάτην τοῦ παλαίσματος.*

dem palæſtræ nuncupatum diligentiſsimus artis gymnaſticæ reſtitutor Mercurialis [a] memorat, quem etiam à Quinctiliano [b] palæſtricum magiſtrum alicubi appellatum reperio, his ferè verbis; ſic diſcernet hæc diſcendi magiſter quomodo palæſtricus ille curſorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliúdve quid ex iis, quæ ſunt ſacrorum certaminum. Poſsis & illum, quem gymnaſtam [c] veteres nominabant, à Tertulliano Epiſtatæ vocabulo deſignatum interpretari: qui exercere athletas à Plinio dictus, quo loco [d] de Silamone fictore ſiue ſtatuario, Epiſtaten exercentem athletas feciſſe dicitur: qui & Aleipta, vnctorum, ſcilicet magiſter vocabatur [e], quos omnes poëticè nec ineleganter *τέκτονας ἀθλητᾶισιν ἔμμεν* cum Pindaro [f] eadem verbi tranſlatione pronunciaueris, qua ædificando robori vacare athletas, ipſorumq; gymnaſtas dici proximo libro ſub initium [g] docebimus: gymnaſtas inquam eoſdémque aliptas, qui non exercitatione tantum atque vnctione ſed & ciborum & cætera omni victús ne an ſaginæ ratione ad molem corporis amplificandam idonea curarent ſuæ fidei creditos athletas, ipſorúmque valetudinem athleticam ſuo quodam more; ſi non vt veri ac germani medici, certe vt horum imitatores Iatraliptæ, firmarent diligenter atque conſtituerent. Quamobrem Epictetus athletam compellans apud Arrianum [h] *δεῖ σε εὐτακτεῖν* (ait) *ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἷον ὅτ᾽ ἔτυχεν ἁπλῶς, ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτόν, τῷ ἐπιστάτῃ*: hoc enim (opinor) ſentit, non alios fuiſſe quam Epiſtatatas ipſos athletis medicos, hoc eſt Iatraliptas: cuius nominis & apud Celſum lib. 1. cap. 1. & apud vtrumq; Plinium crebra mentio. Nam de aliptis (ne cui fortaſſe mirum quod modò dixi videatur) hoc ipſum Ariſtotelis [i] auctoritate comprobare poſſum: qua id etiam oſtenditur non eandem circa veteranos & nouitios ſaginā ab aliptis vſurpatam,

[a] *cap. 12. lib. 2.*
[b] *cap. 8. lib. 2. Orat. inſtit.*
[c] *huius idē penè munus quod pædotribæ fuiſſe colligas è Platonis Alcibiade 1. fol. 107. vbi Socrates, εἰ οὖν βουλεύοιντο Ἀθηναῖοι τίσι χρὴ προσπαλαίειν καὶ τίσιν ἀκροχειρίζεσθαι καὶ τίνα τρόπον, σὺ ἄμεινον ἂν συμβουλεύοις, ἢ ὁ παιδοτρίβης; ἀλλ᾽ ὁ παιδοτρίβης δήπου, &c. quæ ſequuntur. Alterū ab altero diſtinguit Galenus lib. 2. ὑγιεινῶν. fol. 243. ſic ferè, ὁ παιδοτρίβης (ait) ἁπασῶν μὲν τῶν κατὰ παλαίστραν ἐνεργειῶν ἐπιστήμων ἐστίν. ὅτι δὲ ἑκάστη πέφυκε δρᾶν ἀγνοεῖ, &c. ἀλλ᾽ ὁ γυμναστικὸς ἀφ᾽ ὧν εἶπον ὀλίγον ἔμπροσθεν ὁρμώμενος εἰ καὶ νῦν πρῶτον εἴη θεώμενος ἥν τινα οὖν ἐνέργειαν οὐκ ἀγνοήσει τὴν δύναμιν αὐτῆς, & qui ſit gymnaſta eundem ἢ ὑγιεινὸν ἢ ἰατρὸν vocari poſſe ait eodem lib. fol. 240. de illo agens videlicet cuius nulla ſit athletarū (vt arbitror) ſed valetudini dumtaxat ſuæ ſtudentium cura. Vide ſis quæ ſcribo inferiùs aliquanto pòſt in cap. proximè ſequenti, præter quæ de gymnaſta Epiſtata pædotriba cæteris cap. 23. lib. 2. delibaui.* [d] *lib. 34. natural. hiſtor. cap. 8.* [e] *ad Ariſt. in lib. 2. Ethicorum cap. 6. Cic. ad Lentulum. Clemens Alexandr. in 6. ſtroma. Celſo lib. 2. cap. 1. quos à Mercuriali laudatos ſcio, quibus adde Pindarum Olymp. Ode 8. quæ Alcimedonti & Timoſtheni fratribus Luctatorib. & Meleſſæ ἀλείπτῃ, hoc eſt auctori eorumq; præceptori ſiue pædotribæ inſcripta eſt.* [f] *Nemeonicarum Ode 6. Epod. 3.* [g] *cap. 3. lib. 3.* [h] *lib. 3. diſſertat. Epicteti c. 15. ὅτι δεῖ περιεσκεμμένως ἔρχεσθαι πρὸς ἕκαστα, quem locum non ſatis expendiſſe videtur clariſſ. Lipſius cap. 14. lib. 1. Saturn.* [i] *lib. 2. Ethicor. ad Nicomac. cap. 6.*



vſurpatam, ſed in his parciorem in illis longè vberiorem atq; prolixiorem, *οὐ γὰρ εἰ τῷ δέκα μνᾶς φαγεῖν πολὺ* (ait) *δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξειεν, ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ, ἢ ὀλίγον. Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων πολύ, ὁμοίως ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης.* Illud itidem alterū de aleiptis curam athletarum vitæ habentibus, eo inſuper ex loco Plutarchi quem lib. 3. ad extremum cap. 4. proferemus manifeſtum fiet. Atq; hoc nimirum de Chriſto inde appellato quoniam, nos vnxerit, quod à Tertulliano dicebam modò, apud eundem ipſum quæ ſequuntur, ſuadent iſta, qui vos ſpiritu vnxit; niſi ſic accipias, pro vngi fecit, aut iuſsit, ea loquendi ratione de qua tum ſecundi Semeſtrium libri ſermone vigeſimo tertio tum etiam tertij capite vigeſimo quarto affatim actum eſt: ſed in ea ſum adhuc opinione, vt priorē quæ ſimplicior eſt ſignificationem amplecti debeamus; vt Deus Dei filius, & verbum patris Chriſtus, ita nos optimus Epiſtata Chriſtianos omnes, quemadmodum aſcetam ſiue athletam illum Iacobum ad certamen excitans inſtituénſque optimus Pædagogus idem, ſiue pædotriba, & verò etiam aleipta verus vnxerit: qui etiam cum ipſo colluctans docendi ac exercendi gratia fuerit, quod illis quoque in more eſt quemadmodum ipſe itidem (qui vel vnus inſtar omnium, animo quidem meo) Dionyſius Areopagita [a] de conſecratis in illuminatione ſeu baptiſmo diſſerens docuit; vbi vnctionem initiatorum baptiſmo Chriſtianorum cum athletarum ethnicorum vnctione comparatam athleticis omnibus vocabulis vſurpatis quæ ſuperiùs expreſsi, eleganter ob oculos proponit: *ἐμμελῶς δὲ ταῖς τοῦ σοφοῦ* (ait in cæteris, quæ videnda moneo) *νομοθεσίαις, καὶ κατ᾽ αὐτὰς ἀπαραβάτως ἀγωνίζεται πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐπάθλων ἐλπίδα βεβαίως ἔχων ὑπ᾽ ἀγαθῷ τῷ ἀθλοθεσίας κυρίῳ καὶ ἡγεμόνι ταττόμενος. ἐπιβὰς δὲ τοῖς θείοις ἴχνεσι τοῦ ἀθλητῶν πρώτου δι᾽ ἀγαθότητα ταῖς θεομιμήτοις ἀθλήσεσι, τὰς πρὸς θέωσιν ἐναντίας αὐτῷ καταπαλαίσας ἐνεργείας τε καὶ ὑπάρξεις, συναποθνήσκει Χριστῷ μυστικῶς εἰπεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ κατὰ τὸ βάπτισμα*: vbi Pachymerius paraphraſtes eruditiſsimè, *διὰ μέσου δὲ* (ait) *ἐπεὶ ἀθλοθέτην ἐκάλεσε τὸν κύριον*

[a] *Eccleſiaſt. hierarch. cap. 2. περὶ τῶν ἐν τῷ φωτίσματι, τελουμένων, in theoria eius miſterij, fol. 126. & 127. in verſ. ὅρα δὲ vbi & hoc οἱ δὲ ἱερεῖς ὑπ᾽ αὐτῷ τελοῦσι τὴν τῆς χρίσεως ἱερουργίαν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἐν τύπῳ τῶν τελουμένων ἀγῶνας ἐγκαλούμενοι. καθ᾽ οὓς ὑπ᾽ ἀθλοθέτῃ Χριστῷ γινόμενος, ἐπειδὴ ὡς θεὸς ἐστὶ τῆς ἀθλοθεσίας δημιουργὸς ὡς σοφὸς δὲ τοὺς νόμους αὐτῆς τέθεικεν. εἴργασται δὲ ὡς καλὸς εὐπρεπῆ τοῖς νικῶσι τὰ ἔπαθλα. & quæ ſequūtur quæ ab ipſo Pachymerio paraphraſte videas ibid. explicata fuſiùs in fo. 132. Ad ſacramentum confirmationis hoc apud Euſebiū pertinet Eccleſ. hiſt. lib. 3. ca. 24. quod à verbis B. Clementis hiſtoriam de D. Ioan. Euāgeliſta, & iuuene quodam enarrātis protulit, fo. 23. vbi ὁ δὲ πρεσβύτερος ἀναλαβὼν οἴκαδε τὸν παραδοθέντα νεανίσκον ἔτρεφε συνεῖχεν ἔθαλπε τὸ τελευταῖον ἐφώτισε (de baptiſmo accipiendum puto) καὶ μετὰ τοῦτο ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας καὶ παραφυλακῆς ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ κυρίου. Nam quin τὴν σφραγῖδα de ſigno Domini, hoc eſt de ſacramento confirmationis accipi debeat, equidem dubitari meritò non poſſe arbitror.*

τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ θεὸν δηλοῖ πῶς μὲν ἀθλοθέτης, πῶς δὲ νομοθέτης, πῶς στεφοδότης καλῶν καὶ ἀφθάρτων στεφάνων. πῶς δὲ καὶ συναγωνιστὴς οἱονεὶ ἀλείπτης ἐστίν. quo nihil potuit magis perſpicuè ad eam rem quam volumus dici. De Chriſtianis quidem velut athletis in ipſo ſtatim baptiſmo inunctis ad certamen ſubeundum aduerſus ſeculum ita D. Ambroſius alicubi [a] loquitur: Venimus ad fontem (ait) vnctus es quaſi athleta Chriſti, quaſi luctamen huius ſeculi luctaturus, profeſſus es luctaminis tui certamina. Sed & Proſper Aquitanicus in D. Auguſtini ſententiis [b] Chriſma ſymbolum eſt nos eſſe luctatores contra Diabolum, & Diuus ipſe ac martyr Cyprianus in de vnctione Chriſmatis [c]. Hoc oleo vncti cum ſpiritalibus nequitiis colluctamur. Chryſoſtomus [d] denique, Inungitur baptizandus (inquit) more athletarum qui ſtadium iam ingreſſuri ſunt, ἀποδύεται νῦν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον καὶ πρὶν ἢ ἐπιβῶναι οὕτως εὐκόλως ἀποδύεται ὥσπερ τὰ ἱμάτια, ἀλείφεται ὥσπερ οἱ ἀθληταὶ εἰς στάδιον ἐμβησόμενοι: & ſtatim, οὐ γὰρ διδαχθησόμενος ἔρχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθλήσων καὶ γυμνασθησόμενος. Quamobrem λόγον fuiſſe, hoc eſt verbum Dei filium, qui ſub hominis ſpecie, ſub qua etiam manifeſtè (ſicuti Pſaltes eximius [e] cecinit) venturus erat vt cum hominibus verſaretur, ipſóſque ad decertandum cum Diabolo inſtrueret: fuiſſe inquam Dominũ Ieſum magnum illum Dei angelum, qui cum Iacobo luctatus eſt, (quemadmodum Geneſeos ſecundo, & triceſimo capite traditur) veteres omnes cum Iudæo Philone [f] cenſuerunt; in his Ioannes Caſſianus de incarnat. Domini [g], Theodoretus quæſtio. 91. in Geneſim, & Alexandrinus Clemens [h], quo loco ὑπελείφθη δέ φησιν Ἰακὼβ μόνος καὶ ἐπάλαιεν μετ' αὐτοῦ ἄνθρωπος ὁ παιδαγωγὸς μέχρι πρωΐ, οὗτος ἦν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἄγων, καὶ φέρων ὁ συγγυμναζόμενος, καὶ ἀλείφων μετὰ τοῦ πονηροῦ τὸν ἀσκητὴν Ἰακὼβ ὅτι δὲ ὁ λόγος ἦν ὁ ἀλείπτης ἅμα τῷ Ἰακὼβ καὶ παιδαγωγὸς τῆς ἀνθρωπότητος ἠρώτησε φησὶν αὐτόν. & poſtea τὸ μὲν οὖν πρότερον τῷ πρεσβυτέρῳ λαῷ πρεσβυτέρα διαθήκη ἦν καὶ νόμος ἐπαιδαγώγει τὸν λαὸν μετὰ φόβου καὶ λόγος ἄγγελος ἦν, καινῷ δὲ καὶ νέῳ λαῷ καινή, καὶ νέα διαθήκη δεδώρηται, καὶ ὁ λόγος γεγέννηται, καὶ ὁ φόβος εἰς ἀγάπην

[a] *lib. 1. de ſacramen. cap. 2. citatur hic & ſuperior ille Dionyſij locus à Fran. Turriano lib. 2. pro epiſt. Pontif. cap. 17.*
[b] *num. 342.*
[c] *fol. 476. editionis à Pamelio ſecundæ.*
[d] *Homil. 6. in cap. 2. Epiſt. D. Pauli ad Coloſſ. fol. 65. pag 2. græç.*
[e] *Pſal. 49.*
[f] περὶ τῶν μετονομας.
[g] *lib. 7. cap. 9.*
[h] *lib. 1. pædago. cap. 7. hanc hiſtoriã præclaris proſecutus verſibus hiſce Aurel. Prudentius* καθημερινῶν *hymno 2. fol. 44. edit. Antuerp.*

*Sub nocte Iacob cærula*
*Luctator audax angeli*
*Eo vſque dũ lux ſurgeret*
*Sudauit impar prælium*
*Sed cum iubar claresceret*
*Lapſante claudus poplite*
*Femurq́ victus debile*
*Culpæ vigorem perdidit*
*Nutabat inguen ſaucium*
*Quæ corporis pars vilior*
*Longeq́ ſub cordis loco*
*Diram fouet libidinem*
*Si fortè non cedat Deo*
*Intemperans membrum cui*
*Hæ nos docent imagines*
*Vires rebelles perdere*
*Luctando claudum & tabidum*
*Hominem tenebris obſitum*
*Erit tamen beatior*
*Dies oborta venerit.*



ἀγάπην μετατέτραπται, καὶ ὁ μυστικὸς ἐκεῖνος ἄγγελος Ἰησοῦς τίκτεται. Igitur in Sirmienſi ſynodo [a] cuius Socrates lib. 5. hiſtoriæ ab Epiphanio tripartitæ meminit definitũ legitur, ſic ferè, ſiquis contra Iacob non filium, tanquam hominem luctatum eſſe, ſed ingenitum Deum, aut patrem eius dixerit, anathema ſit. Et quòd aſcetam Iacob vnxerit pædagogus ſiue pædotriba, qui & aleipta; quem & ſupplantare docuerit, his verbis expreſſit Clemens: ὅρα πῶς μὲν ἕπεται τῷ δικαίῳ ὁ παιδαγωγὸς ὅπως δὲ καὶ ἀλείφῃ τὸν ἀσκητὴν πτερνίζειν διδάσκων τὸν ἀνταγωνιστήν. Qua de re agens Philo ille Iudæus alicubi [b]: ἀφ' οὗ πάλιν (Iſaacum intelligit) αἱ διὰ πόνων ἀρεταὶ κατασκευάζονται, ὧν ἀθλητής ἐστιν ὁ τὴν πρὸς πάθη πάλην γεγυμνασμένος Ἰακὼβ ἀγγέλῳ ἀλείπτῃ λόγῳ χρώμενος: Sic enim omnino ibi legendum (cùm vnius tantùm angeli, eo Geneſeos ad extremum capite quod ante dixi, quódque in mente tum Philo habuit, non plurium fiat mentio) equidem arbitror atque affirmare non dubito; vbi liber Lutetiæ à Clariſs. Turnebo editus anno 51. & ad Regium exemplar comparatus præfert ἀγγέλοις ἀλείπταις λόγοις: & ſi alìbi τρόποις εὐφυέσι καὶ φιλοθεάμασι ἀλείπταις χρησάμενον τὸ μηδὲν ἐλλείπειν τῶν πρὸς ἄσκησιν: & τὸ ἑπόμενον θεῷ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον συνοδοιπόροις χρῆσθαι τοῖς αὐτοῦ λόγοις οὓς ὀνομάζειν ἔθος ἀγγέλους, alibi [c] dixerit: meámque iſtam caſtigationem illorum quæ à Clemente modò attuli, verborum collatione ſatis firmatam atq; cõſtabilitam ſentio, adhibita potiſsimùm Philonis ipſius auctoritate alio quodã loco [d], vbi, τὸ δὲ Ἰακὼβ [μετωνόμασεν] ἄγγελος ὑπηρέτης τοῦ θεοῦ λόγος ἵν' ὁμολογηθῇ μηδὲν εἶναι τῶν μετὰ τὸ ὄν. Nam ab angelo miniſtro Dei verbo immutatum Iacobo nomen ait poſt illam colluctationem ſcilicet cum ipſo habitam atque ſupplantationem, per quam aduerſus ſpirituales quáſq; animi paſsiones athletam vnxit, imbuit præceptis ad certamen hortatus preparauit optimus epiſtata, & exercuit εὐφυῶν τρόπον ἀλειπτῶν ἰσχὺν καὶ δύναμιν, καὶ τρόπον ἀκαταγώνιστον vt idem Philo alibi [e] loquitur. Nec aliter B. Paulum athletã Chriſti doctum ab illo vnctum de illo, crucifixum cum illo, glorioſum in illo in theatrum huius mundi, cui ſpectaculum factus eſt & angelis & hominibus legitimè magno agone certantem & palmam ſupernæ vocationis in anteriora ſectantem B. Auguſtinus in lib. 14. de ciuitate [f] ſcripſit. Exẽplo & imitatione

[a] *artic. 14.*
[b] *in lib.* περὶ τοῦ ἐξένηψε νῶε *ad finem.*
[c] περὶ ἀποικίας, *fol. 282. & 283.*
[d] *in d. libello* περὶ τῶν μετονομαζομένων, *fol. 27. li. per Vuechel. editi Francof. ann. 87. vide & fol. 5. ex quo verba inferius proponam.*
[e] περὶ τῶν ὀνείρων, *fol. 391.*
[f] *cap. 9.*

Chriſti iuxta præceptum ſancti ſpiritus quod epiſtola D. Iacobi continetur, presbyteri iubentur ægrotos oleo inungere in nomine Domini laboraturos videlicet in hoc ſtadio & colluctaturos aduerſus morbi grauitatem peccatorum onus exq; eo deſperationem ſalutis, aliáſque verſutas inſidiatoris cacodæmonis tentationes, quæ multò maximæ ſtruũtur cùm impendêre nobis exitum vitæ perſpicit (vt eſt in cõcilio Tridentino [a]) atque adeò in ipſo moriendi articulo. Igitur vt ad refocillãdum agoniſtarum corpus cùm ſui roboris eſſent periculum facturi, aut etiam poſt certamen (apotherapeiæ gratia nimirum) adhibebatur ab aleiptis Epiſtatæ iuſſu oleum in gymnaſio, quemadmodum à Chryſoſtomo & Caſsiano ſuperiùs monui: ſic non directè quidem & principaliter ad corporis ſanitatem ægrotis reſtituendam oratione inſuper adhibita (vt falſo nonnulli ex neotericis gnoſticis putant.) Verùm hac ſcilicet fini, quando ſacramenta per ſe ad animam pertinent, ad corpus per accidens aut certè ſecundariò [b]; ad dandos ægroto ſcilicet mortis agonem ſubituro animos, & ſeruandam quæ à peccatis liberaretur animam, id ſacramentum adhibitum, quod ſignis illis ſiue ſymbolis conſtaret, in palæſtra & gymnaſio vſurpatis; non minus quàm τὸ ἐγείρειν, quod alteri τῷ καταβάλλειν (de quo ad luctam pertinente vocabulo lib. 1. cap. 11. actum eſt) propriè reſpõdet: aut quàm τὸ κάμνειν, de quo verbo eiuſdem libri cap. 8. diſputauimus; quæ itidem iſto D. Iacobi [c] loco poſita vocabula: ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου: & poſteà [d], καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς ἀφεθήσεται αὐτῷ.

Enimuero vt mittam, quod in eodem Tridentini concilij loco [e] per vnctionem aptiſsimè ſpiritus ſancti gratiam repræſentari, qua inuiſibiliter anima ægrotãtis inungitur; & poſteà ægroti animam eo ſacramento confirmari, fiduciáque diuinæ miſericordiæ in ipſo excitata ſubleuatum infirmum, morbi incommoda ac labores leuiùs ferre, & tentationibus dæmonis calcaneo inſidiantis faciliùs reſiſtere, peccati reliquias abſtergi, & ſanitatem corporis interdum: vbi ſaluti animæ expedierit eum conſequi, ſcriptum legimus. Adorationem quidem

[a] ca. de ſacram. extremæ vnctio. ſeſſ. 14.
[b] vide Bellarminum tom. 2. controuerſia. lib. vnico de ſacram. extrem. cap. 2. & 3. vbi promiſſionẽ Iacobi ad animã præcipuè & abſolutè referandã eſſe cõprobat, & quãuis inungantur ægroti vt ſanentur ſi id expedit æternæ ſaluti, tamen rectè dici extremã reſpectu vnctionum quæ in aliis ſacramentis percipiũtur ſpecialem verò eſſe miſericordiã quæ exhibetur ægrotis qui iam non poſſunt agere pœnitentiam docet ca. 9. vide & in Concil. Florent. in inſtructio. Armen. vbi definit effectum ſacramenti eſſe animæ ſanationem. De extrema iſta vnctione vide ſis in cap. Caroli magni. lib. 1. ca. 162. fol. 34. pag. 2. itẽ lib. 6. cap. 186. fo. 204. pag. 2. lib. 7. cap. 103. fol. 269. & add. 3. ad lib. 7. cap. 39. fo. 377. & 378.
[c] cap. vlti. verſ. 14. epiſt. cathol.
[d] verſu 15.
[e] capit. 1. & 2. ſeſſio. 14.



dem pro aliquo de ſalute animæ periclitante ad Deum effuſam, metaphoricè ſpiritualem olei palæſtrici perfuſionem D. Ioan. Chryſoſto. retulit, ad Theodorum monachum [a] ſcribens, ſic ferè: multos namque, ac magnos habes diuini muneris gratia viros qui nobiſcum dolent, qui te palæſtræ oleo ſpirituali ſæpe perfundunt, qui pro animæ tuæ diebus ac noctibus ſalute formidant. Et verò per iſtius modi ſacramentalem inunctionem exemplo & ſimilitudine quadam vnctionis athleticæ introductam boni patres illi qui concil. Colon. ſub annum 1536. celebrato interfuerunt non obſcurè ſignificant: vbi de iſto ſacramento vnctionis infirmorũm hoc inter cætera ſcriptis prodidere [b]; cogitare itaq; debet presbyter ſe non ſuam ſed Apoſtoli, Chriſti atq; adeò Eccleſiæ perſonam gerere, atque hoc agere vt ægrotus perinde atque athleta inunctus, ac velut in extrema lucta conſtitutus omnibus ſathanicis tẽtationibus (quas tum potiſsimum diabolus cateruatim ſolet ingerere) fortiter reſiſtat, &c. ac ad omnem tentationis impetum conſtanti animo dicat, Chriſti membrũ ſum, Chriſti athleta ſum in cuius ſignum oleo etiam externo ſecundum Apoſtoli traditionem inunctus ſum, &c. Poteſt etiam videri aſpexiſſe D. Iacobus ad illam ἀποθεραπείαν, de qua cap. 10. & 15. lib. 3. Agoniſt. latius diſſeremus. Nam (vt eſt apud B. Ambroſium [c] olei naturam audiuimus quæ habilis eſt ad renouandos artus feſſorum: & luminis gratiam præſtat; quod à Theophylacto [d] deſumptum ſcias vbi poſt relata B. Iacobi verba de vnctione adiicit, ἔστιν οὖν τὸ ἔλαιον καὶ πρὸς κόπους ὠφέλιμον καὶ φωτὸς αἴτιον καὶ ἱλαρότητος πρόξενον καὶ σημαίνει τὸ ἔλεος καὶ τοῦ θεοῦ καὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος δι' ἧς καὶ κόπων ἀπαλλαττόμεθα καὶ φῶς καὶ χαρὰν καὶ ἱλαρότητα πνευματικὴν δεχόμεθα, & longè apertius quod vtriuſq; in baptiſmo & conſummatione ſeu obitu Chriſtianorũ vnctionis ſimilitudinem ac veluti aliquem typum fuiſſe athletarum vtramque (antè atq; poſt certamen ſcilicet) vnctionem, Apoſtolorũ diſcipulus eruditiſsimus Dionyſius Areopagita [e] his verbis docet, μέμνησο γὰρ ὅτι κατὰ τὴν ἱερὰν θεογενεσίαν περὶ τοῦ θειοτάτου βαπτίσματος, πρώτη μέθεξις ἱεροῦ συμβόλου δωρεῖται τῷ τελουμένῳ, μετὰ τὴν ὁλικὴν τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀπαμφίασιν, τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον, ἐν τέλει γὰρ νῦν ἁπάντων ἐπὶ τῷ κεκοιμημένῳ τὸ ἔλαιον ἐπιχέεται καὶ τότε μὲν, ἡ τοῦ



[a] Paræn. 2. epiſt. 6. col. 912.
[b] fol. 195. Pari. editio. ann. 1545. & ſimiliter Petrus de Sotto Dominicanus tractatu de inſtitut. ſacerdot. vbi de ſacramento extremæ vnctionis, fol. 243. Quare perſuadendũ eſt infirmis cùm illud traditur vt conſiderẽt ſe tanquã athletas veros Chriſti ad vltimum certamẽ inũctos eſſe multo magis interi' abundantia gratiæ illius quam exteriùs oleo illo, &c. Vide ſis & Catecheſeôn Matthæi Galeni centeſimam & octuageſimã ad finem, & 181.
[c] in epiſt. 1. Paul. ad Corinth. citato in hãc rem ab Amalario Fortunato lib. 1. de eccleſiaſt. off. cap. 2. fol. 137.
[d] in Marcũ cap. 6. fol. 155.
[e] eccleſ. hierar. capit. 7. περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων in theoria. f. 231.

ἐλαίου χρίσις ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἐκάλει τὸν τελούμενον· νῦν δὲ τὸ ἐπιχεόμενον ἔλαιον ἐμφαίνει, κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἀθλήσαντα καὶ τελειωθέντα τὸν κεκοιμημένον, quæ verba explicans Pachymerius in paraphraſi ad eum locum, apertiſsimè iſtud ipſum oſtendit ſic ferè; μετὰ ταῦτα ἐπιχεῖ τὸ ἔλαιον ὁ ἱεράρχης τῷ κειμένῳ. ἐλέγομεν δὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ φωτίσματος λόγοις ὡς τῷ ἐλαίῳ πρώτως ἐχρίετο ὁ τελούμενος μεθ' ὃ τὴν ἐσθῆτα ἀπεγυμνοῦτο ἐνταῦθα ἐν τῷ τέλει καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότως, ἐπειδὴ γὰρ καὶ οἱ εἰς ἀγῶνας εὐτρεπιζόμενοι χρίονται καὶ οἱ τῶν ἀγώνων παυσάμενοι καὶ τῶν ἱδρώτων ἀπολυσάμενοι χρίονται. εἰκότως καὶ ἐπὶ τούτοις ἐκεῖσε μὲν κατ' ἀρχὰς ἐχρίετο εἰς τοὺς ἀγῶνας ὑπαλειφόμενος, ἐνταῦθα δὲ ἐν τῷ τέλει πάντων, ὡς τῶν ἀγώνων ἀποπαυσάμενος. Gaudeo iſtius noſtræ ad B. Paulum interpretationis tantos habere me aſſertores; in quos, cùm ſuperiora (de quibus longè anteà in mentem venerat) exſcripſiſſem, felici quadam virgula incidi.

*Adhuc de Aleiptæ Gymnaſtæ, ac Pædotribæ officio & munere. Vtrum id promiſcuum fuerit necne, ambigitur. Præclari aliquot Pædotribæ ac Gymnaſtæ vetuſti, quorum nonnulli cotibus comparati. Cotis nomen apud Pindarum, Horatium Plutarchum. Qui athletarum præmiis caruiſſent, Gymnaſtas, ſeu Pædotribas nihilominus fuiſſe, & palæſtricam exercuiſſe. De cuius artis variis appellationibus è Galeno. Epiſtata Philoni, qui Gymnaſta, & præceptor Gymnici certaminis dictus à Seneca. Proſcholus. Cantorum ſchola, ſcholares & ſcholaſtici: explicatis præter aliorum ſententiam duobus aut etiam tribus è iure Pontificio locis. Eccleſiaſtica militia ſcholas ad ſimilitudinem & exemplum armatæ vel palatinæ comparata: vnde ſcholarum acies in choro eccleſiæ.*

## CAP. VI.

QVÆ cùm ita ſe habeant, hoc etiam cenſeo, vt aleipta ille apud veteres (ſumpto vtique largius quàm etymon ferat, vocabulo, ſicut illis nimirum, quos protuli locis: quod etſi ἀδόκιμον, καὶ οὐκ ἐν χρήσει, τοὺς δὲ μέσους κωμικοὺς εἰρηκέναι ἀλειπτρείαν Iulius Pollux [a] retulit ad Commodum ſcribens; vſurpatum tamen à Plutarcho [b], qui haud multo anteà ſub Traiano atque Adriano vixerat) vt aleipta, inquam ille idem cum pædotriba munus obierit, quem & Gymnaſtam [c] συνωνύμως vocatum reor. Nam ad pædotribam quidem quod attinet, eundem cum aleipta fuiſſe, ſcoliaſtes Ariſtophanis vetuſtus credidit; qui ad iſtud Poëtæ

[a] lib.3. Onos circa finem in col. 190. & lib.7. c.3. fol.368.

[b] ἐν ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, fol. 2251.

[c] hoc vocabulo Pauſanias vtitur in 2. Eliacôn fol.150. Baſil. initio, 2. homiliæ de ieiun. vbi gymnaſtas cum pædotribis copulat. vtitur & Clemens eo quem ſtatim proponam loco.

ἀλλ'



[a] ἀλλ' οὐ λέγεις καὶ παιδοτριβικῶς ταυτά γε, hoc nimirum adiicit explicationis ergò: ἀντὶ τοῦ ἀλειπτικῶς· παιδοτρίβαι γὰρ καλοῦνται οἱ ἀλεῖπται καὶ κηρωματισταί, tanquam honorificentius nomen pædotribarum aliptis etiam tribui ſolitum dixerit, vt monachis priorum, fratribus monachis patrum hodieq; obtinuit, quamuis ἕτερός τις ἦν ὁ δὲ τοῦ γυμναστοῦ, καὶ ὑπηρέτης αὐτοῦ καθάπερ ὁ μάγειρος τοῦ ἰατροῦ, vt Galenus ait [b]; & ſimiliter vt pædotriba gymnaſtæ quidam famulus, ita pædotribæ imperio aleipta obſequens fuit: quamobrem apud ipſum Ariſtophanē [c] cùm à choro equitum iuſſus eſſet Agoraclitus, ſiue Atlantopoles alicui ceruicem inungere his admodum verbis,

Χο. ἔχε νῦν ἄλειψον τὸν τράχηλον τουτῳί,
ἵν' ἐξολισθαίνειν δύνῃ τὰς διαβολάς.

Reſpondet iſte quod antè attuli, hoc ſenſu: rectè quidem ac pædotribicè ſibi hoc imperatum fuiſſe, ſcilicet τὰς διαβολὰς εἶπεν ἃς ἔμελλε διαβάλλειν ὁ Κλέων, hoc tamen è ſui potius animi ſententia Galenus quod dixi; & verè quidem, hoc eſt antiquariè, atque adeò Ariſtophanicè: quam ex aliorum omnium pædotribis gymnaſtæ nomen tribuētium opinione crediderim ipſum protuliſſe: qui etiam fatetur à Platone Gymnaſtices artificem pædotribam nondum trito gymnaſtæ vocabulo appellatum; quod & ex aliis eiuſdem Galeni ſcriptis [d] colligo, & verò τὸν τῶν γυμνασικῶν χωρίων ἐφεστηκότα καὶ σωμασκοῦντα, παιδοτρίβην τε καὶ γυμναστὴν dictum eodem Polluce vbi ſuprà referente didici: atque ita factum, vt vel varia officia vnus idemq; apud Græcos expleuerit exercendi, fricandi atque inungendi, aliáque huiuſmodi præcipiendi, quæ opus facto ad valetudinem conſtituendam foret: vel vti ſub varia eiuſdem miniſterij ſeu potius artificij appellatione apud plerósque non lautiſsimos neque ampliſsimæ rei ac familiæ homines, munus id obierit, quod circa Meleſiam, & Stephanum Thucydidis filios, Xanthias, & Euagorus apud Platonem; quod Pyrrhus ille apud Senecam, de quibus à me ſuperiore ſermone [e] dictum eſt: quod Pheneſtius Pædotriba, ad quem (vt ex Athenæo Deipnoſophiſtarum primo ante retulimus) [f] ibant Phæninda luſuri; quod Gymnaſta Theon (quem tantopere à Galeno laudatum, citatis etiam ipſius Gymnaſticorū primo, ac tertio reperias in ὑγιεινῶν libris [g]) quod Tryphon:

[a] equitib. f.217.

[b] lib. 2. ὑγιεινῶν, fo.241. vide quæ ſcripſi cap. ſuperiore proximo ad marginem.

[c] eodem fol.217. vbi ſcoliaſtes ad τὸ διαβολὰς, δέον εἰπεῖν τὰς λαβὰς (inquit) ὡς ἐπὶ πάλης.

[d] ad Thraſybulū πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, fol.296. lin. ſeq. & ſeq. ſub fin. in fo.300. lin.10. & ſeq.

[e] lib.1. cap.15. ad finem.

[f] lib.1. vbi de ludo pilæ ſub initium.

[g] lib.2 ὑγιειν. ſiue de ſanitate tuēda, & lib.3 fol. 251. lin.40. & ſequen. ὅτι ἀθλητὰς ἐγύμναζε. Meminit & ad fin. lib. πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, f.301. vbi etiam de Tryphone.

phon: quod deniq; Timagetus, de cuius palæſtra fit à Theocrito mētio in pharmaceutria [a]; quod circa Phylacidā Æginetam pancratiaſtē Pytheas apud Pindarum [b] ſic canentem,

αἰνέω καὶ Πυθέα ἐν γυιοδάμαις
Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι
χερσὶ δεξιὸν νόῳ ἀντίπαλον.

Nam quod in poëtis arte illa informandis fungi ſe vice cotis, qui poëta non ſit, Horatius ita ſcribit [c] ad Piſones:

*---fungar vice cotis, acutum*
*Reddere quæ ferrum valet exors ipſa ſecandi.*

Quod de ſe olim Iſocrates (vt quidem Plutarchus [d] in eius vita memorat his verbis: πρὸς τὸν ἐρόμενον διότι οὐκ ὢν αὐτὸς ἱκανὸς ἄλλους ποιεῖ εἶπεν, ὅτι καὶ αἱ ἀκόναι αὐταὶ μὲν τέμνειν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσιν) hoc ipſum eadem circa magiſtrum Palæſtricum vſus metaphora vt cotem voces; de Pythea (niſi fallor) illo Phylacidæ pancratiaſtæ pædotriba, ſiue gymnaſta intelligens hymno altero [e], qui Phylacidæ Pytheę Euthymeni auunculo inſcriptus eſt ita cecinit,

φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀθληταῖσιν ἔμμεν
Νάξιαν πέτραις ἐν ἄλλαις
χαλκοδάμαντ' ἀκόναν--

Rectè ac verè Pindarus: quando pleroſq; non optimos athletas ſed etiam infeliciter athleticis laboribus perfunctos, vt ad præmia nulla peruenire potuiſſent; illicò tamen Gymnaſtarum artem olim profeſſos fuiſſe, atq; athletas exercuiſſe Galenus [f] memorat: ὅσοι δ' ἀσκοῦνται μὲν ὡς ἐν ἄθλοις νικᾶν, ἀφυεῖς δ' ὄντες, κἀκεῖ στεφάνων μὲν ἠτύχησαν, ἐξαίφνης δ' ἂν ἐφάνησαν γυμνασταί, & poſteà de Gymnaſtica quæ circa palæſtram verſatur quam κακοτεχνίαν vocat, ὑποδυομένην μὲν τέλος χρηστοῦ τῆς εὐεξίας, ἄλλο δὲ ὅτι μᾶλλον ἐργαζομένην, ἢ εὐεξίαν, vbi dixit, hoc quoque ſubdit ἀλλὰ ὅτι τῆς μὲν τοιαύτης κακοτεχνίας οἱ δυστυχῶς ἀθλήσαντες ἐξαίφνης ἐπιστήμονες ἀναφαίνονται & poſteà de athletis, ἀλλ' ὅμως οἱ τούτων ἀτυχέστατοι, καὶ μηδεπώποτε νικήσαντες ἐξαίφνης ἑαυτοὺς ὀνομάζουσι γυμναστάς; quamquam de Pythea ſic potiùs videtur ſenſiſſe Pindarus, quod & ipſe de aliis, quorum nomina ſuperiùs percenſui: vt qui ſe in re athletica ſtrenuè geſsiſſent obſeruatis ipſius artis legibus ij cùm labores agoniſticos perferre vltrà non quirent, tum deniq; iuuenibus in palæ

[a] εἰδυλλίῳ 2. ſub initium περὶ τὴν Τιμαγήτου παλαίστραν & ſimiliter poſteà.
[b] Iſthmiis ad finem. Od. 4.
[c] in arte poëtic.
[d] in vitiis decē Rhetorū, f. 1542. lib. Stephan. qui & in apophtheg. Lacon. fo. 415. tradit non abſimiliter vrbē oſtium non delendā dictum à Laconib. quod ea eſſet palæſtra & Cos Iuuentutis.
[e] Iſthmiis Od. 5. in extremo cuius inſcriptio Φυλακίδᾳ Πυθέᾳ εὐθυμένει μάτρωι.
[f] ad Thraſybulū in lib. πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστι τὸ ὑγιεινόν. fo. 298. lin. 3. & 299. lin. 15. & ſeq. & fol. 300. lin. 30.



in palæſtra exercendis operam darent, & gymnaſticam ſiue pædotribicam profiterentur: quam pædotribicam potiùs, & catableticam, cabbalicam, & palæſtricam nominari debere, quàm gymnaſticam, infenſus Gymnaſtis medicorum munia vſurpantibus Galenus ibidem [a] tradit, ſic ferè; καὶ ἡ περὶ τὰ παλαίσματα, καλῶ μὲν δ' αὐτὴν εἰ βούλει παιδοτριβικήν, &c. deinde αὐτὸς γὰρ ἡ ἀσκεῖ τέχνη παλαισμάτων ἑτέρας αὖ τινός ἐστιν ἐπιτηδεύσεως ὑπηρέτης, ἣν μὲν ἐγὼ ὀνομάζω καταβλητικήν, & poſteà καὶ δὴ οὖν καὶ παλαιστικὴ τὸ μὲν εἰς ὑγίειαν χρηστὸν ὑγιεινοῖς, τε καὶ γυμνασταῖς παρασκευάζει, τὸ δὲ εἰς διάθεσιν ἀθλητικὴν ἐκείνῃ τῇ κακοτεχνίᾳ τῇ πολλάκις εἰρημένῃ τῇ καλούσῃ μὲν ἑαυτὴν γυμναστικήν, κάλλιον δ' ἂν ὀνομασθείη καταβλητική. καὶ γὰρ οὖν καὶ ὀνομάζουσι αὐτὴν οἱ Λάκωνες καββαλικὴν καὶ καββαλικώτερον ἑαυτῶν γέ φασιν εἶναι τὸν ἐν ταύτῃ τετραμμένον οὐκ ἰσχυρότερον: vbi quod de Laconibus circa τὸ καββαλικώτερον Galenus ait, eo apophthegmatum Laconicorum à Plutarcho relatorum vltimi loco illuſtrari poteſt; cuius verba libro primo, cùm de arte palæſtrica, ſiue gymnaſtica loquerer, ad extremum attuli. Gymnaſta igitur iuuenibus ad gymnaſium, & palæſtram confluentibus præfectus, & quidam quaſi moderator fuit, vt morum ſimul, motuumq; ac totius corporis habitus κοσμητὴς nō minus, quàm artis gymnaſticæ ſub doctor quidam ſub gymnaſiarcho ſiue Xyſtarcho haberetur: Epiſtata ille ſcilicet, quem gymnici certaminis pręceptorem vocaſſe videtur Seneca [b], quo loco, Pyrrhum, inquit, maximum præceptorem certaminis gymnici ſolitum aiunt his, quos exercebat præcipere, ne iraſcerentur, & cætera, quæ antè attuli. Angelum Domini qui cum Iacobo luctatus fuerat, eique crus in lucta fregerat iuxta ſacram Geneſeos illam [c], cuius mentio facta ſuperiùs hiſtoriam, vel potiùs ipſum Deum hominemq; Chriſtum (vt antè [d] docui) tanquam certaminis verè ſacri præſidem Philo Iudæus [e] Epiſtatam vocauit; Iacobum ipſum aſcetam hoc eſt athletam: quo loco, μετὰ γοῦν τὴν πάλην ἣν ὑπὲρ κτήσεως ἀρετῆς ὁ ἀσκητὴς ἐπάλαισε, φησὶ τῷ ἀοράτῳ ἐπιστάτῃ, ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. Talem denique auctoritatem Epiſtatæ, ſiue gymnaſtę fuiſſe in gymnaſio, talemq; curam, qualem in ſchola puerorum, iuuenumq; ad literarum ludum cōmeantium Proſcholus; videtur apud veteres habuiſſe: vt nimirum con-

[a] d. fol. 300. lin. 2. & 12. & 20.
[b] lib. 2. de ira, cap. 14.
[c] cap. 32.
[d] ſuperiore proximo cap.
[e] περὶ τῶν μετονομαζομένων, fol. 5.

Hh. cinnè

cinnè ad magiſtrum accederent, & togam componerent, vt in omni geſtu, inceſſu, veſtitu modeſti moderati eſſent, atq; (vt græco verbo vtar) εὐσχήμονες, eóque pertinet quod apud Ariſtophanem Nubibus ita ſcriptum ſex hiſce verſibus *,

Ἐν παιδοτρίβου δὲ καθίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι
Τοὺς παῖδας, ὅπως τοῖς ἔξωθεν μηδὲν δείξειαν ἀπηνές.
Εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισταμένους συμψῆσαι καὶ προνοῆσαι
Εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν γε.
Ἠλείψατο δ' ἂν τοὐμφαλοῦ οὐδεὶς παῖς ὑπένερθε τότ' ἂν ὥστε
Τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς ὥσπερ μήλοισιν ἐπήνθει.

Et reliqua. In ſuperioribus autem, quod de Proſcholo dixi, hoc Ioſephum Scaligerum quoque in Auſonianis lectionibus [a] tradere comperi: criticum huius æui noſtratem, præ cæteris linguarum omnium gnarum & apprimè intelligentem; ei vt in hoc certè literarum genere nemo, qui cor, aut os habeat compararier auſit. Equidem hac re tantùm ab eius opinione diſceſſerim, quod non æquè puerorum ſubdoctorem, vt Iuuenum putat eum, quem vtrique proſcholum appellarent; ſubdoctoris quidem, ſiue proſcholi Victorini, Auſonius [b] in profeſſoribus mentionem habet.

Tali Proſcholi appellatione, meritò (vt videtur) eum qui & ceremoniarius & magiſter chori dicitur in Eccleſia Metropolitana huiuſce vrbis deſignare poſsis: etenim cùm iſte ſub eo Canonico, qui Cantor (vt alibi Præcentor itémque Succentor; ſicut in Prouinciæ atq; Aquitaniæ quibuſdam Eccleſiis atq; Abbatiis regularibus Capiſcholus, quaſi caput ſcholæ) appellatur, hoc penſi habeat, muneríſque; vt in officio maneant omnes qui choro interſunt, qualibet dignitate præditi, à ſummo ad imum vſque presbyterum aut clericum; ac ne quid ἀτάκτως καὶ ἀκόσμως inordinatè ac indecenter, contra præceptum Apoſtoli, ab vllo fiat [c]: hoc etiam conſtat Cantorum ſiue Pſalmiſtarum [d] chorum, ſcholam vocari; & ſcholares, eos clericos qui horarios & canonicos hymnos modulatis adhibitis ſonis argutè pronunciant. Ioannes enim Diaconus

* hunc locum citauit Suidas τὸ ἐν παιδοτρίβου explicans ſic ferè: ἐν παιδοτρίβου εἰς τὸν τόπον ὅπου γυμνάζονται καὶ διατρίβουσιν οἱ παῖδες. Ἀριστοφάνης νεφέλαις, ἐν παιδοτρίβου δὲ βαδίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι· τουτέστιν εὐσχημόνως καθῆσθαι ὡς μηδὲν τοῖς ἔξωθεν ὑποδεῖξαι ἄκοσμον, & tamen Ariſtophanes habet καθίζοντας, non βαδίζοντας.

[a] lib.1.cap.14.

[b] epigramm.213.

[c] huc ſpectat quod ſcriptum in Paridis Craſſi Bononienſis Apoſtolicarum ceremoniarum olim magiſtri ac epiſcopi Piſaurenſis libr. 1. de ceremoniis Cardinalium & epiſcoporũ in eorum diœceſibus cap.3. quod eſt de ſilẽtio & attentione omniũ, &c. ſi quis autẽ (inquit) tũc ibi orare vel ſuum officium ex libro profiteri voluerit admoneatur modeſtè vt in priuato loco id agat, &c. ſolo ceremoniario non per ſignũ modo, ſed per nutum, perq; ſolũ, ſi ſufficit, intuitũ, id eſt, per ſignum aliquod leue ſingula monſtrante fiant, ita vt nemo quid acturus ſit quærat tunc clamando, aut deſiſtat ſcandalizando, nemo diſcurrat, nullúſque ſit tumultus ac nullæ quantacumque leuis altercatio, &c.

[d] de quibus apud Iſidorum in de eccleſiaſt. offic. lib. 2. cap. 12. de Pſalmiſt. & in ordine Rom. de offic. diuin. fol. 29. in inuitatio. ordinandor. verſ. Pſalmiſtæ, id eſt, Cantores.



conus [a] de Gregorio Magno narrat in domo Domini more ſapientiſsimi Salomonis propter Muſicæ compunctionem dulcedinis antiphonarium centonem cantorum ſtudioſiſsimum ipſum compilaſſe, ſcholâmque cantorum (quæ hactenus, ait, eiſdem inſtitutionibus in ſancta Romana Eccleſia modulatur) conſtituiſſe. Scholam cantorum communibus ſumptibus vixiſſe, habuiſſeq; magnæ in vrbe exiſtimationis & dignitatis præfectum, qui Primicerius [b], alias Prior ſcholæ cantorum vocabatur, Onuphrius Panuinius in explanatione [c] vocum Eccleſiaſticarum tradit: cuius opera optimi iuuenes ſelecti (ait) in cantu lectione ſacrorum librorum & optimis moribus inſtituebantur. Sed auctis reditibus Eccleſiarum cùm Chriſtianæ militiæ nomen dediſſet frequentior vbiq; populus: cuius in condita vox deuotionem potiùs impediret, quàm fidelium ad conſideranda diuina myſteria & ſacramenta mentem accenderet: chorum ſiue collegium cantorum habere cęperunt ad Romanæ ſimilitudinem & exemplum, Eccleſiæ cuiúſque oppidi præcipuè, conſtitutum ſub ſcholæ nomine; qui pſalmos, antiphonas & cãtica voce præalta eaq; modulata prædicarẽt. Ita equidem ſcholam & ſcholares in iure Pontificio interpretor, duobus admodũ tribúſve locis [d]. Nec tamen ignoro, quemadmodum alij [e] poſt prætérve gloſſam atq; Doctores acceperint; vt hoc ſentiam, imprimis facit, quod in priore Actu Paſsionis D. Dypriani, cuius ipſe Pontius meminit, vbi de ſepultura corporis eius [f]; ſcholarium appellatione, non alij quam quos dixi deſignantur: quo loco, ſed ne à gentilibus tolleretur [corpus] nocte adueniente ex eodem loco vbi poſitum fuerat ſublatum eſt, & inde

[a] cap.6. lib.2. de vita Grego. Magni.

[b] ſic vocatur in Eccleſia Cathedrali Aretina Præfectus chori, qui cantoris officio ac dignitate cæteris antiſtat, de Primicerij officio. ex. eo. tit. & in cap. 1. diſt. 25.

[c] qui ſubiectus Platinæ, de vitis Pontificũ libellus fol. 111. in verbo, Primicerius ſcholæ cantorum.

[d] cap. vt quiſq; de vita & honeſt. cleric. cap. 1. de celebrat. Miſſar. apud Gregor. deſumpto ex palæa presbyt. diſt. 91. ſed in d. cap. vt quiſque, poteſt & vulgaris expoſitio probari, ex eo maximè quod in Capitulario Caroli Magni de ſcholis ad filios et miniſtros Eccleſiæ erudiẽdos congruo loco conſtituendis traditur lib. 2. cap. 6. fol. 40. & lib. 5. cap. 95. fol. 135. magis tamen probatur altera illa noſtra hîc quoque, & confirmatur cap. 93. d. lib. 5. in Capitulario Caroli Magni & palæa vt illud, & can. hoc quoque de conſecra. diſt. 1. magis enim neceſſarius cantaturo Miſſam preſbytero clericus, qui ſcholam tenere, hoc eſt, præire cantaturis laicis aut alius ſciat, præſertim Dominicis ac feſtiuis diebus: quàm qui literarum ſcientia polleat, potiſſimùm in ruſticanis eccleſiis.

[e] Durantius Toloſ. Præſes extremo cap. 23. lib. 3. de ritibus eccleſ. Ioan. Molanus Theologus Louanien. de ſcholarib. agens cap. 41. lib. 2. de Canonicis. Nam etſi caput ita inchoat, vt nobiſcum facere videatur, poſtremum & infimum locum (inquit) in choro occupant ſcholares, &c. tamen quæ ſequuntur ſatis demonſtrant, eum ſcholarium nomen à ſcholis literarum repetiiſſe: præſertim cùm in cap. 39. de Muſicis cantoribus, neutiquam ſcholæ meminerit, & in cap. 11. magiſtrum & caput ſcholæ à cantore ſiue præcentore ſeparandum duxerit: ſcholaſticum, ſcholaſtrum, magiſtrum ſcholæ, vel caput ſcholæ ad ſcholaſteriæ ſiue munus, ſiue dignitatem retulerit cap. 10. de qua in Concil. Trident. 23. ſeſſio. ad fin. agitur. Scholaniæ dignitatem ſine vllo præcipuo (quod equidem ſciam) officio habent Conuenarum diœceſeos quæpiam eccleſiæ, vt audio: & item aliæ, vt Cozerani diœceſeos ad Pyrenæum eccleſia ſancti Licerij.

[f] ad finem.

& inde cum cereis & ſcholaribus in area cuiuſdam Candidi procuratoris cum magno triumpho ſepultum eſt. Sed & in poſteriore, vbi hoc legitur; eiúſq; corpus propter gentilium curioſitatem in proximo poſitum eſt cum cereis & ſcholarib. in areis Macrobij Cãdidi procuratoris,quæ ſunt in via Mappalienſi iuxta piſcinas cum voto & triumpho magno. Albinus etiam Flaccus Alcuinus [a] vbi de feſto Palmarũ,& ſcholæ laicorum, & cantorum etiam ſcholæ mentionem facit in hæc admodum verba:inſuper etiam laicorum ſchola cum vexillis atque fanonibus à longè præeunte. Exeunte enim clero ſeu populo ab eccleſia, inchoatur antiphona, cùm appropinquaret Dominus: qua finita inchoat ſchola antiphonam,cœperunt omnes;item,cùm audiſſent,&c. His finitis ante atrium eccleſiæ loco competenti ſubſiſtit ſchola cum baiulis & reliquo ornatu; & clerus,ſeu populus expectant in loco atrij inchoantes antiphonã,occurrerunt: reſpondet ſchola antipho. cum Angelis & pueris. Hac finita inchoãtur à duobus cantoribus quidã verſus, Iſraël es tu Rex. Reſpondet chorus, &c. His finitis incipit ſchola cum baiulis antiphonam, pueri Hebræorum: & tunc proſternit omnis plebs hinc inde frondes ſeu flores decantãtes antiph. Oſanna filio Dauid,vſq; ad altare: & ſic intrant ad Miſſas,qua de re ita in Põtificali Romano [b] ſcriptũ,vt ſcholę loco nominetur chorus. Et dum datur palma Põtifici (ait) chorus incipit cantare, pueri Hebræorum.

Eccleſiaſtica militia, eſt ad mundanæ militiæ,ſiue palatinæ ſiue armatæ, quẽdam modum aut ſimilitudinem comparata. Schola militum dicitur equitum, peditum, ſcutariorum, clibanariorum, agentium in rebus, domeſticorum ſilentiariorum, & ſocietatis ſacrarum largitionum; plurimis conſtitutionum principalium, & Marcellini locis:quos cùm alij [c] diligenter adnotauerint,conferre iſtò nihil eſt neceſſe. Sulpitius igitur Seuerus in lib.de vita B. Martini [d] ſcholarium alarum commeminit ſic ferè: ipſe armatam militiam in adoleſcentia ſequutus inter ſcholares alas ſub Rege Conſtantio, deinde ſub Iuliano Cæſare militauit. Et Iuſtinianus ipſe ita de ſcholaribus loquitur Nou.117. [e] vt quamuis à militibus & fœderatis

*[a] in lib.de Eccleſiaſt. offic. fol.53. & coniũge quod eſt in ordine Romano, fol.48.*

*[b] in 3 parte in f. 184. pagin.2. vbi de offic. Dominicæ Palmarũ. Et ſimiliter in ordine Rom. de offic. diuin. in de die Palma. f.49. col.1.*

*[c] Briſſon. Lexico.*

*[d] cap.1. fol.183.*

*[e] vt liceat matri vel auiæ c.11. quod autem. At in Nou.30. de procõſule Cappadociæ ca.7. §. ſicubi verò à milite procõſulare ſcholarẽ domeſticam ſeparat, καὶ γὰρ εἴτε στρατιώτης ἢ αὐθυπατικὸς ἢ σχολάριος ἢ δομέστικος, & cæt. ζημιώσεται τὸ ἡμέτερον ὑποτελῆ. Militũ ad 3500. palatij cuſtodiæ vacantes, quos ſcholares vocarent olim ex Armenis lectos fuiſſe, qui vberiores & ampliores annonas de publico quàm cæteri milites perciperent: poſt Zenonẽ autẽ in bellis & ſeruiles homines ad eã militiã promotos ipſius etiã Iuſtiniani tẽporib. fuiſſe ait Procopius: quibus ſupernumerariorũ ad duo millia ipſe addiderit, nihil de publico accipientiũ, ex quo & Suida in σχολάριος & ὑπεράριθμος vide Franc. Pithæum in Gloſſario ad Iuliani epitomas Nouellarum Iuſtiniani.*



ratis diſtinguat, ſub militia tamen armata conſtituere videatur: quo loco, τὸ μὲν τοι παρ' ἡμῶν νομοθετηθὲν περὶ τῶν ἐν ἐξπεδίτῳ ὄντων καὶ ἐν στρατείαις καταλεγομένων ( εἴτε στρατιῶται εἶεν εἴτε φοιδεράτοι, εἴτε ἄλλοι τινὲς ὑφ' ἑτέραν οἱ ἂν σὺν στρατείαν ἔνοπλον καταλεγόμενοι) κάλλιον διατυπῶσαι συνείδομεν, & reliqua. Ad armatæ ſcholæ palatinæve ſimilitudinem, quod eccleſiaſticam inductam eſſe dixi, ne vanum aut falſum quiſpiam ducat: ecce B. Ambroſij [a] teſtimonium,ſeu potiùs iudicium atque oraculum. Ita & in lege Dominica gradus chariſmatum ſunt, officiis eccleſiæ, non vtique meritis humanis indulti,ſed vt membra ad ædificationem eccleſiæ pertinentia, quæ per ſe & in ſe habent gloriam, ſicut eſt etiam in humanis officiis; Scholæ enim ſunt quæ poſitis in ſe dant dignitatem, vt loci honor hominem faciat glorioſum, non propria laus. Quæ mihi ſententia ideò vehementiùs nunc arridet, vt ſatis gratulari de illa mihi non poſſe videar: quoniam præter innumera penè teſtimonia ex Pontificali Rom. deſumpta, quibus hoc ipſum aſſeritur de ſchola cantorum quod protuli, vbi de clerico faciendo [b], vbi de ordinatione ſubdiaconi [c] atque preſbyteri [d], & vbi de conſecratione electi in epiſcopum [e], de conſecratione ſummi Pontificis: & aliis quampluribus in locis [f] quos adnotare operoſum æquè ac inutile ſit futurum (vt illud

*[a] in cap.12. epiſt. 1. D. Paul. ad Corinth.*

*[b] libri Venetiis excuſi an. 1582. fol. 6. vbi, tunc ſchola inchoat et proſequitur antiphonam ſequentem, &c.*

*[c] fol.11. eiuſdem libri pag.2. miniſtri verò & alij aſtãtes genu flectunt & ſchola inchoat Litaniã choro reſpondẽte, vel ſi officiũ fiat ſine cantu Pontifex dicit miniſtris & capellanis reſpondentib. Kyrie eleiſ. &c.*

*[d] fo.21. tũc Pontifex ante altare conuerſus flexis genib. incipit competẽti voce, ſchola proſequente hymnum, Veni creator ſpiritus, &c. & f.22. pag. 2. Pontifex lotis manib. mitra depoſita, ſtans in cornu epiſtolæ altaris verſus ad illud inchoat in cantu ſchola proſequente reſponſorium, &c.*

*[e] fol.31. pag.2. poſt hæc conſecrator inchoat ſchola proſequente antiphonam, vnguentum in capite quod deſcendit in barbam barbam Aaron, &c. & fo.38. pag.2. conſecrator ſtans ſine mitra apud ſedem ſeu faldiſtorium à parte dextra conſecrati dicit, vel ſi officium cantatur, incipit ſchola proſequente antiph. Firmetur manus tua, &c. vide & de conſecrat. ſummi Pontif. in f.43. ſimiliter vt poſui ſup. è f.31.*

*[f] Vbi de monacho faciendo libri Veneti, fol.54. pag.2. & vbi de benedictione Abbatis, fol.64. ſchola vel clericis proſequentib. & fol.64. pa.2. ſchola proſequen. ſicut & fol.71. vbi de benedict. Abbatiſſæ, & fo.78. de benedict. & conſecra. virginum, vt & pa.2. eiuſdem fol. & fo.79. pa. itidem 2. & de benedict. & coronatione Regis, fo.96. pag.2. & vbi de coronat. Reginæ, fo.102. quo loco, & cantores incipiunt ſchola proſequẽte Litaniam. Et ſtatim, cantorib. Litaniam reſumentib. & perficientib. ſic & fol.104. pag.2. Metropolitanus inchoat ſchola ſequente hymnum. Sicut & in benedictione primarij lapidis pro eccleſia ædificanda, f.109. pag.2 & 110. pag.2. & 111. pag.1. & 2. & in dedicatione Eccleſiæ, fol.113. pag.1. & 2. & fol.114. pag.1. & 2. vbi, interim ſchola cantat. & fo.115. tum ſchola ſiue cantores cantant, & pa.2. eiuſdẽ fo. ſchola proſequen. & fol.116. 121. pag.1. & 2. & fol.122. pag.1. & 2. & 123 ſchola cantat antiph. &c. & dedicat. & conſecra. Eccleſiæ, fol.129. ſchola cantat reſponſorium, vt & fol.131. pag.2. 132. pag.2. 133. & fol.136. ſchola cantat antiph. duas ſequen. & fol.143. pag.2. 144. 145. 146. 147. 152. pag.2. & inchoans ſchola, ſeu miniſtris proſequentib. antiph. vel reſponſo. vbi de conſecrat. altaris portatilis, & 157. & vbi de officio quod fit de feria quinta in cœna Domini, fol.185. pag.2. interim à ſchola cantatur introitus, & fol.252. vbi de expulſione publicæ pœnitentium ab eccleſia, quibus peractis Pontifex cum miniſtris ſchola præcedente & toto clero, cruce, aqua benedicta, & duobus cereis præcedentib. &c. & fol.253. & interim ſchola inſequente cantat reſponſorium, in ſudore vultus tui, &c. & fol.255. pag.2. & tunc Archidiaconus inchoat & ſchola proſequitur antiphonam: Accedite ad eum, &c. & ſimiliter, fol.256.*

illud omittam è Ledradi Archiepiſcopi Lugdunẽſis epiſtola ad Carolum Imperatorem, quod de ſeminario clericorum agens Ioan. Molanus retulit [a], habeo ſcholas cantorum, ex quibus pleriq; ita ſunt eruditi, vt etiam alios erudire poſsint: præter hæc verò habeo ſcholas lectorum,&c.) Ordinis etiam Rom. authoritate vnde confirmare poſsim, in Opiſtographo Nomici Lexici prætermiſſorum meo, cùm ſuperiora concluſiſſe me arbitrarer denique reperi. Etenim apparet perſpicuè illo è Romani ordinis loco ſcholæ nomen ad cantores pertinuiſſe; quorum è numero prior ſiue primus ſcholæ, ſecũdus, tertius, quartus (qui & paraphoniſta [b], & magiſter ſcholæ [c]) dictus fuerit: & verò in choro ſeu ſchola duas tanquam acies cantorum per ordinem ab vtroq; latere modulantium, atque adeò [d] militantium ſuoq; vocis modulatę officio ac munere fungentium fuiſſe. Nam in ordine proceſsionis ad Eccleſiam ſiue Miſſam [e] ita ſcriptum: his ita cõpoſitis inuitante ad Regiam ſecretarij pręfato ſubdiacono ſcholã, quartus ſcholæ [f], (qui ſemper nunciat Pontifici de cantoribus, adſtans ante faciem Pontificis, & nutum eius ad pſallendum expectans) ſtatim dum innuit ei, egreditur ante fores ſecretarij; & dicit, Accendite, &c. Et ille quartus ſcholæ ad priorem [g] vel ſecundum ſiue tertium inclinato capite dicit, Domini iubete. Tunc ſtatuũtur duæ acies [h] in choro per ordinem ab vtroq; latere: & mox incipit prior ſcholæ antiphonam ad introitum. Subdiaconi verò de ſchola, leuant planetas cum ſinu: quorum vocẽ diaconi dum audierint continuò intrant ad Pontificem in ſecretarium. Et aliquãtò pôſt, Archidiaconus euacuato altari oblationibus, reſpicit in ſcholam, & innuit eis vt dicant, Agnus Dei, &c. Et ſtat in ſchola incipit antiphonã ad Communionem,

*[a] cap. 42. lib. 2. de canonicis ex hiſtor. Lugdunẽſi per Paradinum lib. 2. cap. 20.*

*[b] vide in ordine Rom. vbi de officio Miſſæ, fol. 11. col. 2. attamen in f. 80. primus ſcholæ (inquit) cum paraphoniſtis infantibus & melodis. Et in ordin. Rom. in die Palmarum, fol. 43. Tunc aſcendentes in pulpitum duo ex paraphoniſtis imponant antiph. & fo. 46. infantes paraphoniſtæ in loco competẽti ſubſiſtentes imponant antiphonam, & fol. 47. his recedentibus ex ſchola infantes paraphoniſtæ iuxta crucem hunc hymnum cantent.*

*[c] vide in ordine Rom. in benedict. cerei, fo. 76. col. 2.*

*[d] rectè: nam & in ordin. Rom. de officio Miſſæ, fol. 10. col. 2. Acolytus quidem cum defenſoribus primũ, deinde preſbyter cũ ſuis petita benedictione, diuiſis hinc inde partibus prout militant, præcedunt Pontificem vſq; ad Eccleſiam.*

*[e] initio ordinis Rom. fol. 1. & fol. 11. de ſchola & priore ſcholæ, ibid. in fol. 2. 3. 5. vbi de primo ſcholæ, & 11. & 16. 21. 24. 61. 71. 97. 100.*

*[f] hic magiſter ſcholæ videtur nominatus in eod. ordine Rom. vbi de benedictione cerei, fol. 76. col. 2.*

*[g] hic primus ſcholæ dicitur in fol. 5. ordinis Rom. col. 2.*

*[h] ſic & in Pontificali Rom. vbi de ordinatione & conſecratione ſummi Pontificis, fol. 47. libri Veneti. Dictis orationibus ſedet Pontifex, & prior diaconorum cum ferula deſcendit ad confeſſionem B. Petri cum ſubdiaconis, auditoribus, ſcriniariis, id eſt, cum ſecretariis & aduocatis: quibus in duas acies diſtributis ita vt in qualibet acie ſint ex omnium ordine, faciunt laudes Pontifici, &c. Et in ipſo ordine Rom. fol. 4. & cæteri per ordinem diſpoſita acie, & in eodem vbi de officio Miſſæ, fol. 11. & 13. & notarij regionarij & defenſores regionarij deſcendunt de acieb. vt ſtent in loco ſuo. & ſtatim. Tunc finito offertorio Epiſcopi ſtant poſt Pontif. primus in medio, deinde per ordinem & Archidiac. à dextris Epiſc. ſecundus diaconus à ſiniſtris, & cæteri per ordinẽ diſpoſita acie.*



munionem, & vbi de officio Miſſæ [a], deinde ſubdiaconus regionarius, & cæt. exiens ad regiam ſecretarij dicit; ſchola? reſpondet, adſum: & ille, qui pſallit? reſpondet, ille & ille: & rediens ad Pontificem ſubdiaconus porrigit ei mappulam inclinans ſe ad genua ipſius, & dicens: ſerui Domini mei talis ſubdiaconus regionarius legit Apoſtolum, & talis & talis de ſchola cantat. Et poſteà, non licet alterum mutari in locum lectoris vel cantoris. Prætereà in ordine diei Palmarum [b], ſcholaſticorum nomine ij cantores, quos appellari ſcholares diximus, quod è cantorum ſchola ſint, deſignatos ſcias: quo loco, reſpondet ſchola ex parte populi, decurrunt turbæ, &c. Tunc ſcholaſtici è regione crucis lento gradu veniant ante eam, & cum omni reuerentia caſulas vel cappas in terram iactantes proni adorent crucifixum. Itémque in ordine alio in die Palmarũ [c]. Tunc ſcholaſtici lento gradu ambulent è regione crucis. Atque hactenus de cantorum ſchola, ſcholarib. atque ſcholaſticis, ſcholæ prioribus, & magiſtris dictum eſto.

*[a] fol. 11. ordinis Rom. & ſimiliter, fol. 16. col. 2, Item, fo. 56. col. 2. cantor autem & ſchola ſtatim vt iuſſum fuerit imponãt introitum ad Miſſam. Item in ordine de Sabbato ſancto, fol. 68. 73. 75. in quibus dicitur ſchola facere Litan. & fol. 86. & 88. de ſchola cantorum, & cantorũ ſchola, fol. 96.*

*[b] fol. 46.*

*[c] fol. 49. ordinis Rom. de offi. diui.*

*Denuo de ſcammate: de quo alij loci vndiquaq; conquiſiti, atque huc congeſti. Vnus Tertulliani aliter atque ab Hadriano Iunio expoſitus. Scoliaſtis error apud Chryſoſtomum. Cælius Aurelianus obiter emendatus in margine. Vetus inſcriptio Græca caſtigata.* Γραμμὴ *ſiue linea duplex in ſtadio.* Κανὼν *ſiue regula & ſcopus: expoſitis B. Pauli duobus minimum locis, linea pro ſcammate. Diſceſſum ab Hadr. Iunij ſententia quibuſdam veterum locis. Tranſilire lineas apud Ciceronem.*

## CAP. VII.

SED factum eſt neſcio quomodo, vt, cùm de ſcammate iterum diſceptare ſim agreſſus, inde me peculiari quodam meo more atque ipſorum Semeſtrium noſtrorum inſtituto [d] per quod vti ſe quæq; aſpera, conferta & confragoſa offerunt, expedire licet liberq;) animi æſtus abripuerit. Prudens itaq; ſciénſque ad ſcamma ipſum, quod prætergreſſus fueram, regredior, aut potiùs intra ipſum: de quo tres, quatuórve inſuper locos eximios huc conferendos habeo, vt omnibus peruios, ita nondum à quoquam aut perluſtratos, aut certè indicatos; præſertim hoc animo, vt ſcholiaſtis illius errorem peruincam, qui apud Chryſoſtomum ad marginem homiliæ 43. in Geneſin, σκόμματι pro ſcammati legendum,

*[d] è quibus materia deſumpta, & in hoſce tres libros collata eſt.*

legendum, inſcitè adnotauit: ipſe quidem Chryſoſtomus, ſiue alius quiſpiam vetuſtus auctor eſt (cuius ab Antonio relata verba extant in collectaneis [a]. Σκάμμα ἐστὶν ὁ παρὼν βίος (inquit) ἐν ᾧ δὲ τῷ σκάμματι καὶ τοῖς ἀγῶσι οὐ δυνατὸν ἀνέσεως ἀπολαῦσαι ὁ στεφανοῦσθαι μέλλων. Item poſteà οὐδεὶς γυναικὸς ἀθλητὴς ἐν τῷ σκάμματι λουτρὰ ἐπιζητεῖ, καὶ τράπεζαν πλήθουσαν σιτίοις, καὶ οἴνῳ τοῦτο σοι ἐστιν ἀθλητοῦ, ἀλλὰ βλακός. Rurſum idem Chryſoſtomus ſermone 12. in epiſtolam B. Pauli ad Romanos [b], εἰ δὲ οἱ πρὸ τοῦ νόμου ἀπὸ τῆς ῥαθυμίας ταύτης καὶ μικρὸν εἰς αὐτὸν τῆς πυθμένα τῆς κακίας ἦλθον συνόνησον τί πεισόμεθα, ἡμεῖς οἱ πρὸς μείζονα καλούμενοι σκάμματα, ἂν μὴ μετ' ἀκριβείας ἑαυτοῖς προσέχωμεν, &c. καρτερώτεροι γὰρ ἐκ προοιμίων οἱ ἀγῶνες, &c. Clemens quoq; Alexandrinus in Stromatum libris [c], εἴτε τὸ ἐν ἡμῖν αὐτεξούσιον εἰς γνῶσιν ἀφικόμενον τ' ἀγαθοῦ σκιρτᾷ τε, καὶ πηδᾷ ὑπὲρ τὰ ἐσκάμματα ἡ φασὶν οἱ γυμνασταί. D. Baſilius in aſceticis [d] πῶς γὰρ δυνήσῃ ἀρνήσασθαι τὴν πρὸς τὸν ἐχθρὸν μάχην ἐν τῷ σκάμματι τῆς μάχης ἀγώνων: Paulinus etiã ille quem laudaui iam antè ad Seuerum [e], quod quia tantæ difficultatis eſſe perſpicis in agone verſantibus, quantæ gloriæ eſt exhauſta decertatione vincentibus? Noli interim dum in ſcammate ſumus dum foris pugnæ, intus terrores alta pro nobis ſapere, aut loqui. Euſtathius etiam ad primum Odyſſeæ Homericæ [f], vbi περὶ τῶν βαλβίδων, eo loco quem integrum huius Agoniſtici ſermone 34. adferam, τοῦ τῶν πεντάθλων σκάμματος commeminit. Atq; vt tandem aliquando finiam, déque iſto in quod me concluſi ſcammate mea iam fide liberatus exeam: D. Ephrem [g] de luctamine ſpirituali agens apertiſsimè ſupra omnes alios, ac velut expreſſo, vim huius vocabuli commonſtrauit; quo loco, Semper ergo perfectiſsimè athletæ (ait) ſine aliquo metu, & cum ſcamma alacritate inuenientur in ſcammate, Timidi autem & imbecilles antequàm incipiant decertare, diffugiũt: & propter mollitiem, deſidiámque immenſam nullo prorſus modo in ſcammate deſudare contendunt. Scamma eſt autem fratres dilectiſsimi medius locus in quo athletæ luctantur. Hactenus ille. Cuius vnius iſto teſtimonio, quæ aduerſus alios anteà docui de ſcammate; illuſtrata, & confirmata prorſus eſſe intelligo, à me collecta non ſine labore omnia, priuſquàm id vocabulum, nemini è tanto Lexicographorum [h], Grammaticorum,

[a] *locorum communiũ apud Stobæum ſerm. 104.*

[b] *in cap. 7. fol. 53. pag. 2.*

[c] *lib. 5.*

[d] ἐν παραινέσει περὶ ἀποταγῆς εἰς καὶ τελ. τυνδύμ. *fol. 375.*

[e] *epiſtol. 2.*

[f] *in pag. 1404. editio. Aldin. nu. 57. ad iſtud Homeri,* ἢ ἔοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

[g] *ſub initium illius libri.*

[h] *in Theſauro tamen græco Henr. Steph. citatũ reperi poſteà locũ B. Hieronymi & Tertull. ad martyres & Chryſoſtom. commenta. in epiſt. ad Rom. c. 11. ſed & iſtum è Cœlio Aurelio in chron. lib. 2. c. 1. ordinat præterea idẽ Aſclepiades in arena ſpatio quod appellant ſcãma de ambulationẽ atque tranſcenſum lignorũ: ſic enim malo vbi vulgo ſcriptũ ſpatio deambulationem quod appel. ſcãm.*



Criticorum, numero ſatis cognitum, apud Galenum [a] tamen, aliud omnino quæritans reperiſſem; quod cum palæſtra coniunxiſſe optima ratione; de athletis atque gymnaſticis differentem grauiſsimum medicum, illis quos antè protuli locis oſtenditur: eius hæc verba ſunt, παρελθὼν τὸ μέσον ἐξαίφνης ὁ αὐτοδίδακτος ἐκεῖνος γυμναστὴς ἐκδύσας παιδάριον ἐκέλευσεν ἡμᾶς τρίβειν τε τοῦτο καὶ γυμνάζειν, ἢ σιωπᾶν περὶ τρίψεως καὶ γυμνασίων εἶτ' ἐφεξῆς ἐβόα, πῶς γὰρ ἱπποκράτης εἰσῆλθεν εἰς σκάμμα, πόθεν εἰς παλαίστραν, ἴσως δὲ ἀναχέεσθαι καλῶς ἠπίστατο, &c. quę ſequuntur Habetur hoc nominis, in inſcriptione quadam græca [b] marmoris illius quod Romæ in Palatio Cardinalis Farneſij extare dicitur, vbi de Marco Aurelio Aſclepiade, qui & Hermodorus, παγκρατιαστής, περιοδονίκης ἄλειπτος ἀσυνέξωστος, ἀνέκκλητος ὅσους ποτὲ ἀγῶνας ἀπεγραψάμην πάντας νεικήσας μήτε ἐκκαλεσάμενος, μήτε ἑτέρου κατ' ἐμὲ τολμήσαντος ἐκκαλέσασθαι, μήτε συστεφανωθείς, μήτε ἐπεξελθὼν, μήτε παραιτησάμενος (ſic lego, vbi excuſus liber habet ΠΑΡΑΤΗCΑΜΕΝΟC) μήτε ἀγῶνα παραλειπὼν, μήτε καὶ χάριν βασιλικὴν ἀγῶνα ἔχων, μηδὲ καινὸν (forſitan καινὸν melius fuerat) ἀγῶνα νικήσας, ἀλλὰ πανταχοῖς ποτὲ ἀπεγραψάμην ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάμμασι στεφανωθεὶς, & cæt. quæ ſequuntur ſub initium libri proximi [c] proferenda, vbi de proagonibus & probatione athletarum loquar. A ſcammate verò τὴν γραμμὴν, ſiue albam lineam diuerſam fuiſſe arbitror in ſtadio, eamq; duplicem, vel à qua tanquam è carceribus, vel ad quam, quaſi ad metam curſores properandum haberent, pedúmque velocitate contenderent. De priore ſenſit Ariſtophanes [d] vbi,

πρόβαινε νῦν ὦ θυμὲ γραμμὴ δ' αὐτηί

quem locum ſcholiaſtes vetus explicans ἀρχὴ ἀφετηρία [e] ἢ λεγομένη βαλβὶς ἐκ μεταφορᾶς τῶν δρομέων: nec aliter Suidas vel etiam Euſtath. iis locis, quos inferiùs Agoniſtici huius quarto & triceſimo ſermone, vbi de balbide ſubtiliùs agetur, exhibere ſtatui: nam eorum vterque τὴν γραμμὴν eandem cum balbide ſiue carceribus, facit, qualem Circenſib. ludis fuiſſe Romę albam illam lineam in circo, quam non longe ab oſtiis in vtrumque podium quaſi regulam produci, vt quadrigis progredientibus inde certamen oriretur; ab Aurelio Caſsiodoro traditum lib. 3. variarum [f], Pauſanias [g] κανόνα, ſicuti

[a] *ad finem lib. ad Thraſybulũ πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστικῆς ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, fol. 300.*

[b] *retulit Iuſtus Lipſ. in auctario inſcript. antiqui. Smetij ex editione Plantiniana anni 88. pag. 57. cuius initium* Μ. Αὐρήλιος, &c.

[c] *c. 13. Agoniſt. 3.*

[d] *Achar. fo. 281.*

[e] *in græcolatino Gloſſario ex edit. Henri. Stephani. col. 404.* ἀφετηρία *hi carceres: pluraliter tantũ declinatur.*

[f] *epiſt. 51.*

[g] *lib. 2. Eliacôn, fol. 156.*

regulam Caſsiodorus nominat: quo loco ſtadij carceres vnde ad curſum equi dimittantur, ita deſcribit; παρέχεται μὲν οὖν ἡ ἄφεσις (τῶν ἵππων) κατὰ πρῴραν νεὼς τετράπλαι δὲ αὐτῆς τὸ ἔμβολον ἐς τὸν δρόμον καθότι δὲ τῇ ἀγνάμπτῳ στοᾷ προσεχὴς ἐστὶν, ἡ πρῷρα, καὶ τοῦτο εὐρεῖα γίνεται· δελφὶς δὲ ἐπὶ κανόνος κατ᾽ ἄκρον μάλιστα τὸ ἔμβολον πεποίηται χαλκοῦς quamquam τὸν κανόνα ad ſaltum retuliſſe Pollux [a] videtur, quo loco ait eſſe τὸ μέτρον τοῦ πηδήματος: ſed huic regulæ locus fuit & in curſura gymnica, igitur de curſoribus agens Papinius Statius [b],

[a] *ſub finem lib.3. Onomaſt.*

[b] *lib.6.Thebaid.*

*Vt ruit atque æquum ſummiſit regula limen*
*Corripuere leues ſpatium, campóque refulſit*
*Nuda Cohors volucres iiſdem modo tardius aruis*
*Iſſe videntur equi---*

Diuus quidem Paulus [c] à curſoribus ita tranſlationem duxit, vt canoni ſeu regulæ inſiſtendum diceret, qui mos ipſis in ſtadio fuit: πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. De poſteriore duarum quas dixi linea, Pindarus Pythiorum Ode 9.[d] vbi de Danai filiabus nuptui collocatis. nam poſtquam dixit in Antiſtrophe,

[c] *epiſto. ad Philip. cap.3. verſ.15. è quo ſcribã lib. ſeq. cap. 10. vbi περὶ τοῦ τελέως.*

[d] *circa finem.*

-ἔστα- σεν γὰρ ἅπαντα χορὸν
ἐν τέρμασιν αὐτίκ᾽ ἀγῶνος
σὺν δ᾽ ἀέθλοις ἐκέλευ--
σεν διακρῖναι ποδῶν
ἅντινα σχήσοι τὶς ἡ--
ρώων ὅσοι γαμβροί σφιν ἦλθον.

ſubiicit ſtatim Epodo vltima

οὕτω δ᾽ ἐδίδου Λίβυς ἁρμόζων κόρᾳ
νύμφιον ἄνδρα ποτὶ γραμ--
μᾷ μὲν αὐτὰν στᾶσε κοσμή--
σαις τέλος ἔμμεν ἄκρον.

Hanc tamen minimè γραμμὴν Iulius Pollux, non longè ab illo quem dixi loco, à veteribus appellatam, ſed alio modo in hæc verba retulit [e], ἵνα δὲ παύονται, τέλος καὶ τέρμα καὶ βατήρ: ἔνιοι δὲ καὶ βαλβίς, hanc lineam ſcopi nomine deſignatam à D. Paulo epiſtolæ ad Philippenſes [f] arbitror; quo loco ſic ſcriptum, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. Nam & in præcedentibus & in ſequentib. verſibus à curſorib. gymnicis perpetuam eſſe metaphoram deductam poſteriùs

[e] *d.lib.3.col.188. verſ.15.*

[f] *cap.3. verſ.14.*



poſteriùs docebo, vbi erit commodum. Sanè de athleticis laboribus circa Chriſti Euangelium tãquam ſtadium cogitaſſe ipſum, oſtenditur his verbis è ſequenti [a] eiuſdem ad Philippenſes epiſtolæ. cap. deſumptis: συλλαμβάνου αὐταῖς αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι.

[a] *cap.4. verſ.3.*

Romæ quoq; in amphitheatro, vt plerumq; caueis coërcebantur beſtiæ ſpectaculis paratæ, ita ludorum tempore lineis. Equidem ita ſumendum hoc linearum vocabulum arbitror apud Senecam [b] cùm ait, ſic feras lineæ, & pinnæ clauſas continent: eaſdem à tergo eques telis inceſſat, tentabunt fugam per ipſa quæ fugerant proculcabúntque formidinem. Ex iis lineis confecta fortaſſe retia feris arcendis podiũ protegentia, quæ ſuccinis notata ſuo tempore Plin. lib. ſeptimo & trigeſimo [c] memorat. Ad lineas, quibus aut captarentur aut continerentur feræ alluſiſſe Caſsianum [d] puto alicubi, de tentationum lineis loquentem ſic ferè: vt iiſdem quibus ille tentationum lineis eſt appetitus, nos quoq; quemadmodum tentatorem vincere deberemus ſuo docet exemplo. Verumtamen auctores interdum hoc linearum nomen καταχρηστικῶς pro ſcãmate vſurpaſſe claſsicos reperias; vt cum locum ſignificent, intra quem dimicandum fuit. Tertullianus [e] his præluſerim quaſi de gradu primo adhuc, & quaſi de longinquo ſed & hinc iam ad certum, & comminus dimicaturus, video aliquas etiam nunc lineas præducendas, ad quas erit dimicandum, ad ſcripturas ſcilicet creatoris. Item alibi [f], puto me non temere huc (vbi malim huic) vſque adhuc lineæ inſiſtere, qua definio nuſquam omnino alium Deum à Chriſto reuelatum, & aduerſus Hermogenem: vbi, & hîc à lineis tuis excidiſti, quibus circa perſonã Dei vſus es. Cur enim è Geometria, quamuis ea lineis omnia perficit; ſumptam hoc loco tranſlationem exiſtimet clariſs. Iunius in ſuis Adagiorũ centuriis, [g] diſpicere non poſſum: præſertim quem alij de lineis apud Tertullianum loci non latuerint, quibus ductam metaphoram à certantium luctantiúmve lineis quas intra decertent, ipſe quoque agnoſcat: indeq; manaſſe vrbanum Caſsij Seueri dictum, qui aduerſus eos qui in diuerſa ſubſellia tranſeunt lineam popoſcit (vt eſt apud Fabium) velut obicem certum & præfinitum limitem, quem tranſgredi non liceat.

[b] *lib. 2. de Clement. cap. 12.*

[c] *cap.3.*

[d] *collat.5. cap.6.*

[e] *lib.3. aduerſus Marcio.*

[f] *lib.4.*

[g] *Centur.6. Adagio 75. à lineis excidere, vbi & ab eadem metaphora fluxiſ ſe has loquendi formulas apud Ciceronẽ exiſtimat pro Pub. Quintio. ſi extra hos cãcellos egredi conabor, quos mihi ipſi circumdedi; & lib. de Oratore 1. & quaſi certarum artiũ forenſibus cancellis circũſcriptam ſciẽtiam: ſed metaphorã hic ductam aliũde, hoc eſt, à foro & iudicum cancellis, non vidiſſe mirum eſt mihi.*

De iſtis vtique in ſcammate lineis quod ipſi non ignotum, D. Hieronymus aduerſus Luciferianos [a] ita orthodoxum loquentem facit, Rhetoricaris, & à diſputationum ſpinetis ad campos liberæ declamationis excurris: verùm deſine quæſo, à communibus locis, & in gradum rurſum, ac lineas regredere: poſtea ſi placuerit latius diſſeremus. Et aliquanto pòſt, ſed dum amorem contradicendi ſequeris à quæſtionum lineis excidiſti, more quorumdam loquacium, potiùs quàm facundorum, qui cùm diſputare neſciunt tamen litigare non deſinunt. Ipſe denique Cicero cùm tranſilire lineas dixit, aut tranſire; nihil aliud ſenſiſſe videtur, quàm quod ex Alexandrino Clemẽte ſuperiùs retuli πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Lapſa eſt alicuius libido in muliere ignota (inquit Tullius [b]) dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi etiam petulans fuiſſet in aliqua generoſa, ac nobili virgine: peccauit verò nihilominus: Siquidem eſt peccare tanquam tranſilire lineas; quod cùm feceris, culpa commiſſa eſt: quàm longè progrediare, cùm ſemel tranſieris, ad augẽdam tranſeundi culpam nihil pertinet: peccare certè licet nemini; vbi μεταφορικῶς tranſire lineas dixit, quod tranſire finem & modũ in libro de officiis primo [c]. Quamquam his quoque locis iuxta priorem, quam dixi propriam linearum ſignificationem, id vocabulum poſsis non abſurdè accipere: præſertim ideò quod Hieronymus ipſe, iis quæ modò aſcripſi verbis hæc ſtatim ſubdit; Ego enim non tam in præſenti Arrianos, vel improbo vel defendo, quàm illam curſus mei metam circumeo: eadem ratione à nobis epiſcopum recipi qua Laicus à vobis recipitur.

[a] *in Dialogo ſub initium.*

[b] *Paradox. 3.* ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα.

[c] *in cap. officium vbi, qui appetitus longiùs euagantur, & tanquam exultãtes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo non ſatis ratione retinentur hi ſine dubio finem, & modũ tranſeunt.*

*Σκάφιον apud Plutarchum, aliter atque ab interpretibus explicatum. Ecquis Ligoni locus in re palæſtrica diſputatum, aduerſus Græcum Theocriti ſcoliaſtem σκαπάνη ἄμη, Rutrum. Galeni locus obiter correctus. Theocritus præter aliorum ſententiam ratione noua expoſitus. σκαφίς. μᾶλα. Cymbia pocula excipiendo lacti vſum præbuiſſe; ſicuti & Cupella. Scaphium pro cranio, Syncipite hoc eſt anteriore capitis parte: quam glabram caluamq; veteres athletæ habuerint, & inuicem in ipſa concertatione commiſerint. Lucani adhibito Luciano, vnus; & alter Suetonij locus, ita vt à Turnebo emendatus eſt, præter aliorum ſententiam exponitur. Abantes ſyncipite tonſi. Theſeus quoque agonum Olympicorum & Atticorum inſtaurator. Græci aduerſus Darium depugnaturi capillum & barbam in procinctu Alexandri Macedonis iuſſu ad Arbela totonderunt: è Plutarcho, ipſumq; illuſtrante*



*illuſtrante Syneſio, tonſionis duæ ſpecies κῆπος, & σκάφιον. Imò plures. Laërtij de Menedemo illuſtratus, & cum priore illo Plutarchi de Arato compoſitus locus: ad habitum athleticum æquè vt eandem vterque ſententiam præferat, pertinens.*

## Cap. VIII.

VT vt ſit ſcamma ipſum quod eſſe foſſam, ſiue caueam ludorum & ἀπὸ τοῦ σκάπτειν deductum oſtendi ſuprà: Plutarchus [a] alio itidẽ Græco deriuato indidem vocabulo σκαφεῖον, vel σκαφίον vocatum probat alicubi, vt equidem ſentio: ſed qui aliter ipſius verba, quam Latini, Græciq; interpretes fecerint, accipio, vbi de Arato: qui animum iuuenis adhuc ad palæſtram appulerat, in eáque cum æqualibus corpus apud Argos exercere ſolitus fuerat; vt etiam quinquertione, ſiue pentathlo decertauerit, coronáſq; victor apud Nemæa indeptus fuerit: vnde in ipſius etiam iconibus, ſiue ſignis ac ſtatuis habitudinem quandam corporis athleticam apparere, vultúmque grauem ac Regium non omnino diffiteri, aut ementiri voracitatem athleticam (illam ſcilicet, quæ ſicut initio libri tertij dicturi ſumus pinguitudine ipſa, & obeſitate corporis oſtenditur) & ſcaphium, ſiue ſcamma: hoc eſt (per ſynecdochem nimirum, id quod fit, per locum, in quo fit, demonſtrantem) robur illud, atque amplitudinem, firmitatémque corporis, quæ aſsiduis eius exercitationibus palæſtricis comparari, atq; adquiri ſolet. Sic enim verba optimi auctoris, quæ bona ex parte iam expoſui, ſe habẽt; τρεφόμενος δὲ παρὰ τοῖς ἐν Ἄργει ξένοις, καὶ φίλοις πατρῴοις ἐλευθερίως, καὶ τὸ σῶμα βλαστάνον ὁρῶν εἰς εὐεξίαν καὶ μέγεθος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἀσκήσει τῇ περὶ παλαίστραν, ὥστε καὶ πένταθλον ἀγωνίσασθαι, καὶ στεφάνων τυχεῖν. ἐπιφαίνεται δ' ἀμέλει καὶ ταῖς εἰκόσιν ἀθλητική τις ἰδέα, καὶ τὸ συνετὸν τοῦ προσώπου καὶ βασιλικὸν οὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν καὶ τὸ σκαφίον. vbi Amyotus doctiſsimus: *Auſſi apperçoit-on en la face de ſes images, & ſtatues, ne ſçay quoy de champion de lucte, & parmy la prudence & façon royale, que l'on voit empreinte en ſon viſage, cognoit-on auſſi qu'il eſtoit grand mangeur, & grand beuueur, comme ſont ordinairement ceux, qui ſont profeſſion de tels exercices du corps.* Equidem non nego, quin per ſe accepta iſta interpretatio Gallica rectè conſiſtat: verbis tamen Græcis (licet ſcaphion [b] ſiue cymbion genus eſſe poculi

[a] *in Arati vita ſub initium, fol. 1879. lib. à Stephano excuſi. De obeſitate autem ac voracitate athletarum videto, ſi tibi curæ eſt quæ ſub initium tractatus proxime ſequentis ſcribimus.*

[b] *vt apud Athẽ. lib. 4. deipnoſoph.* καὶ σκαφίον ἐργυρῶν δύο κοτύλας χωροῦν. *Plautus ſcaphio bibunt. Cicero ſcaphia cum emblematis quos locos & Stephanus notauit in Theſauro græco.*

culi fatear) illam non quadrare aio: præſertim quod è ſtatuæ vultu (niſi quis eam fortaſſe pictam non modò ſcalptam proponat) eum cuius illa eſt, bibacem fuiſſe colligi non poſsit: ſed neque athletas ore fuiſſe rubicundo, quale habere putantur, qui mero ſe largius inuitarunt, vſpiam legere memini: nec apud Lucianum [a] Damaſias athleta nudum ſe dicens vtique iubetur à Mercurio vt poſsit in Charonis cymba tranſuehi, aliud quàm carnes illas obeſas cum coronis & præconiis deponere; vbi οὐ γυμνὸν ὦ βέλτιστε τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένον· ὥστε ἀπόδυθι αὐτάς, ἐπεὶ καταδύσεις τὸ σκάφος τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους ἀπόρριψον καὶ τὰ κηρύγματα. Et tamen, cùm athletã Euripides à Galeno citatus [b].

γνάθου τε δοῦλον νηδύος θ' ἡττημένον. dixerit;

Cùm denique apud Fabium Quintilianum [c] de palæſtricis agentem, qui corporis cura mentem obruerent ſcriptum eſſe nunc recorder, ipſis partem vitæ in oleo, partem in vino conſumi ſolitam: & apud Arrianum [d] epicteto, ὅτι, περὶ τὸ πολὺ πίνειν ἐπαριστεροὶ ἀσκηταί εἰσιν, equidem vbi à mea illa diſceſſero ſententia, in hanc deſcendam ipſiq; acquieſcã potiùs, quàm vt Xylandrinam, ſiue Cruſerianam iſtam ſequar; Elucet nimirum & in ſimulacris eius figura athletica, vultúſque grauis & maieſtatis plenus, non diffitetur athleticam voracitatem & ligonem. Nulla quippe Ligoni cum voracitate ſocietas (me quidem iudice) quamuis non ignorem hanc fodiendi exercitationem non minus ὄρεξιν excitare poſſe, quàm aliam è palæſtra quamlibet) nulla coniunctio: nec in contrariũ mouet; quod à Cruſerio, vel Xylandro in annotationib. ad eum locum editioni Stephan. adiunctis illius interpretationis tuendæ gratia ſit allatum, citato interprete Theocriti ad iſtud poëtæ [e] de paſtore Piſis certaturo athletámque acturo,

Κ' ᾤχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τουτᾶθε μᾶλα.

Solitos athletas tradente, præſertim pugiles ligone ſe exercere, partibúſque ſuperioribus corporis robur fodiendo quærere: quo loco σκαπάνη ἐστὶ δίκελλα σκάφιον τὸ κοινῶς λεγόμενον τζάπιον. ὃ οἱ ἀθλητικοὶ ἄμμαν. χρῶνται δὲ αὐτῇ πάντες μὲν οἱ ἀθληταί, μάλιστα δὲ οἱ πύκται, & cæt. & poſteà οἱ γὰρ γυμνασταὶ τούτοις ἐχρῶντο ὑπὲρ γυμνασίας τῇ σκαπάνῃ σκάπτοντες καὶ τὰ ἄνω μέρη ἀναρρωνῶτες: vt ad id genus exercitationis græcorum Epheborum reſpexiſſe

[a] in Dialogis mortuorũ in eo Charonis & Mercurij cuius initium ἀκούσατε.

[b] locum attulit Mercurial. c.14. lib.1. art gymna.

[c] lib. 1. Inſtitut. Orator. cap.11.

[d] lib.3. in epicteto cap. 12. περὶ ἀσκήσεως.

[e] Theocriti. Idyl. 4. quod inſcribitur νομεῖς.



reſpexiſſe videatur, quod Feſtus Põpeius [a] in voce Rutrum explicat; quando Rutrum tenentes arenam ruebant exercitationis gratia: tanquam hoc exercitationis genus quoddam grauiorum illorum, propter quæ victores coronabantur, certaminum præludium fuerit; quod Iſaacus quidem Hortibonus in Theocriticis lectionibus ſuis exiſtimat. ſed ſi hoc eſſet quod è Feſto, & ſcoliaſte Theocriti adferant (quamquam ne ipſe quidem Feſtus de athletis, aut in gymnaſio ſe exercentib. diſertè loquitur, qui Epheborum dumtaxat & moris græcorum mentionem facit) non vſque adcò alienum ab athletis laborem, aut opus τὸ σκάπτειν, Galenus græci moris vetuſti profectò non ignarus eſſe duxiſſet: quem tamen hoc alicubi [b] ſcribere nemo inficias iturus eſt mihi; quo loco athleticum robur tum ad cæteras res omnes inutile atq; incommodum eſſe ſignificat, tum etiam operi ruſtico faciendo, quod foſſores aut meſſores aſſolent. ἀλλ' ἴσως τῶν εἰρημένων οὐδενὸς (inquit) ἰσχύος ἀντιποιήσονται. τοῦτο γὰρ δή οἶδ' ὅτι (ſic malim vbi ὃν legitur) φήσουσιν ἰσχυρότατον πάντων εἶναι. ποίας ὦ πρὸς θεῶν ἰσχύος, καὶ πρὸς τί χρησίμης: πότερον τῆς εἰς τὰ γεωργικὰ τῶν ἔργων. πάνυ μὲν οὖν καλῶς ἢ σκάπτειν, ἢ θερίζειν παρούσῃ τῶν ἄλλων τὴν κατὰ γεωργίαν δύνανται. ἀλλ' ἴσως εἰς τὰ πολεμικά, τὸν δ' Εὐριπίδην, αὖθις μοι κάλει, & cæt. Quin & idem ipſe libro ὑγιεινῶν tertio athletas vt remiges atq; viatores ita foſſores tanquam diuerſos, immoderatis tamen omnes exercitiis & laboribus (vt apotherapeia, de qua loquitur, egerent poſteà) defatigari atque laſſari ſolitos adiunxit; nihilo interim addito, vnde maiorem cum foſſoribus quàm cum cæteris, quos dixi, ſimilitudinem familiaritatem aut coniunctionem athletas habuiſſe quiſpiam poſsit colligere: ὁ δὲ ἴδιος τῆς ἀποθεραπείας σκοπὸς (ait) ἐν ςλῶσαί τε καὶ διαναλῦσαι τοὺς εἰωθότας ἐπιγίγνεσθαι τοῖς ἀμετρήτοις γυμνασίοις κόπους, ἐπὶ ... οὖν τῶν ἀθλητῶν οἷον, ἤτοι σκαπτόντων ἢ ὁδοιπορούντων ἢ ἐρεσσόντων, &c. quæ libri ſequentis cap. 15 adferam Amam quidem ſiue Hamam (nam ita etiam proferri à nonnullis hoc quoque, vt pleraque alia, vocabulum ſolet) cùm dolabra coniunxiſſe Iuriſconſultũ alicubi [c], & præfecto vigilum tribuiſſe, ſicuti ἄμην, καὶ πέλεκυν militibus Romanis Ioſephum [d] Amam, & ſecurem μετὰ ξυστοῦ τε καὶ θυρεοῦ πριόνος τε, καὶ κοφίνου memini: vt qui bellicis, aut militaribus athletis idem reliquis athletis vſui eſſe

[a] his verbis Rutrum tenẽtis Iuuenis eſt effigies in Capitolio Ephebi more Græcorũ arenã ruentis exercitationis gratia quod ſignum Põpeius Bithynic⁹ ex Bithynia ſupellectilis Regiæ Romani deportauit.

[b] προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, fol.5. lin.6.

[c] l. 3. §. ſciẽdum. D. offic. præfect. vigil.

[d] lib.3. ἁλώσεως, cap.6.

eſſe inſtrumentum, adquirendo itidem, aut firmando robori potuerit. Verumtamen vt ἄμλω vaſis quoque nomen fuiſſe apud veteres memoria repeto, ſic & σκαπάνης vocabulũ apud Theocritum de vaſe paſtoritio quopiam, quo excipi lac ſoleret, interpretari malim: qui ſcio, indidẽ deducto (vt arbitror) Σκαφίδος nomine, vas ligneum rotundum excipiendo lacti & ſero idoneum, ex Homeri Odyſſeæ primo Athenæũ [a] tradere; ita quidem, vt Scyphum inde dictum à quibuſdam exiſtimari adiiciat: non abſurdè hoc etiam, ſi in vicem calicis effracti, aut alioqui defficientis ἐκ τῆς πέλλης ἤγουν πελλίδος καὶ ξέστης è mulctra, vaſeq; oleario ſubbibiſſe veteres nonnunquam, Hipponactis teſtimonio prolato idem auctor anteà comprobarat. Nam & apud ipſum Theocritum τὸ μᾶλα de pomis potiùs, illi forſitan mulctræ, quam σκαπάνην vocatam diximus, inditis, quàm de ouibus [b] vt accipiam; in cauſa eſt, quòd oues ad certaminis locum adduxiſſe non Opilionem, ſed bubulcum Ægonem, non veruecinis, ſed ſuillis, & bubulis carnibus ſaginandum, ex illa conſuetudine athletica, de qua initio libri proximi dicemus, veriſimile mihi non videtur. Mulctram quidem nemo non mecum bubulco (nam de aratore aut agricola non loquimur) vt magis neceſſarium inſtrumentum, aſsignabit lubentiùs, quàm rutrum aut ligonem, vt arbitror; longéque commodius illam ipſi à Poëta, quàm iſtum attributũ fuiſſe aſſentiatur: in qua proinde componi poma potuerunt, vt alio quopiam loco [c] mellis plenos fauos in ſcaphidibus, ſiue mulctris decem inditos canentem Comatam inducit,

*Στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,*
*ὀκτὼ δὲ σκαφίδας μέλιτος πλέα κηρί' ἐχοίσας*

Cymbia profectò cymbáſq; hauriendo vino vſum præbuiſſe conſtat [d], lacti etiam excipiendo à veteribus fuiſſe itidem vſurpata hoc Statij Papinij [e] indicat,

*Spumantéſque mero pateræ verguntur, & atri*
*Sanguinis, & rapti gratiſsima cymbia lactis*

(cymbæ autem, & ſcaphæ ſiue ſcaphidis, vt forma eadem, vſúſq; in fluuiorum tranſuectione [f], ipſoq; adeò vini & lactis etiam

[a] *lib. 11. Deipnoſ. f. 372. Latinæ verſionis Dalichampij, Græci verò Aldini, fol. 204. vbi verſus Homeri adſertur iſte γαυλοί τε σκαφίδες τε τετυγμένα τοῖς ἐνάμελγεν.*
[b] *tale illud quod in Lango Nicephori interprete notauit Iunius in Adagio Diſſidij pomũ, ex Eccleſ. hiſto. lib. 14. cap. 49. vide Leopar. c. 23. li. 3. emẽdat.*
[c] Ὀδοιπόροις εἰδυλλ. 5.
[d] *vide Dionyſij Sinopẽſis in Seruatrice locũ, & alios Philemonis in ſpectro, Alexãdridis in Ruſticis Alexidis in equite. Demoſthenis contra Meidiam: vt illum mittam, Eratoſthenis ad Hegetora Laconem Ephippi ephebis: & item ſimilib. ſiue obeliaphoris ac denique Anaxandridis Nereidibus ab Athenæo Deipnoſophiſta citatos lib. 11. fol. 348. Latinæ à Dalechãpio verſionis, & fol. 358. & 359. & Virgil. 5. Æneid. Cymbiaq; argẽto perfecta atq; aſpera ſignis.*
[e] *ex lib. 6. Thebaidos.*
[f] *Cymbium nauigium fuiſſe à Sophoclis Andromedis docet Athenæus lib. 2. Deipnoſophiſt. fol. 359. ibidemq; Cymbam poculum ab Apollodoro in Paphiis.*



etiam hauſtu; ſic vtriuſq; nominis eadem, aut gemina ſignificatio: quamuis non eadem origo) & ſimiliter Cypellum vaſis genus potando vino aptum ταῖς πέλλαις hoc eſt mulctris aſsimile ſicuti ab ipſo Athenæo [a] addocemur. Foſſę autem (vt ad Plutarchum redeam,) atque adeò caueæ locus in quo celebratos antiquitus agones diximus (nam & ſcamma, & σκάφη τὸ ὄρυγμα foſſura eſt vt habent vetuſtæ gloſſæ impreſſæ à Stephano) non minùs quàm ipſa voracitas familiaris athletis fuit: vt per vtramq; rem propterea coniũctim Plutar. habitum morémque athleticum deſignaſſe meritò videatur.

Planè ſi eam τῆς σκαφίς ſignificationem, quam ij de ligone adferunt, non (vt ipſi) ad rem athleticam, ſed ad rem ruſticam atque agriculturam aliquis retulerit; minùs incommodè facturũ arbitror: hoc ſenſu ſcilicet, vt vultus Arati quamlibet maieſtatis aut grauitatis plenus, obeſi tamẽ aliquid, quo voracitas athletica illa oſtenderetur ipſis intuentium oculis obiiceret; ſimulq; obdurati operum aſsiduitate ruſticorum rugoſi putà vel piloſi quidpiam, minimeq; omnium delicati ex continuis & improbis agriculturæ laboribus: quibus, & venationi ſimul, vt corpus robuſtum & agile redderet; ipſum quoq; Philopęmenem athletico reiecto ſtudio animum adiecisse vt cum vinitoribus plerunq; ac aratoribus ſummo mane opus in ſuburbano rure, quò ſe per dies ſingulos à prandio vel à cœna recipiebat, faceret; poſteáque in vrbem reuerſus amicorum & publicis officiis nihilominus pacis tempore vacaret, ab ipſo alibi Plutarcho [b] in hæc verba ſcriptum eſt: *σχολῆς δὲ οὔσης ἢ κυνηγῶν διεπόνει τὸ σῶμα καὶ κατεσκεύαζε κοῦφον ἅμα καὶ ῥωμαλέον ἢ γεωργῶν, ἦν γὰρ ἀγρὸς αὐτῷ καλὸς ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως: εἰς τοῦτον ἐβάδιζε καθ' ἡμέραν μετὰ τὸ ἄριστον ἢ μετὰ τὸ δεῖπνον*, &c. *πρωῒ δὲ ἀναστὰς καὶ συνεφαπτόμενος ἔργου τοῖς ἀμπελουργοῦσιν ἢ βοηλατοῦσιν αὖθις εἰς πόλιν ἀπῄει*, &c. Verũtamen (id vt dicam quod ſentio) cùm non agricolarum more, ſed ingenuè Argis educatum fuiſſe in hoſpitum & amicorum paternorum contubernio Aratum: ibíque ad meditationem ſe palæſtræ contuliſſe, quòd inſurgere corpus in bonum habitum & proceritatem videret, illo de cuius explicatione ſatagimus loco ſcriptũ ſit: in priore illa perſto ſententia; rutrumq; ac ligonem iſtum, inde vbi agriculturæ nulla mentio, ſed rei

[a] *lib. 2. Deipnoſo. fol. 359. Latinæ verſionis.*
[b] *fo. 654. & 655. editionis Stepha. in Philopœmenis vita.*

tantùm athleticæ ( in qua vſum ipſius fuiſſe nullum, oſtendi ſuprà ) equidem ab Arato ad aratores foſſoréſve aliquos in vltimas terras proiiciendum cenſeo. Poſsis etiam τὸ σκάφιον apud Plutarchum non abſona, vel incommoda, nec inerudita interpretatione (cùm ab Ariſtophane pro Cranio ſcriptum reperiatur [a] id nominis ) ita συνεκδοχικῶς accipi, de fronte atque anteriore illa parte capitis, quam pleroſque athletas arietantes frequẽter commiſiſſe in lucta, & pancratio ſcilicet ὥσπερ κριοὺς τὰ μέτωπα συναράττοντας ( quemadmodum Lucianus [b] tradit) pro explorato pleriq; habent : exemplo Antæi ac Herculis inter ſe colluctantium de quibus apud poëtam [c] ita ſcriptum in cæteris;

*Conſeruêre manus & multo bracchia nexu*
*Colla diu grauibus fruſtrà tentata lacertis*
*Immotúmque caput fixa cum fronte tenetur:*

forſitan etiam totondiſſe raſiſſéve, aut medicamento, ſiue nouacula volſella, vel alio quopiam inſtrumento adhibito depilaſſe, meritò quiſpiam coniecerit: atque adeò caluam deniq; glabrámque habuiſſe (hac fini, puta, vt in pancratio potiſsimùm, difficiliùs ea pars capitis antagoniſtarum manibus pateret) illorum figuræ à Ligorio [d], è vetuſtis Syracuſanorum nummis repræſentatæ, nos docent; quamquam hoc nõdum animaduerſum à quoquam reperias : quiduis potiùs denique (illa tamen interpretis Lapi ſcapha excepta) quàm Ligonem, nec à regib. (qualis Aratus fuit, de quo in illo Plutarchi loco agitur ) nec ab ipſis athletis tractatum, eo Scaphij vocabulo deſignaſſe Plutarchum affirmare audeam.

Hoc interim non prætermittam, quod memoriæ nunc ſubit : poſteriorem hanc ex antiquis athletarum figuris, moribúſque repetitam interpretationem adiuuari, firmaríque ab iſto Suetonij loco [e] ita quidem, vti ex eruditiſs. viri Adriani Turnebi, ſiue coniectura ſiue ad manuſcriptos libros adhibito iudicio reſtitutus fuit, quamuis eum Læuinus Torrentius minimè ſibi ſequendum, ac receptam potius lectionem retinendam exiſtimauerit. Nam vbi de odio popularium in Neronem ex annonæ caritate concitato, præſertim quod publica fame nauis Alexandrina puluerem [f] luctatoribus aulicis aduexiſſe nuntiabatur ( ad debellanda enim corpora palæſtræ ſtudiis

[a] *notat Iul. Pollux Onomaſt. lib. 2. vbi περὶ κεφαλῆς col. 89. & ex eo Stephan. quoque in Theſauro Græco.*
[b] *Anacharſi vel de gymnaſiis eo quem libri ſuperioris cap. 2. attuli loco, quemq; inferius hoc ipſo libr. vbi de coronarum varietate diſſeretur adferam, ad extremum cap, 22.*
[c] *Lucanũ lib. 4. de bello ciuili, de Antæo ab Hercule in colluctatione ſuperato egimus lib. ſuperiore ſub initium cap. 12.*
[d] *vide apud Mercurial. artis gymnaſt. lib. 2. c. 8. fol. 69. & lib. 3. c. 6. fo. 100. pag. 2.*
[e] *in Nerone cap. 45.*
[f] *hunc locũ illis adiungito, quos περὶ ἁφῆς adfero lib. 3. cap. 22.*



ſtudiis arenam è Nilo ſolitam aduehi, certè Patrobio Neronis principis Liberto, ex Plinij lib. 35. cap. 13. alij notarunt) nihil contumeliarum defuit, quin ſubiret (inquit) ſtatuę eius à vertice cirrus appoſitus eſt cum inſcriptione Græca, Nunc demum agona eſſe, &, raderet tandem. Etenim qui barbam ſolitus radere, comam ſemper in gradus formare, quam pone verticem ſummiſiſſet, peregrinatione Achaica Sueton. idem [a] auctor eſt (vnde τὴν μὲν κεφαλὴν κομῶντα τὸ δὲ γένειον ψιλιζόμενον Dio apud Xiphilinum [b] ſcripſit) ei talis inſcriptio proximum interitum minabatur : certamen quidem ſibi ſubeundum eſſe, cuius ergo, cirrum in anteriore capitis parte prominentem proinde athleticum in morem ſi confeſtim raderet; commodè, ac prudenter facturum eſſe : tanquàm ad pugnam ipſum laceſſens, atq; contemnens; præmonitum haud dubiè volebat. Atque ita equidem Suetonij locum illum ab aliis leuiter tactum, vbi cum illo Plutarchi commiſſus eſt, mutuò ſibi allucere cenſeo : vtrique verò Lucianum, vbi diſertè robuſtiſsimos quoſque athletarum & exercitatiſsimos illam capitis quam dixi partem ( anteriorem ſcilicet ) cute tenus detonſam habere ſolitos tradit: quo loco [c] de Megilla detonſa illa diuite Lesbia, quæ ſe Megillum nuncupabat : τὴν μὲν πηνίκην ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς. ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία καὶ προσφυὴς καὶ ἐν χρῷ ὤφθη αὐτὴ καθάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν ἀποκεκαρμένη. Sic Theſei Atticoram & item Olympicorum agonum ( id quod aliis huius Agoniſtici locis [d] doceo ) inſtauratoris; cuius habitum oris & faciem referre ſimili corporis cura prorſus adhibita, præſtantiſsimos quoſq; ſtuduiſſe, laudíque ſibi duxiſſe athletas ſimile vero eſt; tonſum ſinciput ſolummodo fuiſſe : vti de Abantib. inſulam Eubœam Achaiæ ( vbi ſacri agones exhibebantur ) penè contiguam incolentibus Homerus [e] ipſos

Μεγαθύμους θοὺς ὄπιθεν κομόωντας.
Αἰχμητὰς

nominans, cecinit; atque hoc genus tonſuræ Theſein ab illo nominatum Plutarchus [f] memorat, Abantes verò ita primos non aut ab Arabibus edoctos, aut Myſorum ęmulatione detonſos fuiſſe : ſed quoniam bellatores forent, comminúſque pugnarent, & præter cæteros conſerere manus cum hoſtibus didici

[a] *cap. 51.*
[b] *Nerone, f. 176.*
[c] *in Dialogis amatoriis in 5. cuius interlocutores Clonarion & Leæna, principiũ verò κοινὰ περὶ σοῦ.*
[d] *lib. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 29.*
[e] *Iliad. β. τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες Αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι Θώρηκας ῥήξειν δηΐων ἀμφὶ στήθεσσι : vbi περὶ τῶν Κουρήτων καὶ Ἀκαρνάνων, videndus Euſtath. fol. 282. quo etiã loco de Abantibus Eubœam inſulã incolẽtib. hoc adijcit, οἱ δὲ παλαιοὶ λέγουσι καὶ ὅτι ἴδιον κουρᾶς οὐ βοίων τὸ βαθείας ἔχειν τὰς ὄπισθεν κόμας ἀνδρείας χάριν.*
[f] *in Theſeo, fol. 5. edit. Stepha. videſis & in vita Cleomenis eundem de Alexandri præcepto iuxta quod Macedones depugnaturi barbã raſerint : quod ipſum à Camerario proditũ video Meditationum hiſtor. cap. 36. vbi de Abantibus, Curetib. Ætolis.*

didiciſſent (id quod Archilochi exhibitis verſib. comprobat) vt in decertando ſcilicet nexum hoſtibus capillorum ne præberent: ab illo ipſo Plutarcho traditur. Nempe id Alexandrum quoque Macedonem animaduertentem edixiſſe ducibus ſuis, vt Macedonum barbas raderent; quod anſa ſit hæc in præliis promptiſsima, qua de re auctoris præſtantiſs. verba proferam, vt ſoleo; cuius me moris pigebit nunquam: *ἐκείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ ὅμηρος ἔφη τοὺς Ἄβαντας, καὶ τοῦτο τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηῒς ὠνομάσθη δι᾽ ἐκεῖνον, οἱ δὲ Ἄβαντες ἐκείραντο πρῶτοι τὸν τρόπον τοῦτον*, &c. *ὄντες πολεμικοὶ καὶ ἀγχέμαχοι καὶ μάλιστα δὴ πάντων εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες* & reliqua, *ὅπως οὖν μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις ἀπεκείραντο. τοῦτο δὲ ἀμέλει καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐννοήσαντά φασι προστάξαι τοῖς στρατηγοῖς ξυρεῖν τὰ γένεια τῶν Μακεδόνων· ὡς λαβὴν ταύτην ἐν ταῖς μάχαις οὖσαν προχειροτάτην.* Sanè non Macedonas modò (quod Plutarchus refert) verùm cæteros etiam exceptis Lacedæmoniis Græcos, militares vtique (vt cum Polybio ac Diodoro [a] loquar) & perfectos veróſq; bellicorum operum athletas; Alexandrum ad Arbela Imperatorem ſequutos: ipſius iuſſu antequàm de ſumma rerum cum immenſis illis Darij copiis confligerent, barbam ſimul & capillum quoque ſub pugnæ tempus præcidiſſe, ne quam apprehendendi ſui anſam hoſti relinquerent: adeoq; fortiter feciſſe, vt ipſum denique ſuperarint, cùm alioquin vſu rerum & experientia ſatis comprobatum Macedonibus & damno quidē ſuorum foret, nihil ad pugnam committendam è proximo incommodiùs barba & capillo reperiri poſſe, quando Perſæ iam olim ipſos barba capilloq; apprehenſos abiectis etiam clypeis proſtraſſent: à Syneſio [b] allata pereleganti & iucunda in eam rem hiſtoria quodam loco traditur. Ex quo, vbi de Macedonib. cæteriſque militib. Græcis ſub Alexandro Magno ſtipendia facientib. loquitur, hæc potiſsimùm vſui noſtro decerpenda duxi; cætera verò indidem pro ſua quiſque animi ſententia, cui erit commodum hauriet; me certe non inuito, qui digitos ad fontem alioqui depreſſum ſatis atque abſtruſum intenderim: *οὗτοι πρὸ τῆς ἐν Ἀρβήλοις μάχης τὴν δικαιότερον ἄν τις μεγάλην προσαγορεύσειε, πεῖραν μαθόντες ὅτι πονηρὸν στρατιώταις αἱ τρίχες, πανδημεὶ ξυράμενοι μετὰ θεοῦ καὶ*

[a] vide locos à me allatos lib. 3. Agoniſt. cap. 6. ad finem.

[b] *ἐν τῷ φαλάκρας ἐγκωμίῳ* ſub finem in fol. 54. & 55. huc ergo pertinet quod Alexandri tantum ſeculo morē radēdi barbam inuectũ Chryſippi è libro de honeſto & voluptate allato teſtimonio Athenæus tradit lib. 13. Deipnoſop. fol. 236. Aldini lib. verſionis Dalechampÿ, f. 419. & 420. Antiphanis Comici tempore Lacones *ἐφόρουν τοὺς ὑπήνας* labro ſuperiore barbam alebant vt indicant verſus illius ab Athenæo relati li. 4. Deipnoſop. fol. 33. Aldini libri.





*τύχης καὶ ἀρετῆς εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνα συνέστησαν ἐπεράχθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἡ διαβολὴ τῶν τριχῶν, ὡς ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος συνέγραψεν* & reliqua, *ταχὺ συνεὶς τι τοῦ δεινοῦ κελεύει μὲν ἀνακλητικὸν ἠχῆσαι τὰς σάλπιγγας· ἀπαγαγὼν δὲ ὡς πορρωτάτω καὶ καθίσας ἐν καλῷ τὸν στρατόν, ἐπαφίησιν αὐτῷ τοὺς κουρέας· οὗτοι μὲν οὖν δώροις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀναπεισθέντες πανδημεὶ τοὺς μακεδόνας ἐξύρησαν. Δαρείῳ δὲ καὶ πέρσαις οὐκέτι τὸ πρᾶγμα κατ᾽ ἐλπίδας ἐχώρησε· μὴ γὰρ οὔσης ἔτι λαβῆς, πρὸς πολὺ καλλίους ἀγωνιστὰς, τοῖς ὅπλοις ἐκρίνοντο.* Denique cùm duæ ſint detonſionis ſpecies, vna qua cute tenus crines forfice ſecantur aut etiam raduntur; altera quæ magis ad ornatum facit capitis, cùm ad frontem ſeruatur honeſtandam cirrus, & pauxillulum pilorum quidpiam: iſtam *κῆπον*: illam verò (athleticam ſcilicet, quam antè dixi) *σκάφιον* vocari auctores habemus duos, Græcos & ipſos, ſed omnium iudicio eruditiſsimos, Ariſtophanis & Homeri Scoliaſtas, & interpretes: quorum ille quidem ad iſtud poëtæ [a],

*Εὖ σὺ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.*

*ἀποκεκομμένῳ* (inquit) *δύο δὲ εἴδη κουρᾶς σκάφιον καὶ κῆπος. τὸ μὲν οὖν σκάφιον, τὸ ἐν χρῷ· ὁ δὲ κῆπος τὸ πρὸ μετώπου κεκοσμῆσθαι.* Euſtathius [b] verò ad illud Homeri,

*Καλὸν φυταλίης, καὶ ἀρούρης πυροφόροιο:*

*ἄρουρα ἡ γυνὴ* (ait) *φυτῶν ἄροσις, εἴτ᾽ οὖν ψιλὴ, ἐξ ἧς δὴ λέξεως, καὶ ψιλῆται οἱ ἐν μάχῃ γυμνῆτες, καὶ ψιλίζεσθαι τὸ ψιλοῦσθαι*, &c. & ſtatim *κῆπος οὐ μόνον φυταλία, ἀλλὰ καὶ καλλωπισμὸς κόμης κατ᾽ αἴλιον διονύσιον, καὶ κουρᾶς διάθεσις τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. θουκυδίδης δὲ κήπιον φησί. κωμικοὶ δὲ κηποκόμαν τὸν κῆπον κειρόμενον ὥσπερ ἕτερον σκαφιόκουρον καί ἐστι, καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἡ λέξις τὸ σκάφιον κείρεσθαι.* Quibus adiungenda tertia ſpecies cinędicæ turpiſque adeò tonſionis, quæ *μοιχὸς* diceretur; quemadmodum Ariſtophanis adhibito teſtimonio Suidas [c] cætera quæ diximus etiam illuſtrans, docuit his omninò verbis: *μοιχὸς εἶδος κουρᾶς κιναιδώδους. Ἀριστοφάνης. Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ. ἀπρεπὴς κουρὰ καὶ κιναιδώδης, καὶ κῆπος ἄλλο εἶδος καὶ σκάφη ἕτερον. καὶ παροιμία, ἕλκει μοιχὸς ἐς μοιχόν. ῥηθεῖσα ἡ παροιμία τῷ καλλίᾳ.* Huius nulla (quod mirum) ab Euſtathio ad Homerum fit mentio; qui tamen ſuperiorib. duabus, alias præterea duas alio quodam loco [d] adiicit, Alanicam (quæ ipſa parùm à ſcapio videtur diſcrepaſſe; ſi qua enarratoribus

[a] Auibus, f. 399. exemplar. Græci an. 37. apud Froben. excuſi quem locũ citat etiam Suid. in *σκάφιον* dicens id eſſe *εἶδος κουρᾶς*.

[b] ex Iliad. μ. fol. 907. li. 37. & ſeq.

[c] in *μοιχός*.

[d] in commentar. ad Iliad. ψ. fol. 1292. iſtud Homericũ explicãs: *Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην.*

philologis fides) & Hectoream, ſic ferè: κέκρυνται δὲ μέχρι νῦν οἱ μὲν ἐν χερσὶ καθὰ καὶ Ἀλανοί· οἱ δὲ σκάφιον, ὃ παρὰ τοῖς κωμικοῖς κεῖται, τινὲς δὲ καὶ ἑκτορείαν φιλοῦσι κουρὰν, ἣν παραλαλεῖ καὶ Λυκόφρων. φιλητὸς δέ τισι καὶ ὁ λεγόμενος κῆπος· καὶ ὅμως ἣν φασι καὶ φορτικὴ κουρά· ὡς καὶ ἣν ἔπαχόν τινες ὑπὸ σκυθῶν, ἣν καὶ μισοῦντες τὸ οὕτω πάσχειν ἀπεσκυθίσθαι προσηγόρευον. Priores duos illos interpretum ad Ariſtophanem & Homerum de Scaphio locos viderant, ac memoria tenebant auctores annotationũ ad illum Plutarchi locum de Scaphio, quem interpretamur: ad quem illos non facere, propterea ſcripſerunt ſcilicet, quod cætera, quæ nos iſti poſteriori ſententiæ tuendæ, atque firmandæ attulimus, in memoriam minimè reuocarunt. Cui ligonib. rutris, aratríſque omnibus nunc demum relictis facilè illos acceſſuros, bene ominari volumus. Quod ſi non manibus, ſed animis callum obduxerint: per me quidem ligones tractent, quantum lubebit: ſed ita, ne ſe tamen Terentiani ſenis illius more crucient, atque ſibi de ſe ipſis ſupplicium duint. Equidem non dubito, quin præſtantiſsimi quique critici veriſsimam, & appoſitiſsimam poſteriorem hanc noſtram interpretationem, tot tantíſque priſcæ fidei teſtimoniis approbatam, ipſi mecum eſſe veriſsimam cenſeant.

In qua inſuper, vno iſto Diogenis Laërtij teſtimonio prorſus equidem confirmor, nemo vt in poſterum de ipſa me deducere vlla ratione poſsit. Eadem enim quæ de Arato, è Plutarcho ſuperiùs expreſsi, de Menedemo philoſopho narrat Laërtius [a], vt quod ille ἀδηφαγίαν καὶ σκάφιον tanquam athletæ cuiuſpiam ex Arati ſtatua iconica deprehendi potuiſſe aſſerit; hoc ipſum de Menedemi apud Eretrienſe ſtadium vetus imagine nudum penè corpus oſtendente, ſimiliter iſte colligi, ſignificet: corporis in eo iam ſenis habitum qui erat in iuuene duraſſe, athletæ inſtar, non modò firmum & ſolidum, hoc eſt robuſtum & ſucci plenum, itémque adúſtum (quod ad ea pertinet quæ lib. 3. cap. 6. de patientia æſtus in agonibus dicturi ſumus) verùm etiam tum iuſta quadrati beneque compacti corporis proceritate laudabilem fuiſſe; tum verò πίονά τε καὶ τετριμμένον obeſum atque fricatum toto corpore, aut potiùs ſuperna vultus parte attritum (quò nimirum illud ſcaphij vocabulum à Plutarcho vſurpatum pertinet) perfrictæ vtique

[a] lib. 2. de vitis philoſophorum in Menedemo, fol. 97. vbi interpres Latinus non ſatis commodè τὸ δὲ μέγεθος σύμμετρος reddidit, mediocris proceritatis: cùm hoc modo potiùs debuerit, ita magnum fuiſſe vt quadratum ad iuſtam membrorum omnium proportionem corpus haberet. Deinde τὸ εἶδος, non ad faciem, hoc eſt, vultum, vt interpres fecit, ſed ad totius corporis figurã & ſpeciem referre ipſum oportuit.



vtiq; frontis & læuis: ex alterutra earum cauſa; quibus enarrandis laborem (vtinam tam aliis quàm ipſi mihi) iucundum iſto ſermone cepiſſe videor. Atque ita equidem è ſuperiorib. vicisſim iſta Laërtij, quæ Plutarch. allucent, exponenda cenſeo: τὰ δ᾽ ἄλλα μεγαλόψυχος ἀνὴρ ἦν καὶ ἐλευθέριος, κατά τε τὴν ἕξιν τὴν σωματικὴν ἤδη καὶ πρεσβύτης ὑπάρχων, οὐδὲν ἧττον ἀθλητοῦ στερεός τε καὶ ἐπικεκαυμένος τὸ εἶδος, πίων τε καὶ τετριμμένος. τὸ δὲ μέγεθος σύμμετρος ὡς δῆλον ἐκ τῆς εἰκόνος τῆς ἐν ἐρετρίᾳ ἐν τῷ ἀρχαίῳ σταδίῳ· ἔστι γὰρ ὡς ἐπιτηδὲς παραγυμνον τὰ πλεῖστα μέρη φαῖνον τοῦ σώματος.

*Thematici agones æquè ac Stephanitæ ſacri, aduerſus Budæum. Varia præter coronas agonum apud veteres græcos præmia. Coronarij, qui ſacri.* Δόσις *apud Clemente & φυλλοβολία. Galenus in tranſitu caſtigatus.* Δῶρον *apud Athenæum,* δόσις *apud Pindarum. Tertullianus obiter emendatus: & item Strabo de certamine agens Olympico. Calculus albus, ab Areta. Gloriæ verbum in Tertulliano quò pertineat. De renunciatione præconia, & deductione hieronicarum.*

## CAP. IX.

PORRO quod coronarum, quæ pro præmio athletis darentur, eo quod exponimus Imperatorum reſcripto facta mentio: teneri non poſſum, quin clariſſimum Budæum (quem pleroſq; in ſuam opinionem pertraxiſſe; qua fuit, ſuo ſanè meritò, in literis auctoritate, non dubito) incuriæ atq; oſcitationis, ne dicam impolitiæ reum peragam: propterea quod ex Pollucis lib. 3. Thematicos ſiue ἀργυρίτας ἀγῶνας diſtinguendos ἀπὸ τῶν στεφανιτῶν, qui ſacri dicerentur, exiſtimarit [a]; cùm thematicos tamen, non minus quàm Stephaniſtas, fuiſſe ſacros apertè Pollux enunciet [b]. Sanè cùm in aliis præter ſacros quatuor, qui luſtrales dicebantur, agonibus; præmij loco non coronæ, ſed ænea vaſa, vel argenteæ phialæ vinariæ, veſtis mollicina hyberna, clypei: aliáque huiuſmodi proponerentur antiquitus in græcia; qualia Lacedæmone primùm ac Thebis heróas conſecutos refert Pindarus: vt apud Marathonem, & Sicyone Pythiis ludis, & apud Pellenem Argos, Clitora, Tegeámque, ac alias vrbes Achaiæ: quod Pindarus ipſe indicat, ſic admodum canens [c] de Thiæi palæſtritæ Vliæ filij maioribus;

Σικυῶ

[a] ad d. l. athletæ 4. pag. 466. comment. apud Gryphium excuſi Lugdun.

[b] περὶ ἱερῶν ἀγώνων cap. 30. lib. 3. Onomaſt.

[c] Nemœonicar. Od. 10. antiſtro. 3. vide & Olymp. Od. 7. antiſtro. 5. & Od. 9. ſtrop. 4. vbi οἷον δ᾽ ἐν Μαραθῶνι ἐλαθεὶς ἀγενείων μένων ἀγῶνα πρεσβυτέρων ἀμφ᾽ ἀργυρίδεσσι, & Iſthmio. Od. 1. Epod. 1. & ſtroph. 2. vide etiã Homer. Iliad. ψ. Theocritum ἡρακλίσκῳ εἰδυλ. 25. ad finem, vbi de Amphitryone. Athenæum li. 2. Deipnoſoph. è Sophocle, fol. 347. Latin. Lugdu. & fol. 349. ex Ione in Agamemnone de poculo, δακτυλωτῷ digitato.

*Σικυωνόθεν δ' ἀργυρω--*
*θέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν*
*ἐκ δὲ Πελλάνας ἐπιεσσάμενοι*
*νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις*
*ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον οὐ δυνατὸν*
*ἐξελέγχειν---*
*ὅντε Κλείτωρ, καὶ Τεγέα, καὶ Ἀχαιῶν*
*ὑψίβατοι πόληες.*
*καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς θῆκε δρόμῳ.*
*σὺν ποδῶν τε, χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει.*

Qua de re apud Higynum [a] quoque in fabulis plurima traduntur, & ipſo denique Virgilio [b], vbi de ludis honori Anchiſæ præſtitis ab Ænea, ipſorúmque præmiis victori propoſitis ita infit;

[a] *fo.273. qui primi ludos fecerũt vſq; ad Æneam 15.*
[b] *ſub init. lib. 5. Æneidos.*

*Et palmæ pretium victoribus armáque, & oſtro*
*Perfuſæ veſtes: argenti, aurique talenta.*

Iis quidem ludis qui prope Athenas in Scirrhis fierent, quibus curſu ephebos certaſſe, vitis ramum vuis onuſtum geſtantes, ex Ariſtodemi tertio de Pindaro Athenæus [c] tradit; victori calicem pro præmio datum, quem Pentaploon vocarent & cum iuuenum cœtu comeſſari ſolitum his verbis, relatum ſcias *Ἀριστόδημος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Πινδάρου τοῖς Σκιῤῥοις, φησὶν, ἀθηνᾶς ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμου. τρέχειν δ' αὐτοὺς ἔχοντας ἀμπέλου κλάδον κατάκαρπον τὸν καλούμενον ὄσχον. τρέχουσι δ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου μέχρι τοῦ τῆς Σκιῤῥάδος ἀθηνᾶς ἱεροῦ. καὶ ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην Πεντάπλοον. καὶ κωμάζει μετὰ χοροῦ.* Propterea igitur ſolos illos quatuor præcipuos coronarios vocatos, qui ſacrorum appellatione deſignarentur, verum eſt. Et tamen ſacris agonibus varia pro temporum diuerſitate præmia præſtita minimè ambigendum puto. Suidas quidem aliquo loco [d] præmia initio agoniſtis proponi ſolita, deinde factum vt ſine iis etiam decertarent: tunc verò victoribus coronas ab amicis inditas, ſed & aliud præſtantius quidpiam conceſſum è longinquo etiam loco flores circumeuntibus & folia emiſſa: ſicuti hodiéque (inquit) præſtantioribus petaſos, & Zonas iniiciunt: & addit *ἐκ τούτου συνήθες ἐγένετο κύκλῳ περιπορευομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπαγείρειν καὶ λαμβάνειν τὰ διδόμενα.* Quod è Suda hic adſcripſi hoc ipſum à Clemente

[c] *lib. 11. Deipnoſ. fol. 202. Aldini Græci: Latina autē verſionis Dalechampi, fo. 369.*
[d] *in περιαγειρόμενοι.*



mente Alexandrino [a] anteà proditum, vt primò quidẽ athletis præmium fuerit *δόσις* ſeu donum; ſecundò plauſus, tertiò foliorum coniectio, poſtremò corona: *ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπικροτισμός, τρίτον ἡ φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς ἑλλάδος μετὰ τὰ μηδικά.* In quibus *περὶ φυλλοβολίας* quod traditur; hoc Pauſaniæ [b] teſtimonio illuſtrari poteſt de Diagora, quẽ ab Acuſilao, & Damageto Olympionicis filiis ſuis arena media circum latum iniectis floribus, fauſtiſq; vocibus cohoneſtatum ſcribit: *διαγόραν δὲ καὶ ὁμοῦ τοῖς παισὶν ἀκουσιλάῳ, καὶ δαμαγήτῳ λέγουσιν ἐς ὀλυμπίαν ἐλθεῖν νικήσαντες δὲ οἱ νεανίσκοι διὰ τῆς πανηγύρεως τὸν πατέρα ἔφερον βαλλόμενόν τε ὑπὸ τῶν ἑλλήνων ἄνθεσι, καὶ εὐδαίμονα ἐπὶ τοῖς παισὶ καλούμενον.* Sed eo illo Clemẽtis loco, iſtud *δόσις* quid velit, non ſatis à ſe percipi vir doctiſsimus ingenuè fatetur. Equidẽ id eſſe puto, vel vnde *ἀργυρῖται ἀγῶνες* dicti ſunt, vel modicum quidpiam æris quod ſupra coronas veluti corollarij, ac ſupplementi alicuius nomine daretur: quo tamen accepto nequaquã vllum ex iſta natione athletarum ditiorẽ aliquo vno diuitis patrisfam. procuratore tandem euaſiſſe; ſi nõ etiam obæratus fuerit: ab infenſiore quàm par eſſet ipſis Galeno [c] traditur; ſic admodum ſcribente, *τάχ' οὖν ἐπὶ τῷ χρήματι* (melius *χρήματα* opinor, vt ſtipes, quas dixi ſignificet, atque à ſequenti verbo, quod aiunt grammatici, regatur) *πάντων ἀθροίζειν πλεῖστα σεμνύνονται, καὶ μὴν ἔστιν ἡμῖν θεάσασθαι πάντας αὐτοὺς ὀφείλοντας οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἀθλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ καταλύσαντας τὴν ἄσκησιν οὐδ' ἂν εὕροις ἀθλητὴν οὐδένος πλουσιώτερον ἑνὸς τῶν ἐπιτυχόντων οἰκονόμων ἀνδρὸς πλουσίου:* & aliquanto anteà [d] *τὸ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα μόνον ὑποπτεύω μήποτ' ἄρα τοῦτο, καὶ ῥώμην σώματος ἐπαγγελλόμενον, καὶ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν ἐπαγόμενον δημοσίᾳ παρὰ τοῖς πατράσι τετιμημένον ἐξαπατήσῃ τινὰ τῶν νέων, ὡς προκριθῆναι τινὸς τέχνης.* Eam ſtipem *δώρου* appellatione Colophonius Xenophanes elegis quibuſdam expreſsit; vbi honores cum commodis tributos athletis hieronicis percenſuit Athenęi fide [e].

*ἀστοῖσι κ' εἴη κυδρότερος προσορᾶν*
*Καί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο,*
*καί κε σιτεῖν δημοσίων κτεάνων*
*ἐκ πόλεως, καὶ δῶρον ὅ οἱ κειμήλιον εἴη.*

[a] *lib. 2. pædag. c. 8. fol. 49. citat Mercur. extrem. cap. 14. lib. 1. artis gymnaſt.*
[b] *lib. 2. Eliacôn. fol. 144. Aldini exempl.*
[c] *ad finem protreptici ad artes ac ſcientias, fo. 6.*
[d] *fol. 3.*
[e] *quẽ videto lib. 10. Deipnoſop. ſub initium.*

εἴτε καὶ ἵπποισιν, ταῦτά γ' ἅπαντα λάχοι.

Atque hic equidem vbi non nego, quin cùm alioqui coronarum non meminerit, eas potiùs δώρου appellatione comprehenſas voluerit: ſicuti δόσεως vocabulo Pindarus quodam Pythiorum loco [a] cùm ita cecinit,

---οἴκοι ἢ πρόσθεν ἁρπαλέαν
δόσιν πενταεθλίου σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς ἐπάγαγες ἄναξ.

Item altero [b] cùm ita,

τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν
μὴ φθονεραῖς ἐκ θεῶν μετατροπίαις ἐπικύρσαιεν.

Nam & apud Dionyſium Areopagitam περὶ τῆς τῶν ἱερῶν κοιμήσεως εἰς τὸ τῶν θείων ἀγώνων πέρας ἀφικνουμένης agentem, ducta ab agonibus ſacris metaphora δόσιν στεφάνων ſcripſiſſe alicubi ſcimus [c], ſic ferè; λαβόντες δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ἄγουσιν ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν· ὁ δὲ ἀσμένως ὑποδέχεται καὶ τελεῖ τὰ κατὰ θεσμὸν ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ὁσίως κεκοιμημένοις τελούμενα. Sed hoc tamen affirmo ſtipem nimirum illam, Dotis appellatione à Tertulliano [d] deſignatam: quo loco ſic ferè ſcriptum, ita ab æuo digniſſimum creditam eſt, ſtadiorum (ſic è præcedentibus non ſtudiorum lego) experimentum committere; artes corporum, & vocum de præſtantia expendere, præmio indice (malim Iudice) ſpectaculo Iudice, ſententia voluptate: quæ nuda ſunt prælia nonnulla ſunt vulnera, pugni quaſſant, calces arietant (forſitan caluæ arietant; ſecundum ea quæ paulò antè [e] ſcaphij vocabulum apud Plutarchum exponentes, à Luciano περὶ ἀθλητῶν τὰ μέτωπα συναρατόντων, ὥσπερ τῶν κριῶν attulimus: nec enim calcibus ſed frontibus committi conſtat arietes, à quibus arietandi verbum deductum eſt; quamquam calcium in lucta, & pancratio magnum vſum fuiſſe non ignoratur [f]) cæſtus dilaniant, flagella dilacerant. Nemo tamen agonis præſidem ſuggillans erit, quòd homines violentiæ obiecterit iniuriarum actiones extra ſtadium, ſed quantum liuores illi, & cruores, & vibices negotiantur, intendis: coronas ſcilicet, & gloriam, & dotem, priuilegia publica, ſtipendia ciuica, imagines, ſtatuas, & qualem poteſt præſtare ſeculum de fama æternitatem de memoria reſurrectionem. Quibus vtiq; verbis conceſſa olim vt aliis ciuibus optimè de Republ. meritis [g] ita etiã athletis præmia exprimuntur: & inter cætera Dotis nomine

[a] Ode 8. ſtrop. 4.
[b] Ode 10. ſtrop. 2.
[c] cap. 7. eccleſ. hierar. περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων.
[d] Scorpia. ſic Tacitus lib. 12. annal. vbi de iuuenalibus ludis loquitur de ſtipe, dabanturq; ſtipes quas boni neceſſitates intemperantes gloria conſumerent.
[e] cap. prox. ſuper.
[f] meminit Seneca epiſt. 8 hodierno die cuius verba ſub initium lib. proximi exhibebo: hoc etiam pertinent Senarij duo quos à vetuſto quodam poëta in cæteris prolatos à Galeno repeti ad finẽ protreptici ad artes ſiue ſciẽtias, f. 6. καὶ ὄνος φησὶ λὰξ ὅτι εἰ βούλεται ἐρείσας αὐτὸν τὸν στέφανον οἴσεται.
[g] nempe vt corona aurea donarentur & ſtatua ære cõflata in foro ipſis poneretur vt denique tum ij, tum ex liberis aut cõſanguineis qui eſſet maximo natu victum in Prytanæo & primum in certaminib. conſeſſum obtineret quæ decreta in ſingulos decreta fieri poſteà vt ex Plut. in vitis x. Rhet. addiſci poteſt in Lycurgo. fo. 1554. & 1557. & in decre. fo. 1563. & 1564.



nomine illa Clementis Alexandrini δόσις, ſtipes inquam illa, vel potiùs (quod equidem malo) vaſorum, veſtium, clypeorum, tripodum, præmij loco propoſitæ ſpecies in ipſis quoq; ſacris agonibus quando ea primùm inſtituta ſunt: idq; cùm illa quæ ſuperiùs à Suda, & Clemente attuli, ſuadent; tum verò etiam Strabonis [a] auctoritate comprobari ſcio: qui in Elide certamen aliud ab Olympico, ſeu Piſæo iam tum Homeri, aut potiùs Troiani belli ab eo decantati temporibus celebrari ſolitum ſcribit, vbi non corona, ſed tripus præmij loco daretur iis qui equorum curriculo decertarent. Et verò illis Troiani belli temporibus certamẽ Olympicum tale non fuiſſe, vnde coronæ reportarentur [b]; aut nõdum ita vt poſteà, nobile: ſicuti neq; alia tum fuerunt, quæ Strabonis ætate magni erant nominis. κατὰ δὲ τὰ Τρωϊκὰ (inquit ille) ἢ οὐκ ἦν ἀγὼν στεφανίτης, ἢ οὐκ ἔνδοξος οὐθ' οὗτος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς νῦν τῶν (malo τῶν νῦν) ἐνδόξων: & poſteà, οὔτ' ἐν Ἠλείᾳ συνετελέσθη ὁ Ὀλυμπικὸς ἀγών, οὐδ' ἅπαξ, ἀλλ' ἀεὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ· ὁ δὲ νῦν παρατεθεὶς ἐν Ἤλιδι φαίνεται γινόμενος ἐν ᾗ καὶ τὸ χρέος ὀφείλεται,

---ἐν Ἤλιδι δίῃ
Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι---

καὶ οὗτοι μὲν οὐ στεφανίτης· περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον θεύσεσθαι, ἐκεῖνος δὲ μετὰ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Homeri autem & equos ἀθλοφόρους, & tripodem memorantis, atque in hanc rem ibi à Strabone citati verba omnino iſta ſunt [c].

καὶ γὰρ τῷ χρεῖος μέγ' ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ
τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν
ἐλθόντες μετ' ἄεθλα· περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον
θεύσεσθαι---

De calculo ſanè cãdido, quod Aretas Apocalypſeos D. Ioan. vetuſtus enarrator Græcus protulit [d] (ſi verum tamen eſt) nempe calculum candidum iis notum fuiſſe qui in theatris ac ſtadiis certabant & vincentib. tradi ſolitum: non tam præmio quàm ſigno & ſymbolo cuipiam eius quod poſteà vel in ſpecie, vel in pecunia numerata ſub δόσεως vel δώρου appellatione athletæ conſequerentur præmij, datum fuiſſe autumo: illius hæc verba ſunt, [e] νικῶντι δὲ τὸν διάβολον (inquit) ἀθλῶσαι καὶ ψῆφον λευκήν, τουτέστι δόξῃ λελαμπρυμένην. τοῦτο δὲ τὴν λευκὴν ψῆφον τὸ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις καὶ τοῖς σταδίοις ἀγωνιζομένων γνώριμον

[a] lib. 8. geograph. fol. 410.
[b] hoc attigeram lib. ſuperior. c. 16.
[c] ex Iliad. λ.
[d] in cap 2. Apocalypſeos ver. 17. ad illud, & in calculo nomen nouum ſcriptum cuius loci verba Græca legere eſt hoc ipſo lib. infra ad extremũ cap. 33. in marg.
[e] fol. 898. editio. Veron.

οὖσαν, τοῖς νικῶσι παρεχομένην ἐνταῦθα τέθεικεν. Nam ad gloriæ vocabulum quod attinet (vt hanc occaſionem nactus, expendendis ſingulis Tertulliani verbis, athletarũ præmia ponam velut ab oculos; atque illuſtrandi ſimul reſcripti principalis gratia, ad quod illa etiam pertinent, obiter eadem opera explicem) tranſuectio illa, & triumphalis in vrbem oppidúmve vnde Hieronicæ origo, curru ſupra mænia diſiecta tranſeunt ingreſſus (vt arbitror de quo apud Plinium [a] atque Vitruuium [b]) eo nomine deſignatur non ſine facularum, & lampadum prælatione, atque comitatu proclamationem, ſiue renunciationem victoriæ in ipſo agonis loco factam præconis voce, atque adhibito inſuper tubicine; qui iam anteà,

*---commiſſos medio aggere ludos*

(quod ſtrictim à Virgilio [c] adnotatum) ipſe cecinerit. Morem enim fuiſſe, vt præco cum tubicine in mediam arenam procedens, inde ſolemni carmine ludicrum apud Iſthmia indiceret Liuius quoque auctor eſt [d] ad quem morem aſpexiſſe Virgilium ipſum auſim credere; vbi ſic cecinit,

*Inde vbi clara dedit ſonitum tuba finibus omnes*
*(Haud mora) proſiluêre ſuis, ferit æthera clamor*
*Nauticus.*

ſicut morem fuiſſe, vt decertaturos athletas dato tuba ſigno proclamaret præco, ſuperiore libro ſub finem [e] oſtendimus.

[a] *ad Traian. lib. 10 epiſt. 119.*
[b] *lib. 9. ex quo Budæ. in annot. ad d. l. athletas pagin. 356. Adde quod de Nerone hieronica narrãt hiſtorici, Sueton. in eius vita c. 25. & ex Dione Xiphilin. pag. 181.*
[c] *lib. 5. Æneidos paulo poſt initiũ.*
[d] *lib. 33. ab vrbe cõdita, cuius locũ adfero in ſermone proximo, nimirum lib. 3. Agoniſt. cap. 16.*
[e] *cap. 30. Agoniſ. 1. vbi de differentia grauium & leuium certaminum, vide ſis & inf. lib. 3. cap. 16.*

*Tranſuectio Hieronicarum & murorum diſiectio. Ælianus expoſitus. De Iſelaſticis agonib. Emendata inſcriptione vetuſta. Annus Iſelaſticus. Carmen Sibyllinum caſtigatum & expoſitum. Ignis prælatio. De triumphantibus apud Romanos à cœna reductis domum cum funalibus aut lampadibus. Valerius obiter caſtigatus. Ignis Spartano Regi prælatus.*

## CAP. X.

AC de illa quidem tranſuectione præter locos ab aliis, aut à me ſuperius citatos, inſuper duos habeo, vnum à Plutarcho, alterum ab Æliano: immò etiam à Diodoro Siculo tertium [f], in quo de Exeneto Agrigentino ſcilicet agitur, qui ſecunda & nonageſima Olympiade victor in vrbem Agrigentum curru inuectus fuerit, comitantib. præter alios bigis curulibus alborum equorum trecentis Agrigentinis omnibus: καὶ κατὰ τὴν προτέραν ἢ ταύτης Ὀλυμπιάδα (inquit)

[f] *lib. 13. Bibliot. fol. 375.*



(inquit) δοῦτερον ἐπὶ ταῖς ἐνενήκοντα νικήσαντος Ἐξαινέτου Ἀκραγαντίνου, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν ἐφ' ἅρματος. συνεπόμπευον δ' αὐτῷ χωρὶς τῶν ἄλλων συνωρίδες τριακόσιαι λευκῶν ἵππων, πᾶσαι παρ' αὐτῶν τῶν Ἀκραγαντίνου. Loci autem à Plutarcho illius [a] iſta ſunt, τὸ τοῖς νικηφόροις ἐλαύνουσι τῶν τειχῶν ἐφίεσθαι μέρος διελεῖν, καὶ καταβάλλειν τοιαύτην ἔχει διάνοιαν, ὡς οὐ μέγα πόλει τειχῶν ὄφελος ἄνδρας ἐχούσῃ μάχεσθαι δυναμένους, καὶ νικᾶν: quibus verbis hæc illius murorum certo quodam loco diſiectionis ratio redditur, quod per eam ſignificare veteres iſtud voluerint; non magnam in ea ciuitate vtilitatem murorum eſſe, in qua ſunt viri, qui pugnare queant, & vincere: huius autem hiſtoria varia [b] hæc omnino verba exhibet, vbi de Dioxippo Athenienſi Olympionica, non pugile (vt vertit Gillius) ſed athleta, non equite (vt ille accipit) ſed curru inuecto; ἐσήλαυνεν εἰς τὰς Ἀθήνας κατὰ τὸν νόμον τῶν ἀθλητῶν. συνέῤῥει τοίνυν τὰ πλήθη, καὶ ἄλλος ἀλλαχόθεν ἐκκρεμαννύμενος ἐθεῶντο αὐτὸν, &c. Hic autem animaduertendum verbum ἐσήλαυνεν: à quo nomen Iſelaſticis agonibus, de quibus Plinius iunior eo loco, quem inferiùs de ciuicis athletarum annonis, ac ſtipendiis agens exhibebo. De his accipienda itidem eſſe duo vetuſta epigrammata [c] ſentio, ſic ferè concepta, & maiuſculis exarata litteris. Imperat. Cæſaris Diui Hadriani filij Diui Traiani Parthici nepoti Diui Neruæ pronep. T. Ælio Hadriano Antonino. Aug. Pio pontif. Max. trib. pot. v. Impera. II. Coſ. III. P. P. conſtitutori ſacri certaminis Selaſtici ſocij lictores populares denuntiatores Puteolani. Non dubito quin eliſa vna tempeſtatis iniuria, aut per ſculptoris ignorantiam omiſſa literula reponenda vel exhaudienda ibi ſit; vt Iſelaſtici, non Selaſtici prorſus intelligatur. Hoc amplius ab Iſelaſticis agonibus huiuſmodi annum quo ipſi exhiberentur, aut quo hieronicæ in patriam inuecti eſſent, Iſelaſticum nuncupatum velut Olympiacum aut Pythium. Eóque reſpicientem Sibyllam æuum extremum quo Chriſtus Dominus martyribus, ſanctiſque illis athletis, qui pro fide in ipſum, eiúſque nominis gloria fortiter ad finem vſque decertantes mortem obierint; coronam, hoc eſt æternæ vitæ præmium inductis in beatam illam ſuperiorum ſedem & cæleſtem Dei ciuitatem collaturus eſt: hos verſus effudiſſe [d],

[a] *Plut. lib. ſymp. problem. 2. quæſt. 5. fo. 1136. in edit. Stepha.*
[b] *lib. 12. var. hiſtor. cap. 58.*
[c] *vnũ Malphiæ in æde Sãcti Angeli ex tabula marmorea Diui Frãciſci aræ impoſita à Smetio in ordine tertio antiquarum inſcriptionum lib. editi nuper Antuerpiæ apud Raphelengiũ in officina Plãtiniana, fol. 55 num. 6. & alterum in Auctarij earundem inſcriptionũ Lipſiani apud eundem editi, pa. 27. quod Salerni extare ait in tabella marmorea & à Nic. Florentio ſe accepiſſe memorat.*
[d] *extant in excuſis ab Oporino Sibyllinis oraculis.*

--τό τε γὰρ στέφος ἀνθρώποισι (ſic lege pro ἀνθρώποις)
δείξει ἀπ' οὐρανόθεν ἐναγώνιον ἀθλεῦσι
τό τε γὰρ μέγας αἰὼν εἰσελάσιμος ἔσται.

(vbi ratio metri exigit vt legatur. τότε γὰρ οὖν vel ἂν & εἰσελλάσιμος per duplex λ, vel per diphthongum εἰσειλάσιμος non inſolito poëtis more)

εἰς πόλιν οὐράνιον. οἰκουμενικὸς δέ τε πᾶσιν
ἔσσεται) (ſic ſcribe pro ἔσεται) ἀνθρώποισιν ἔχων κλέος ἀθανασίας,

& cætera quæ ſequuntur quæ ipſo libro tertio, vbi de probatione athletarum agetur, exponere ſtatui.

De ignis in lampadibus, faculíſve prælatione ac deductione, quod adſcripſi ſuperiùs, hoc augurari ex eo Chryſoſtomi [a] loco libuit; vbi aduerſus mortuorum luctum, quid enim ardentes quæſo lampades (ait) ſibi volunt? nonne tanquã athletas ſeos comitamur? Igitur cùm è Græcia rediens Neapolim Romamq; ipſam Hieronicæ habitu, ac more Nero introiret coronam capite gerens Olympicam ex oleaſtro, dextra manu Pythiam (lauream ſcilicet) præeunte pompa cæterarum cum titulis, vbi & quos, quo cautionum, quóve fabularum argumento viciſſet, (vt auctor eſt Suetonius [b]) diruto etiam circi maximi arcu per velabrum forúmque, & Palatinum Apollinem petiiſſet: præter ſparſum per vias identidem crocum ingeſtas aues, lemniſcos, bellaria, cæſáſque paſsim incedenti victimas: & à Senatoribus, & à toto populo acclamatum ipſo coronato lucernas accenſas præferente, thúſque, ac alios odores adolente apud Xiphilinũ [c] Dio memorat πάσης μὲν τῆς πόλεως ἐστεφανωμένης καὶ λυχνοκαυτούσης, καὶ θυμιώσης. πάντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὐτῶν τῶν βουλευτῶν ὅτι μάλιστα συμβοώντων Ὀλυμπιονίκα οὐα. πυθιονίκα οὐα, & cætera quæ diligenter Xiphilinus retulit, mihi non vacat nec porrò attinet exſcribere. Ignem quidem honoris cauſa, & principibus Romanis [d], & eorum præfectis prætorio antiquitus prælatum, qui & in officio lampadarios haberent, mihi conſtat, ſed hac de re alio loco. Immo etiam triumphalibus epulis peractis cùm veſperi tibiis, & fiſtulis præeuntibus domum reducerẽtur, qui triumphauerãt ſtante Repub. (qua de re libro primo [e] Semeſtrium actũ eſt) prælucere ſibi funalia iuſsiſſe iam inde à Cn. Duillio Coſ. qui aduerſus claſſem Pœnorum proſperè pugnauit, primúſque

[a] Homilia 70. ad popul. Antioch. in prin. ex quo ſcripſi lib. 3. Semeſt. cap. 13. vbi de cura pro mortuis etiam hoſtib. gerenda diſſerui.
[b] in eius vita cap. 25.
[c] in Nerone, fol. 181.
[d] in ingreſſu quidem vrbiũ triũphali accẽſis funalib. ignem prælatum docui priore tractatu ad l. 2. D. de orig. iur. eorum quos adiunxi commẽtario ad iuris regulas, fol. 743. quib. feſtum diem agi ſignificatur: ſicuti Chryſoſtom. ipſe docuit homi. 20. ad popul. Antioch. fol. 157. populum Heraclio Conſtãtinopolim ingredienti frondes oleaginas facéſque geſtãtem occurriſſe ſimul cùm Conſtãtino Cæſ. & Patriarcha Sergio tradit Cedrinus in compendio hiſto. 345.
[e] lib. 1. Semeſt. c. 6. adde Varron. lib. 3. de vita populi Rom. citatũ à Nonio Marcello in Conatus vt eius qui triumpharet in Capit. videtur eſſe proprium vt ipſe potius domum reduceretur cœnatus à conuiuio.



múſque omnium Romanorum ducum naualis victoriæ duxit triumphum; cui ob eam cauſam perpetuum honorem habitum fuiſſe, vt reuertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferretur Liuius [a] Suetonius [b] & Florus [c] tradunt: hic quidem his verbis, Victor ergo apud Liparas merſa & fugata hoſtium claſſe primum illum maritimum egit triũphum, cuius quod gaudium fuit? Cùm Duellius imper. non contentus vnius diei triumpho per vitam omnem, vbi à cœna rediret, prælucere funalia, præcinere ſibi tibias iuſsit, quaſi quotidie triumpharet. Addit ea de re agens Valerius [d] funale fuiſſe cereum, quotieſcumque (ait) epulaturus erat ad funale (ſic malo quàm funalem) cereum præeunte tibicine, & fidicine (iſtud poſtremum ex varia margini adpoſita lectione aſcitum, atq; παρέγγραφον arbitror) à cœna reuerti domum ſolitus eſt, inſignem bellicæ rei ſucceſſum nocturna celebratione teſtando. Triumpho Iulij Cæſaris, gallico ſcilicet, ipſum ab omni pene populo poſt cęnam triumphalem deductum, non accenſis quidem funalibus ſed ad lampades ab elephãtis prælatas auctor Dio [e] ſic admodum ſcribens τῇ δὲ τελευταίᾳ τῶν νικητηρίων ἡμέρᾳ, ἐπειδὰν ἐκ τοῦ δείπνου ἐγένοντο, ἔς τε τὴν ἑαυτοῦ ἀγορὰν ἐσῆλθε βλαύτας ὑποδεδεμένος, καὶ ἄνθεσι παντοδαποῖς ἐστεφανωμένος, καὶ ἐκεῖθεν οἴκαδε παντὸς μὲν ὡς εἰπεῖν τοῦ δήμου παραπέμποντος. πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων ἐκομίσθη. Qua de re Suetonius [f] Gallici triumphi die velabrum prætervehẽs (inquit) pene curru excuſſus eſt axe diffracto, aſcendítque Capitolium ad lumina quadraginta Elephantis dextra, atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. Lacedæmoniorum quidem Regi poſt ſacrificia proſpera & auſpicata in militiam prodeunti ſolitum ignem præferri, à Xenophonte [g] proditum ſic fere, καὶ τὸ πῦρ μὲν ἀπὸ τούτων τῶν ἱερῶν προηγεῖται οὔποτε ἀποσβεννύμενον, σφάγια δὲ παντοῖα ἕπεται.

*Hieronicarum diuini penè honores è Luciano, & Gregorio Nazianzeno. Monſtratio per digitum in marg. Acclamatio ſpectatorum cum laudibus Hieronicarum coniuncta.* Ἐπινικίων *nomen apud Sophoclem aduerſus interpretes: itémque apud Heliodorum; in cuius verbis macula obiter deleta.* Δακτυλοδεικτεῖσθαι *apud Dionyſium Halicarnaſſeum, cuius verba cum Luciani & Nazianzeni verbis comparata.*

CAP.

[a] vide in epito. Liuiana lib. 17.
[b] in de viris illuſtrib. vbi de Cn. Duillio. Cuius li. auctorem aiunt Sext. Aurel. Victor.
[c] lib. 2. vbi de primo bello Punico.
[d] cap. 6. lib. 3.
[e] lib. 43. pa. 147.
[f] in Iulio cap. 37.
[g] de Repub. Lacedæmoniorũ, fol. 400. vide ſis & Ioan. Stobæum in collecta. locor. cõmunium, ſermo. 42. qui eſt de legibus & morib. de igne Romanis imperatorib. & Auguſtis itidem fœminis prælato. Videto ſi vacat Herodianum in Commodo. lib. 1. fol. 11. lib. à Stephano excuſi, & fol. 26. item lib. 2. in Pertinace, fol. 34. & in Iuliano fol. 44. item lib. 4. in Antonino, fol. 98. & lib. 7. in Maximino, fol. 145. & 153. De Pyrphoris & Herodotus Vrania ſub initium li. 8. fol. 294. Euſtath. ad Iliad. Hom. μ. fol. 893. lin. 13. Philo ĩ vita Moſis lib. 1. Eraſm. adag. 26. cent. 10.

## CAP. XI.

De gloria, & laudibus, quibus populus hieronicas coronatos, tanquàm diuinos quoſdam homines, aut æquales Diis efferebat; nihil poſsit apertius proferri, quàm quod apud Lucianum [a] (vbi Anacharſis, Solonem de gymnicis alloquutus ita fuerat, τοῦτο φῂς ὦ Σόλων τὸ τέλος ἡδὺ, καὶ λυσιτελὲς, ὅτι πάντες αὐτοὺς ὄψονται ἐστεφανωμένους καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐπαινέσονται πολὺ πρότερον οἰκτείραντες ἐπὶ ταῖς πληγαῖς. οἱ δὲ εὐδαιμονήσουσιν ἀντὶ τῶν πόνων μῆλα, καὶ σέλινα ἔχοντες) ei Solon inter cætera reſpondet, ὁρᾷς τοσοῦτον πλῆθος ἀνθρώπων συλλεγόμενον ἐπὶ τὴν θέαν τῶν τοιούτων, καὶ θέατρα μυρίανδρα συμπληρούμενα, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἐπαινουμένους, τὸν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτῶν ἰσόθεον: qui anteà ſicuti noſter ille Tertullianus coronis gloriam adiunxerat, quo loco, ἀλλ' ὦ ἄριστε οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. ταῦτα μὲν γάρ ἐστι σημεῖα τῆς νίκης καὶ γνωρίσματα οἵτινες οἱ κρατήσαντες, ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσιν: & aliquantò pòſt, de iſta gloria, & victoriæ renuntiatione in media theatri concione, idem Solon, ὡς τοὺς ἀριστεύοντας ἐν τούτοις ἴδοιεν τιμωμένους καὶ ἀνακηρυττομένους ἐν μέσοις τοῖς ἕλλησι, &c. Et ſtatim καὶ τὰ ἆθλα (ὥσπερ ἔμπροσθεν εἶπον) οὐ μικρὰ ὁ ἔπαινος ὁ παρὰ τῶν θεατῶν, καὶ τὸ ἐπισημότατον γενέσθαι, καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ [b] ἄριστον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὸν δοκοῦντα, & alio loco [c] de Herodoto, qui poſt recitatas apud Olympiam ſuas hiſtorias, omnium voce, non (vt Olympionicæ ſolebant) vnius præconis boatu renunciatus fuit: ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος. οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ ἐκ τῶν τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι, καὶ εἴπου γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ: οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς περσικὰς ἰαστὶ συγγεγραφώς· ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας, τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινὴν ψῆφον τῆς ἑλλάδος λαβὼν καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς μὰ Δία κήρυκος ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν. Gregorius Nazianzenus in Heronem [d] δεῦρό σε ἀναδήσω τοῖς ἡμετέροις στεφάνοις (inquit) καὶ ἀνακηρύξω λαμπρᾷ τῇ φωνῇ οὐκ ἐν Ὀλυμπίᾳ μέσῃ, οὐδὲ ἐν θεάτρῳ τῆς ἑλλάδος οὐδὲ ἠγωνισμένον παγκράτιον ἢ πυγμὴν ἢ δίαυλον ἤ τι τῶν μικρῶν ἀγωνισμάτων, καὶ ἐπὶ μικροῖς τοῖς ἄθλοις, οὐδὲ εἰς τιμὴν ἡρώων τινὸς, ἢ

δαιμόνων

[a] *Anacharſi ἢ περὶ γυμνασίων, vide quæ περὶ ἀθλητῶν ἰσοθέων ſcribo inferius c.16. quod attuli ſuperiore lib. 1. c.14. ſub initium de Philippo Crotonienſi Olympionica.*

[b] *ſic ipſe Lucianus in Harmonide loquitur, itemq; in Herodoto ſiue Aëtione ſub initiũ, ex quo loco verba deſumpta protuli cap.4. lib.1. & ſtatim exhibebo, ſic Horatius in Odis & Perſius: quos omiſſo iſto Luciani loco Eraſmus citat in prouerbio. monſtrari digito chil. 1. centur.10. prouerb.43. athletis huiuſmodi nullum aliud commodum propoſitum: ſed ſolam victoriã & gloriam quæ inde ſequitur adipiſcẽdi animum fuiſſe docet Euſtath. ad illud Homer. ex Iliad. λ. τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι, fol. 879.*

[c] *in Herodoto ſiue Aëtione in ipſo initio.*

[d] *Oratio. in Heronẽ Philoſophũ ab exilio reuerſum, ſub initium fol.157.*



δαιμόνων συμφορᾷ, καὶ μύθῳ τετιμημένων τοιαῦτα γὰρ ἐκείνων τὰ σεμνά, τε καὶ τίμια χρόνον προσλαβόντα τῆς ἀνοίας ἐπίκουρον, καὶ συνήθειαν ἔννομον ἀλλ' ἐναντίον θεοῦ καὶ ἀγγέλων, καὶ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος, &c. Et laudem quidem iſtam, atq; acclamationem præconis, ſpectatorúmque in theatro; τῶν ἐπινικίων nomine, potiùs quàm præmia cætera cum coronis, vt deſignaſſe Sophoclem [a] præter aliorum opinionem rear, adiunctum verbũ ὠλβίζετο facit: quo loco de Oreſte diaulo victore,

τοῦτον ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια
ὠλβίζετο--- & cæt. quæ inferiùs [b] exhibebo.

Ad quam etiam pertinet ſuper ea quæ huius libri cap. 32. ab Euſtathio, Philoſtrato, Luciano, Dione dicturi ſumus; quod Heliodorus [c] Æthiopicôn lib.4. de Theagene, qui Pythicis ludis cùm hoplitodromum viciſſet, tum coronatus, victorq; à præcone renuntiatus, tum etiam ſolemni pompa (de qua paulo pòſt pleniùs agetur) deductus per ſtadium fauſtiſque omnium ſpectatorum acclamationibus acceptus fuerat, ὁ μὲν θεαγένης (ait) ὦ κνήμων ἐστεφανοῦτο, καὶ νικῶν ἀνηγορεύετο καὶ παρεπέμπετο ταῖς πάντων εὐφημίαις. & ſtatim, ſub Calaſiridis perſona ad Charicleam ægram ὡς μὲν θετταλὸς τὸ γένος ἔφθης ἀκούσασα καὶ τοῦ κήρυκος ὅτε αὐτὸν ἀνηγόρευσεν. Itemq; quod lib.10. de illo ipſo Theagene, qui ſpectaculum ſui deſultorio more taurum equúmque aſcendens exhibuerat: εἴς τε τὴν ὑδάσπην (ait) καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἱλαρὸν ἀπέβλεπε τῷ μειδιάματι πρὸς τὸ συνήδεσθαι δεξιούμενος, καὶ τῷ μυκηθμῷ τοῦ ταύρου καθάπερ σάλπιγγι τὸ ἐπινίκιον ἀνακηρυττόμενος, ἀντήχει δὲ καὶ ἡ τοῦ δήμου βοή. τρανὸν μὲν οὐδὲν εἰς τὸν ἔπαινον διαρθροῦσα, κεχηνόσι δὲ ἐπιπολὺ τοῖς στόμασιν ἐξ ἀρτηρίας μόνης τὸ θαῦμα ἐξεφώνει χρόνιόν τε καὶ ὁμότονον εἰς οὐρανὸν παραπέμπουσα (ſic enim lego, vt referatur, ad τὸ βοὴ quod præcedit; cùm in excuſo Baſileæ ſcriptum ſit perperàm, vt reor, παραπέμποντα) tum verò quòd finito Oeagri cantu qui Erechtheum certamine muſico ſuperauerat, à Nonno Dionyſiacis [d] acclamaſſe populum ſic ferè traditur;

Οὔπω κῶμος ἔληγεν ἐπεφθέγξαντο δὲ λαοί,
Εὐφήμοις ἐπέεσσιν ὁμογλώσσων ἀπὸ λαιμῶν:
Καὶ σάτυροι σμαράγησαν ἀολλέες & ſtatim,
Καὶ γενέτης ὀρφῆος ἐπιρρήσσων χθόνα ταρσῷ,
Ἄσμενος ἄζυγα ταῦρον ἐδέξατο μισθὸν ἀοιδῆς

[a] *Electra, f.112. Stephan. exempl. De epiniciis ob Olympiacos hieronicas conſcriptis à poëtis, vide quæ ſcribo inferiùs ex Athen. Deipnoſo. lib.1. in princ. ac ſimiliter de epulis ſiue cõuiuiis epiniciis hoc eſt victorialibus loquor, & Ariſtide, περὶ παραφθέγματος, fol. 52. & 56.*

[b] *cap. 14. huius libri.*

[c] *lib.4 & lib.10. Æthiopic. fol.75. 76. & 234.*

[d] *lib.19. fol.337. Antuerp. editio. anni 1569.*

Ἀμφὶ δέ μιν στοιχηδὸν ἐπεσκίρτησαν ἑταῖροι.

Denique quod Dionyſius Halicarnaſſeus [a] de athletis agens, τοῖς δὲ ἀθάνατος ἡ δόξα, καὶ παράγγελμα μὲν γίνεται ἑκάστῳ τούτων εὐφημεῖσθαι, καὶ δακτυλοδεικτεῖσθαι διὰ μιᾶς πράξεως καὶ νίκης οὐ μιᾶς πόλεως γινόμενον ἀλλὰ σχεδὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης: vbi placet τὸ δακτυλοδεικτεῖσθαι aptiſsimè compoſitum, pro eo quod Lucianus (vt modò retuli) hac ipſa de re verba faciens δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ ſcripſiſſe deprehenditur: quemadmodum hoc quoque, quod victorem ab antagoniſtis laudibus cumulatum, ὡς ἰσόθεον apud eundem Lucianum eſt, eo ipſo loco è quo verba ſuperiús attuli; poſsis & apud ipſum Dionyſium [b] recognoſcere: quo loco athletas parta victoria æquales Diis habitos, & diuinis honoribus nonnullos ab antiquo affectos memorat: οἱ δὲ ὅτι πλείστας νίκας ἤραντο (ait &c.) καὶ ὅτι πάσας προῖκα, καὶ ὅτι ἀπὸ σωφροσύνης, ἀπὸ ἐγκρατείας, ἀπὸ ἀσκήσεως τοιοῦτον ἐγένοντο: καὶ ὅτι αὐτοῖς τοιοῦτο συνέβη, ὅτι πολλοί, καὶ ἰσόθεοι ἐνομίσθησαν. οἱ δὲ καὶ ὡς θεοὶ τιμῶνται, καὶ τῶν πάλαι. ad quem Dionyſij locum appoſitè ſcoliaſtes eruditiſs. adnotat, oraculum Delphicum Aſtypalęenſib. de Cleomede Olympionica redditum in hæc verba; quib. iubētur illi ſacra Cleomedi, vt immortali facere:

ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς
ὃν θυσίαις τιμᾶτ᾽ ὡς οὐκέτι θνητὸν ἐόντα.

quæ Sylburgij fide appoſui, locum vnde ſumpſerit minimè citantis; quem nec ipſe nunc quidem memoria teneo.

[a] *ἐν τέχνῃ in fine προτρεπτικοῦ ἀθληταῖς, fol. 42. editi Francofur.*

[b] *Dionyſ. Halic. ἐν τέχνῃ in fine προτρεπτικοῦ ἀθληταῖς, fol. 43.*

*Honorifica hieronicæ coronati per ſtadium deductio. Locus è ſapientia Salomonis eximius, qui eò pertinet, aliter atque ab interpretibus expoſitus, & conſtituta ipſius latina verſio: itemq; Græca loci alterius apud Chryſoſtomum lectio perperam à doctiſſimo quopiam obſeruatore nuper in dubium vocata ſolemnis deductio victorum agonibus muſicis Hieronicarum florida & triumphalis veſtis: olim pura ſed niueáne an purpurea; vel ſplendida potiùs & ſubalbida non alba, ob admixtum purpureum colorem explicato interim vno Apocalypſeos loco de Martyrum inſignibus.*

## Cap. XII.

AD iſtum comitatum, deductionémque hieronicæ coronati per medium ſtadium à ſummo ad imum, tanquam triumphantis, aut ouantis, atq; adeò cum faſtu, pompaq; progredientis fieri ſolitam; præter Heliodorum, quem paulò antè [c] in teſtimonium citaui, auctorem (collectorem immò ac metaphraſtem potiùs, quàm tractatorem) libri, qui à pleriſque ſapientia Salomonis inſcribitur (ſiue is Philo Iudæus eſt toties à nobis in hoc opere Agoniſtico citatus, vt ex quorumdam opinione D. Hieronym. [a] retulit; ſiue alter ipſo antiquior Philo, aut alius quiſpiam: cuius haud dubiè canonici libri vtpote ab antiquis conciliis & patribus teſtimonium habentis [b], ſtilum tamen ipſum magis Græcam eloquentiam redolere, ille autumat) omnino aſpexiſſe mihi perſuadeo: quo loco de virtute caſti hominis liberis carentis, (quam neſcio cur interpres latinus, hoc ſcio quod poſt ipſum itidem Cyprianus [c], ſiue is eſt Origenes auctor libri de ſingularitate clericorum, ſed admirante me, claritatem, vbi eſt ἀρετῇ reddidit) in hæc verba ſcriptum legitur; κρείσσων ἀτεκνία μετὰ ἀρετῆς, ἀθανασία γάρ ἐστιν ἐν μνήμῃ αὐτῆς, ὅτι καὶ παρὰ θεῷ γινώσκεται καὶ παρὰ ἀνθρώποις. παροῦσάν τε μιμοῦνται αὐτὴν καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι στεφανηφοροῦσα πομπεύει τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα: ſic enim legendum, quod fit à Ianſenio quoq; illius loci doctiſsimo ſcoliaſte, non vt in Complutenſi editione νικήσουσα: ſed quod ille ait vocari certamen, vel (ſicuti Cyprianus [d], aut Origenis interpres etiam legit) prælium præmiorũ incoinquinatorum (ita enim è Græco reſtituendum omnino eſt, pro eo quod perperàm habet ex iſtis, ita vt fit, deprauatis Græcis, τὸ τῶν ἀμιάντων ἄθλον ἀγώνων Latina verſio, in eo inquinatorum certaminum præmium,) cui deputata ſunt præmia impolluta, hoc eſt, quæ nullo mærore polluuntur; & ſi, quantum ad ſenſum myſticum attinet, non incommodum, aut ineptum videri queat: ipſe tamen hoc aio Philonem ſiue illum (quiſquis eſt) ſententiarum Salomonis collectorem atque interpretem, de laude caſti hominis loquutum, comparatione athletarum veterum apud Ethnicos caſtitatem itidem colentium (ſicuti ſermone proximo [e] demonſtrabitur) ſed coronarum, aliorumq; præmiorum pollutorum gratia, & ideò pollutorum (vt equidem reor) quoniam honori dæmonum dicati agones: quibus dæmonibus idoliſue ſacra, libationéſque [f] inibi fieri permiſtim ſolitum ab Ethnicis; vt initio libri primi [g] Cypriani locum explicans monui: cùm iſte vir pius, & caſtus ſuæ puritatis coronam geſtans triũphet, conſecutus præmium non pollutum, non

[c] *circa finem ſuperioris proximi capitis.*



[a] *in prologo in eum librũ, nam D. Auguſt. lib. 2. doctr. chr. cap. 8. dicit eſſe Ieſu filij Sirach.*

[b] *videto Bellarminum inde controuer. Chriſt. fid. lib. 1. controuerſ. 1. cap. 13. fol. 38.*

[c] *in de ſingularitate clericorũ, fol. 537. editi Pariſ. anno 74.*

[d] *in d. lib. de ſingularitare clericorum.*

[e] *li. 3. huius Agoniſtici, cap. 3. 4. & 7.*

[f] *vnde Cyprian. in ſermone de lapſis, f. 241. à Diaboli aris reuertentes ad ſanctũ Domini ſordidis & infectis nidore manibus accedunt mortiferos idolorũ cibos adhuc pene ructantes exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucib. & contagia funeſta reddentib.*

[g] *cap. 5. in princ.*

non inquinatũ; ſed quale ſuis Deus Optimus Maximus pollicetur, qui fortiter huius ſeculi tentationibus, vt ſtrenui, robuſti, & validi athletæ, reſtiterint: & quidem triumphet non modò in perpetuum vt habet Latina interpretatio, ſed ἐν τῷ αἰῶνι, hoc eſt in iſto iam ſæculo [a], in hac vita; de qua, vt paulò antè ad finem ſuperioris proximi [b] capitis à Philone, ita ſtatim agitur his verbis πολύγονον δὲ ἀσεβῶν πλῆθος οὐ χρησιμεύσει: hoc ſcilicet volente, Impiorum, & adulterorum copioſam progeniem ipſi inutilem fore. Quam eius loci nec à Lyrano, nec à Ianſenio perceptam interpretationem, ex animi mei ſententia (ſi non veram & germanam, ab ipſa certè, vt ſpero, non abhorrentem arbitratus) protuli; quò pompam illam hieronicarum triũphalem ipſorum laudibus apud veteres, in totius Græciæ conſpectu renuntiatis, commẽdatam, hac verborum noſtrorum Philonis locum illuſtrantium acceſsione, cumulatam redderem: ac ſimul iſtud oſtenderem, aberraſſe à vero doctiſsimum Billium Prunæum [c] quo loco in 4. B. Chryſoſtomi concione in Iob pro στεφανίτης ἀναχθῇ, reponendum ἀναδειχθῇ. Lælium neſcio quem, ita etiam legere teſtatus, exiſtimauit: etenim τὸ ἀναχθῇ ad deductionem vtiq; illam, & pompam, ſiue tranſuectionem hieronicæ coronati & collaudati pertinere, ſatis, ex iis quæ dixi percipitur, vt alia nulla comprobatione opus eſſe videatur. Eadem ſanè pompa qua è ſtadio athletas & agitatores, plauſibúſque ſpectatorum atque acclamationibus iiſdem deductos, muſicis & poëticis agonibus & theatro poëtas, Rapſodóſque ſuorum vel alienorum carminum recitatores (de quibus tum tertio nonnihil & quarto, tum etiam extremo 23. capite ſuperioris libri actum eſt) qui victores Hellanodicarum iudicio eſſent à præcone renunciati, ex eo Plutarchi [d] loco addiſcimus, in quo Sophoclem propterea quòd recitatum ab ipſo canticum placuiſſet iudicibus, abſolutum fuiſſe narrat, & tanquam victorem è theatro deductum non ſine omnium qui aderant applauſu atque acclamatione: θαυμαστοῦ δὲ τοῦ μέλους (inquit) φανέντος, ὥσπερ ἐκ θεάτρου τοῦ δικαστηρίου προπεμφθῆναι μετὰ κρότου καὶ βοῆς τῶν παρόντων, quibus verbis adiungenda in hanc rem illa Heliodori & Nonni, quę circa ſuperioris proximi capitis finem attulimus. Vnde hoc etiam perſpicitur, exemplo Græcorum vetuſto, non

[a] *ſic in ſymbolo D. Athanaſij de Chriſto ſcriptum Deus eſt ex ſubſtãtia patris ante ſæcula genitus: & homo eſt ex ſubſtãtia matris in ſæculo natus.*

[b] ὑιοὶ τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται καὶ ἄτιμον ἐπ' ἐσχάτων τὸ γῆρας αὐτῶν, &c. γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη.

[c] *obſeruatio ſacrarũ ad Iſidori Peluſiotæ tranſlationem additarum lib.2.cap.2. fol.87.*

[d] *in lib.* εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, *fol.1405. tomo 3. editio. Stephan.*



non eſſe deſtitutum morem qui apud Toloſates noſtros obtinuit, vt Rhetoricis, ſiue poëticis annuis agonibus (de quibus & antè [a] verba fecimus, poſteaq; [b] facturi ſumus) ij qui victores renunciati, præmiiſque argyrophyllinis in ipſo agonis loco, non ſine applauſu atque acclamatione ſpectatorum cohoneſtati fuerint; tota mox vrbe ſub tibicinum ſymphonia præconíſque argentea virga decorati [c] præmia ob oculos omnium deferentis præitione; magno etiam fautorum amicorum ac popularium comitatu eo die in ædem B. Marię, cui Deauratæ nomen, vt hæc ipſi cuius ad ea conſequẽda imploratum auxilium fuerit offerantur dona, & ſimul pij gratique animi teſtimonium in vulgus detur: pòſt etiam domum quiſque ſuam ſolemni, ſed pedeſtri tamen (qualis apud Romanos ouantium fuit) pompa deducatur; iterúmque alio feſto qui à victoribus ei rei præſtitutus fuerit, die, agendarũ Deo gratiarum ergò ad D. Rochi ædem ſuburbanam cum fautorum quiſque ſuorum per factiones & catervas (quas bandos vocant) diſtributorum inſigni, feſtiuo, & gratulabundo comitatu; indéque per triumphalem portam equis inuehantur, ac ſeſe ſpectandos digitíſque demonſtrandos præbeant; fauſtis denique vocibus popularium ſuas laudes palàm deprædicatas intelligant, quem ingenij laboríſque in literarum ſtudia inſumpti maximum fructum à ſe percipi, repetito tibiarum concentu, floralib. etiam præmiis coronarum aliorumq; victricium inſignium loco (id quod olim in antiqua Græcia vſurpatum) ſentiant. Hieronicas picta & palmata, florida quidem certe veſte triumphantium more (de quo multis verbis à me iamdudum actum eſt alio loco [d]) amictos cum deducerentur honoris ergò; vt probabile eſt, ita colligitur non abſurdè ex iſto Luciani loco [e], vbi dictum Demonactis retulit, ſic ferè: ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ὅτι ἐσθῆτα ὤφθη ἀνθινὴν ἀμπεχόμενος ὀλυμπιονίκης ὤν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ καὶ αἷμα ἐρρύη, &c Martyribus autem, veluti legitimis Olympionicis aut Hieronicis, quando ſimul cum palmæ ſúrculo ad manum, candidam ex niueo vel purpureo potiùs colore ſplendidam ſtolam B. Ioannes eo Apocalypſeos loco aſsignat, quem inferiùs quinto & viceſimo huius Agoniſtici capite indicare conſtitui: parum abeſt quin exoticos illos



[a] *lib.1.cap.21.& 29. ad extremũ.*

[b] *huius lib. cap. 31. itemq; lib. 3. cap.18 20.23.*

[c] *de qua vide lib.1. cap. 21. in princip.*

[d] *in tracta. priore ad l. 2. D. de origin. iur. quem commẽtario Regularũ iuris adiunxi.*

[e] *in Demonactis vita, huc facit quod ſcribo ex Athenæo inf. ca. 24. huius lib.*

illos & paganos ſacrorum agonum in antiqua Græcia victores λευχειμονῆσαι, hoc eſt niuea puráque veſte (qua magiſtratus quoque ac ſacerdotes, & ſimul coronis ornatos apud Antiochiam, miſsis olim à Repub. Romana ducibus, occurriſſe, Plutarchi fide alibi [a] docui) vel etiam prætexta è purpura, ſi non purpurea: & hoc antiquitùs quidem; at certè proceſſu temporis atque ſub Luciani ætatem picta & palmata ſeu florida (vt antè dixi) quam triumphantes vſurpare tum ſoliti; amictos & exornatos fuiſſe aſſeuerem: eoq; aſpexiſſe B. Apoſtolum, vbi Martyribus coram agno ſtantibus, albas (ita vt admonui iam ſuprà) ſtolas attribuit; quæ tamen puriſsimo illo Agni ſanguine tinctæ, inardeſcentem deſęcatiſsimi velut muricis (vt verbo vtar Imperatorum [b]) ruborem imbibiſſent. Quamobrem adiicitur eo Apocalypſeos loco [c] de ſanctis martyribus: οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς τίνες εἰσί, καὶ πόθεν ἦλθον: καὶ εἶπον αὐτῷ, κύριε μου σὺ οἶδας, καὶ εἶπέ μοι, οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου. Nam τὸ λευκαίνειν hoc loco, non dealbare eſt (quomodo enim in ſanguine) ſed mundare; quod ait B. Ioannes alicubi [d] καθαρίζειν, hoc eſt λαμπρύνειν; clarum ac pellucidum, atque omnibus maculis deterſis purum & nitentem, λευχείμονα, candidatum ſeu candidum (qui καθαρὸς exponitur in vetuſto Gloſſario [e]) reddere; vnde martyrum candidatus exercitus: itémq; στολαὶ λευκαὶ, ob id quod de purpureo cruore, puro, in quam illo Agni ſanguine ibidem adiicitur: ſic accipiendæ ſunt fortaſſe (non enim affirmare mihi quidem in hiſce literis aliqnid fas eſſe duco) iuxta figuram illam qua ſimplex vice compoſiti vſurpatur; vt ὑπόλευκοι, διάλευκοι aut μεσόλευκοι deſignentur: quando μεσόλευκον χιτῶνα πορφυροῦν ἐνδεδυκέναι apud Lucianum legi; & cum chlamyde purpurea χιτῶνα μεσόλευκον ab Ephippo apud Athenæum 12. Deipnoſop. coniungi; διάλευκον denique χιτῶνα à Plutarcho [f] Perſarum Regibus tribui, iam pridem alij [g] notarunt: præſertim verò cùm veſtimenta Domini in transfiguratione dicantur alba effecta ſicut lux, hoc eſt ſplendida & candentia, in Euangelio ſecundum Matthæum [h], & à B. Luca [i] ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων: quæ à B. Marco [k] ſplendentia & candida nimis, hoc

eſt

[a] *in tracta. priore ad l. 2. de orig. iur. quem commentario Regularum iuris adiunxi, fo. 744. de picta verò veſte ibidem aliquãtò pòſt, in pag. 746. & 747.*

[b] *l. 11. C. Th. de ſcænic.*

[c] *cap. 7. verſ. 13.*

[d] *Ioan. 1. verſ. 7.*

[e] *editio. Stepha. col. 30. Latinogr. & in Græcolati. col. 527.*

[f] *Henr. Steph. in Theſauro græco.*

[g] *Alexandro.*

[h] *cap. 17. nu. 2.* τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

[i] *cap. 9. Euang. verſ. 29. veſtitus eius albus & refulgens.*

[k] *cap. 9. Euang. verſ. 3.*



eſt valdè alba ſicut nix, qualia fullo ſuper terram candida facere non poſsit; quo loco, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι: cum denique apud B. Lucam [a] veſtis alba vocetur à Latino interprete, qua indutus Dominus ad Pilatum remiſſus eſt; eámque authenticum Græcum λαμπρὰν ἐσθῆτα veſtem fulgidam, ſplendidam, aut pellucidam, verſio Syriaca Coccineam Latino idiomate præferat. Quamobrem hodieq; in Eccleſiæ Romanæ ritibus [b], illum eſſe comperimus, vt BB. Martyrum feſtis diebus qui ſacra peragunt, & altari adſtant presbyteri, diaconi, ſubdiaconi; non aliis quã purpureis ſiue rubeis amiciantur infulis: quẽadmodum ad feſtos virginum dies, itemq; confeſſorum, aliorumq; ſanctorum qui martyres non ſunt, albis ornamentis, quæ puritatem nempe atque munditiam carnis & cordis eorum ſignificant. Nec tamen neſcio iuxta Tyconium [c], & Bedam de omnibus electis, qui vel poſt baptiſmum, vel poſt pœnitentiam peractam perſequutionibus atque tentationib. quibuſcumq; fortiter & ſedulò reſtiterunt, nec veſtimenta ſua ſordidarunt, non de martyribus, quòd hi ſanguine proprio, illi Agni ſanguine lauentur, de quo B. Io. loquitur; eruditè ac piè admodum, ab aliis doctiſs. Apocal. interpretib. [d] eum, in quem aſcendere auſi fuimus, locum exponi: ſed hoc cum bona ipſorum venia dictum volo, ita vti ſentio; magis placere, vt cum BB. Auguſtino [e] & Gregorio [f] non ætate modò, ſed auctoritate propter doctrinã in Theologicis literis inſignem ſpectatámque morum probitatẽ apud me quidem antiquioribus (præſertim cùm aliorum quos antè nominaui, duorum alterum, Tyconium ſcilicet, hæreticum Donatiſtam fuiſſe, D. ipſe Auguſtinus in libris de doctrina Chriſtiana prædicet) de martyribus accipiamus; qui non ita in proprio, vt non magis, aut non aliter niſi & in ipſo illius immaculati Agni ſanguine lauantur, hi quoque cum cæteris electis, atq; mundantur. Non enim ad martyres minùs, quàm ad alios electos hoc verbi apud eundem Ioannem paulò anteà [g]; qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: aut iſtud alterum ex vltimo Apocal. capite [h], Beati

qui

[a] *Euang. ſecundum Lucam cap. 23. verſ. 11.*

[b] *vide Pontific. Romanum, iuſſu Gregor. 13. excuſum Venet. apud Iuntas an. 1582. fol. 243. pag. 2. & 244. in cap. de diuerſitate colorũ.*

[c] *homi. 6. in Apocal. quæ inter opera Auguſ. extat.*

[d] *Franciſ. Ribe. Hiſpa. præ aliis: cuius eruditiſſi. commen. in Apocalyp. cum quinque libris de tẽplo: & iis quæ ad templum pertinent Salmanticæ impreſſi an. 1591.*

[e] *ſermone 11. de Sanctis.*

[f] *homilia 17. in Ezechiel.*

[g] *verſic. 5. cap. 1.* vbi, τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ.

[h] *ca. 22. ver 14. vbi verba Græca ſic habent, nimirum expoſitionis loco: nam Latina nõ ſunt propria, ſed figurata vt per ſtolarum ſuarum lauationem puritatis animæ cura & cõſeruatio, per mãdatorum ſcilicet Dei obſeruationẽ intelligatur, quã Græcorum à Latinis diuerſitatẽ nõ animaduertit Hiſpa. doctiſs. qui nuper in Apocal. cõment. alioquin accuratos edidit:* μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς.

qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ; aut illud denique quod ab eodem ſcriptum alio loco [a], & ſanguis filij eius emundat nos ab omni peccato; καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, meritò duxerit pertinere: Martyres autem hîc propriè deſignari, vel ſequentia demonſtrant; in quibus deductam à carnalium, ſiue ſecularium athletarum rigido inſtituto tranſlationem, ex iis intelligetur manifeſtiſsimè, quæ capite potiſsimùm ſexto, ſed & totis ſeptem, aut octo primis libri proximi ſermonibus explicare ſtatui. Nam ita B. Ioannes [b]; non eſurient, ait, nec ſitient ampliùs, nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus, οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδ᾽ οὐ μὴ πέσῃ ἐπ᾽ αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα: quibus tamē verbis ab Iſaiæ cap. 19. peti commodā interpretationem non inficior. Illo igitur Apocal. loco de palma & candida veſte martyrum, quod dicimus aſpexiſſe B. Apoſtolum ad hieronicas Gentilium, vt inde ſimilitudinem duceret: Noſtram coniecturam iuuat quod anteà ſcriptum fuerat cap. 3. [c] ſic ferè, qui vicerit, hic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, ὁ νικῶν οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς. Et ipſe potiſsimum Tertullianus [d] auctor longè grauiſsimus teſtimonio ſuo apertiſsimè confirmat, his Apocalypſeos locis deductam à re athletica ſimilitudinem aut metaphoram ſtatuēs, vbi ſic ſcribit: Agno certamen edicitur, niſi à quo corona & præmia proponuntur? Legis edictum agonis iſtius in Apocalypſi, quibus præmiis ad victoriam inuitat, &c. Ita agnoſces ad eundem agonothetam pertinere certaminis arbitrium, qui inuitat ad præmium. Duo denique Doctores, extra omnem ſuſpicionem hæreſeos poſiti, vtpote ſancti, graues, & à S. Spiritu edocti BB. Ambroſius atque Auguſtinus, eo gratiarum actionis Eccleſiaſticæ cantico, cuius initium, Te Deum laudamus: cùm hæc proferunt; Te martyrum candidatus laudat exercitus. Quod ſi quiſpiam albas prorſus, miniméque coloratas initio fuiſſe veſtes hieronicarum apud antiquam Græciam, vbi ſolemnis triumphantium more in patriam inueherentur, ideò exiſtimet, quoniam quadrigæ ipſæ quibus inſiderent ab equis albis traherentur; quemadmodum initio decimi capitis comprobatum

[a] *1. Ioan. 1. ver. 7.*

[b] *Apocal. cap. 7. verſ. 16.*

[c] *verſ. 5.*

[d] *in de fuga in perſecutione ſub initium in pag. 434. exempl. Lutetiæ impreſſi cū Barræi commentariis.*





probatum fuit: non valdè reſtitero, qui hac de re certi quod ſtatuam adhuc non habeo; nec verò in eo poſitas literarum fortunas eſſe cenſeo, aut quāobrem cætera doctrina illuſtres viri ex harúmce rerum ignoratione ſuo capiti quidpiam vereri (apud æquos certè iudices) debeant. Sanè tantò commodius ille Apocalypſeos locus ſimpliciter, vt verba ſonant, de albis veſtimentis expoſitus, iis adnectetur, quæ hactenus de albo hieronicarum amictu dicenda exiſtimauimus.

*Adhuc de gloria athletarum. Philonis locus caſtigatus; & item alter apud ſeptuaginta in Geneſeos cap. 32.* Κηρύγματα ἀνάρρησις, ἀνακήρυξις. *Priſca præconia hieronicarum renunciationis formula, explicato Gregorij Nazianzeni loco. Athletarum renunciationi coniunctam præclarorum fortibus factis virorum laudationem, & ſpoliorum de hoſtibus reportatorum oſtentationem.* Ἐπινίκιον ᾆδειν *ſuáſque laudes ipſos hieronicas deprædicare ſolitos. Carmen hieronicis compoſitum olim, & fortaſſis etiam decantatum ab Euripide, Simonide, Pindaro aliiſq; lyricis Poëtis. Acta Diis gratiæ ab hieronicis.*

## CAP. XIII.

SANÈ athletas ferre omne tormentum gloriæ cupiditate, Seneca [a] ſcribit: Cicero [b] quoque de mercatu illo agens qui haberetur maximo ludorum apparatu totius græciæ celebritate; illic fuiſſe, ait ex Pythagora, qui corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent. D. ipſe Chryſoſto. quodam loco [c], abſurdum eſt quod athletæ (inquit) in gymnicis agonibus, & pulueribus verbera, & vulnera ferunt, propter vanam gloriam, coronam nullius momenti ſpectantes: nos autem coronādi à Chriſto non imperamus iræ, non omnia fortiter toleramus, &c. Et in candem ſentētiam è philoſophis ethnicis Seneca ille [d] addit hoc etiam, quod (iudicio quidem meo) magnopere facit ad eorum confirmationem, quæ de prædicatione, ac renuntiatione hieronicarum præconia ſuperiùs expoſui; Nos quoque euincamus omnia, quorum præmium (ait) non corona, nec palma eſt, nec tubicen prædicationi nominis noſtri, ſilentium faciens, ſed virtus & firmitas animi, & pax in cæterum parta ſi ſemel in aliquo certamine debellata fortuna eſt. Virtutis Athletas Chriſtianos, cùm nihil feciſſe vt fortes haberentur, ac ſtrenui ob vanæ cupiditatem gloriæ, ſed boni & recti ha-

[a] *epiſt. 89.*

[b] *lib. 5. Tuſcul. quæſt. vide & li. 2. tunc cùm pueros Lacedæmone adoleſcentes Olympia barbaros in arena videris excipientes grauiſſimas plagas & ferētes ſilentio, &c. Videmúſne apud quos eorum ludorum qui gymnici nominātur magnus honos ſit nullum ab iis qui in id certamen deſcendant deuitari dolorem.*

[c] *in ſermone de māſuetudine ſub finem.*

[d] *in ſup. d. loco.*

bita ratione virtutem in ſeceſſu & ſolitudine, longéque à vicis & vrbibus conſectantes; vti ſe ſoli agonothetæ oſtenderent Deo, atque approbarent à Theodoreto Cyrenſi ſermone de virtute actiua [a] his verbis traditur: καὶ ταῦτα δὲ ὡσαύτως τοῖς ἡμετέροις ἁρμόττει τῆς ἀρετῆς ἀθληταῖς· οὐ γὰρ ἀντιπαθεῖν τε καὶ διογλύφειν καὶ κρατεῖν παραπλησίως κενῆς ἕνεκα δόξης, ἀλλ' αὐτοῦ γε ἕνεκα τοῦ καλοῦ δρῶσιν ἃ δρῶσιν. διὸ δὴ καὶ πόλεων καὶ κωμῶν πόρρω διάγουσι τὴν ἀρετὴν κατακρύπτοντες καὶ μόνῳ γε τῷ ταύτης ἀγωνοθέτῃ δεικνύντες: illam nimirum è contrario gloriam, carnales ethnicorum athletas fuiſſe conſectatos, apertè ſatis oſtenſum arbitror. Itaque de hieronicis dicitur ἐστεφανώθη, ἐκηρύχθη, ἀνεκηρύχθη, ἀνηγορεύθη, ἀνεδέθη τῷ στεφάνῳ, ἀνεῖπεν αὐτὸν ὁ κῆρυξ, quemadmodum ab ipſo Polluce [b] traditum: & τὸ πρᾶγμα ἀνάρρησις, ἀγόρευσις, καὶ ἀνακήρυξις. Quò ſpectans Philo ille alio loco [c] de Iacobo luctatore (de quo nobis anteà ſermo eſt habitus) εὐστόχως οὖν ἐκεῖνο πρὸς τὸν παλαιστὴν (ait) νικηφόρον ἐλέχθη μέλλοντα τοῖς νικητηρίοις ἀναδεῖσθαι στεφάνοις, τὸ γὰρ ἐπ' αὐτῷ κήρυγμα τοιοῦτόν ἐστι ἴσχυσας μετὰ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατήσῃ: ſic enim lego; tanquàm eleganter vſurpato ſimplici verbo δυνατέω, à quo illud δυνατήσῃ ſit in ſecunda perſona futuri medij, quamuis compoſitum ἀδυνατέω pleriſque locis [d], vix autem alibi aut perrarò ſimplex inuenias, quod hic repono; vel etiam δυνατὸς ἔσῃ: atque hoc quidem lubentiùs vbi codex impreſſus habet δυνατῶσι perperam: cum Geneſeos cap. 32. ſeptuaginta prætermiſſo verbo (vt quidem eſt in Complutenſi editione) ſimpliciter ſcripſerint δυνατός. Nec enim dubitandum, quin id τοῦ κηρύγματος vocabulum ad præconiam victoriæ de lucta, cæteríſque agonibus gymnicis reportatæ citationem, ſiue proclamationem pertineat: ſicuti apud Ælianum, eo loco vnde verba capite proximo ad extremum deſumpta exhibebo; & apud Lucianum in mortuorum Dialogis, eo quem vbi de ſcammate, ſcaphióque ad Plutarchum ſuperiùs [e] actum eſt, locum attuli; feſtiuè ac γελοίως admodum iubetur athleta Damaſias (quo planè ſit nudus) τὰς σάρκας, τοὺς στεφάνους, τὰ κηρύγματα carnes illas (hoc eſt pinguitudinem, & obeſitatem corporis) coronas atque præconia, ſiue prædicationes abiicere: itémque apud Plutarchum [f] quoque, vbi ὁ δὲ ζῶντος ἔτι, καὶ κινδυνεύοντος ἐν τῷ βίῳ μακαρισμὸς ὥσπερ ἀγωνιζομένου κή-

ρυγμα

[a] lib.12. de cura. Græcar. affectio. fol. 170. editionis anni 92.
[b] dict. cap. 30. lib. 3. Onomaſt. vbi περὶ νικητοῦ.
[c] περὶ τῶν μετονομαζομένων, f. 14. ſic & Chryſoſto. in epiſt. quadam ad epiſcopos & preſbyteros carcere incluſos. διὰ ταῦτα φανερῶς μὲν ὑμᾶς πάντες στεφανοῦσι καὶ ἀνακηρύττουσι οὐ φίλοι μόνον ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἐχθροί.
[d] apud Platonẽ 2. de Repub. & 7. ſub initium, & Euang. ſecũdum Matth. cap. 17. Luc. cap. 1. ſicuti notatur Lexico. Adde Ælianum lib. 4. var. hiſtor. c. 15. ex quo verba inferiùs exhibebũtur, ac Platonem rurſus 8. de legib. lib. fol. 840. & Platonizãtem Philo. in περὶ τοῦ χείρον. κρ. ἐπιτιθ. fol. 121. & 223. & περὶ ἀποικίας, fol. 280. & περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδ. συν. fo. 294. & περὶ φιλανθρωπ. f. 479. & ad fin. in fol. 489. & περὶ ἀνδρίας fol. 504. & 505. & περὶ μοναρχ. fol. 559.
[e] cap. 3. huius libri ſecundi.
[f] in Solon. fo. 171.



ρυγμα καὶ στέφανός ἐστιν ἀβέβαιος, καὶ ἄκυρος: apud Iulianum Cæſarem, in hæc omninò verba ſcribentem alicubi; [a] καὶ γὰρ ἐστὲ λίαν αὐτῶν ἤδη διακορεῖς, καὶ ὑμῖν ἐστι τὰ ὦτα πλήρη, καὶ οὔποτε ἐπιλείπουσιν οἱ τούτων ποιηταὶ πολέμους ὑμνοῦντες καὶ νίκας ἀνακηρύττοντες λαμπρᾷ τῇ φωνῇ (ſic lege, pro, φονῇ) κατὰ τοὺς ὀλυμπιάσι κήρυκας, apud ipſum denique Philonem alio quodam loco [b] ſic ſcribentem; εἰ τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα τὸν ἀνθρώπινον βίον, τέρψιν δὲ μόνην καὶ ἡδονὴν παρέχοντα θεαταῖς ἐκπονοῦσιν, οὕτω τινές, ὡς ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, καὶ γέρα, καὶ τιμάς, καὶ στεφάνους μετὰ κηρυγμάτων λαμβάνειν: τί χρὴ πράττειν τὸν τῆς ἀνωτάτω καὶ μεγίστης τέχνης (de architectonica virtute, arteq; Regia loquitur) ἐπιστήμονας: quò ſanè ſpectat illud Heliodori, καθάπερ σάλπιγγι τὸ ἐπινίκιον ἀνακηρυττόμενος, quod vndecimo capite huiuſce libri probatum fuit: ſed & ἀναρρήσεως, ſiue renunciationis, aut proclamationis vocabulum (de quo apud Pollucem, vt præmonui) coniunctum cum corona & præconio apud Gregorium Nazianzenum in Heronem philoſophum, ad rem athleticã omnino pertinet: vbi paulò pòſt illa quæ ſuperius attuli, hoc adiungit, ἀλλὰ τίς ἡ ἀνάρρησις εἰ μὲν τὴν συντομωτέραν ποθεῖτε, καὶ γνωριμωτέραν: ſequitur formula renunciationis ad ſimilitudinem illius præconiæ vetuſtæ, quæ de athletis fieri ſolita; οὗτος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς ἀψευδέστατος καὶ τῆς τριάδος ὑπέρμαχος: ἄχρις αἵματος (vbi aſpicit, ni fallor, ad illud B. Pauli [c], quod ſuperiore ſermone [d] attuli, οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι) καὶ τῶν διωκόντων τῷ πάσχειν προθύμως διώκτης, &c. εἰ δὲ τὴν τελεωτέραν καὶ πλατυτέραν οὗτος μὲν ἄριστος ἐξ ἀρίστων, καὶ ἐξ εὐγενῶν εὐγενέστατος, &c. Idem iſtud ἀναρρήσεως nomen itidem coronæ adiũctum quomodo apud Theodoretum Cyrenſem eo ſermonis de Martyrib. loco [e], quem ſequentis libri cap. 17. [f] proferam; apud Iſidorum Peluſiotam [g], ad rem athleticam ſimiliter, vti dixi, referendum cenſeo; quod tamen figuratè alio ſenſu poſitum fuit: εἰ στεφάνων οὐκ ἐπιθυμεῖς, κἂν ὀνειδῶν ἀπαλλάγηθι εἰ ἀναρρήσεως οὐ φροντίζεις, κἂν μὴ τοῦ κωμῳδεῖσθαι ἀντιποιήθητι. Hoc quidem perſpicuum ex eo quod & ipſius doctor B. Ioan. Chryſoſt. alicubi [h] ſimilitudine à rebus athleticis ducta; Palmamq; corriperent (ait) ac redimiti corona cum victorib. prędicarentur: & verò idem ipſe Iſidorus in altera quadam epiſtola, εἰ δὲ κρατηθῶσι (ait ad

 Timo

[a] in lib. περὶ βασιλείας, ſiue περὶ τῶν αὐτοκράτορος πράξεων, fol. 48.
[b] in Flaccum, fol. 686.
[c] ex epiſtola ad Hebræos cap. 12. verſ. 4.
[d] lib. 1. Agoniſt. cap. 9. ſub initiũ.
[e] in lib. 8. de curatio. Græcar. affectio. ſub finem in pag. 122. edit. Græcolatinæ an. 1592.
[f] ad marg. circa finem capitis.
[g] extrema epiſt. 90. ad Zoſimum preſbyterum li. 3. epiſt. fol. 502.
[h] priore ad Theodorũ lapſum paræneſi epiſt s. col. 863 tom. 5. vnde verba protuli inferius ca. 27. huius libri.

Timotheum lectorem ſcribens [a]) καὶ δραπετεύουσι, στεφάνων καὶ ἀναῤῥήσεων μεγάλων τευξόμεθα: qui & in alia epiſtola [b] ad Ammonium Chriſtiani agonis leges, ab Olympici certaminis more diuerſas eſſe ſignificans, idem ἀναῤῥήσεως vocabulum protulit, ſic ferè; προέθηκεν ἐναντίον τῷ ὀλυμπικῷ. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ τύπτων καὶ περιγενόμενος στεφανοῦται, ἐνταῦθα δὲ ὁ τυπτόμενος, καὶ φέρων ἀναῤῥήσεως ἀξιοῦται, & cætera quæ initio ſermonis proximi exhibebimus ad præconiam hieronicarum renunciationem pertinētia; in quibus ἀνακηρύξεως vocabulum minimè omittitur: cuius præclarum exemplum Sophoclæa lectio ſuppeditat, eo quem inferiùs exhibebimus, loco, & cum illo altero Nazianzeni comparandum admonemus. Iſti præconiæ hieronicarum atque athletarum renunciationi ſimile quiddam habuit, eorum qui ad gradus eccleſiaſticos, ordinéſque ſacros promouerentur proclamatio & veluti præconia quædam renunciatio [c]. Itaque Dionyſius Areopagita in eccleſiaſtica hierarchia [d] εἶτα τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος, ἀπολύει τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀνακηρύττει τοὺς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους, μεθ' ὧν ἀξιοῖ τοὺς ἄρτι τελειωθέντας τῆς ὁμοταγοῦς ἀναῤῥήσεως καὶ προτρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν τελείωσιν: & paulo pòſt [e], ἔσαι γὰρ αὐτοῖς ἴσως ὄφελος ὁρῶσαις τὸ ἱερῶς τετελειωμένον ὑπὸ τῆς λειτουργικῆς ἀναῤῥήσεως, ὡς κοινωνὸν ὄντως ὄντα τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, ἱερῶν ἀνακηρυττόμενον. Vbi ſcoliaſtes Maximus [f] admodum mihi placet illud τῆς ἀναῤῥήσεως nomen his verbis explicans ἡ ἐπὶ τῶν χειροτονιῶν ἀνακήρυξις, οἷον ἐπὶ τοῦ ἐπισκόπου, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἐπισκόπου τοῦδε. ἐπὶ δὲ πρεσβυτέρου, ὑπὲρ, τοῦδε πρεσβυτέρου ἐπὶ δὲ διακόνου ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦδε διακόνου. τάδε ἀνάῤῥησιν φησὶν ὅταν ἐν αὐτῷ τὸ χειροτονεῖν κηρύττῃ, τὸ χειροτονούμενον ἡ θεία χάρις προχειρίζεται τόνδε εἰς τόνδε. Et Pachymerius in paraphraſi in eundem Dionyſiū [g] εἶτα ὁ ἀρχιδιάκονος (ait) ἀπολύει μὲν τοὺς κατηχουμένους. εἶτα ἀνακηρύττει τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν καὶ κεκοιμημένων ὀνόματα, μεθ' ὧν ἀξιοῖ τὸν προκείμενον τῆς ἀναῤῥήσεως ταύτης, καὶ προτρέπεται πάντας ὑπὲρ αὐτοῦ αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ τελείωσιν. Ad præconiam huiuſmodi athletarum renunciationem, refero & iſtud quod Theodoretus [h] aliud Pauli verbum explicans, Neſcitis quod qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiū; illic cùm multi certant (inquit) vnus ſolus à præcone renunciatur, hic autem eorum

[a] lib.1. epiſt. 4.
[b] epiſt. 126. tertij lib. fol.524.
[c] quam hodieq; præconiſationem in Curia Romana nuncupāt eorum ſcilicet quibus prouidetur de conſiſtorialibus beneficiis.
[d] cap.7. fol.218. in myſterio ἐπὶ τῶν ἱερῶν κεκοιμημένων.
[e] eo.l.7. fol.222. in theoria.
[f] in cap.5. fo.106. vbi & hoc ἀνάῤῥησις, οἱονεὶ κήρυξις ἐξ ὀνόματος: et ἀνάῤῥησις, ὅπερ νῦν καλοῦσιν ἐπικήρυξιν, ἢ ἀνακήρυξιν.
[g] in cap.7. eiuſdē eccleſiaſt. hierar. fol 183. ad finem. Vide & in theoria cap.3. περὶ τῶν πλαγχῶν ἀναῤῥήσεως, fol.146.
[h] in cap. 9. circa fin. epiſto. prioris B. Pauli ad Corinth.



eorum qui rectè certant vnuſquiſq; renunciationem aſſequitur. Rectè Theodoretus: quando victoriæ non modò præmium attributum de quo Paulus egerat, ſed etiam adiunctus verborum honos cum renunciatione præconia.

Præterea hoc etiam animaduertendum, & apud Græcos, & exemplo ipſorum apud Romanos quoque, medio inter certamina tempore, ſicut Athenis per liberalia ſacrificia fiebat coronis & prædicationibus, ſiue renunciationibus huiuſmodi celebratos, & honeſtatos fuiſſe cum athletis, aut potius ante ipſos, ſi qui Rempub. vllo affeciſſent beneficio: ſed & ſpectatoribus oſtentata ſpolia, quæ ab hoſtib. eſſent relata. Cuius rei auctor mihi quidem vnus, ſed vetuſtus, quem duco maximi Dionyſius Halicarnaſſeus [a]: quo loco ſic admodum, vſurpato illo quo de agimus ἀναῤῥήσεως vocabulo; ἐν δὲ τοῖς διὰ μέσου τῶν ἀθλημάτων χρόνοις ἐλλιπέστατον, καὶ κράτιστον ἁπάντων ἐθῶν ἀπεδείκνυντο στεφανώσεις, καὶ ἀναῤῥήσεις ποιούμενοί τινας αἷς ἐτίμων τοὺς ἑαυτῶν εὐεργέτας ὡς Ἀθήνησιν ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς ἐγίνετο θυσίαις καὶ σκύλων ὅσων λάβοιεν ἐκ πολέμων ἐπιδείξεις τοῖς εἰς θέαν συνεληλυθόσι. Magnis igitur in laudibus tota fuiſſe Græcia ſcribit Æmilius probus [b] victorem Olympiæ citari: & ex more illo vetuſto exponendum, quod Euripides apud Plutarchū [c] de Alcibiade ait eſſe κάλλιστον βλῶναι ἀπονητὶ δὶς στεφθέντα ἐλαίᾳ κάρυκι βοὰν παραδοῦναι, quod de Diogene Synopenſi Laërtius [d] ὀλυμπιάσι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος νικεῖ Διώξιππος ἄνδρας, οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δ' ἐγώ. Quod denique (vt de B. Pauli, atque Iſidori Peluſiotæ locis nunc taceam; de quibus proximo ſermone pleniùs, atque commodiùs diſceptabitur, ſi Deus dederit, quod ſpero) Virgil. [e] Cloanthum, qui nauali certamine vicerat, iuſſu athlothetæ Æneæ victorem palam præconis voce declaratum cecinit: ſic ferè,

*Tum ſatus Anchiſa cunctis ex more vocatis,*
*Victorem magna præconis voce Cloanthum*
*Declarat, viridiq; aduelat tempora lauro.*

Quid quod ſuas, ipſos hieronicas deprædicare laudes ſolitos, cùm de victoria ſacri certaminis gratias Diis agerent, quod ἐπινίκιον ᾄδειν dicebant; ex quodam Grego. Nazianzeni loco [f] poſſe colligi videtur? Nam eius hæc verba ſunt, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπανήκειν πάλιν πλουσίως πλούσιος δεύτερος στεφανίτης καὶ μεθ' ἡμῶν

[a] ad finem lib.7. Rom. antiquit. fo. 480. Vvech. edit.
[b] in præfatione libri prioris de vita excell. Imper.
[c] in Alcibia. vita, fol. 357.
[d] lib. 6. de vita philoſoph. f.214.
[e] lib.5. Æneid.
[f] ad fin. Oratio. in Heron. philoſophum, fol.162.

ἡμέρας ἄστων τὸ ἐπινίκιον. Huc profectò non incommodè referre poſsis (vt ſentio) quod Parthenopæi Arcadis qui curſu Idam Antagoniſtam ſuperauerat, Statius Papinius [a] clamorem celebrandum duxit ſic ferè;

[a] lib.6.Thebaid.

*Irrupit clamore fores, clamore recurrit,*
*Ante ducem preſſaq; leuat ſuſpiria palma.*

Quem locum (ad cætera quod attinet) inferiùs hoc ipſo libro, vbi de hieronicarum coronis agetur, exponemus. Tum verò id quoque quod proſtrato colluctatore Agylleo victor Tydeus apud eundem poëtam [b];

[b] ſub finem eiuſdem libri.

*Palmam autem dextra, læuaq; nitentia dono*
*Arma ferens Tydeus: Quid ſi non ſanguinis huius*
*Partem haud exiguam (ſcitis) Dircæus haberet*
*Campus vbi hæ nuper Thebarum fœdera plagæ.*

A poëtis quidem compoſita quæ hieronicis recitanda traderentur, vel ab ipſis etiam poëtis recitarentur victorialia, ſeu potiùs victricia & triumphalia carmina; non tantùm ex Odis Pindaricis intelligimus, & ex eo, quod Ariſtides Rhetor περὶ παραφθέγματος tradit, illo vnde verba inferiùs [c] proferam loco: verùm etiam ex illa Simonidis hiſtoria quam apud Quintilianum [d] proditam recordor ſic ferè; Artem autem memoriæ primus oſtendiſſe dicitur Simonides, cuius vulgata fabula eſt, cum pugili coronato carmen quale componi victoribus ſolet (τὸ ἐπινίκιον expreſsit περιφραστικῶς) mercede pacta ſcripſiſſet, abnegata ei pecunia pars eſt, quòd, more poëtis frequentiſsimo, digreſſus, in laudes Caſtoris, & Pollucis exierat: quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebraſſet iubebatur, & perſoluerunt vt traditum eſt, & cæt. Eſt autem magna inter auctores diſſenſio Glaucone Caryſtio, an Leocrati, an Agaſtarcho, an Scopæ ſcriptum ſit id carmen, &c. Scopam nobilem Theſſalum periiſſe in eo conuiuio conſtat: adiicitur ſororis filius, &c. Qua de re ita Cicero [e] ab ipſo Quintiliano citatus anteà, ſcripſerat, dicunt enim cùm cœnaret Cranone in Theſſalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem, & nobilem; ceciniſſetq; id carmen, quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi cauſa poëtarum more in Caſtorem ſcripta & Pollucem fuiſſent: nimis illum ſordidè Simonidi dixiſſe, ſe dimidium eius quod pactus

[c] cap. 20. huius libri.

[d] lib.11.Inſtitut. Oratoria. ſub initium cap.2.

[e] lib.2.de Orato.



pactus eſſet ei pro illo carmine daturum; Reliquum à ſuis Tyndaridis, quos æquè laudaſſet peteret, ſi ei videretur. In hieronicarum ſanè laudibus carmine deprædicandis, Pindaricum melos omni ex parte conſumptum: ſed ita, vt exemplo Simonidis, in Caſtorum quoque Tyndaridarum, aliorumq; Deorum, heroúmve laudes poëta identidem excurrerit, ignotum eſt nemini: Euripidem verò Alcibiadi ob victoriam ex Olympico curriculo reportatam carmen Epinicion ſcripſiſſe, auctor Atheneæus in Deipnoſophiſtarum primo: vnde verba paulo pòſt [a] proferam: victricem iſtam ſiue triumphalem cantilenam ἐπινίκιον ᾠδὴν, appellatam καλλίνικον ᾠδὴν idem Athenæus [b] prodidit. Et quod de gratiis Deo cuius in honorem, in ſacris ludis certaſſent agi, & carminibus in eam rem decantari ſolitis ab hieronicis, cùm coronam eſſent ab athlothetis accepturi diximus; eò ſpectaſſe Dionyſium Areopagitam de ſacramento extremæ vnctionis agentem ſentio: ſic ferè [c], οἱ δὲ τοῦ κοιμηθέντος οἰκεῖοι κατὰ τὴν θείαν οἰκειότητα καὶ ὁμοτροπίαν αὐτόν τε ὅσις ἐστι μακαρίζουσι, πρὸς τὸ νικηφόρον εὐκταίως ἀφικόμενον τέλος· καὶ τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναπέμπουσι προσέτι καὶ αὐτοὺς ἀφικέσθαι πρὸς τὴν ὁμοίαν εὐχόμενοι λῆξιν. λαβόντες δὲ αὐτόν, ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ἄγουσιν ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν. ὁ δὲ ἀσμένως ὑποδέχεται, καὶ τελεῖ τὰ κατὰ θεσμὸν ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ὁσίως κικοιμημένοις τελούμενα.

[a] cap. 19. huius lib.

[b] lib.14.Deipno. fo.263. adde Euripidem Medeæ prologo & Hercule Furēte actu 1. choro 2. & in Electra chor. act. 4. quos in eam rem locos vt Athenæi locū emēdaret Muretus lib.2. varia. lect. cap.11. attulit, de epinicijs decantatis vide Suetonij Nerone cap. 43. vbi, cantaturū epinicia: videto quæ adſero inf. cap.20.

[c] cap. 7. περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων eccleſ. hierar.

*Eorum qui Muſico certamine vincerent laudatio publica, qualis & apud Toloſam Tectoſagum Poëtico, qui Rhetorices dicitur agone. Verba Commentarij vetuſti Occitano Idiomate perſcripti ad illum pertinētia prolata. Nero agone Muſico victor deprædicatus. Ab hieronicis ſuæ ipſorum coronatæ patriæ. Sophocles & Euſeb. imprimis, nec non Ælianus explicantur. Nero ſe victorem contra vetuſtū morem pronunciabat, ac præconio contendebat.*

## Cap. XIV.

ATQVE hoc gymnicorum hieronicarum exemplo ipſorum quoque, qui agonibus muſicis vincerent laudes publicè in theatro proclamatas, atque decantatas, à præcone reperio, iam inde ab Herodoto; qui ſuas hiſtorias Muſarum nomine inſcriptas Olympię vbi in illo totius græciæ cōuentu recitaſſet, hunc laudationis publicæ non à præcone tantùm, ſed ab omni populo fructum percepiſſe à Luciano [d] memoratur: qua re incenſi Hippias, Prodicus, & Anaxi

[d] in lib. qui nomen Ἡρόδοτος ἢ ἀέτιον vbi παρελθὼν εἰς τὸν ὀπισθόδομον οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν ᾄδων τὰς ἱστορίας, &c. de Laudibus Herodoto attributis ibi plurima.

Anaximenes, Polus & alij complures, vt ſeſe nobilitarent, ſua itidem ſcripta in eiuſmodi conuentu poſteà pronuntiauerint: τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν (inquit Lucianus inter cætera) ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβών, καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς μὰ Δία κήρυκος, ἀλλὰ ἐν ἁπάσῃ πόλει ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν. Quo ex more Muſicis [a] apud Toloſates noſtros agonib. quos Rhetorices promouendæ gratia inſtitutos ad annum Chriſti 1323. & publicis commentariis in Archio Capitolino aſſeruatis didici, qua de re plenius libro tertio diſſeretur faciente Domino: rectè itidem ac proſæ orationi, vt verſæ, modulatæ, cæteríſque pedibus, aut potiùs rythmis, ac ſyllabarum numeris adſtrictæ præmia fuêre propoſita; ſic tamen vt cæteris paribus iſta qui præſtarent, illis qui ea maximè valuiſſent, in præmiorum adeptione præferrentur: & in vtriſq; ij, potiſsimo iure haberentur, in quorum dictatis (quæ appellantur) altius quodpiam & ad Dei Opt. Max. laudem pertinentis argumentum pertractatum foret. Duas itaque ſpecies Rhetoricæ duobus libris commentariorum illorum publicorum, plena quod dicitur manu, ac diffusè explicatas memini: & libro quidem ſecundo actum de poëtica hoc eſt de ſecunda Rhetoricæ ſpecie, quæ rythmis agitur. Sic enim ibi non ineptè aut inſcitè Rhetoricæ appellatio ad poëticam producta; cùm à Maximo Madaurenſi apud B. Auguſtinum [b] Virgilius Rhetor appellatus his admodum verbis fuerit: ſed vlteriùs huic certamini me ſenex inualidus ſubtraho, & in ſententiam Mantuani rhetoris libenter pergo,

*---trahit ſua quemque voluptas,*

In eo libro igitur quo de agimus, Occitano Idiomate ſcriptum eſt ita [c]. *De la ſecunda maniera de Rhetorica laqual procedis ham rims.* Tum deinde in capite illo ſexto diſſeritur. Cui potiſsimum adiudicari præmium agoniſticum debeat, & (vt ibi ſcriptum) *Cui ſoes à qui deu hom Iucjar è donar Ioia*, poſt alia multa quæ prætermittimus ita reſpondetur, ei eſſe tribuendum, cuius dictatum nitidius fuerit, quod ita explicatur ſtatim vt cætera quæ antè latinis verbis expreſsimus vernaculo ſermone, proponantur [d] in hæc omnino verba: *En iuciamen de Ioya deu hom yſtamens gardar qualz dictatz es may netz.*

[a] *ſic Terentius vocat Muſici nomine, quod poëticũ intelligit: vt in prologo Heautõtimor. tũ quod maleuolus poëta vetus dictitat, Repente ad ſtudium hunc ſeſe applicaſſe muſicũ, & in prologo Hecyræ, Prope remotum iniuria aduerſarium, ab ſtudio atque labore atq; ab arte muſica. Et falli Donatum in prioris loci enarratione vel ipſe docuit Verderius in Cenſione in auctores antiquos, fol. 19.*

[b] *epiſt. 43 fol. 58. libri Antuerpiæ apud Plantinum impreſ. an. 1576.*

[c] *epiſt. 43.*

[d] *fol. 69. pag. 2. & fol. 70.*



*netz. Aqueſt vocables Net ſe raporta abona ſentenſa abon Romans & abel ornat de paraulas: E ſi hom troba dos, o mays dictatz ayſsi netz la vn coma lautre Deu hom attendre, & gardar qual es de melhor & de plus nauta ſentenſa & am may bos motz & notables Quar per aquels es may gracioza la preſens ſcienſa de dictar amb accort de rims, & adonx per aquel ſe iucie que melhor & plus notabla ſentenſa haura*, & cæt. *Si la vs dictatz es auſsi bos comma laltres e la vs a le ſo que hauer deu e lautres no. Cel ques ha ſo, no deu portar la ioya, o ſi la vs dictat ſe pot applicar à lauſor de Dieu, o de la ſua maire, e laltres no, a quel ques pot applicar à Dieu, o a la ſua maire deu hauer auantatge:* tum aliquanto poſt *Dictat am bon compas, am bon Romans, am bel ornat de paraulas, & am ſentẽſa cominal que ne porta frug cantque haia bel ſo, es yſshorba vila, o come poma defors bela e dedins poyrida.* Neronem igitur imperatorem in omnibus æquè oppidis, aut ciuitatibus agonem habentibus, præter Athenas & Lacedæmona, decertaſſe, atque ad victoriarum huiuſmodi ſuarum proclamationẽ præcone vſum conſulari viro Cluuio Rufo, qui Neronem hoc certamine viciſſe, ac populum Romanum ſimul, & orbem ſuum coronare pronuntiaret, à Xiphilino [a] proditum legimus: quo loco ἠγωνίσατο γὰρ ἐν πάσῃ ὁμοίως πόλει (ait) ἀγῶνα ἐχούσῃ κήρυκι πρὸς πάντα τὰ κηρύξεως δεόμενα, Κλουβίῳ Ῥούφῳ ἀνδρὶ ὑπατευκότι χρώμενος, &c. τὸ γὰρ δὴ κήρυγμα ἦν Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα καὶ στεφανοῖ, τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην.

Quibus verbis in extremũ illud etiam comprobatur, quod poſt alios ſuperioris tractatus initio admonui, ab hieronicis olim ſuas fuiſſe patrias coronatas id quod tum illo Philoſtrati [b]: cuius verba ſuperiùs propoſui, tum iſto inſuper D. Ioan. Chryſoſtomi loco [c] illuſtratur maiorem in modum, vbi ſic legitur; Et ſicut præcones, athletas vincentes in medio theatro pronunciantes, ipſorum quoque ciuitates dicunt, ille de tali ciuitate, ita & hic ipſorum Dominum prædicauit, Sidrac, Miſac, & Abdenago ſerui Dei altiſsimi exite & venite huc. Omnium autem optimè oſtenditur ac velut oculis ſubiicitur, ſicut ab Heliodoro [d] apud quem Calaſiris de Theagene Pythionica ſic ad Chariclæam fatur, id quod antè [e] monui; ὡς μὴ θετταλὸς τὸ γένος ἔφθης· ἀκούσασα καὶ τοῦ κήρυκος ὅτε αὐτὸν

[a] *in Neron. vita.*

[b] *ex libr. 8. de Apollonio.*

[c] *ex homilia ad populũ Antioch. 6. col. 59. vbi enarrat triũ puerorum ex camino ardente liberatorũ hiſtoriam Danielis, cap. 3. propoſitam.*

[d] *lib. 10. Æthiopicõn, fol. 234.*

[e] *circa fine cap. 11. huius lib.*

[a] *Electra, fo.112.*

ἀνηγόρευσεν: ita imprimis à Sophocle, [a] quo loco pædagogum de Oreſtis diaulo victoris renuntiatione loquentem ſic admodum facit,

τούτων ἐνεγκὼν πάντα τ' ἀπινίκια
ὠλβίζετ' Ἀργεῖος μὲν ἀνακαλούμενος
ὄνομα δ' Ὀρέστης τοῦτο κλεινὸν Ἑλλάδος
ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε
καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα---

Quod tamen ab interpretib. & ſcoliaſtis Græcis Latiniſque, perperam etiam τὸ τῶν ἐπινικίων vocabulum eo loci (vt ante monui) accipientibus nequaquam animaduertitur, eo ſanè pertinet quod Themiſtius [b] ad Valentinianũ Iuniorem, ἐφέσιον ἡμῖν στῆσαι κρατῆρα (inquit) καὶ ἐγκαλλωπίσασθαι τῇ πατρίδι ὥσπερ οἱ νικήσαντες ὀλυμπίασιν. item quod in illa περὶ ζεύγους oratione de Olympionicis agens Iſocrates τούς τε ἀθλητὰς ζηλουμένους, ait, καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας τῶν νικώντων. Et quod Plutarchus alicubi [c] οὕτω Κίμων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πεζομαχίας (ait) καὶ ναυμαχίας ἅμα τροπαίῳ στεφανώσας τὴν Ἑλλάδα δίκαιός ἐστιν ἔχειν τινὰ προεδρίαν ἐν τοῖς στρατηγοῖς. Poſtremò quod de Apſiano, qui apud Cæſaream ſub Valerio Maximino Imp. viceſimum annum agens tanquam hieronica pietatis generoſus & ſtrenuus martyrio coronatus eſt; ab Euſebio Pamphilo [d] ita tra- ditur, vt pagis vrbi Lyciæ (vnde illi origo fuit) multũ ſplendoris & commendationis ab eius virtute ac nomine (quem circa ethnicos athletas vſurpatum morem ab hiſtorico eruditiſsimo tacitè notari equidem ſentio) acceſsiſſe ſignificet: εἰ δὲ χρὴ μνήμην ποιησαμένους (inquit) καὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ, κοσμῆσαι καὶ ταύτην διὰ τοῦ προαχθέντος ἐξ αὐτῆς γνησίου τῆς θεοσεβείας ἀθλητοῦ, εὐλόγως ἂν καὶ τοῦτο ποιησαίμην· εἴτις ἄρα παγὰς ἐπίσταται τῆς Λυκίας οὐκ ἄσημον πόλιν, ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ νεανίας. Et tamen ob iſtam Martyrum cum diabolo colluctationem atque victoriam; non tam eorum ſecularem (vt ita loquar) patriam, quàm ipſam Chriſti Eccleſiam veluti ſpiritualem quandam Chriſtianorum omnium patriam, coronari, Deúmque ipſum collaudari ſenſit Chryſoſtomus [e]; quo loco, περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ſic admodum ſcribit: μνήμη μαρτύρων καὶ σὺ ῥαθυμεῖς καὶ ἀναπέπτωκας: δέον ἐστί σε παραγενέσθαι καὶ ἰδεῖν τὸν διάβολον ἡττώμενον καὶ μάρτυρα νικῶντα, καὶ θεὸν δοξαζόμενον καὶ ἐκκλησίαν

[b] *Orat.11. in protrept. in ipſo fine in fol.139.*

[c] *in cõparatione Cimonis & Luculli, fol.953.*

[d] *in appendicib. octaui lib. eccleſ. hiſtor. fol.93.*

[e] *oratione de nõ contemn. eccleſ. in ipſo initio.*



ἐκκλησίαν στεφανουμένην. Quibus ex locis facilè cognoſcitur, quid Ælianus [a] voluerit ſibi, cùm Nicodorum olim pugilem, & qui in præcipuis Mantinæ enſium & probatiſsimis ciuibus fuerit, vt in deuexa ætate poſt athleticam artem deſitam leges ipſis Diagoræ Melij ſtudio, qui (vt quidam volunt) ipſum adamabat, adhibito, condiderit atque ſanciuerit; longè meliorem & vtiliorem patriæ iſta ratione nauans operam, quàm per præconias victoriarum ſuarum renuntiationes in ſtadiis: per quas ipſa quoq; patria coronabatur ſcilicet, omniq; commendationis genere in athletæ perſona ornabatur: νικόδωρος δὲ ὁ πύκτης (inquit ille) ἐν τοῖς ἐνδοκιμωτάτοις Μαντινέων γενόμενος, ἀλλὰ ὀψὲ τῆς ἡλικίας καὶ μετὰ τὴν ἄθλησιν καὶ νομοθέτης αὐτοῖς ἐγένετο, μακρῷ τούτου ἄμεινον πολιτευσάμενος τῇ πατρίδι τῶν κηρυγμάτων τῶν ἐν τοῖς σταδίοις, φασὶ δὲ αὐτῷ Διαγόραν τὸν Μήλιον συνθεῖναι τοὺς νόμους ἐραστὴν γενόμενον. Vbi conſiderandum Cerugmatum vocabulum, de quo pleniſsimè 10. huius libri cap. loquuti ſumus. Illud in Nerone adhuc præcipuum fuiſſe Suetonius [b], quod victorẽ ſe (cùm id agonothetarum quondam fuerit munus, & iudicum, vel præconis potiùs obtemperantis agonothetis, non eius qui decertaſſet) ipſe pronunciabat; qua de cauſa & præconio vbique contendit: cùm tamen antiquitus præcones ludorum gymnicorũ (ſicuti Marcus Tullius [c] ad Luceium ſcribit) poſtquàm cæteris coronas impoſuiſſent victoribus eorúmq; nomina, magna voce pronunciaſſent, cùm ipſi ante ludorum miſsionem corona donarentur; alium proconem adhiberent, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicarent. Atque hoc eſt quod apud Philoſtratum [d] de illo principum Romanorum propudio ſcriptum legitur, ipſum relicto palatio, in Græciam veniſſe, vt ſe præconiis Olympicis, Pythiciſq; ſubiiceret; ſed & Iſthmiis viciſſe, victorias eius iſtas ſcilicet fuiſſe, cantum ad citharam, atque præconium. τὰ γὰρ βασίλεια ἐκλιπὼν (inquit) ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀφίκετο κηρύγμασιν ἐπιθήσων ἑαυτὸν ὀλυμπικοῖς τε καὶ πυθικοῖς, ἐνίκα δὲ καὶ ἰσθμοῖ, αἱ δὲ νῖκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι καὶ κήρυκες.

[a] *lib.2. var. hiſt. cap.22.*

[b] *in eius vita cap.24.*

[c] *lib.5. epiſtolarum ad familiares, epiſtola 68. corã me tecum.*

[d] *lib.4. de Apollonio Tyanæo, fol. 24. pag.2.*

*Adhuc de Muſico agone: expoſitus de Nerone Dionis Chryſoſtomi locus. Ara apud Altim Olympiæ locum, vbi Muſicus agon præconum exhibitus. De præconia pedis pronunciatione. Victimarij olim præconio functi munere. Emendatum carmen vetuſtum apud Pollucem. De Tubicine ſiue*

*Buccinatore hieronica Hermodoro, ille cum Athenæo comparatus.* Περιοδονῖκαι. *Hieronicarum nomina in publicum commentarium relata: ideoq; ipſis Olympiadum numeris apud Hiſtoricos adiuncta, ſed & eorum qui ab illis eſſent ſuperati perſcripta in commentario illo nomina Dionyſio Areopagita illuſtrato. Sacra Diptycha eccleſiaſtica: & vnde ipſis origo, atque commemorationi defunctorum vetuſtæ in ſacris precib. Xyſticorum grammateia. Athletarum decertaturorum nomina in albo propoſita.*

## CAP. XV.

EX quibus omnibus intelligas licet, primùm quidem id quod ſubobſcurè, ac ſuppreſſo nomine Dio Chryſoſtomus [a] alicubi ſcribit; coronas, & victorias huiuſmodi, tanti habitas ab Imperatore quopiam ætate ſua, vt apud Elæos in certamen, hanc eſſe ſummam fœlicitatis exiſtimans, deſcenderit: de Nerone ipſo accipi debere, quo loco de oleagina corona olympica, vbi ea ſcribit, quæ commodiùs paulò pòſt exhibebimus, hoc adiicit: τί γὰρ οὐκ ἐγγύς τι ἐφ' ἡμῶν ἐπίστασθε τῶν αὐτοκρατόρων τις οὕτω σφόδρα ἡττήθη τοῦ πράγματος, καὶ ἐπεθύμησε τῆς ἐκεῖ νίκης, ὥστε καὶ ἀγωνίσασθαι παρ' ἠλείοις (ſic enim legendum pro ἠλίοις) καὶ τοῦτον ὅρον ἡγήσασθαι τῆς εὐδαιμονίας. Deinde verò cognoſcas hoc etiam quod à Pauſania Eliaci [b] traditum, aram fuiſſe in Alteos luci olympiaci, ſeu Elei aditu, quo iter ad ſtadium: ad quam aram nulli quidem Deo ſacra fierent ab Elæis; ſed inter tubicines, præconéſque contendi, atque decertari conſtitutum eſſet, ob coronarium ſcilicet præmium, vt arbitror: ἔστι δὲ βωμὸς ἐν τῇ ἄλτει τῆς ἐσόδου πλήσιον τῆς ἀγούσης ἐς τὸ στάδιον. ἐπὶ τούτου θεῶν μὲν οὐδενὶ θύουσιν ἠλεῖοι, σαλπικταῖς δὲ ἐφεστηκόσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς κήρυξιν ἀγωνίζεσθαι καθέστηκε. Ad aram quidem, cui thymele nomen in orcheſtra theatri locum thymelicis, atque aulœdis fuiſſe ludis ſcenicis, huius initio ſermonis admonuiſſe me recordor. Et placet illo Pauſaniæ loco ſalpictarum, ſiue tubicinum, cum præconibus coniunctio ad aram illam decertantium: quando antiquius præconum certamen edendo tubæ ſono, & quadam bellicine, ſiue Martij, an potiùs theatralis, ac Dionyſiaci cantus modulatione: poſteriùs autem longa, & producta pedis, qui dicebatur, hoc eſt ſolemnis (vt puto) carminis ſacrorum fortaſſe peragendorum, atque luſtralium ipſis adiunctorum ludorum muſicorum, gymnicorúmque ſiue aperiendorum, ſiue concludendo

[a] *Rodiaco, f.233.*

[b] *lib.1. Eliac. fol. 133. Aldini libri. De Alti autem Olympia luco, monui te ſemel atq; iterũ (bone lector) lib. ſuperior. cap.5. & ca. 21. meminit Philoſtratus in vita Apollonij è quo ſcripſi ad extremum d. cap 5. meminit Pauſanias Eliacor.1. fo.131. vnde verba proponam inf. c. 20.*



cludendorum gratia, vel eorum renuntiationis, qui gymnicis muſicíſve agonibus victores eſſent declarati (nam preco vt apud Pollucem [a] eſt, κατεκήρυττεν ἡσυχίαν ἔντε ἀγῶσι, καὶ ἱερουργίαις inter cætera καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνεκήρυττε: quod ex alio Pollucis loco antè admonui) vel edicti alicuius, ab Hellanodicis, aut agonothetis emiſsi recitatione, quæ adhibita vocis vno quaſi ſpiritu continuatæ ſumma contentione fieret: cui tamen Pedis pronunciationi prętonię modum adhibitum fuiſſe Iulius Pollux memorat [b]; ſic admodum ſcribẽs, καὶ ἦν ἀγώνισμα σάλπιγγος τὸ πρεσβύτερον εἰς δὲ φιλοτιμίαν τῶν ἐπ' αὐτοῦ προελθόντων οἵ τε καλούμενοι πόδες, ἐνεθετήθησαν ἔλεγχον ἔχοντες εἰς μῆκος πνεύματος, &c. Vnde intelligere licet illud Galeni [c] καθάπερ οἱ κήρυκες ὅταν τὸν λεγόμενον πόδα ἐκφωνῶσι: ſi addideris præclarum Luciani [d] teſtimonium; in quod fęliciter, iſta dum retractarem, incidi: ex quo ad finem Agonibus imponendum, cœtúmque totius Græciæ frequentiſsimum dimittendum, vſurpatam fuiſſe videri Præconiam illam Pedis pronuntiationem colligitur; cuius etiam formula ſolemnis ibi exhibetur: ὅτε δὲ συνῆκεν (ait Lucianus de Demonactis obitu) οὐκ ἔθ' οἷός τε ὢν αὑτῷ ἐπικουρεῖν, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα. Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας, Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν. Superioribus verò Pollux hoc etiam adiicit: cum initio id pręconium munus inter Eleos eorum foret apud Olympiam, qui ſacris miniſtrare ſoliti (quod & Athenæus lib. 4. Deipnoſophiſt. [e] tradit, annis enim permultis pro præconib. fuiſſe victimarios carnem parantes, diſcindentéſq; ac vinum fundentes, qui præcones appellati fuerint, ab eo munere cuius maior dignitas fuit: & ante ipſum his, vt puto, verſibus Pindarus [f] ſubindicauerat,

> Οὔτε καὶ κάρυκες ὡ-
> ρᾶν ἀγνῶτες σπονδοφόροι Κρονίδα
> Ζηνὸς Ἀλεῖοι,--)

primum extraneum Archiam Hyblæum præconio ibi contendiſſe, térq; victoriam, & item Pythiis obtinuiſſe, iconemq; adeò ipſius, vtpote hieronicæ Pythicam extare cum inſcriptione tetraſtichi, quod Pollux non prætermiſit: ipſe cum verbis eius proponam illuſtrandis locis, quos antè à Suetonio, & Philoſtrato attuli, de Neronio circa præconium certamine;

[a] *init. cap. 12. lib. 4. col. 218. & 219. vide & c. 3. lib. 3. ex quo ſcripſi paulo ante.*

[b] *d. c. 12. col. 218.*

[c] *Epidemi lib. 6.*

[d] *in Demonactis vita ad fin. vbi de ipſius obitu.*

[e] *fol. 401. Latina verſionis.*

[f] *Iſthmio Ode 2. antiſtroph. 2.*

de quo mirum aliorum ſilentium. προτέρον δ' ὀλυμπιάσι τῶν ἐπιχωρίων (inquit) κηρυττόντων οἱ ταῖς ἱερουργίαις ὑποδιηκονοῦντο. πρῶτος τῶν ξένων ἠγωνίσατο τὰ ὀλύμπια ἀρχίας ὑβλαῖος καὶ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἐφεξῆς ἐνίκα, καὶ πυθοῖ δὲ ἐνίκα, καὶ εἰκών τις ἦν αὐτοῦ πυθική, καὶ ἐπίγραμμα,

Ὑβλαίῳ κήρυκι τὸ δ' Ἀρχίᾳ Εὐκλέος υἱῷ
δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων φοῖβ' ἐπ' ἀπημοσύνῃ
Ὃς τρεῖς ἐκάρυξε τῆς ὀλυμπίας αὐτὸς ἀγῶνα
Οὔθ' ὑπὸ σαλπίγγων, οὔτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

vbi pro τρεῖς ἐκάρυξε reponendum ἐκάρυξεν, ipſa verſus & ſenſus ratio poſtulat. Ad hoc præconij, ſiue tubicinij certamen pertinere crediderim, quod de Herodoto Megarenſi tubicine, ſiue buccinatore ab Amuranto Alexandrino Athenæus [a] narrat: ipſum (cùm eſitaret multum ac biberet homo magnus, & vaſtus ad trium cubitorum, atque dimidij altitudinem, ſupra leoninam pellem cubare, ſedens cœnare ſolitus) duas ſimul tubas inflaſſe, ſignúmque pugnæ dediſſe, tanta ſonitus, aut ſtrepitus vehementia, vt ægrè propellentes helepolim iuſſu Demetrij poliorcetæ Antigoni filij milites, ad murum obſeſſæ Argiuorum ciuitatis, hoc tamen, vt perficerent animis ea ratione concitatis coëgerit: Decies verò viciſſe periodum. καὶ σαλπίζειν ἅμα, καὶ σάλπιγξι δυσί, κοιμᾶσθαι δὲ ἔθος εἶχεν ἐπὶ λεοντῆς μόνης. ἐσήμαινε δὲ σαλπίζων μέγιστον. ἀργείων γοῦν πολιορκοῦντος δημητρίου τοῦ ἀντιγόνου, καὶ οὐ δυναμένων τῶν στρατιωτῶν τὴν ἑλέπολιν προσαγαγεῖν τοῖς τείχεσι διὰ τὸ βάρος ταῖς δύο σάλπιγξι σημαίνων ὑπὸ τῆς ἁδρότητος τοῦ ἤχου τοὺς στρατιώτας ἠνάγκασε προθυμηθέντας προσαγαγεῖν τὴν μηχανήν· ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάκις, quæ omnia & à Iulio Polluce in eandem ſententiam Onomaſtici lib. 4. [b] enarrata deprehendi: niſi quod cùm tubam inflaſſet ad eum accedere cuiquam durum fuiſſe propter vehementiam ſoni ac ſpiritus, vaſtitate corporis fuiſſe tali, vt non ad tres dumtaxat ac dimidij, ſed ad quatuor cubitorum magnitudinem aſcenderet; decies verò & ſepties coronariis agonibus periodonicam fuiſſe, non modò decies, vt apud Athenæum eſt, memorat: καὶ ἦν ὁ μεγαρεὺς ἡρόδωρος ὁπότε σαλπίγξῃ (ait) χαλεπὸν ἦν αὐτῷ πλησιάζειν πληττομένους διὰ μέγεθος τοῦ φθέγματος. ἑπτακαίδεκα δὲ περιόδους ἀνείλετο τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων. Nam etſi περιοδονῖκαι dicti athletæ pro-prie

[a] *ſub init. lib. 10. Deipnoſophi. fol. 163. Aldini libri.*

[b] *c. 11. περὶ σάλπιγγος col. 217.*



prie (in gymnicis enim certaminib. periodon viciſſe dici Feſtus Pompeius in Periodos, tradit qui Pythia Iſthmia, Nemea, Olympia, vicit à circumitu eorum ſpectaculorū) quando tamen iſtum non Athletica, ſed buccinatoria præſtitiſſe ſcribit Athenæus; laudo Dalichampium doctiſs. qui de tubę certamine, accipiendum iſtud cenſuit. De iſta quidem Olympica tuba cuius ſonús aut ſtrepitus acutus vehemenſque fuerit, vnum adhuc locum habeo: á Philoſtrato [a] ſcilicet, vbi de dictione in Polemone Sophiſta ſic ſcriptum; ἐναγώνιος καὶ τορὸν ἠχοῦσα ὥσπερ ἡ ὀλυμπικὴ σάλπιγξ. Neronē deniq; (quando de periodonicis Muſicis & pręconio certamine verba cępi facere, hoc quoque vt abſoluam) non athleticæ rei gratia; nec verò, vt maiores ſui, bellicæ; ſed ſaltandi, citharæ pulſandæ, agendæ tragœdiæ, ac præconij faciendi cauſa Græciam oberraſſe: cùm iſtiuſmodi expeditionem ſibi ad conſequendum Periodonicæ nomen & honorem ab ipſo plurimi factum, neceſſaria eſſe diceret, à Zonara [b] proditum recolo his verbis: ἐπεραιώθη δὲ καὶ πρὸς τὴν ἑλλάδα, οὔτοι γε ὡς οἱ πρόγονοι αὐτοῦ ἀλλ' ἐπ' ὀρχήσει, καὶ ἐπὶ κιθαρῳδίᾳ, κηρύξει τε, καὶ τραγῳδίας ὑποκρίσει· οὐ γὰρ ἤρκει αὐτῷ ἡ ῥώμη, ἀλλ' ἐδεήθη καὶ ἐκστρατείας ἵνα καὶ περιοδονίκης ὡς ἔλεγε γένηται). Hoc etiam reperio inter honores hieronicis habitos connumerandum, vt videtur, ipſorum nomina ſimul, & eorum qui ſuperati forent in publicum agonum commentarium atque archiū ſolitos referre, ſiue Agonothetas, ludorúmque curatores, ſiue helladonicas & Amphictyones ad perpetuā rei memoriam. Quamobrem ſæpe ab claſsicis auctoribus [c], cùm Olympiadum mētionem faciunt,

[a] *attulit hūc locum Hadrianus Iunius Adagiorum cētur. 5. prouerb. 58. inſtar Olympicæ tubæ.*

[b] *Nerone ſub initium in tom. 2. Annal. fol. 188.*

[c] *vt à Dionyſio Halicar. perſæpe à lib. 1. fo. 37. vbi* κτίζουσι ῥώμην ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος ἣν ἐνίκα στάδιον δαικλῆς μεσσήνιος ἄρχοντος ἀθήνησι χαρόπου, *& ſimiliter in toto illo hiſtoriarū ſuarum opere à ſeptima illa Olympiade vſque ad ſecundam & octuageſimam Olympiadem cuius in hac verba mētionem facit, lib. 10. fol. 676. edit. Vvech.* ἐπὶ δὲ ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον λύκος θεσσαλὸς ἀπὸ λαρίσσης, ἄρχοντος Ἀθήνησι χαιρεφάνους ἐτῶν τριακοσίων ἐκπεπληρωμένων ἀπὸ τῆς ῥώμης συνοικισμοῦ Ποπλίου Ὀρατίου καὶ Σέξτου Κοιντιλίου δεδεγμένων τὴν ὕπατον ἀρχήν, *& ad finem huius libri, fol. 84. & in ipſo initio lib. 11. de 83. Olympiade ſic ſcriptum,* ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ τρίτης ὀλυμπιάδος ἣν ἐνίκα στάδιον Κρίσων ἱμεραῖος ἄρχοντος ἀθήνησι φιλίσκου, *&c. Quamuis nonnunquam omiſſum patria ſtadiodromi nomen reperias vt Agatharchi circa 61. Olymp. in lib. 4. fol. 244. interdum ipſum ſtadij vocabulum, vt lib. 3. f. 177. de Martio qui capeſſit imperium* ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τῆς τριακοστῆς καὶ πέμπτης ὀλυμπιάδος ἣν ἐνίκα σφαῖρος ὁ λακεδαιμόνιος, *&c. & ſimiliter lib. 6. fol. 367. ad 72. Olymp. & lib. 9. fol. 617. & 618. ad 79. vt apud Diodor. Sicul. perſæpe, & lib. 13. fol. 375. de Olymp. 92.* νικήσαντος ἐξαινέτου ἀκραγαντίνου, *& lib. 14. fol. 396. de Olymp. 94. & fol. 425. de Olymp. 96. & fol. 445. (vbi etiam patria victoris omittitur Teritis) de Olym. 97. & fol. 451. de Olymp. 98. & lib. 17. fol. 582. de Olym. 112. & fol. 622. de Olymp. 114. ſicuti & apud Thucyd. lib. 3. fol. 185.* ἦν δὲ ὀλυμπιὰς ᾗ δωριεὺς ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα. *Rurſum Dionyſius omittit nonnunquam victorem Olympicis, vt lib. 7. fol. 419.* ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τετάρτης ὀλυμπιάδος ἄρχοντος ἀθήνησι Μιλτιάδου. *Et initio lib. 9. fol. 559. de 75. Olymp. & ad fin. lib. 11. fol. 735. de Olymp. ſicuti Diodor. quoque lib. 16. fol. 605. de Olymp. 113. cum tamen Olympiadem & Archontem, & conſules nominet Ioſephus quoque lib. 16. cap. 5. fol. 496. de Olymp. 192. Alioqui Diodor. ipſe Olympiadem enumerans, nomen ſtadio Victoris eiuſq; patria*

faciunt, additum quoque legimus, eius qui quaque Olympiade vicerit, nomen: qua de re tota libri ſequenti cap. 23. ſubtiliùs ξὺν θεῷ diſſeretur, & pleniùs. De Iſthmiorum commentariis, quibus non victores modo, ſed victi quoque perconſerentur, hoc eſt quos illorum quiſque ſuperaſſet; vnum Plutarchi locum in memoriam reuoco, vbi Corinthiorum exulibus, ab Ageſilao reſtitutis (cùm Argiuos tunc temporis Corinthum tenentes, & Iſthmia agentes ſuperueniens ſacra Deo facta, omnemq; apparatum Ageſilaus relinquere pulſos coëgiſſet) ipſe rogatus vt ludis præſideret, omniaq; diſponeret Agonothetarum more: talem honorem reſpuiſſe dicitur, ac tantùm, ipſis iuſta facientibus adfuiſſe cum copiis, ſecuritatis præſtandæ gratia: pòſt vbi ſe recepiſſet, inſtauratis Iſthmiis ab Argiuis, nonnullos denuò victores fuiſſe; alios qui victores priùs fuerant, cùm ludis intereſſet Ageſilaus, & ſuperatos, & ſub hoc nomine in commentarium relatos: ἐπεὶ δὲ τῶν κορινθίων ὅσοι φυγάδες ἔτυχον παρόντες ἐδεήθησαν αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα διαθεῖναι (inquit) τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν. αὐτῶν δὲ ἐκείνων διατιθέντων, καὶ συντελούντων παρέμεινε, καὶ παρεῖχεν ἀσφάλειαν. ὕστερον δὲ ἀπελθόντος αὐτοῦ, πάλιν ὑπ᾽ ἀργείων ἤχθη τὰ ἴσθμια, καί τινες μὲν ἐνίκησαν πάλιν. εἰσὶ δὲ οἱ νενικηκότες πρότερον ὕστεροι δὲ ἡττημένοι ἀνεγράφησαν. Quò etiam aſpexit haud dubiè Dionyſius Areopagita in Eccleſia. Hierarch. quodam loco [a]: vbi περὶ τῶν πρὸς τὸ τοῦ θανάτου πέρας ἰόντων ὡς ἐπὶ τέλος ἱερῶν ἀγώνων egit; hoc quoq; ſubiiciens quod de mortuis in Chriſto tanquàm de Hieronicis gentilibus in commentarium relatis accipiendum eſt: τὰ δὲ καθιερὰ τῶν ἱερῶν ψυχῶν ὁμόζυγα καὶ ὁμοπορευτὰ σώματα συναπογραφέντα καὶ συναθλήσαντα κατὰ τοὺς θείους αὐτῶν ἱδρῶτας ἐν τῇ τῶν ψυχῶν ἀτρέπτῳ κατὰ τὴν θείαν ζωὴν ἱδρύσει συναπολήψεται τὴν οἰκείαν ἀνάστασιν. Vſum quidem Chriſtianorum antiquorum fuiſſe peruetuſtum in ſolemnibus Miſſarum ſacris, ſicut etiam vſque hodie Romana agit Eccleſia; vt ſtatim recitarentur è diptychis & tabulis nomina defunctorum (veluti iuſtorum & legitimorum hieronicarum ſcilicet) atque ita poſt lectionem nominum ſubiungerentur verba ſequentia, ipſis videlicet quorum nomina memorantur & cæteris omnibus in Chriſto quieſcentibus indulgeas locum refrigerij: ex Alcuini libro de diuinis officiis

adiicit, vt li. 13. fo. 348. de Olym. 92. & lib. 11. fol. 266. de Olymp. 76. & fol. 269. de Olymp. 77. & fol. 275. de Olym. 78. & fol. 281. de Olymp. 80. & fol. 285. de Olym. 81. & lib. 12. fo. 293. de Olymp. 83. & fol. 302. de Olym. 8. & fol. 305. de Olymp. 87. & fol. 311. de Olym. 88. & alibi ſæpe lib. 13. 14. 15. 16. 17. 19. & 20. fo. 779. vſque ad Olympiadem 119. De 120. Olymp. mentio apud Pauſaniam Eliacôn 2. fo. 148. cuius anno ſecundo Hieronem Agathocli ſucceſſiſſe in Siciliæ tyrannide ſcribit: ſic ferè vt Olympionicæ ipſiuſq; patriæ nomen nō omittat: τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχε ἐπὶ δευτέρῳ τῆς ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ἣν κυρηναῖος στάδιον ἐνίκησεν ἰδαῖος.

[a] cap. 7. περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων, fol. 214.



officiis [a] alij [b] prodidêre, ac diligenter quidem, ita vt non ſit quamobrem in eo pleniùs aut planiùs explicando inſumatur opera. Hoc tantùm quod ipſi non aduertêre, illa Dionyſij freto ac fulto auctoritate, quam attuli, admonere viſum eſt; Diptychorum Eccleſiaſticorum ad mortuos martyres ſcilicet, eóſve qui ſuis confeſsionibus Eccleſiam Chriſtianam illuſtraſſent, aut liberalitatibus atque munificentiis mactam reddidiſſent, itémque ad viuos, non epiſcopos modò (de quibus dumtaxat Iacob. Pamelius apud Cyprianum [c]) ſed & ad Reges; immò ad confeſſores potiùs, atque ad epiſcopos regéſque, iſto potiſsimùm confeſſorum (vt equidem reor) atque profectorum dotatorúmque titulo pertinentium originem, à vetuſtis ethnicorum ſiue carnalium athletarum atque hieronicarum commentariis repeti (mea quidem ſententia) oportere. Atque huc pertinuit quod γραμματεῖα ſua, vt acta, ſiue commentarios rei athleticæ in ipſis aſſeruarent habuiſſe Xyſticos, locúmque his ad ea conceſſum ab Imperatoribus oſtenſuri ſumus libro tertio [d], vbi περὶ τῶν ἡβητηρίων καὶ τῆς ἐφηβείας diſſeretur; ſicuti athletas nomen certamini dediſſe, ídque in album deſcribi curaſſe, in arenam deſcenſuros, alio eiuſdem libri loco [e] docebimus: & ſubſcriptiones in archio, ſiue grammateio agonum factas, ab iis qui curulibus equis inter ſe contenderent, libro ſuperiore [f] oſtendimus.

*Hieronicarum gloria ex Procdria, qui ἰσόθεοι & Herculi æquales. Philippus Crotonienſis Olympionica iam mortuus, at Euthymus Pugil etiamnum viuus conſecratus. Cæleſtium nomen hieronicis apud Horatium, & Suetonium tribui: quod noua ſignificatione acceptum. Athletarum ex voto anathemata: & meretricum, honori Veneris adductio. Coronarij agones non coronati, qui στεφανῖται. Hieronicæ Spartano regi depugnaturo proximi aderant, quod in honore ab ipſis habitum.*

## CAP. XVI.

POSSIS & illud Gloriæ apud Tertullianum interpretari, de prima in ſpectaculis ſede hieronicis conceſſa, cuius tum Plinius eo libri ſexti, & decimi loco, quem inferiùs exhibebo, tum Plutarchus [g] vbi Lucullū cum Cimone

[a] cap. de celebra. Miſſæ, fol. 89.
[b] Durãtus Protopræſes iſtius ſupremæ curiæ Toloſanæ lib. 2. de ritib. eccleſ. cap. 43. num. 8. & 9. vbi de ſacris diptychis ex Liturgis D. Marci & Innocentio Papa ad Arcadiū Imp. apud Georgium Alexandr. epiſcopū in vita Chryſoſtomi, & aliis locis: poſt prudentiſſimum tamen Iacob. Pamelium, qui ab ipſo citari debuit de myſtica ſacrorū diptychorum recitatione in Miſſæ ſacrificio, ad illud, & offertur nomē eorum, ex D. Cypriani martyris epiſtola 10. fol. 26. adferēs eximia non pauca è Dionyſij eccleſiaſt. hierarc. cap. 3. Innocentij epiſtola ad Decentium & Eugubinū: & quòd duæ fuerint tabulæ, quarū vni viuorum, alteri defunctorum nomina inſcriberētur, vnde nominata diptycha, et de D. Chryſoſtomi nomine oblitterato, & rurſum relato in ſacra diptycha ex Theodoreto, Nicephoro & aliis.
[c] in ſup. d. loco.
[d] cap. 23. ad extremum. Et item ſub finem, cap. 27. [e] cap. 16. [f] ad extremum cap. 3. lib. 1. De archio agonum vide inf. cap. 17. huius libri, & cap. 20. vbi συγγραμμάτων mentio. [g] in comparat. Cimonis & Luculli, fol. 955. editio. Stephan.

Cimone comparat, vnde ſumpta verba in huiuſce libri capu 14.[a] conieci: & verò Xenophanes illo quod ante [b] protuli carmine commeminit.

*κἀί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο.*

Sanè apud Græcos olympionicem eſſe, prope maius & glorioſius habitum, quàm Romæ triumphaſſe, Cicero in ea pro Flacco, memorat; & in Tuſculanis quæſtionib. eſſe quibus olympiorũ victoria conſulatus ille antiquus videatur. quamobrem hieronicam ἰσόθεον νομιζόμενον eo Luciani loco, cuius verba, in hanc rem ſuperiùs paulo exhibita fuêre [c] legimus: Herculi ſcilicet illi æqualem ludorum victori ac præſidi, de quo pluribus ex Hygino, & aliis à me actum ſuperius fuit. Quin etiam auctor locupletiſsimus D. Ioan. Chryſoſtomus pugiles ab ethnicis olim pro Diis habitos tradit [d]: aſpiciens hic quidem, ſed ille quoq; (id quod verius arbitror) ad illam in primis quæ ab Herodoto in Terpſichore, ac poſt eum ab Euſtathio enarratur, de Philippo Butacide filio Crotonienſi Olympionica poſt obitum ab Ægeſtanis conſecrato, & ſacrificiis etiam propitiato, hiſtoria; de qua libro ſuperiore [e] verba fecimus: ſed ad illam quoque ac multo potiùs, de Euthymo pugile Locrenſi à Plinio Secundo [f] in hęc omnino verba relatam hiſtoriam; Conſecratus eſt viuus, ſentiénſque oraculi eiuſdem iuſſu, & Iouis Deorum ſummi adſtipulatu Euthymus pycta ſemper olympiæ victor, & ſemel victus. Patria ei Locri in Italia, ibi imaginem eius & Olympiæ alteram eadem die tactam fulmine, Callimachum vt nihil aliud miratum video. Deúmque iuſsiſſe ſacrificari, quod & viuo factitatum, & mortuo: nihilq; adeo mirum quàm hoc placuiſſe Diis. Rectè pro Diis habitos Chryſoſtomus inquit, quos ab Horatio [g] cæleſtes propterea vocatos equidem cenſeo: quo loco, alter tamen ab interpretib. vulgarib. accepto, ſic cecinit;

*Siue quos Elæa domum reducit,*
*Palma cæleſtes, pugilémve, equúmve*
*Dicit: & centum potiore ſignis*
*Munere donat.*

Nam & quod de domum reductione hieronicarum ait Poëta, id ſatis à me aliis auctoribus in hanc rem aduocatis, anteà expoſitum fuit. Quod vero ſignorum, hoc eſt ſtatuarum, ſeu

iconum

[a] ſub finem.
[b] cap.9. huius libri ſupra.
[c] cap.11. huiuſce libri.
[d] homilia 66. ad populum Antioc. meminit & Euſeb, c.5. de præpa. Euang. citatus in hanc rem à Mercuriali cap. 14. lib.1. art. gymna. hoc fortaſſe aſpexit idē ille Chryſoſtom. priore ad Theodorum lapſum parænesi epiſtol.5. col.863. eo loco vnde verba proferã inf. c.27.
[e] cap.14. ſub initium.
[f] cap. 47. lib. 7. natur. hiſtor. De hoc Euthymo Locrenſi ac ipſius robore facta mentio lib.1. cap.5. ab Æliano, fiet etiã ſequenti lib. cap. 22. ſub init.
[g] lib. 4. carmin. Od.2. Pindarum quiſquis.



iconum mentionem iniicit, quibus hieronicarum, in agonum ſacrorum locis memoria conſeruaretur, ea de re plenius paulo pòſt [a] à nobis tractabitur. Comparat enim poëta laudes Hieronicis tributas ab ipſorum encomiaſte Pindaro, cum ſtatuis perpetuandæ ipſorum memoriæ cauſa poſitis: quod non ſatis, immò nullatenus ab illius interpretibus, ne vetuſtiorib. quidem perceptum ſcias: non magis quàm illis ipſis D. Chryſoſtomi, & Luciani teſtimoniis circa Hieronicas pro Diis habitos à veteribus, manifeſtam fieri mentem Horatij, alio quodam loco [b] de agonibus apud Olympiam equeſtribus, atque curulibus canentis; vt Olympionicas ad Deos vſq; terrarum dominos, adeptione palmæ ſiue victoriæ dicat euehi: quod nihil eſt aliud, quam Diis cõputari vel ęquari atq; comparari.

*Sunt quos curriculo puluerem Olympicum*
*Collegiſſe iuuat: metáque feruidis*
*Euitata rotis, palmaq; nobilis*
*Terrarum dominos euehit ad Deos.*

Atque vt in gymnicis & curulibus agonib. hieronicæ renunciati æquabantur Diis, & cæleſtes vocabantur, ita & qui Muſicis ludis victoriam de antagoniſtis reportaſſent. Huc adeò referri poſſe duco, quamuis ab interpretibus etiam nuperis, & qui ſibi (vt ſanè ſunt) elegantiores etiam videntur: nequaquam animaduerſum aut ſaltem adnotatum reperio: quod cæleſtem vocem flagitabat à Nerone theatrum ingreſſo cantandi & ſaltandi gratia populus; de illo nimirum quòd Hieronica eſſet ita loquutus apud Suetonium [c]: & aberrat longè à vero (niſi me fallit animus) qui ſomniat, Apollinẽ, Pæanem, Pythium, ab applaudentibus vocatum, ſæuum illum orbis Romani Regémne an tyrannum; qui cantu potiùs, & non hiſtrico ſed hiſtrionico principatu, quàm Romano imperio efferre ſe atque gloriari ſolitus. Quod cùm perſuaſum haberent veteres, ideò ipſos, non modò precibus falſa Deorum ſuorum numina fatigare ſoliti, vt eorum ope victores renunciari poſſent; qua de re ad extremum huiuſce Agoniſtici [d] commodiùs diſquiretur: verùm hoc ampliùs ſi vincerent, ludis præſertim Olympicis, aliiſque ſacris vouere, ac dicare Diis, & clypeos, & ſtatuas, aliáque magni pretij donaria quæ Deorum templis reponerentur (vnde ἀναθήματα dicta)

Pp 2 vetuſtæ

[a] cap. 20. & 21. huius Agoniſt. 2.
[b] Od.1. lib.1. carmin. ſub init.
[c] Nerone c.21.
[d] cap. 30. huius lib. 2.

vetuſtæ memoriæ libri comprobant. De Periandro quidem hiſtoricus Ephorus apud Diogenem Laërtium [a] retulit vouiſſe illum, ſi quadrigis viciſſet Olympia, ſtatuam auream Deo (Ioui ſcilicet) poſiturum, victoria verò potitum & voti reum auro deficiente, fœminis ſub feſtum quempiam diem, ornatis mundũ omnem detraxiſſe, quem voti ſoluendi cauſa Olympiam miſerit: ἀλλὰ καὶ ἔφορας ἱστορεῖ (ait) ὡς εὔξαιτο εἰ νικήσειεν ὀλύμπια τεθρίππῳ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀναθεῖναι, νικήσας δὲ καὶ ἀποροῶν χρυσίου κατά τινα ἑορτὴν ἐπιχώριον κεκοσμημένας ἰδὼν τὰς γυναῖκας πάντα ἀφείλετο τὸν κόσμον, καὶ ἔπεμψε τὸ ἀνάθημα. Habuit rationẽ aliquam votum huiuſmodi, vt cùm quis Iouis Olympij agonibus victor eſſet renunciatus, ei numini ſtatuam, clypeum, aut tale quidpiam poneret atq; conſecraret. Iſtud non itidem, vt qui foret Olympionica, is Veneri meretrices abduceret; ſicuti conceptum à Xenophonte Corinthio cùm Olympiam ad certamen proficiſceretur votum de more Athenæus [b] auctor eſt: quo loco, ὑπάρχοντος οὖν (ait) τοῦ τοιούτου νομίμου περὶ τὴν θεὸν ξενοφῶν ὁ κορίνθιος ἐξιὼν εἰς ὀλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας εὔξατο τῇ θεῷ νικήσας.

Cæterùm à cordatis tamen & fortibus viris, quales Lacedæmonij, non adeò magni Olympionicæ habiti; vt non pulchrius, ac præſtantius, atq; adeò magis honorificum ſibi fœmina etiam apud illos exiſtimauerit filium victorem in acie amiſiſſe, quàm Olympionicam habere ſuperſtitem: quod eius fœminæ dictum verè maſculum atq; Laconicum quando dignum Plutarchus [c] duxit, vt literis proderet, piaculum eſſe me facturum arbitrer, ſi de Olympionicarum gloria, & apud veteres ethnicos exiſtimatione diſceptans, ſilentio prætermittam. Igitur hæc ea de re Plutarchi verba lubens memoria repeto, ἄλλη πομπὴν τελοῦσα πάνδημον ἤκουσεν ἐπὶ τῆς παρατάξεως νικᾶν τὸν υἱόν, ἐκ δὲ τῶν τραυμάτων πολλῶν γινομένων θνήσκειν οὐ περιελομένη οὖν τὸν στέφανον ἀλλὰ σεμνυνθεῖσα πρὸς τὰς πλησίον εἶπεν, ὡς πολλῷ κάλλιον ὦ φίλαι ἐστὶν ἐν παρατάξει νικῶντα τελευτᾶν, ἢ τὰ ὀλύμπια περιγινόμενον ζῆν. Habitum autem illud glorioſi præmij loco apud veteres Lacedæmonios, vt in hoſtẽ eunti Regi Spartano comites, immò propugnatores, atque (vt vetuſto in hac ſignificatione verbo vtar) latrones ſiue protectores adforent. Etenim ex numero eorum qui Coronario (ſic malo

στεφανίτην

[a] lib. 1. in eius vita, fol. 36.

[b] lib. 13. Deipno. fo. 241. edit. Ald. vbi de conceptis Veneri votis ad meretricum adductionem pertinentibus.

[c] ἐν ἀποφθέγμα. λακαινῶν. fo. 431. edit. Steph.



στεφανίτην ἀγῶνα vertere apud Plutarchum [a] cùm Xylandro, ſicut aurum coronarium à veterib. vocatur; quàm quod Cruſerium facere video, Coronato dicere) certamine victores extitiſſent: vnum aliquem in prælium Rex adducere ſecum ſolitus: cuius rei vnum, ſed qui mihi ſit pro centum millib. habeo teſtem Plutarchum illum in Lycurgo: vbi, ἐχώρει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους (inquit) ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα. Itaque cum Laconi cuipiam grandis eſſet Olympiis oblata pecunia, maluiſſetq; inſuper habita illa dimicare; deinde ſine magno labore, tum de colluctatore victoriam reportaſſet: quærenti alteri ſic ferè, quò tibi hæc Lacon victoria? ſubridentem ipſum reſpondiſſe, ille optimus auctor hiſtoriæ narrat, πρὸ τοῦ βασιλέως τεταγμένος μαχοῦμαι τοῖς πολεμίοις: ante Regem in acie locatus aduerſus hoſtem depugnabo. Eandem Spartanorum hieronicarum prærogatiuam ab ipſo Plutarcho in Sympoſiacis problematibus [b] reperio celebratam, his omnino verbis: ἐν δὲ λακεδαίμονι τοῖς νενικηκόσι στεφανίτας ἀγῶνας, ἐξαίρετος ἦν ἐν ταῖς παρατάξεσι χώρα περὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τεταγμένους μάχεσθαι.

*Priuilegia publica Hieronicis conceſſa: in quibus immunitas. Annonaria commoda ſiue obſonia, de quibus Iureconſultorum loci, non ſatis à vulgaribus interpretib. percepti exponuntur. Conuiuia in Prytaneo.* δόρπου λύσις *apud Pindarum. Athenæi locus eximius,* κλεάνων *vocabulum apud Xenophanem. Poſſeſſiones agonotheticæ.* Σύγκτησις ἀγωνέφορος *apud Iuriſconſultum. Paraſitium horreum, atque Archeium. Item Herculis Paraſiti apud Athenæum: ex quo & Plutarcho, de præbitis epulis à ludorum curatore; ſiue agonotheta ſiue ſacerdote.*

## CAP. XVII.

RVRSVM illo apud Tertullianum loco quem explicare inſtiti, priuilegiorum publicorum vocabulo iſta de qua Imperatores eo, quod exponimus reſcripto, cogitarunt à munerib. ciuilibus, & publicis, itemq; ab omni præſtatione, ſiue functione vacatio, & excuſatio deſignatur, quam Honorius, & Theodoſius [c] quodam Iuris noſtri loco priuilegium vocarunt: Antoninus Imp. [d] beneficium. Suetonius [e] ipſe de athletis agens, proinde atque Tertullianus priuilegium; vbi Auguſtum ait Athletis & conſeruaſſe priuilegia, & ampliaſſe. De iſto autem immunitatis priuilegio



hieroni

[a] in Lycurg. pag. 98.

[b] lib. 2. quæſt. 5. fol. 1136.

[c] lib. x. de quibus muneri vel præſtatio iuncta l. 3. eod. tit. & l. 6. de profeſſ. & med. lib. 10. Cod.

[d] lib. 1. C. de profeſſ. & med. li. 10.

[e] in Auguſti vita cap. 18.

hieronicis ab omni antiquitate conceſſo, ita Iulianus Imperator pro Argiuis [a], vt & ἀτέλειαν & προνομίαν vocet: quo loco τεττάρων γὰρ ὄντων ὡς ἴσμεν τῶν μεγίστων, καὶ λαμπροτάτων ἀγώνων, περὶ τὴν ἑλλάδα: ἠλεῖοι μὲν ὀλύμπια, δελφοὶ δὲ πύθια. καὶ τὰ ἐν ἰσθμῷ κορίνθιοι, ἀργεῖοι δὲ τὴν τῶν νεμέων συγκροτοῦσι πανήγυριν· πῶς οὖν εὔλογον ἐκείνοις μὲν ὑπάρχειν τὴν ἀτέλειαν τὴν πάλαι δοθεῖσαν. τοὺς δὲ ἐπὶ ὁμοίοις δαπανήμασι ἀφεθέντας πάλαι τυχὸν δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπαχθέντας νῦν ἀνῃρῆσθαι τὴν προνομίαν, ἧς ἠξιώθησαν. Cùm corona igitur, immunitatis quoq; priuilegium adeptos hieronicas ipſe Caſsianus eo loco, quem poſteà [b] proferemus, docet: ſtipendiorum ciuicorum appellatione annonaria commoda, id eſt mercedes, & ſalaria, ſiue obſonia intelligenda reor; quæ & pro Agonibus Iſelaſticis non ex eo die, quo eſſent athletæ coronati, ſed quo eorum quiſque in ciuitatem ſuam εἰσήλασεν ἄν, præſtanda Traianus Imper. [c] cenſuit: atq; conſultanti Plinio reſcripſit. Hæc quidem annua exſolui à ciuitatibus vnde Hieronicæ oriundi, ſolita. Quæ à Papiniano [d] præmia quæ propter coronas ſacras præſtantur, nominata video: ipſorum verò commodis condemnato placuiſſe interdici, & eam pecuniam iure pignoris in cauſam iudicati capi; nempe iam debitã (cuius dies vel ceſsit ſi non venit, quæq; adeò peti & exigi potuit, aut non inutiliter aliquando exactum iri iam certum eſt) annonariam pecuniam. Spem verò eorum præmiorum quæ pro coronis, athletis penſitãda ſunt, hoc eſt annonas cibaria, obſoniâve quorum dies nondum neque venit neque ceſsit; priuata pactione pignorari minimè admittendum eſſe reſcripſit Alexander [e] Imperator: & ideò nec ſi generale pactum de bonis omnibus pignori obligandis interuenerit, tenere; circa illam ſpem præmiorum ſcilicet: quod accipiendum de præmiis illis vtique cenſeo, quæ ob futuras coronas, atque victorias athletæ ſibi pollicentur; non quæ ob præteritas, annua obſonia (vnde annonæ vocabulum fortaſſe ductum) vtpote iam ſibi debita, quorum tamen dilata in diem certam poſitio eſt, meritò expectant. Ob futuras etenim victorias & coronas præmia non obligantur pignori: non tam quod illorum eſſe quædam alea videatur; præſertim ſi qui ea obligat, nondum hieronica, nec in Herculis puerorum (de quibus libro primo actum eſt) numerum, vtpote nondum

[a] in epiſt. quadã ſine titulo pro Argiuis, fo. 256. eius operum Lutetiæ nuper à Duuallio excuſorũ anno 83.

[b] ſequenti libro paulo pòſt principiũ vbi de probatione Athletarum.

[c] epiſtol. 119. & 120. l. 10. epiſtol. Plinij Secundi.

[d] l. Cõmodis 40. D. de re iud.

[e] l. ſpem eorũ 5. C. qui potior. in pignor.



nondum eius nomine in archij ſiue grammateij tabularium, albúmve perſcripto relatus fuerit, vt annonaria iſta vel alia quælibet coronarum præmia poſſet percipere, vel ſe in diem eſſe percepturum ſciret: quàm quòd publicè interſit, ad voluptatem quæ populo paratur, ne ab animoſa, ſtrenuâque decertatione (ad quam ſpe præmiorum auferendorum accendi athletæ ſolent) quando quæ aliis illi obligauerint, ipſi vtique perlaturi non ſint, omnino retrahantur. Quæ ratio ceſſat in præmiis ob præteritas coronas iam debitis, quævè debitum iri iam certum eſt: quæ tamen ipſa propterea quòd athleta iam condemnatus ſit, non magis quàm ſtipendia militib. aut profeſſoribus debita, in cauſam iudicati capi ac retineri præſes prouinciæ minimè paſſurus eſt; vbi rem iudicatam aliis rationibus exequi poterit: quemadmodum à Seuero & Antonino [a] reſcriptum olim didici. Quæ omnia vix eſt à noſtris legum magiſtris vt explicentur, quæ aſſequutus eorum qui ſcripſêre, videtur nemo: hic adeò viſum mihi, qui omnibus prodeſſe cupio, intereà loci depromere.

Hactenus de ciuilibus & Iſelaſticis hieronicarum annonis atque ſtipendiis: nam quæ Olympionicis antiquitus dabantur in Prytanæo forſitan conuiuio annonæ ſiue obſonia: iis non per annum (niſi fallor) ſed ſemel Olympiadibus ſingulis, ſiue luſtris, aut donec feſti ludorum dies elaberentur, apud Elæos excipi conſueuerant. Ita igitur iſtud Pauſaniæ [b] intelligo, ἔστι δὲ καὶ ἑστιατόριον ἠλείοις καὶ τοῦτ' ἔστι μὲν ἐντὸς τοῦ πρυτανείου τοῦ οἰκήματος, τοῦ τῆς ἑστίας ἀπαντικρύ: τοὺς δὲ τὰ ὀλύμπια νικῶντας ἑστιῶσιν ἐν τούτῳ τῷ οἰκήματι. Quo ex loco nimirum ille alter Pindari mirum quantùm illuſtratur, mutuóque ipſi affulget, neſcio an ſatis hactenus perceptus ab interpretibus, περὶ τῆς τοῦ δόρπου λύσεως Olympionicarum Ode 10. [c] vbi de inſtitutore ludorum Olympicorum Hercule,

---σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος  
πατρὶ μεγίστῳ· περὶ δὲ πάξας  
ἄλτιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ  
διέκρινε. τὸ δὲ  
κύκλῳ πέδον, ἔθηκε δόρπου λύσιν  
τιμάσαις πόρον ἀλφεοῦ.

Vtrumq; illorum iſto tertio Athenæi [d], verſus ex Antiphone in

[a] l. ſtipendia 4. C. de execut. rei iudic.

[b] Eliacôn 1. fol. 127. Aldin. lib.

[c] ſtroph. 3.

[d] lib. 6. Deipnoſo. fo. 79. Ald. exẽpl. Græc. & Lat. interpretat. Lugd. nuper excuſæ, fo. 177.

in Geminis quoſdam proponentis, vel potiùs noſtram de iis ſententiam, atque interpretationem firmatam, atq; comprobatam quantum poteſt arbitror: vbi paraſitus artificiũ ſuum, aut vitæ potiùs paraſiticæ inſtitutum ita commendat, vt non minùs ſibi paratum honoris cauſa prandium ſine ſymbolo dicat, quàm ipſis olympionicis in Prytanæo exhiberi ſoleat: quin ipſum quoque in Prytanæo videri ſemper eſſe, cùm ſit vbique aſymbolus.

*ἵνα δὲ μὴ πολλὰ μακρολογῶ δὶ ἡμέρας*
*τεκμήριόν τι παμμέγεθες οἶμαι γ' ἐρεῖν*
*ὁ τῶν παρασίτων ὡς τετίμηται βίος*
*γέρα γὰρ αὐτοῖς ταὐτὰ τοῖς τ' ὀλύμπια*
*νικῶσι δίδοται χρηστότητος εἵνεκα*
*Σίτησις οὗ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαὶ*
*πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.*

Adde quartum à Platone in Apologia Socratis: vbi ſic ſcriptum, *τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι πολύγε μᾶλλον ἢ εἴτις ὑμῶν ἵππῳ ἢ ξυνωρίδι ἢ ζεύγει νενίκηκεν Ὀλυμπιάσι.* Ad priora illa obſonia, ſiue quæ ipſorum vicem darentur ſtipendia publica hieronicis, vnde alerentur, qui patrias ſuas coronauerant; referendum hoc cenſeo, quod è Colophonij Xenophanis, paulò antè fuit exhibitum,

*καί κε σιτείη δημοσίων κτεάνων.*
*ἐκ πόλεως---*

Quod ſatiſne rectè doctiſsimus interpres his Latinis reddiderit (additur etiam publico ſumptu) ambigo; cùm ad poſſeſſiones illas agonotheticas ſumptibus omnibus ſacrorum certaminum ab antiquis deputatas, Xenophanis illud vocabulum *κτεάνων* pertinere videatur: quarum ita ſit in iure noſtro [a] mentio, vt de ipſis accipiendum non immeritò *τὸ σύστημα* *ἀγωνοφόρον* apud Modeſtinum [b], excellentiſsimus iuris antiſtes Cuiacius [c] aduerſus illorum audaciam, qui ex Ariſtotele *ἀγνοφόρον* (illud ſcilicet quod non intelligeret deprauatum exiſtimantes) auſi ſunt reponere. Ac ſimiliter cùm gymnicos ludos Herculeos nuncupatos ab ipſorum præſide illo heroe, cuius & in agonibus, ſiue ſtadiis, & palæſtris ſigna dedicata, & poſita ſuperiore libro [d] comprobatum plurimis veterum teſtimoniis fuit; non abſona fortaſſe coniectura ſeu potiùs diuinatio

[a] *l. vlti. de fun. patrim. & l pen. de diuerſ. præd. vrban. & iuſt. C. lib. 3. quarũ iſta deſumpta eſt ex Nouell. 3. Marti. de prædiis ciuitat. om.*
[b] *l. Titia 34. §. 1. D. de lega. 2.*
[c] *in commentar. ad tres poſtremos Cod. libros ad d. l. vltim.*
[d] *c. 16. Agoniſ. 1.*



diuinatio hæc noſtra, quam proponam, eruditis auribus futura eſt; quid enim in tanta veteris memoriæ obſcuritate certi, ac manifeſti à mediocris ingenij, vel doctrinæ homine quàmlibet laborioſo? & tamen ita ſentio, donec erroris ab eruditiorib. quàm ego ſum coarguar: ob ea quæ dicta ſunt, potuiſſe in paraſitio illo horreo, quo primitias ſacri frumenti paraſitis recondebant ludorum curatores, ſiue prouinciales ſacerdotes illi epulum vel annuum, vel quotidianum potius de ſumptu publico ex illis agonotheticis, quæ dixi prædiis redacto præbere hieronicis, qui in Herculis paraſitorum cœtum allecti poſt victoriã forent. Quam in rem iſtud ex Athenæi [a] quodam loco libet depromere; vbi è Sinopenſi Diodoro in Epiclero, de dignitate Paraſitorum nominis antiqua; *τὸ δὲ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν παράσιτον, ἱερόν τι χρῆμα καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον, ἐν κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ στέφανος θουκυδίδου· λέγεται δ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως· τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων, οἱ δὲ παράσιτοι ἔνα τ' ἐκ τῶν νόθων καὶ τῶν τούτων παίδων εἰς τὸ δικαστήριον.* & paulò pòſt, verba quædam ex inſcriptione columnæ in Caſtoris & Pollucis (Deorum enagoniorum vtique, hoc eſt, ludis præſidentium) fano poſitæ referuntur: *ἀλλὰ μὴν περὶ γὰρ τῶν παρασίτων ὁ λόγος καὶ ἐν τῷ ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν, τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ μὲν δύο μέρη, τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ, τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις.* vbi tres in partes duo boues ſelecti, ſic diuiſi vt agoni vna, ſacerdoti altera, paraſitis tertia cederet: & poſteà è Cratetis libro ſecundo de ſermone Attico, *πρότερον δὲ ἐκαλοῦντο παράσιτοι οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι· καὶ ἦν ἀρχεῖόν τι παρασίτων·* & poſteà de Archio, ſiue paraſitio, *ὅτι δὲ τὸ ἀρχεῖον ἦν αὐτῶν ἐν τῷ αὐτῷ νόμῳ τάδε γέγραπται εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ τοῦ ἀρχαίου καὶ τοῦ παρασιτίου. καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς διδόναι τὸ ἀργύριον,* & cæt. *ἐκ τούτου δῆλον ἐστὶ ὅτι ἐν ᾧ τὰς ἀπαρχὰς ἐτίθεσαν τοῦ ἱεροῦ σίτου οἱ παράσιτοι, τοῦτο παρασίτιον προσηγορεύετο. ταῦτα ἱστορεῖ καὶ φιλόχορος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ τετραπόλει μνημονεύων τῶν καταλεγομένων τῷ ἡρακλεῖ παρασίτων*, quæ poſtrema notanda verba cenſeo de paraſitis Herculis. Atque ad iſtud ludorum tempore ſolitum ab ipſorum curatore ſiue

[a] *lib. 6. Deipnoſo. fol. 78. Aldi. lib.*

 ſacer

ſacerdote ac pontifice ſiue athlotheta epulum præberi paraſitis Herculis (quod modò dixi) non malè quiſpiam retulerit, aut certè ipſi adiunxerit, quod aliis etiam honeſtioribus viris qui vndiquaq; ad celebritatem, ſiue religionis, ſiue voluptatis, hoc eſt oculorum paſcendorum ergò confluerent; epulum itidem exhibitum de Plutarcho in Sympoſiacis quæſtionib. addidici: quo loco [a] de ludis Pythiis & Petræo agonotheta conuiuij præbitore; ἐν πυθίοις (ait) ἐγίνοντο λόγοι περὶ τῶν ἐπιθέτων ἀγωνισμάτων. & ſtatim, καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἑστιῶντος ἡμᾶς Πετραίου τοῦ ἀγωνοθέτου πάλιν ὁμοίως λόγων προσπεσόντων ἡμυνόμην τῇ μουσικῇ, &c. Item poſteà [b] vbi de Iſthmiis & Lucanio archiflamine ſiue pontifice conuiuij exhibitore, ἡ πίτυς ἐζητεῖτο καθ᾽ ὃν λόγον ἐν ἰσθμίοις στέμμα γέγονε· καὶ γὰρ ἦν τὸ δεῖπνον ἐν Κορίνθῳ ἰσθμίων ἀγομένων, ἑστιῶντος ἡμῖν Λουκανίου τοῦ ἀρχιερέως. Πραξιτέλης μὲν οὖν ὁ περιηγητὴς τὸ μυθῶδες ἐπῆρεν, & reliqua.

[a] *lib. 5. quæſt. 2. fo. 1199. & 1200.*

[b] *eo. lib. quæſt. 3. fol. 1201.*

*Adhuc de annonariis Hieronicarum ſumptibus ex Dionyſio, Athenæo, Laërtio & Plutarcho cuius alter quidam locus exponitur. Victorialia ſeu Victricia conuiuia. Hieronicis ab ipſorum amicis olim præbita* ἑστιᾶν τὰ ἐπινίκια ἤτοι νικητήρια. *De Autolyco Hieronicâ excepto cœna victoriali è Xenophonte atque Athenæo, cuius interpres notatur. Item de Phoco ex Plutarcho, huius itidem notato interprete: ac etiam ex Athenæo quem corruptum interpres non animaduertit nos integritati ſuæ reſtituimus & explicamus. Hieronicis Soſicli & Agathoni, à Muſico agone victorialem cœnam amicos præbuiſſe.*

## Cap. XVIII.

PRÆTEREA referendum ad ſumptus illos annonarios pro athletis autumo, quod fructus ex huiuſmodi victoriis, per totum vitæ tempus athletas percepiſſe; vt abundè ipſis eſſet vnde ſe alerent, Dionyſius Halicarnaſſeus [c] retulit, ſic ferè; καὶ ἀγωνιζομένῳ ταῦτα καθ᾽ ἕκαστον ἀγῶνα, καὶ παυσαμένῳ παραμένουσι τὸν βίον σύμπαντα οἱ καρποὶ ἀπὸ τῆς νίκης τὴν περιουσίαν τοῦ βίου ἄφθονον παρέχοντες: tùm verò quod mulo vetulo iuniores tamen, & robuſtiores ad vecturam comitanti, atque adeò quà poſſet cohortanti, cùm ædem Mineruæ Athenienſes conderent; frumentum, hordeumq; publicum ad ſatietatem vſque, tanquam ſi opus ipſe quoque faceret, exhiberi voluiſſe, velut in Prytaneo ſportula, ſiue annona ei de-

[c] ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς *fol. 42.*



ei decreta, ſicut athletæ iam ætate confecto, Ælianus [a] quodam loco memorat; ἀλλ᾽ ἐὰν ἐς κόρον σιτεῖσθαι καὶ τὸν δῆμον (inquit) ἐκτίνειν τὸ ἀργύριον ἐν πρυτανείῳ τρόπον τινὰ ἀθλητῇ σιτήσεως δοθείσης ἤδη γέροντι. Denique hoc quoque quòd cùm creſcerent in immēſum huiuſmodi ſumptus in hieronicas ab Athenienſibus facti, in eos (inquam) qui ſuæ ditionis forent; Solon modum ipſis lege lata præſtituerit, ſed ita vt dapſilius, atque liberalius longè Olympionicis, quàm reliquis hieronicis demenſum præberi voluerit: ſi Diogeni Laërtio [b] fides, cuius hæc ferè verba ſunt, συνέστειλε δὲ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶνι ἀθλητῶν. Ὀλυμπιονίκῃ μὲν τάξας πεντακοσίας δραχμάς, ἰσθμιονίκῃ δὲ ἑκατόν, καὶ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἀπειρόκαλον γὰρ ἐξαίρειν τὰς τούτων τιμάς: cuius rei Plutarchus etiam in eius vita [c] commeminit, vbi ſic eſt, τῷ δ᾽ ἴσθμια νικήσαντι δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι. τῷ δ᾽ ὀλύμπια πεντακοσίας: vnde intelligendus eſt omnino alter Plutarchi [d] locus: vbi tradit Polycritæ Lyſimachi filiæ ab Athenienſibus tantam decretam fuiſſe, quanta ſolet Olympionicis tribui annonā, quingentas drachmas igitur. ἔτι δὲ Λυσιμάχου θυγατέρα Πολυκρίτην ἀπολειπόντος ὁ Καλλισθένης φησὶ καὶ ταύτῃ σίτησιν ὅσην καὶ τοῖς ὀλυμπιονίκαις ὁ δῆμος ἐψηφίσατο. Victorialibus inſuper priuatorum, tamen amicorum cœnis, atque conuiuiis excipi ſolitos hieronicas etiam pueros, eorúmque parentes atque amicos intimos apud veteres Græcos; ex Athenæi, Xenophontis, & Plutarchi locis ſimul comparatis colligo: quod dicebatur τὰ νικητήρια vel ἐπινίκια ἑστιᾶσθαι. Autolycum, qui pueros panathenæis pancratio vicerat, amator ipſius Callias Hipponici filius, patrémque ipſius ad curulis certaminis ſpectaculum deduxit, eóque finito, ipſis aliiſq; amicis domi ſuæ apud Peireum epulum præbuit. qua de re ita Xenophon [e], Καλλίας γὰρ ὁ Ἱππονίκου ἐρῶν ἐτύγχανεν Αὐτολύκου παιδὸς ὄντος, καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἧκεν ἄγων ἐπὶ τὴν θέαν. ὡς δὲ ἡ ἱπποδρομία ἔληξεν ἔχων τόν τε Αὐτόλυκον, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀπῄει εἰς τὴν ἐν Πειραιεῖ οἰκίαν. συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ Νικήρατος, &c. αὐτὸς δὲ προσῆλθε τοῖς ἀμφὶ Σωκράτην, καὶ εἶπεν εἰς καλόν γε.

[a] *lib. 6. de animal. cap. 49. huc ea pertinent quæ inferius adfero ad extremū ſermonis 28. hoc ipſo lib. de alimonia equis Circenſib. præſtita. Quæ verò hiſtoria hoc loco ab Æliano enarratur eam & apud Plutarchū in Marco Catone, fol. 620. libri Stephanici poſſis deprehendere,* ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον (*ait*) ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους, μάλιστα τοῖς πόνοις ἐγκαρτερησάσας ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι καὶ ἀφέτους. ὧν μίαν φασὶ καταβαίνουσαν ἀφ᾽ ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα τοῖς ἀνάγουσι τὰς ἁμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν συμπαρατρέχειν καὶ προηγεῖσθαι καθάπερ ἐγκελευομένην, καὶ συνεξορμῶσαν. ἣν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο.

[b] *in Solone lib. 1. de vita Philoſo. f. 20. lib. à Steph. excuſi.*

[c] *in Solone, fol. 166. lib. à Steph. excuſ.*

[d] *in Ariſtide ad finem in fol. 614.*

[e] *in Sympoſio ſtatim in ipſo initio f. 509. edit. Steph. Hic eſt Autolycus athleta quem cùm baculo ſublato cædere pararet Callibius Spartiata præſidio arcis Athenarum à Lyſandro impoſitus ipſe illum cruribus ſublatum proſtrauit in terram (vti Plutarchus Lyſandro memorat, fol. 808.) robore ſcilicet artificiéque ac more athletico.*

καλόν γε ὑμῖν συντετύχηκα ἑστιᾶν γὰρ μέλλω Αὐτόλυκον, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἔπειτα δὲ αὐτοὶ οἱ μὲν γυμνασάμενοι, καὶ χρισάμενοι οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον. Αὐτόλυκος μὲν οὖν παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθέζετο οἱ δὲ ἄλλοι ὥσπερ εἰκὸς κατεκλίθησαν. Athenæ. quoq; [a] ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Ξενοφῶντος συμπόσιον, καίπερ ἐπαινούμενον, οὐκ ἐλάττους ἔχει τούτων ἐπιλήψεις. Καλλίας μὲν γὰρ συνάγει τὸ συμπόσιον ἐπειδὴ περ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ Αὐτόλυκος παναθηναίοις παγκράτιον ἐστεφανώθη, καὶ εὐθὺς οἱ κατακλιθέντες τῷ παιδὶ προσέχουσι τὸν νοῦν. καὶ ταῦτα τοῦ πατρὸς παρακαθημένου. vbi perperam interpres Latinus recentior, τὸ παγκράτιον, Quinquertionẽ addidit. De Phoco filio Phocionis cum Panathenæis victoriam ex pugna de curru cõmiſſa reportaſſet; Plutarch. [b] narrat:multis petentib. victoriæ epulum victoriale præbere, Phocionem reiectis cæteris, vni hanc munificentiam permiſiſſe, qui cùm ſplendidum, & faſtuoſum paraſſet conuiuium cæterum, hoc quoque operã cum primis dederat, vt pedibus aduenientium conuiuarum lauacra ex vino cum aromatibus præſto eſſent, ac exhiberentur. Quod aduertens Phocion, ita filium Phocum, vinoſum alioqui ac diſſolutum adoleſcentem compellaſſe fertur; Non compeſces inquit ſociũ tuum, ô Phoce (ſic malo, quàm quod Cruſerius amicum noſtrum vertit) qui victoriam deformat tuam? φωκίων δὲ τῷ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίσασθαι (ait ille) παναθηναίοις ἀποβάτην ἐφῆκεν, &c. νικήσαντος δὲ, καὶ πολλῶν αἰτουμένων ἑστιᾶσαι τὰ νικητήρια τοὺς ἄλλους φωκίων παραιτησάμενος, ἑνὶ τὴν φιλοτιμίαν ταύτην παρεχώρησεν. ὡς δὲ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἄλλην τε σοβαρὰν ἑώρα παρασκευήν, καὶ ποδονιπτῆρας οἴνου διὰ ἀρωμάτων προσφερομένους τοῖς εἰσιοῦσι καλέσας τὸν υἱὸν οὐ παύσεις (ἔφη) τὸν ἑταῖρον ὦ φῶκε διαφθείροντά σου τὴν νίκην; quam hiſtoriam ita expreſſam ab Athenæo tamen ſciendum eſt, tanquam non à ſocio filij cęna fuerit patri, & filio victori parata; ſed pater filio, ipſiúſque ſociis epulum ob filij victoriam præbuerit: ſic quidem, vt verba in autographo Græco (quod omnino ſequutus Dalecampius eruditiſsimus interpres) concepta ſunt: νικήσαντος γοῦν αὐτοῦ (de Phoco loquitur) ἵπποις παναθηναίοις. ὡς ὁ πατὴρ εἱστία τοὺς ἑταίρους συνελθόντων εἰς τὸ δεῖπνον λαμπρὰ μὲν ἦν ἡ παρασκευή, καὶ τοῖς εἰσιοῦσι προσεφέροντο ποδονιπτῆρες οἴνου διὰ ἀρωμάτων. Sed cùm cætera omnia cũ Plutarchi verbis conueniant; equidem non dubito quin hic Athenæi locus mendo grauiſsimo laboret: ita perſanandus, vt pro εἱστία τοὺς ἑταίρους, legatur mutatione facillima & (vt ſic dixerim) familiariſsima, εἱστιᾶτο ὑφ' ἑταίρους συνελθόντων: deleto poſteriore σ, quod in ἑταίρους deſumptum, & repetitum deprauata pronuntiacione ex initio ſubſequentis vocabuli; priore verò quod erat in τοὺς immutato in φ, & ſeparatis, quæ per errorem coaluerant præcedentibus literis in libro alioqui corruptiſsimo. Hæc igitur caſtigati vt ſua deo loci huius, erit ſentẽtia; quæ prioris illius quem à Plutarcho ſuperiùs expreſsi: vt ab amico, ſiue ſocio filij non minus intemperante, ac nepote ſeu prodigo, quàm eſſet Phocus (nam ſimiles cum ſimilibus veteri prouerbio facilè congregantur) cum ipſo, & Phocion huius pater illa cœna victoriali, vnà cum aliquot amicis adeò ſplendidè exceptus fuerit. Et ſanè ſiue Phocus, ſiue Phocion cœnam præbuiſſent, non fuit quamobrem hic filio iuberet ſocium admonere, vt tam inſignem victoriam Phoci hac ſua intemperantia fœdare deſineret: quam ſibi potiùs imputare pater intemperãtiam debuit; ſiue ipſe, ſiue apud ſe ſociis cœnam filius præbuit. Verba enim iſta quæ cum illis Plutarchi congruunt ſubdita legas apud Athenæum, οὓς ἰδὼν ὁ πατὴρ καλέσας τὸν φῶκον οὐ παύσεις, ἔφη, τὸν ἑταῖρον διαφθείροντά σου τὴν νίκην: & ſtatim de Callia Hipponici filio ita loquitur, vt aſotorum, ac nepotum, lurconum inquam, & prodigorum numero aſcribat illum ſcilicet, à quo ſuperiùs memoraui exceptum cœna victorem pancratio Panathenaico Autolycum puerum, & ipſius patrem; οἶδα καὶ ἄλλους ἀσώτους πολλούς, περὶ ὧν ὑμῖν καταλείπω ζητεῖν, πλὴν καλλίου τοῦ ἱππονίκου, ὃν καὶ οἱ τῶν παίδων οἴδασι παιδαγωγοί.



Sic ob victoriam non gymnicorum, aut equeſtrium, ſed muſicorum agonum, cœna exhibebatur ab amicis victori antequàm gymnici ludi committerentur; vt ex iis colligitur, quę ſuperiore libro bis attuliſſe me recordor Plutarchi [a] verbis σωσικλέα τὸν κορωνῆθεν πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιῶμεν τὰ ἐπινίκια: & ex iſtis Athenæi [b] Agathonem dicentis tragœdia viciſſe Lenæis hoc eſt Bacchicis ludis; ob quam victoriam epulum exhibitum fuerit: qua de re agentem Platonem tẽporis rationem, quo id factum ſit nullam habuiſſe, multumq; à rei geſtæ ordine abſceſsiſſe. ἀγαθῶνος ἐφ' οὗ τὸ συμπόσιον ὑπόκειται ἀνηγμένων πρὸ τεσσάρων ἐτῶν εὐφήμου πρότερος ἦρξεν. καθ' ὃν πλάτων τὰ

[a] lib.5.Deipnoſo. ſub initium in fol.54.

[b] in Phocionis vita, fol.1377.

[a] quæſt. 4. Sympoſi problem. in princip.

[b] lib.9.Deipnoſo. ſub fin. in fol.69.

 ἀγάθω.

ἀγάθωνος νικητήρια γέγραφεν, &c. ὅλως δὲ λῆρός ἐστι τῷ πλάτωνι τὸ συμπόσιον, ὅτε γὰρ ἀγάθων ἐνίκα πλάτων ἦν δεκατεσσάρων ἐτῶν. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος εὐφήμου στεφανοῦται ληναίοις, &c. ἐφ' οὗ τὰ ἐπινίκια ἀγάθωνος ἑστιῶνται. tum ex Platone [a] ſubiicit, ἀλλ' εἰπέ μοι πότ' ἐγένετο ἡ συνουσία αὕτη, κἀγὼ εἶπον ὅτι παίδων ἔτι ὄντων ἡμῶν ὅτε τῇ τραγωδίᾳ (apud Platonem eſt παιδ.ἡμ.ὄντ' ἔτι ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳ) ἐνίκησεν ὁ ἀγάθων ὅτι δὲ πολλὰ ὁ πλάτων παρὰ τοὺς χρόνους ἁμαρτάνει δῆλόν ἐστιν ἐκ πολλῶν, &c. Adiicit autem Plato [b] ſequenti poſt victoriã die, ob ipſam agendis gratiis, eum cum chori ſociis peragendis Deo ſacrificiis vota exoluiſſe τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε, καὶ οἱ χορευταί. Cœnam autem victorialem in ędibus victoris Agathonis exhibitam, iſta Platonis [c] euidenter oſtendunt, quæ aliquanto pòſt adiicit; καὶ ἐρέσθαι αὐτὸν ὅποι ἴοι οὕτω καλὸς γεγενημένος, καὶ τὸν εἰπεῖν ὅτι ἐπὶ δεῖπνον εἰς ἀγάθωνος. χθὲς γὰρ αὐτὸν διέφυγον τοῖς ἐπινικίοις φοβηθεὶς τὸν ὄχλον ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι. Tum de Agathonis victoria Socrates ad ipſum [d] ἡ δὲ σὴ (σοφία) λαμπρά τε, καὶ πολλὴν ἐπίδοσιν ἔχουσα. ἥγε παρὰ σοῦ νέου ὄντος οὕτω σφόδρα ἐξέλαμψε, καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο πρώην ἐν μάρτυσι τῶν ἑλλήνων πλέον ἢ τρισμυρίοις. Ex quo etiam perſpicua efficitur noſtra illa loci Athenaici caſtigatio: nimirum hieronicæ, aut quibuſlibet agonibus victores neutiquam; certè quidem non priùs ipſi amicos excipere cœna, ſed excipi ab amicis cõſueuerant, gratulationis ſcilicet ſuique in amicum victorem ipſiúſq; parentem beneuoli animi teſtandi gratia: ſicuti aduentitiam, eandémque viaticam cœnam redeunti è peregrinatione aliqua dari apud veteres à propinquis, & amicis ſolitã (δεῖπνον ὁδοιπορινὸν ab Athenæo, ὑποδεκτικὸν à Plutarcho dicitur) cuius pleriſq; locis apud Plautum mentio fit; prolatis aliorum auctorum teſtimoniis ante annos admodum viginti cap. 6. lib. 1. Semeſtrium docere memini: quam ad rem alia cõplura poſſim adiungere, quæ huius loci ac temporis non eſſe arbitror.

[a] *in ipſo τοῦ συμποσίου initio, fol. 173. edit. Steph.*

[b] *initio Sympoſij fol. 173.*

[c] *ex fol. 174.*

[d] *in fol. 175. vide & in fol. 194. id ipſum.*

*Ab Alcibiade, Leofrone, aliiſque hieronicis amicos, immò alios pleroſque victoriali conuiuio exceptos: De Empedoclis & Ionis ob victoriam equeſtribus & Muſicis ludis partam in populum munificentia. Mendum ex Athenæo intereà ſublatum, quod interpretem fugit.* Κεράμειον. *Epulum amicis à Scopa pugile, ac Hieronica exhibitum. Confirmata loci Athenaici ſup. capite prolata reſtitutio reprehenſo interprete, ludis triumphalibus à*

munerario



*munerario datum populo epulum, & Æmilij Pauli æmulatione in Macedonia ab Antiocho Rege apud Daphnem: non tam ex Romano, quàm è Græco vetuſto more: quem Conon Athen. & Philippus Macedo in cæteris tenuerint. Mendum è Suda ſublatum; Athenæo adhibito. A Sylla victore præbita populo epula ſumptuoſiſſima, ſicut olim à Valerio primo Conſule Romano poſt triumphum, & ab Herode itidem poſt celebratum variis agonibus feſtum conditæ Cæſareæ diem.*

## Cap. XIX.

SVPERIORA verò nolim ſic accipi, tanquàm prorſus hoc negem à victoribus athletis, poſt ſuum reditum exceptos amicos, aut ſodales feſtiuo aliquo epulo; quale hi anteà ipſis, eorúmque parentibus præbuiſſent. Nam & Alcibiadem poſt celebres illas Circenſibus Olympicis victorias ἀφειδῶς ἑστιάσαι πολλοὺς multos perliberaliter conuiuio excepiſſe; cùm ex hoſtium numero alij alia, vinum autem καὶ τὴν ἄλλην ὑποδοχὴν, hoc eſt & cætera inuitatis epulo excipiendis neceſſaria Lesbij præbuiſſent: à Plutarcho [a] traditur, immò non multos tantùm, ſed vniuerſam hominum quæ ad ludos, feſtáque Olympica conuenerat multitudinem, peractis Olympio Ioui ſacrificiis; ſcilicet quod primus, ſecundus, ac tertius curriculo victor eſſet renunciatus, quemadmodum libro tertio [b] dicemus: idq; ipſum ſimiliter Leofronem Olympionicam feciſſe Athenæus [c] narrat, Empedoclem verò Agrigentinum equis in eodem certamine victorem, cùm eſſet Pythagoricus, animatíſque cibis abſtineret, è myrrha, thure, pretioſiſq; aliis odoribus fictum bouem illis diſtribuiſſe, qui in eo totius Græciæ conuentu occurriſſent: ἀλκιβιάδης δὲ ὀλύμπια νικήσας (inquit) ἅρματι πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τέταρτος εἰς ἃς νίκας, καὶ εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον, θύσας ὀλυμπίῳ διὶ τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασε, τὸ αὐτὸ ἐποίησε καὶ λεόφρων ὀλυμπιάσιν ἐπινίκιον γράψαντος τοῦ Κείου Σιμωνίδου. Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ἵπποις ὀλύμπια νικήσας πυθαγορικὸς ὤν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος ἐκ μύρνης, καὶ λιβανωτοῦ, καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν. & adiicit ſuperioribus Athenæus, Ionem Chium Athenis, in agenda tragœdia victoriã adeptum, Athenienſium cuiq; viritim fictile Chium (ita namque interpres Athenæi non ſatis commodè reddidit) largitum fuiſſe;

[a] *in Alcibiade, fol. 357.*

[b] *Agoniſt. 3. cap. 21.*

[c] *lib. 1. Deipnoſo. ſub initiũ in fol. 4. ex quo eadem omnia Sudas in* Κολωκᾶς.

ὁ δὲ

ὁ δὲ χῖος Ἴων τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνησιν ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε χῖον κεράμιον: vel ſicuti legendum autumo, vt Chij (nempe vini, cuius plurima paulò pòſt mentio [a]) vrceus aut amphora intelligatur (quando κεράμιον, Orcium, Amphora eſt in veteri gloſſario ſiue græcolatino Lexico [b]) χίου κεράμιον. Quo genere idem Athenæus οἴνου κεράμιον vſurpauit, vbi de monomachia & ſaltatione Celtarum alio [c] Deipnoſophiſtarũ loco loquitur: ἄλλοι δ' ἐν θεάτρῳ λαβόντες ἀργύριον ἢ χρυσίον, οἱ δὲ οἴνου κεραμίων ἀριθμόν τινα καὶ πιστωσάμενοι τὴν δόσιν, &c. Et eadem ſignificatione κέραμον ἐλαίου pro vaſculo ſiue lenticula olei ſcoliaſtes Ariſtophanis [d] protulit eo Nubium loco vnde verba in 22. caput Agoniſtici huiuſce conferam. Deniq; apud Scopam quoq; pugilem coronatum, cui carmen quale componi victoribus ſolet, mercede pacta Simonides ſcripſerat; grande conuiuium in honorem eiuſdem victoriæ fuiſſe, adhibitúmque ei cœnæ Simonidem, & cum nuncio excitus foret quod eum duo iuuenes equis aduecti deſiderare maiorem in modum dicebantur, vix eo limen egreſſo triclinium ſiue conclaue illud, vbi epularetur Scopas concidiſſe: immò ſuprà conuiuas corruiſſe: narrat poſt Ciceronẽ in ſecundo de Oratore Fabius 11. inſtit. orat. cap. 11. vnde verba ſuperiùs [e] cùm de epinicio carmine agerem protuliſſe me recordor. Quæ tametſi vera ſunt, hoc nihilominus intereà omni aſſeueratione confirmo; nihil eſſe propterea, cur minus probabilem caſtigationem Athenaici loci noſtram aliquis exiſtimare debeat, ſi mentem auctoris, ita vti decet attentè conſiderauerit: quamquam interpretum Plutarchi perſpicaciſsimorum Xylandri, & Cruſerij in ſuis ad Phocionem adnotationib. Athenæum citantium, oculos illos Lynceos fefellit, ac latuit: manúmque Dalichampij ipſius medicam exploratę virtutis, ac fidei apud Athenæum, iſtud eo periculoſius, quòd in imo lateret, ac difficilioris curationis vlcus euaſit; noſtræ (vt ſpero) ceſsit.

Ceſsiſſe

[a] in extremo lib. 1. Deipnoſoph. fol. 16. Ald. exempl. pro quo Suidas id ipſum in Ἀθηναῖος.
[b] excuſo ab Hẽrico Steph. anno 1573. col. 10. & 513. vbi neutro genere Orcium, & Orciolum, pro Vrceus vt in excerptis ex aliove teri Lexico græcolat. apud eundem col. 271 Orciolum σταμνίος, cũ in primo gloſſario Latinogræco col. 228. Vrceus ſit σταμνός, & in græcolatino poſtremo ſimiliter in col. 613. στάμνος matella, Vrceus vrna Suidas κεράμιον ἀγγεῖον, Orceum, orciũ, orceolum ſiue vrceolũ neutro genere profertur καὶ μεγάλα ἀγγεῖα ſicuti ὁ ζυγὸς τὸ ζυγὸν ὁ ῥύπος τὸ ῥύπον & alia quæ notat Euſta. Homer. Odyſſ. 6. fol. 1553. & ita Orceolum in illa lauacri ligoriana tabula quam exhibet Mercurialis lib. 1. artis gymnaſt. cap. 10. fol. 28. pag. 2.
[c] lib. 4. f. 38. Aldini exemplar.
[d] apud Homerũ Iliad. 1. fol. 465.

Euſtathius adnotat κέραμον eſſe, vel λάγυνον, vel πίθον ad illud Homeri ſcribens Πολλὸν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο τοῖο γέροντος quod in Theſauro Stephanus protulit ſic & apud Arrianum epicteto cap. 2. lib. 1. κεράμιον pro vaſe, vrſeo nimirum amphoráve poſitum aduertas: quo loco, ἀλλ' ἤδη ὅτι ἐκαθεσθέντες ὡς κεράμιον, ἢ λέγων ἐρεῖ ὁ εἶδεν ὅτι ὁ καίσαρ θέλει, & apud Ariſtidem Rhetorẽ Ægyptio, fol. 96. καὶ μόνοι δὴ ὧν ἴσμεν, Αἰγύπτιοι κεράμια ὕδατος ὥσπερ ἄλλοι οἴνου πιμπλᾶσι. καὶ ἔχουσι τριῶν καὶ τεττάρων ἐτῶν ἔνδον καὶ ἔτι πλειόνων. καὶ τῷ χρόνῳ σεμνύνουσιν ὥσπερ ἡμεῖς τὸν οἶνον.
[e] cap. 13, huiuſce libri 2.



Ceſsiſſe verò, iſta etiam ipſius Athenæi [a] verba in extremo eiuſdem libri ea de re agentis omnino comprobant; quæ vel ideò quod Autolyci patrem præferunt omittere non debeo, Xenophontis ἀνιστορησίαν (non ſine calumnia fortaſſe auctoris) incuſantia: καθάπερ οὐδὲ καλὸς Ξενοφῶν ὃς ἐν τῷ συμποσίῳ ὑποτίθεται Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου Αὐτολύκου τοῦ Λύκωνος ἐρῶντα καὶ νενικηκότος αὐτοῦ παγκράτιον ἑστίασιν ποιούμενον, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα τὸν ἴσως μηδὲ γεννηθέντα, ἢ περὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντα. ἔστι δὲ οὗτος ὁ καιρὸς καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν. ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. Vbi quod eruditiſs. alioqui Dalechampius Calliam epulantem vertit, probare nullo modo poſſum: cùm præbentem conuiuium, aut epulum, iuxta ipſam verborum proprietatem, & eorum, quæ ſuperiùs enarrata ſunt rationem, interpretari debuerit ἑστίασιν ποιούμενον, quod eſt παρεχόμενον & quod materna lingua dicimus, ducto forſitan etymo à Græcia [b], *Faiſant le feſtin*, alio Græco verbo ὑποδοχὴν ποιούμενον: cùm Plutarchus quoque ita ἑστιάσεις τῷ δήμῳ πολυτελεῖς ποιεῖσθαι de Sylla ſcripſerit, eo quem inferiùs [c] proponam loco. Scirrhæis quidem ludis, prope Athenas, cum iuuenum choro, qui ſecum decurriſſent, victorem pentaploa poculo donatum pro præmio, cum ipſis inſuper commeſſatum, aut quod malim, conuiuio, ſeu epulo exceptum; ex Athenęi Deipnoſophiſt. 11. libro ſuperiùs de pręmiis agonum vetuſtis agens docui: ſicuti poſt partam victoriam ab imperatoribus Romanis datum militibus, atque apud Romam ipſam poſt triumphum peractum, & amicis, & populo epulum antiquitus, in Capitolio, & Herculis ipſa cella; equidem Athenæi, Ioſephi, Dionis, & aliorum auctorum locis adhibitis comprobare poſsim: quos alibi commodiùs proferam, ſi non illis adiunxero potius, quos in eam rem illo primi Semeſtrium capite ſexto dudum à Plutarcho, Dione, Zonara exhibui; vbi hoc quoq; docui, Romæ, qui ludos darent ab ipſis epulum præberi ſolitum, & nonnunquam inter ipſa eorum ſpectacula. Itaq; & Antiochum Regem ęmulatione Pauli Æmilij Romani, qui ludos in Macedonia ediderat, dum omni munificentiæ, largitionis, aut profuſionis genere ipſum ſuperare tentabat: ludis illis apud Daphnem ſumptuoſiſsimo pompæ

 appara

[a] lib. 5. Deipnoſo. fol. 68.
[b] vt ſpirit⁹ aſper in digamma Æolicum tranſierit ἑστίασις Feſtin. Quamquam non ignoro, propius ac verius eſſe vt à Feſti vocabulo à Latinis oriũdo ſit deductum: idque ideò quod Feſtis & ſolemnib. diebus publicis priuatisq; dari vt antiquitus apud ethnicos (qua de re lib. 1. Semeſt. cap. 6. plenè diſſerui) ſic apud noſtros hodiéque conuiuia ſeu epula ſolitum.
[c] hoc ipſo cap. ad extremum.

apparatu editis, adiunxiſſe inſuper ſplendidiſsima conuiuia, quibus hoſpites (quos vndique ludorum cauſa, miſsis etiam legatis acciri iuſſerat) acciperet: Poſsidonij fide ab Athenæo [a] proditũ his verbis; ἀντίοχος βασιλεὺς ἐπιτελῶν τοὺς ἐν δάφνῃ ἀγῶνας ἐποιήσατο καὶ αὐτὸς ὑποδοχὰς λαμπρὰς ὥς αὐτός φησι ποσειδώνιος, & cætera quæ ibi videas licet: vt viritim integra fercula, & cibaria conuiuiis diſtribueret, & alia multa largiretur, quæ ſingillatim ille non eſt grauatus perſequi.

Nam quod hoſpites conuiuiis exceperit, hoc imitatione Romanorum, qui morem Græcum tenuerant, ab iſto factum; iſta Dionyſij Halicarnaſſei [b] verba comprobant, vbi de ludis ex voto dictatoris Poſtumij à Senatu Romano decretis: ἐν δὲ ταῖς ἱεραῖς ἡμέραις ταύταις πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐγίνετο νόμοις ἑλληνικοῖς κατά τε πανηγυρισμοὺς, καὶ ξένων ὑποδοχὰς, καὶ ἐκεχειρίας ἃ πολὺ ἔργον ἂν εἴη λέγειν, & hîc enim & apud Athenæum, vt ſæpe apud Plutarchum iis locis quos lexicographi non prætermiſêre, τῶν ὑποδοχῶν vocabulo, conuiuia ſeu epula ſignificari ſentio. De Paulo Æmilio quod dixi ſpectacula ſimul cum ſacrificiis, & verò epula in Macedonia Græcis victorem profligato Perſeo, & capto præbuiſſe; Plutarchus [c] prodidit his omnino verbis: θέας δὲ παντοδαπῶν ἀγώνων, καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς θεοῖς, ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα προὔθετο χορηγίᾳ μὲν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀφθόνως χρώμενος, &c. ἔλεγεν τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς παρατάξεώς τε προστῆναι καλῶς, καὶ συμποσίου τὴν μὲν ὅπως φοβερωτάτη τοῖς πολεμίοις τὸ δ᾽ ὡς εὐχαριστότατον ᾖ τοῖς συνοῦσιν, quæ poſtrema vt priùs ſic aliquanto accuratiùs à Liuio relata eo libri 14. loco, quem ſuperioris tractatus 29. ſermone propoſui. Nam vbi de ludicro quod magno apparatu Coſ. Æmilius Amphipoli fecit, vt artificum, athletarum, equorumq; nobilium multitudo conueniret, & legationes cum victimis, & quidquid aliud Deorum hominúmque cauſa fieri magnis ludis in Græcia ſolet, &c. Epulæ quoque legationibus (ait) paratæ & opulentia, & cura eadem vulgò dictum ipſius ferebant; & conuiuium inſtruere, & ludos parare, eiuſdem eſſe, qui vincere bello ſciret. Eiuſdem auctoris verba de conuiuio quo Antonius triumuir conſtituendæ Reipub. Græcos Athenis poſt allatum de ſuperato Labieno nuncium exceperit, hoc loco iterum proponere, nihil attinet quæ ſuperiore libro [d] exhibuiſſe me

[a] *lib.5.Deipnoſo. fol.68. Ald.exẽp. De ludorum autem apparatu illo ſumptuoſiſſimo egerat idem auctor, in fol.57. eo. lib. vbi de Græcorum citatione aut euocatione ad ludos Regis illius iuſſu facta.*

[b] *lib.7.antiquit. Rom.f.475.edit. Vvechel. poſt ſacrificia exceptos conuiuio à Regibus amicos atq; hoſpites aut populares paſſim reperias. Diodorus Sicul.lib.20.fol. 766. de Agathocle* ἔθυε τοῖς θεοῖς καὶ λαμπρὰς ὑποδοχὰς τῶν φίλων ἐποιεῖτο, *& f. 772. de Ptolomæo,* καὶ θύσας τοῖς θεοῖς χαριστήρια, τοὺς φίλους εἱστία λαμπρῶς.

[c] *in eius vita, f. 492. & 493.*

[d] *cap.29.*



me recordor. Iſta potius Diodori Siculi [a] de conuiuio Græcis vndique illo qui confluxerant exhibito poſt certamina & ſacrificia Olympica, ab Olynthum expugnatam à Philippo Macedone; iuuat in eam rem quam dixi depromere: πανήγυριν δὲ μεγάλην συστησάμενος καὶ λαμπροὺς ἀγῶνας ποιήσας πολλοὺς τῶν ἐπιδημούντων ξένων ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις παρελάμβανε. παρὰ δὲ τοὺς πότους πολλαῖς ὁμιλίαις χρώμενος καὶ πολλοῖς μὲν ποτήρια διδοὺς κατὰ τὰς προπόσεις οὐκ ὀλίγοις δὲ δωρεὰς ἀπονέμων, πᾶσι δὲ μεγάλας ἐπαγγελίας εὐχερῶς ποιούμενος, πολλοὺς εἶχεν ἐπιθυμητὰς τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας. Philippi patris imitatione Alexander magnus (ſi qua Suidæ fides) poſt ſuperatos nauali pugna Lacedæmonios munito Peiræo, & peracto hecatombes ſacrificio Athenienſes omnes epulo excepit: quod ipſe quidem narrat ab Athenæo illo [b] his admodum verbis, ὁ μέγας ἀλέξανδρος κἀκείνην νικήσας ναυμαχίαν λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν πειραιᾶ ἑκατόμβην θύσας πάντας εἱστίασεν ἀθηναίους. Sed mendoſus eſt Sudas: quod enim Alexandro ille, id ipſe Athenæus [c] Cononi tribuit; ſic ferè ſcribens, τοιοῦτος ἦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ μέγας ἀλέξανδρος, κόνων δὲ τῇ περὶ κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας λακ. καὶ τειχ. τὸν π. ἑκατ. τῷ ὄντι θύσας, καὶ οὐ ψευδωνύμως παν. ἀθην. εἱστίασεν. Malè igitur apud Suidam κἀκείνην legitur; cuius vice reponendum καὶ κόνων: & quod Alexandro illius verbis, hoc ipſum Cononi Athenæi fide aſsignandum admoneo. Sanè quod Calliam ſummum virum Herodotus tradit Erato,* ad cæteras eius præcipuas laudes ob libertatem patriæ aſſertam, inde non parum ſibi peperiſſe nominis; quod Olympicis agonibus & equo ſingulari victor eſſet renunciatus, & quadrigæ ſecunda præmia abſtuliſſet: Pythiis etiam antea victoriam conſequutus foret; apud omnes inſuper Græcos obſumptus maximos quos feciſſet, non in ipſa magis ludorum editione (vt equidem interpretor) quàm in feſtiua & lauta epulorum exhibitione (quibus Græcos pergræcãtes exceperat) illuſtrem euaſiſſe: Καλλίεω δὲ τοῦτο ἄξιον (inquit) πολλαχοῦ μνήμην ἐστὶ πάντα τινα ἔχειν τοῦτο μὲν τὰ προλελεγμένα ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐλευθερῶν τὴν πατρίδα· τοῦτο δὲ τὰ ἐν ὀλυμπίῃ ἐποίησε ἵππῳ νικήσας, τεθρίππῳ δὲ δεύτερος γενόμενος, πύθια δὲ πρότερον ἀνελόμενος ἐφανερώθη ἐς τοὺς ἕλληνας πάντας μεγίστῃσι δαπάνῃσι. E Romanis etiam poſteà populo Rom. magnifica, & ſumptuoſa conuiuia.

[a] *lib.10. Bibliot. f.139. vnde alia quæpiam attuli lib. ſup.cap.29.*

[b] *in* ἀθηναίῳ.

[c] *lib.1.Deipnoſo. in princ.in fol.4.*

* *lib 6. fol. 236. editio Stephan.*

uiuia victorem Syllam præbuiſſe, adeò, vt ſuperamenta obſoniorum in profluentem quotidie deiicerentur, vinum verò quadragenarium & vetuſtius ebiberetur; Plutarchus [a] his verbis memorat: ἀποθύων δὲ τῆς οὐσίας ἁπάσης ὁ σύλλας τῷ ἡρακλεῖ δεκάτην, ἑστιάσεις ἐποιεῖτο τῷ δήμῳ πολυτελεῖς, καὶ τοσοῦτον περιττὴ ἦν ἡ παρασκευὴ τῆς χρείας, ὥστε παμπληθῆ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὸν ποταμὸν ὄψα ῥιπτεῖσθαι, πίνεσθαι δὲ οἶνον ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ παλαιότερον. Herodes denique (vt apud Ioſephum [b] legimus) exhibitis ob Cæſareæ à ſe conditæ dicationem Auguſti Cæſaris nomini factam, agonib. variis atq; ſpectaculis; non populorum modò legatos, ſed & alios quoſlibet qui vndique illius celebritatis gratia conuenerant, ſuper hoſpitia, menſis quoque, ac exquiſitis epulis omnes excepit: ἅπαντας ἐξεδέξατο καταγωγαῖς καὶ τραπέζαις καὶ διηνεκέσιν ἑορταῖς. Longè anteà & verò à prima triumphi quod Romulus de Cęcinatib. & Antemnatibus apud Romam egit, origine, Romani è victoria reuerſi; à popularib. omni gratulationis affecti genere, oblatis etiam plenis vino crateribus, menſis præterea omni eduliorum ſpecie refertis, quas aduenientibus nobiliſsimi quiq; ciues parauerant: id quod à Dionyſio Halicar. [c] in hæc verba traditur; οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως ὑπηντῶν αὐτοῖς ἅμα γυναιξί τε καὶ τέκνοις παρ' ἄμφω μέρη τῆς ὁδοῦ τῇ τε νίκῃ συνηδόμενοι καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἐνδεικνύμενοι φιλοφροσύνην. ὡς δὲ παρῆλθεν ἡ δύναμις εἰς τὴν πόλιν κρατῆρσί τε ἐπετύγχανεν οἴνῳ κεκραμένοις καὶ τραπέζαις τροφῆς παντοίας γεμούσαις αἳ παρὰ τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν οἰκιῶν ἔκειντο, ἵνα τοῖς ἐμφορεῖσθαι βουλομένοις ᾖ. Præbitum itaq; non à Romulo triumphatore (hîc quidem) ſed ipſi ac victoribus militibus eius comitib. victoriale huiuſmodi conuiuium. At aliquantò poſteà, triũpho Valerij primi Romę conſulis vtrumque factum narrat idem auctor [d]. Nam quẽadmodum à Romanis ipſius milites crateris, menſíſque plenis; ſic & ab ipſo conſule re diuina facta die triumphi, nobiliſsimos quoſque è populo, itidem epulo exceptos; dignum putauit, vt ad memoriam poſteritatis traderet: atque hoc quidem hic admodum verbis, ὑπήντα δ' αὐτοῖς ἥ τε βουλὴ θριάμβῳ καταγωγῇ ψηφισαμένη κοσμῆσαι τὸν ἡγεμόνα. καὶ ὁ δῆμος ἅπας κρατῆρσι καὶ τραπέζαις ὑποδεχόμενος τὴν στρατιάν· ὡς δὲ εἰς τὴν πόλιν ἀφίκοντο πομπεύσας ὕπατος ὡς τοῖς βασιλεῦσι ἔθος ἦν ὅτε τὰς τροπαιοφόρους πομπάς

*[a] in Sylla, f. 866.*

*[b] ἰουδαϊκ. ἀρχαιολογ. lib. 16. cap. 9. ſub initium in fol. 496. Cætera ex eodẽ Ioſepho & aliis huc pertinentia vel iam tradidi, vel tradam cap. 6. lib. 1. Semeſt.*

*[c] lib. 2. Rom. antiquitat. fol. 192.*

*[d] lib. 5. fol. 291.*



πομπάς τε καὶ θυσίας ἐπιτελοῖεν, καὶ τὰ σκῦλα τοῖς θεοῖς ἀναθείς, ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν ἱερὰν ἦγε, καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν ἑστίασιν προθεὶς ὑπεδέχετο. De triumphantium iſtis in vrbe Roma Imperat. epulis è Poſsidonij ſecundo hiſtoriarũ narrat in quarto Deipnoſophiſt. Athenæus [a], præberi ea ſolita in fano Herculis, ab eo qui triumphum ageret, apparatu conuiuij prorſus Herculeo, mulſo vtique affuſo magnis panib. carnib. ad edulia fumo duratis elixis, & hoſtiarum nuper mactatarum aſsis partib. abundè multis: ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ (inquit) ἐν τῇ ῥωμαίων φησὶ πόλει ὅταν εὐωχῶνται ἐν τῷ τοῦ ἡρακλέους ἱερῷ δειπνίζοντος τοῦ κατὰ καιρὸν θριαμβεύοντος· καὶ ἡ παρασκευὴ τῆς εὐωχίας ἡρακλεωτική ἐστι· διοινοχοεῖται μὲν γὰρ οἰνόμελι, τὰ δὲ βρώματα ἄρτοι μεγάλοι καὶ καπνιστὰ ἑφθὰ κρέα καὶ τῶν προσφάτων καθιερωθέντων ὀπτὰ δαψιλῆ. Cætera de triumphantium apud Romanos epulis cap. 6. Semeſtr. primi ante 20 annos & quod excurrit, exhibuimus: minimè tum quidem in vulgus nota, neque ab huius æui ſcriptoribus antiquitatis Romanæ notitiam profeſsis, tradita.

*[a] fol. 38. Aldini libri Dalechampianæ verſio fol. 114.*

*Salaria, & annonæ profeſſorum è conſtitutionibus principalibus. Item ſtatuæ ipſorum, ſed & pilæ luſorum. Icones Hieronicarum ἰσομέτρητοι. Grandiores euerſæ. Imaginum nomen. Imagines quæ nudæ, aut perizomate velatæ. Equæ Auræ dicata apud Olympiam effigies, & Cleoſthenis agitatoris cum biga inſcriptis etiam equorum nominibus. Statuis athletarum Iconicis inſcriptiones additæ. συγγραμμάτων vocabulum apud Dionyſium. Ode Epinici. Emendatus obiter Ariſtides. Eo ſtatu geſtuq; corporis hieronicarum Icones effictæ, ac poſitæ, quo ipſi tum fuerant, cùm vincerent. Æmilius Probus interim explicatus & emendatus. Ladæ curſoris ſtatua. Itẽ Clitomachi.*

## Cap. XX.

PORRÒ autem cùm ciuica huiuſmodi ſtipendia, quę dixi ſuperiùs, hieronicis præſtari antiquitus ſolerent, qui & à munerib. excuſabantur: hoc exemplo menſam primùm Ægyptiam in Alexandrino gymnaſio (de quo nõnihil obiter admonebimus Agoniſt. 3. cap. 27.) & aliquãtò pòſt apud Prytanæũ Athenienſe victum quotidianũ ſapientibus beneq; de Repub. meritis ciuib. aut ex eorũ iam defunctorum proximis illi ſemper qui eſſet maximo natu, publico ſumptu, præter primũ in certaminib. confeſſum coronam auream & ſtatuã in foro æneam exhibẽdum [b] induxiſſe veteres videntur. Horum imitatione poſtmodũ optima ſanè de cauſa

*[b] qua de re videndus Plutarch. in decretis opuſculorum tom. 3. edit. Stepha. fol. 1563. & 1564. & 1566.*

liberalium ſtudiorum magiſtros profeſſores, atque antiſtites, ſiue grammaticos, aut oratores, ſiue legum doctores, itemq; militum medicos (quos Reipublicæ gratia ipſos abeſſe conſtat) cæteróſque qui medendi cura funguntur, intra præſcriptum ſcilicet numerum poſteà quàm abeſſe Reipubl. cauſa deſierint, tum decreto decurionum immunitatem conſequi principes [a] voluerunt; tum verò etiam ſalaria, & mercedes pro annonis, & ſportulis auferre: quò facilius liberalibus ſtudiis, & memoratis artibus multos inſtituerent; commodaq; annonaria ipſis è populi viribus, hoc eſt, reditibus, commodíſque miniſtrari [b]. Quin etiam exemplo itidem athletarum hieronicarum, profeſſores quoque illi, ſtatuis, & iconibus ob eam quam dixi modò rationem à veteribus honorabantur. Ac Victorinum quidem Rhetorem D. Auguſtinus [c] doctorem nobilium Senatorum complurium, ob inſigne præclari magiſterij, quod ciues huius mũdi (ait ille) eximium putant, ſtatuam in Romano foro meruiſſe, atque accepiſſe ſcribit; vſque ad illam ætatem idolorum veneratorem, factum poſteà Chriſtianum. Sic Proæreſio Sophiſtæ, qui Conſtantis principis iuſſu Romam appulerat, cùm apud Romanos magnam ſui admirationem commouiſſet, erectam æneam iconicam, & æqualis menſuræ ſtatuam; cum hac inſcriptione, Regina Roma Regi eloquentiæ; ab Eunapio [d] his verbis expreſſum reperio: ἀπέστελε γοῦν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν μεγάλην ῥώμην. φιλοτιμούμενος οἵων βασιλεύειν ἔλαχεν, &c. πολλὰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς ἀγασθέντες, καὶ τυχόντες ἐπαίνων ἀνδριάντα κατασκευασάμενοι χαλκοῦν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν ἐπιγράψαντες ἡ βασιλεύουσα ῥώμη τὸν βασιλεύοντα λόγων. Quid quod non modo profeſſoribus literarum Athenienſes, ſed cùm longe pluris manuarias, & plebeias artes, quàm partam eruditione rerum intelligentiam facerent; pilæ quoque luſoribus, olim decreuiſſe ſtatuas legimus; ſicuti olim de Ariſtonico Caryſtio [e] quodam Alexandri Sphæriſta apud Athenæum [f] ſcriptum reperias, ob eius artis peritiam, & ciuitate donatum & inſuper ſtatua: ὅτι δ' ἀριστόνικον τὸν καρύστιον (inquit ille) τὸν ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν ἀθηναῖοι πολίτην ἐποίησαν διὰ τὴν τέχνην, καὶ ἀνδριάντα ἀνέστησαν τὰς γὰρ βαναύσους τέχνας ἕλληνες ὕστερον περὶ πλείστου μᾶλλον ἐποιοῦντο, ἢ τὰς κατὰ παιδείαν γινομένας ἐπινοίας. Hieronicis quidẽ, ac potiſsimùm periodo

*[a] lib. 1. C. de Decret. dec. ſuper immunit. quib. conced. lib. 10. l. 1. 4. 5. 6. C. de profeſſ. & med. l. ἐὰν δύο. D. de excuſa. tutor. vide Cuiacium ad d. l. 1.*

*[b] d. l. 6. C. de profeſſ. & l. 9. Archiatri eo. tit. Medicus ſub Alexãdro Seuero vnus Palatinus Salariũ accepit. Cæteri omnes qui ad ſex fuerunt annonas binas, aut ternas accipiebant: ita vt mundas ſingulas conſequerentur: alias alter ſicuti Lãpridius in eius vita retulit, vbi notãdum ab annonis quæ in ſpeciebus præſtarentur diſtingui ſalaria, quæ forſitan in pecunia numerata pendebantur.*

*[c] cap. 2. lib. 8. cõfeſſionum.*

*[d] in Proæreſio, f. 149.*

*[e] de Sphæriſta iſto ſcripſimus c. 12. lib. 1. à Suida, ſed & cap. 6. ab Euſtathio.*

*[f] lib. 1. Deipnoſo. fol. 11.*



periodonicis vel triolympionicis, hunc ſtatuarum honorem olim tributum; vt non προτομὰς modò, ſed iconas, viuam ipſorum effigiem referentes, virtutis præmio, artis argumento, ciuitatis etiam, ex qua oriundi erant honeſtamento, atque ad diuturnam illorum nominis memoriam erectæ publicis in locis, atque collocatæ ſint: non ex iſtis modò verbis Imagines. ſtatuas à Tertulliano in eo loco, quem ſuperiùs attuli expreſſis, verùm etiam ex aliis veterum locis addidici, quos iuuabit exhibere non ſine aliquo labore per longum tempus, vndiq; vt alia huius, ac proximi vtriuſque tractatus pleraque omnia corrogatos. Ac primùm vt illa Pliniana omittam quæ ſuperiùs aliam ad rem attuli, Palæſtras athletarum imaginibus, & ceromata ſua exornant; Pauſan. [a] Eliacis vbi περὶ ἀναθημάτων loquitur, ἐν δὲ τῇ Ἄλτει [b] (ait) τιμῇ εἰς τὸ θεῖον ἀνάκεινται οἱ δὲ ἀνδριάντες τῶν νικώντων ἐν ἄθλου λόγῳ σφίσι, καὶ οὗτοι δίδονται. Ad lucum Olympiæ, Ioui ſacrum, cui nomen Altis, vbi ludi celebrati in ſtadio gymnaſij; Pyrrhi ſtatuæ adiunctas Olympionicarum plurimorum ſtatuas idem Pauſanias Eliacôn ſecundo enumerat, quas hic referre longum eſſet, magnæq; ſimul & inutilis operæ. Primos omnium Cretenſes Olympiæ ſtatuas athletarum erexiſſe Praxidamantis Æginetæ pugilum victoris è cupreſſo ad Olympiadem 59. & Rexibij Opuntij pancratiaſtarum victoris Olympiade 61. è ficu arbore; idem Pauſanias alibi [c] memorat. De ærea Milonis illius eximij luctatoris ſtatua apud Olympiam, Philoſtratum [d] in Apollonio agere memini: cui & alias aliorum Olympionicarum adiungit alicubi [e] Ariſtides his admodum verbis; quæ cùm ad ipſorum laudem, atque commendationem pertineant, omittere nullo modò poſsim: φέρε δὴ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων σκεψώμεθα οἷον τὸν δωριέα, τὸν ῥόδιον, καὶ γλαῦκον τὸν καρύστιον, καὶ μίλωνα δὴ καὶ πολυδάμαντα, καὶ πάντας ὧν εἰκόνες χαλκαῖ πρότερον θρυπτομένους, καὶ παροικοῦντας, καὶ ταῦτα ταῖς ὀρχηστρίσι στρεφομένους ἐστεφάνουν, ἢ τοὺς δὴ τὸν ὀλυμπίων τὸν ἀγῶνα κοσμοῦντας, ἢ καρτερίαν θαυμαστήν τινα, καὶ ῥώμην ὁμοῦ ψυχῆς, καὶ σώματος παρεχομένους τὰς μεγίστας, καὶ βεβαιοτάτας ἡδονὰς αὐτοῖς τοῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς συνειδόσι. Nec tantum apud Olympiam, ſed aliis ſacrorum agonum locis athletarum qui victores extitiſſent iconas honoris ergò poſitas fuiſſe, Pauſaniana hiſtoria comprobat; ex

*[a] lib. 1. fol. 131. Aldini exempl.*

*[b] de Alti mentio apud Pindarum iis verſibus quos paulò antè attuli, & apud alios vt notatũ ſupra hoc lib. initio cap. 15.*

*[c] Eliacôn lib. 2. fol. 154.*

*[d] lib. 4. de vita Apollonij.*

*[e] κατὰ τῶν ἐξορχουμένων, fol. 57. pag. 2.*

ex qua [a] de Iſthmo ad Corinthum hæc verba eò pertinentia deſumpſimus. Vnde intelligitur Iſthmionicarum ſtatuas iconicas in templo ad ſtadium extitiſſe: θέας δὲ αὐτόθι ἄξια ἐστὶ μὲν θέατρον. ἔστι δὲ στάδιον λίθου λευκοῦ, ἐλθόντι δὲ ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, τοῦτο μὲν ἀθλητῶν νικησάντων τὰ Ἴσθμια ἑστήκασιν εἰκόνες, τοῦτο δὲ πιτύων δένδρα ἐστὶ πεφυτευμένα ἐπὶ στοίχου τὰ πολλὰ ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἀνήκοντα.

Animaduertendum autem circa iſtas hieronicarũ ſtatuas hoc arbitror, quod Lucianum [b] literis mandaſſe reperio, curę id Hellanodicis fuiſſe, vt εἰκόνες ἰσομέτρητοι eſſent (quod tertij libri Semeſtrium primo ſermone admonui,) ne auguſtiores ſcilicet, maioréſque humana, illorum athletarum figuræ à ſculptoribus exprimerentur: idq́; adeò, vt ne ipſos quidem athletas explorarent diligentiùs. In quibus tamen probandis non parum operæ, ac induſtriæ ab ipſis poſitum, ſuo loco inferiùs [c] dicetur. Ac Luciani quidem Græca hæc omnino ſunt, εἰ δὲ ἀληθὲς ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες, ἴστε μηδὲ Ὀλυμπίασιν ἐξεῖναι τοῖς νικῶσιν μείζους τῶν σωμάτων ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάντας ἀλλ' ἐπιμελεῖσθαι τοὺς Ἑλλανοδίκας, ὅπως μηδὲ εἷς ὑπερβάλληται τὴν ἀλήθειαν. καὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν ἀνδριάντων ἀκριβεστέραν τῆς τῶν ἀθλητῶν ἐγκρίσεως: & adiicit, ſi quæ ſupra natiuæ ſtaturæ veritatem Olympionicarum icones reperirentur altiores; ne, qui pugiles alioqui deos putabant (ſicut antè monui à Chryſoſtomo) pro numinibus ipſos colere viderentur, quibus quaſi Diuis [d] auguſtiorem humana figura tribuerent, ipſas eiici, ac euerti ab hellanodicis ſolitas: ὥστε ἄρα ἔφη, μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψευδεῖς ἐν τῷ μέτρῳ κᾆθ' ἡμῶν διατρέψωσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τὴν εἰκόνα. Plinius de his agens ſtatuis quæ hieronicarum honori dicarentur; iconicas, quæ membris omnibus veram effigiem referrent, iis demum qui ter victores eſſent renuntiati, videtur tribuere: cùm alioqui cætera omnia, quæ diximus hac de re, ita illuſtret, vt ampliùs non poſsit. Ipſius hæc verba ſunt [e], Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium, primo ſacrorum certaminum victoria, maximéque Olympiæ: vbi omnium qui viciſſent ſtatuas dicari mos erat. Eorũ verò, qui ter ibi ſuperauiſſent; ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconicas vocant. De Nerone traditum à Suetonio [f], ne cuius alterius hieronicarum memoria aut veſtigiũ extaret vſquam; ſubuerti, & vnco trahi,

[a] *Corinthia. ſub initium in fo. 45. Aldini lib.*

[b] ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων *ſub initiũ. Plato in Phædro* ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν.

[c] *lib. 3.*

[d] *attigi ſuprà & cap. 1. lib. 3. Semeſtr. de auguſtiore Deorũ figura olim credita.*

[e] *ex lib. 34. c. 4. ſic ſimulacrum iconium aut potiùs iconicũ intellige apud Suetonium in Caio Calig. ca. 22. vbi Torrentius Scoliaſtes ex Athenæi lib. 5. cap. 6. vbi de naue Philopatoris Plin. & Sueto. aliis locis.*

[f] *in Nerone cap. 24. & 25.*



trahi, abiicique in latrinas omnium ſtatuas, imagines imperaſſe, ſtatuas verò ſuas poni citharœdico habitu: qua nota etiam numinum percuſsit. Vbi imaginum nomine, itémque apud Tertullianum, iconicas equidem ſtatuas (ne fruſtrà ſtatuarum vocabulũ alioquin adiunctum foret) deſignatas reor. Sed hoc interim aduertendum, quod cùm athletæ, qui non aliter quàm obſcœnis partibus perizomate velatis depugnare initio ſoliti, poſt Olympiadem tamen quartam, & decimam illud abiecerant, ſicuti ſuperiùs libri huius initio [a] docuimus: ex eo iam inde ſtatuas, ac imagines omnino nudas propoſitas; ſcilicet Græcorum, non Romanorum athletarum, qui perizoma (vt à Dionyſio diximus) retinuerant, id adeò ſcribit Plinius [b] vbi equeſtres etiam eorum, qui equis, vel quadrigis viciſſent in ſacris agonibus dicatas olim fuiſſe memorat. Placuere & nudæ (inquit de ſtatuis) tenentes haſtam ab Epheborum è gymnaſiis exemplaribus, quas Achilleas vocant. Græca res eſt nil velare. Contrà Romana ac militaris thoracas addere, &c. Equeſtres vtique ſtatuæ Romanorum celebrationem habent, orto ſine dubio à Græcis exemplo: ſed illi celetas tantùm dicabant in ſacris victores; poſteà verò & qui bigis, vel quadrigis viciſſent: vnde & noſtris currus in his qui triumphauiſſent. Atque vt de Aura equa Phidolæ Corinthij taceam, quam ipſi licet excuſſo, victoriam curſura cùm peperiſſet, permiſſum ab hellanodicis, vt poſſet effigiatam Olympiæ dedicare: ſicuti etiam ipſius ex Lyco nepotes, qui equo celite vicerant; hunc effictum dicatæ apud Olympiam columnæ impoſuiſſe Pauſanias [c] memorat; quo loco, ἠλεῖοι δὲ ἀνηγόρευσαν ἐπὶ τῇ νίκῃ τὸν Φειδώλαν, καὶ ἀναθεῖναι οἱ τὴν ἵππον ταύτην ἀφιᾶσιν. ἐγένετο δὲ καὶ Λύκου τοῦ Φειδώλα τοῖς παισὶν ἐπὶ κέλητι ἵππῳ νίκη: καὶ ὅ τε ἵππος ἐπὶ στήλῃ πεποιημένος, καὶ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. Cleoſthenis quidem Epidamnij (qui primus ob ſumptum in Circenſes equos, qui curſu valerent alendos factum ad ſextam, & ſexageſimam Olympiada victor cùm fuiſſet, ſtatuam meruit) illam eius iconicam cum agitatore, ſiue aurigario, cum curru, equíſque, quorum alteri Phœnicis, Coracis alteri nomen indiderat; adhibito diſticho Elegiaco fuiſſe Olympiæ poſitam, ac dedicatam ille ipſe Pauſanias [d] tradit: ἀνέθηκε δὲ ὁμοῦ τοῖς ἵπποις αὐτοῦ, καὶ εἰκόνα, καὶ τὸν ἡνίοχον:

[a] *cap. 2. huius Agoniſt. 2.*

[b] *lib. 34. naturalis hiſtor. cap. 5.*

[c] *lib. 2. Eliacôn, fol. 147.*

[d] *ibidem* Κλεοσθένους ἐστὶν ἅρμα ἀνδρὸς Ἐπιδαμνίου *&c.* ἐνίκα ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι καὶ ἑξηκοστῇ ὁ Κλεοσθένης.

ἡνίοχον· ἐπιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα φοῖνιξ, καὶ κόραξ, &c. τῶν δὲ ἱπποτροφησάντων (ait) ἐν Ἕλλησι πρῶτος ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνα ἀνέθηκεν ὁ Κλεοσθένης οὗτος. Et placet quod Pauſanias de auriga, equíſque currui iunctis, ac ipſorum nomine apponendum duxit, ad morem illum vetuſtum (vt mea fert opinio) aſpiciens, ex quo illis quoque athletis, qui gymnico certamine ſuperiores extitiſſent ſtatuarum honorem iconicarum tributum anteà diximus. In quibus inſuper ſtatuis, illud obſeruatum antiquitus animaduerti, vt inſcriptiones adhiberentur, quæ nomen athletæ, patriámque (vt reor) & certaminis genus præmiúmque oſtenderent; ad protelandam rei geſtæ poſt ipſius quoque obitum memoriam, & perpetuò conſeruandam: ſicuti Dionyſius Halicarnaſ.[a] auctor eſt, quo loco μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν ἡ μνήμη ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων, καὶ τῶν εἰκόνων εἰς τὸ ἀνάγραπτον ἔχειν τὴν δόξαν οὐκ ἐν ταῖς μνήμαις σωζομένην μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν συγγραμμάτων συμπαραμένουσαν ἅπαντι τῷ χρόνῳ. Nam hîc quidem συγγραμμάτων vocabulo inſcriptiones deſignari exiſtimo; quamuis & ad acta ſiue commentarios hellanodicæ, in quos redigebatur hieronicę nomen apud Olympiam, ſicuti libro tertio [b] docebimus, non ineptè quiſpiam retulerit: vel (quod potiùs probarim) ad Odas poëtarum illas Pindaricis, Euripidæis, aut Simonidæis aſsimiles quas ἐπινίκους Ariſtides [c] ab ipſis hieronicis expetitas, & mercede præſtita, ita prouocatas, vt ſe ipſi per miniſterium poëtarum laudibus extollere videantur; oſtendens nominat: quo loco ἐπιτιμήσαις δ' ἄν, οὕτω καὶ τοῖς ἀθληταῖς αὐτοῖς, τοῖς τοὺς ἐπινίκους περὶ (vbi παρὰ reponendū equidem ſenſerim) τῶν ποιητῶν λαμβάνουσι, καὶ γὰρ οὗτοι τρόπον τινὰ ἑαυτοὺς ἐγκωμιάζουσι παρακαλοῦντές τε τοὺς ποιητάς, καὶ διδόντες ἀργύριον, καὶ τελευτῶντες παραλαβόντες τὸν ἐπίνικον ᾄδοντες ἑαυτοὺς ὑπ' αὐλοῦ καὶ χοροῦ (vbi malim ſcriptum τὸ ἐπινίκιον ex illis potiſsimum Nazianzeni in Heronem philoſophum & Athenæi primo Deipnoſophiſtarum locis, vnde verba ſuperiùs [d] expreſsi: quamuis ferri vulgatam lectionem poſſe non negem, vt ſuppleatur τὸν λόγον, ſicuti ſuperiùs vbi τοὺς ἐπινίκους dixerat) & poſt multa, οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς ἀργυρίῳ τὸν ἔπαινον ὠνουμένους οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις, καί τοι οὗτοι τί σοι δοκοῦσιν ἕτερον ποιεῖν ἢ αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινεῖν, &c. & quod dixit Dionyſius τῶν ἀνδριάντων καὶ

[a] ἐν τέχνῃ τῷ περὶ προτρεπτικοῦ ἀθληταῖς, fol. 42.

[b] cap. 23. ſub fin. vbi περὶ τῶν γραμματέων καὶ ἀρχείων.

[c] περὶ παραφθέγματος, f. 52. & 56.

[d] cap. 13. & cap. 19. huius Agoniſtici 2.



καὶ τῶν εἰκόνων, vel quaſi figuratè ſcriptum ſic poſsis interpretari τῶν ἀνδριάντων εἰκονικῶν, vel potiùs, quod & ſimplicius, & (quando ſoluta metrorum vinculis oratio eſt) verius credo; vt ſtatuæ plurimæ vulgares, & verò nonnullæ iconicæ, quas & ipſas imagines vocari modò dicebamus, hieronicis ponerentur: iis præſertim iſtæ certaminum ſacrorum locis, quibus locis dimicaſſent, atque victores proclamati forent.

Præterea hoc quoque vſurpatum olim reperio, vt illo ſtatuæ iconicæ, imagineſve ſtatu effingerentur, quo tum fuiſſet hieronica, cùm victoriam adipiſceretur: ſiue luctatoris, ſiue pugilis, aut curſoris, ac ipſo quoque forſitan geſtu, & motu corporis. Hoc adeò ex iſto Aemilij Probi loco in Chabria [a] nuper addidici, vbi hæc legas; hoc vſque eo in Græcia fama celebratum eſt, vt illo ſtatu Chabrias, ſibi ſtatuam fieri voluerit, quæ publicè & in foro ab Athenienſib. conſtituta eſt. Ex quo factum eſt, vt poſteà athletæ, cæteríque artifices (ſcenicos & muſicos, ſiue Dionyſiacos, atque pantomimos intelligit, de quibus obiter ſuperioris initio ſermonis actum eſt) his ſtatibus in ſtatuis ponēdis vterentur, quum (malim equidem, quibus; vel, vt à Lambino fit, in quibus, eſſe ſcriptum) victoriam eſſent adepti. Ergo de iconica curſoris, & ſtadionicæ Ladæ ſtatua ænea, quam Myron adeò ad viuum effinxerat, vt procurrere ad coronam ipſam ſuſcipiendam videretur: elegantiſs. Philippi [b] extat epigramma, quod vti commodè apponetur hoc loco, ſic etiam cum aliqua voluptate, ab eruditis, & poëſeos amatorib. iuuenib. lectū iri mihi perſuadeo.

Οἷος ἔης φεύγων τὸν ὑπήνεμον ἔμπνοε Λάδα
θυμὸν ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεὶς ὄνυχα,
τοῖον ἐχάλκευσε Μύρων ἐπὶ παντὶ χαράξας
σώματι Πισαίου προσδοκίην στεφάνου.
Πλήρης ἐλπίδος ἐστίν. ἄκροις γ' ἐπὶ χείλεσιν ἆσθμα
ἐμφαίνει, κοίλων ἔνδοθεν ἐκ λαγόνων.
Πηδήσει τάχα χαλκὸς ἐπὶ στέφος, οὐδὲ καθέξει
ἁ βάσις. ὢ τέχνη πνεύματος ὠκυτέρα.

Nec abſimiliter de icone Iſthmionicæ Clitomachi, qui eadē die pugilatu, pancratio, & lucta (hic quidem ita vt rectus permaneret, nec in terram deiiceretur) vicerat; Alcæus [c] cecinit:

Οἷον ὁρῇς, ὦ ξεῖνε, τὸ χάλκεον εἰκόνι λῆμμα

[a] ſub initium.

[b] lib. 4. antholog. cap. εἰς ἀγωνιστῶν εἰκόνας, vbi de Lada Brodæus eruditiſſ. è Laconicis Pauſaniæ & Corinthiacis & Solino, quib. adiicito auctorē Rhetoricorū ad Herennium initio lib. 4. quaſi ſi quis ad Olympicū venerit curſum, & ſteterit vt mittatur: impudentéſque illos dicat eſſe, qui currere cœperint: ipſe intra carceres ſtet, & narret aliis quomodo Ladas aut Boiſcus Sicyone curſitarint: ſic iſti cùm in artis curriculum deſcenderunt, &c.

[c] Epigrammate eiuſdem cap. εἰς ἀγωνιστῶν εἰκόνας.

Κλειτομάχε τοίαν ἑλλὰς ἐσεῖδε βίαν.

& cætera quæ libro tertio proponam : & Troilus grammaticus de Lyrone luctatore [a],

εἰκὼν, τίς σ' ἀνέθηκε, τίν@ χάειν, ἢ τίνι, λέξον.

Ἀντὶ παλαισμοσύνης θῆκε λύρωνι πόλις.

[a] *Epigramm. penult. eiuſdẽ cap.*

*Icones, ſiue imagines Martyrum in baſilicis commendatæ.* Ἐπαναπαλαῖσαι. *Icon Caſſiani martyris : itẽ Hippolyti, ac Euphemiæ denique. Verba Greg. Nyſſeni de martyrum iconibus præclara : item Eunapij. Vbi etiam de orationibus ſupplicibus veterum Chriſtianorum ad martyria, qui locus malè acceptus ab interprete doctiſſimo à nobis caſtigatus & expoſitus : eiq; tertius à Theodoreto perilluſtris adhibitus. De Eunomi Citharœdi ſtatua locus Clementis Alexandrini eximius. Citharœdorum qui ſuperati forent verberatæ ſtatuæ. Miltiadi poſt Marathoniam victoriam talis honor ſtatuæ, qualis Olympionicis attributus, itemq; alijs ducibus. Athletarum icones Ethicæ, ſignifices, ſiue ſtatuarij Ethici. Demetrij Phalerei locus diligenter expenſus, vt eò referatur.*

## Cap. XXI.

AD ſęcularium verò athletarum exemplum, (ex quorum itidem conſuetudine, quam initio ſermonis huius attigimus; martyres ſimiliter Saluianus Maſsilienſis [b] Carthaginem, hoc eſt, patriam ſuam paſsionibus ſuis coronaſſe dixit) in Græcia primùm inter Chriſtianos receptum fuiſſe morem illum, & ſancto quidem (vt videtur) ac laudabili propoſito inſtitutum credimus; Diuis illis Apoſtolis, atque martyribus, quos cum Beato Auguſtino [c], immò cum Catholica omni Eccleſia laudamus, glorificamus, admiramur; quorum dies pia ſolemnitate celebramus, quorum merita veneramur, & ſi poſſumus imitamur : veris vtique ac legitimis Olympionicis iconas, ea etiam quæ pro Chriſtiana fide pertulerint ſupplicia more illo athletico exhibentes erigendi ſcilicet, in templis, baſilicis, ſiue Eccleſiis atque martyriis : in quibus, & verò ſupra memorias ipſas ac ſepulchra martyrum celebrari miſſas, Felix Romanus inſtituit, qui Eccleſiæ Chriſti Romanæ atque Catholicæ, Aureliano imperatore præfuit [d]:

*Nemo puras vbi rogando fruſtrà congeſſit preces,*
*Lætus hinc terſis reuertit ſupplicator fletibus,*
*Omne quod iuſtum popoſcit impetratum ſentiens;*

[b] *lib. 7. de gubernat. Dei ex quo etiam ſcripſi ca. 13. lib. 3. Semeſt.*

[c] *tractat. 11. qui eſt de vrbis excidio. tom. 9. oper. D. Auguſt. f. 331.*

[d] *hoc deſumptũ è lectio 3. in breuiario Roma. ad 30. diem Maij.*





vt Prudentius cecinit [a] : in quibus nimirum ad certamen pro fide in Chriſtum aduerſus poteſtates, quaſlibet etiam aërias, & ſpiritualia nequitiæ, carnis deſideria [b], carnémque ipſam (cum qua ſpiritus aſsiduè luctandum habet) illorum exemplo fortiter ſtrenuéque ſubeundum accendimur, de quibus eleganter & grauiter τὸ ἐπαναπαλαῖσαι (quod athleticum ſeu agoniſticon verbum eſt) in ſacroſanctis Synodorum canonibus dicitur [c];

*---quos nec catenæ, dira nec mors terruit,*
*Vnicum Deum fateri ſanguinis diſpendio.*

(vt cum ipſo Prudentio loquar) & quorum pretioſa mors in cõſpectu Domini fuit [d]) talis icon illa Caſsiani Forocorneliani martyris extitit, quæ ab ipſo Prudentio [e] ita deſcribitur

*Erexi ad cælum faciem, ſtetit obuia contrà*
*Fucis colorum picta imago martyris,*
*Plagas mille gerens totos lacerata per artus,*
*Ruptam minutis præferens punctis cutem,*
*Innumeri circum pueri (miſerabile viſu,)*
*Confoſſa paruis membra figebant ſtilis.* & cæt.

Itemq; altera Hippolyti non ficta quidẽ, & cælata, ſed picta, & cuius idem Prudentius [f] his verbis meminit περὶ στεφάνων,

*Exemplar ſceleris paries habet illitus, in quo*
*Multicolor fucus digerit omne nefas.*
*Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget vmbris*
*Effigians tracti membra cruenta viri.*

Talis poſtremò illa Euphemię martyris ac virginis icõ, quam in Ecphraſi [g] ſua B. Aſterius epiſcop. Philoſtratico [h] exemplo quopiam & more, ita repręſentauit : vt non picturã enarraſſe, ſed martyrij totam hiſtoriã ipſe ἠθικῶς depinxiſſe, oculíſque legentium agonem huiuſmodi velut aſpectantium fideliter ſubiecisſe videatur; nam præterquàm quòd ciuis & ſacrificij

[a] *περὶ στεφάνων hymno primo qui hemiterio & chelidonio dictus, f. 95. Adde Theodoretum ſub initium lib. 8. de curatione Græcarũ affectionum, qui eſt de martyrib. fol. 212. editionis Græcolatinæ ad annum 1592.*

[b] *vide apud D. Petrum Epiſtol. cap. 2. verſic. 11.*

[c] *cap. 1. Synodi Ancyritanæ, vnde ſumptus can. preſbyteros diſtin. 50. apud Grat. vbi Latina interpretatio luctæ vocabulũ præfert. Vnde in Martyrolog. (ex quo de Adriano in breuiario ad 8. Septembris) martyrij certamẽ fœliciter abſoluit.*

[d] *Dauid Pſalm. 115. Credidi. ver. 5. citatus in hãc rem à B. Clemẽte de martyribus agẽte lib. 5. Apoſtolic. conſtitut. cap. 8. cuius initium περὶ ᾗ τῶν μαρτύρων, fol 76. editionis Venetæ anni 63.*

[e] *hymno 9. περὶ στεφάνων.*

[f] *hymno 11. ad Valerianum epiſcopum.*

[g] *extat in Euphemiam martyrem Ecphraſis Aſterij in actione 4. ſeptimæ ſynodi, quæ ſecundò habita Nicææ, fol. 500. editionis Venetæ. Euphemiam ſub Diocletiano Imper. & Priſco Proconſule tormenta, carceres, verbera, argumenta rotarum, ignes, pondera lapidum, beſtias, plagas, virgarum ſerras acutas, ſartagines ignitas pro Chriſto ſuperaſſe : ſed rurſus in theatrum ad beſtias ductam cùm oraſſet ad Dominum vt iam ſpiritum ſuum ſuſciperet, vna ex iis morſum ſacro corpori inſigente, cæteris pedes eius lambentibus, immaculatum ſpiritum Deo reddidiſſe in Martyrologio Romano traditur ad 15. Calend. Octob. fol. 410. editio. Antuerp.* [h] *Philoſtratus Lemnius εἰκόνας deſcripſit ſtylo florido, è quibus in hoſce libros non pauca tranſlata de Arrichione & aliis.*

crificij ſodales propter quod mortua eſt, veluti virilem & ſacram admirantes virginem, capſam (vrculam nempe reliquiarum ipſius, quas Græci quoque λείψανα nuncupant) exponentes, laudibus illam efferre, feſtumq; annuum cum ſumma & totius populi ſolemnitate celebrare; æditous autem diuina myſteria oſtẽdere populo, & oratione memoriam illius celebrare; & quomodo certamen fortitudinis ſubiiſſet, aduenientes docere (ad exemplum hæc quidem omnia moris circa hieronicas athletas obſeruati) ſolitos memorat: inſuper à pictore pietatis ſtudioſo vniuerſam hiſtoriam quo potuit artificio prope capſam in ſindone repræſentatam, atque ibi dedicatam ſcribit: ſed accuratè adeò, vt ipſum picturæ artificium ſingillatim exprimat: iudicem nempe in alta ſella ita collocatum, vt toruis oculis aſpiciens virginem iraſci quoque intelligeretur; Commentarienſes cum tabulis ac ſtylis ad manum, quorum vnus inclinato ad virginem vultu iubere videatur, ne quid ſeciùs exciperet, aut prætermitteret: cùm ipſius interim virginis habitus pudore atque conſtantia permiſtus, oculos in terram defixos nimirum habentis, tanquam virorum conſpectum vereatur, formoſæ ac modeſtæ; amictus verò non alius quàm qui philoſophiam (vtique monaſticam, vt equidem interpretor, in qua ſignificanda multus eſt Nicephorus capit. 39. & 40. octaui libri Eccleſiaſt. hiſtor. quámque ἄσκησιν eſſe dictam oſtendimus huius libri capit. 28.) profeſſæ, vt, ſicuti pictor exiſtimauit, pulla veſtis & pallium [a] foret; deducendam ad iudicem duo milites, hic quidem à fronte ipſam traheret, alter à tergo protruderet: ſtaret ipſa intrepida coram iudice, certaminis amaritudinem (malim aſperitatem) nequaquam exhorreſcens. Multùm verò (ait Aſterius paulò pòſt) pictorem iſtum admiror, quòd longè magis coloribus mores expreſſerit, affectiones pudoris & virilitatis (quæ tamen inuicem pugnant) affabrè commiſcens. Progrediente verò hac imitatione populares in tuniculis nudi ipſam rem iam aggrediuntur. Hic enim arrepto capite virginis, & in tergum reflectens alteri ad pœnam virginis ora exhibet. Adſtans ergo ille dentes virginis excutit. Malleus autem & terebra tormenti ſunt inſtrumenta; ſed lachrymas fundo: nam & mihi hæc paſſio vocem

[a] *de monachorũ & aſcetriarum pullo amictu atque pannoſo diximus lib. 3. Semeſtr. cap. 21.*



vocem aufert, vt amplius loqui nequeam; nam tam exactè ſanguinis guttas pictor defluẽtes depinxerat, vt iuraueris à labiis profluere. Virgo autem iterum carcerem petens in pulla veſte ſola ſedet, manuſq; ad cœlum extendens, Deum malorum depulſorem alloquitur. Fundente autem hac orationem, apparet ſupra caput illius ſignum quod Chriſtianorum conſuetudine adoratur, & paſsim inſcribitur: erat autem (vt arbitror) ſymbolum pœnæ, quam illa erat ſubitura. Deinde quoque pictor alias ignem vehementem rutilante colore, hinc inde accenderat, etiam flammam faciens corpoream. Conſtituit autem eam mediam, manibus quidem ad cœlum elatis nullos dolores horrentem: ſed potiùs vultu læto gaudentem, quòd ad incorpoream & beatam vitam ſit tranſmigratura. Huc vſque pictor manum tabulæ: ego verò verba adhibui. Hactenus Aſterius.

Quæ omnia de iconib. martyrum (nam de iconica Chriſti Domini Deiq; noſtri ſtatua [a] non loquor) ad exemplum athletarum vetuſtorum ita formatis, vt ipſa etiam certamina, & victoriæ tanquam verorum hieronicarum cælaturis, picturíſque oſtenderentur, cùm longè anteà hoc adſcripſiſſem loco: incidiſſe me in Gregorij Nyſſeni [b] grauiſsimum ad hanc certè rem (vt videtur) teſtimonium magnopere ſum lætatus: quod in hæc verba (interpretis Latini fide) conceptum ſcias; Oblectatur dum ædem, vt templum Dei, & magnitudine ſtructuræ, & adiecti ornatus decore ſplendido elaboratum intuetur: vbi & faber in animalium figuram lignum formauit, & pictor induxit etiam formas artis in imagine depictas fortia facta martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas, & immanes Tyrannorum formas, impetus violentos, flammeam illam fornacẽ, beatiſsimam conſummationem athletæ (nota iſtud [c] & item quod ſequitur de agonotheta Chriſto, ſic enim

[a] *quam ad Euſebij vſque tempora permãſiſſe, ſicut ipſe oculis ſuis inſpexit: eo citato Gregorius Turonenſis prodit lib. 1. de miraculis cap. 21. 22. 23. ſanè Imagines Chriſti cõmendans Ioann. Damaſcenus lib. 4. de fide orthod. cap. 17. hanc adfert rationẽ quæ ad ea quæ tractamus omnino pertinet:* ἐπειδ' οὐ πάντες ἴσασι γράμματα, οὐδὲ τῇ ἀναγνώσει σχολάζουσιν, οἱ πατέρες συνεῖδον ὥσπερ τινὰς ἀριστείας *(hoc notandum)* ἐν εἰκόνι ταῦτα γράφεσθαι εἰς ὑπόμνησιν συντόμως. *De imagine Chriſti Domini veneranda integram ipſius proportionem exprimente, quam Chriſtianus quidam apud Berytum ex aduerſo lectuli fixerat, hiſtoriam enarrauit B. Athanaſius admirabilem ſermone de imagine Ieſu in Beryto, vnde ſumpta plurima in actione 4. ſynodi 7. tomo 3. concil. fol. 503. legere eſt.* [b] *oratione in Theodorum ſub initium.* [c] *cui ſimile quod in actione 4. ſynodi Nicenæ ſecunda refertur ex epiſtola Nili de Platonis martyris icone agentis tomo tertio Conciliorum, fol. 506. Venetæ editionis, vt non dubitandum ſit, quin omnibus locis Deum per ipſos martyres inuocantibus, mirifica & admiranda præclari illi athletæ per Dominum Chriſtum dare poſſint: & quod in actione 1. eiuſdem ſynodi, fol. 459. in Theodoſij confeſſione ſic ſcriptum: eadem ratione & reliquias ſanctorum veneror, & honore proſequor, & ſaluto, veluti athletarum & certatorum pro Chriſto, & cæt. Ducta igitur ab athletis ſeculi metaphora ſic ſcriptum de confeſſoribus & eremitis vetuſtis reperio apud Nicephorum Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 8. cap. 40. in extremo, vbi de Paulo ſimplice eremita: ipſum quippe*

*per ſeipſum philoſophari egregiè admodũ iam ſenem: qui ſcilicet ſtudium id non à puero eſſet meditatus, ſed nõ ita pridem ad certamen tale deſcendiſſet, ſed & De⁹ cœlitùs quæ de eo Antonius pronũciauerat, authoritate ſua cõfirmauit: breuiq; ita clarum reddidit virum, vt melior etiã præceptore ad dæmones lucta ſupplãtandos atq; propellendos eſſet.*

ſic enim ſcripſiſſe Nyſſenum Græcè, autumo) certaminum præſidis Chriſti humanæ formæ effigiem omnia nobis, tanquam libro quodam, & cætera certamina atq; labores martyris nobis expreſsit, ac tanquàm pratum amœnum, & floridum templum ornauit & reliq. Nam quod ab Eunapio Sardiano Chriſtiani licet nominis hoſte acerrimo, ac proinde id quod ſubiiciam, deridente ac reprehendente, de Monachis Chriſtianis ad ipſum Ægyptium Canopũ ſub Iuliano etiam Parabata Imperatore, vt & apud Alexandriam martyrum ſeruilibus verberibus publicè punitorum, extremíſque ſuppliciis conſumptorum capita, oſſaq; corpori aptantibus atq; connectentibus, & ad ipſorum Diuis noſtrarum apud Deum precum arbitris, miniſtris, & legatis adſcriptorum tumulos, monumenta, ipſaq; adeò ſimulachra vulnerum inflictorum cicatrices exhibentia, cultus & religionis ergò prouolutis, & puluere fœdatis traditur; manifeſtius eſſe arbitror, & ad ſuperiora omnia illuſtranda commodius, quàm vt à me prætermitti debuerit: quod tamen feciſſet fortaſſe alius quiſpiam, qui ex Hadriani Iunij doctiſsimi alioquin medici verſione, atque interpretatione, de conditis & ſaltis martyrum capitibus, corporibúſque ſcelerum ac nequitiæ (vt prophanus auctor loquitur) veſtigia circumferentibus, Eunapij locum accepiſſet: cùm tamen τὸ συναλίζοντες non ſalitionem, ſed copulationem, aptationémque, aut conglomerationem; & τὸ εἰδώλοις non corpora, ſed ſimulachra, & ſtatuas ſiue iconas expreſſa martyrum vulnera repræſentantes, oculíſque ſubiicientes ſignificet: quo loco [a] ſic ſcriptum, τοὺς δὲ μοναχοὺς τούτους, καὶ εἰς τὸν Κάνωβον καθίδρυσαν ἀντὶ τῶν νοητῶν θεῶν εἰς ἀνδραπόδων θεραπείας, καὶ οὐδὲ χρηστῶν καταδήσαντες τὸ ἀνθρώπινον. ὀστέα γὰρ (ſic enim legendum ex vetuſto manuſcripto Antonij Fumæi collegæ quondam in libellorum ordinario, & comitatẽſi magiſterio mei, qui vtendum, & conferendum cum impreſſo lubens commodauerat, pro quo Hadriani liber habuit, οἵ τε γὰρ) καὶ κεφαλὰς τῶν ἐπὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασι ἑαλωκότων συναλίζοντες, οὓς τὸ πολιτικὸν ἐκόλαζε δικαστήριον, θεούς τε ἀπεδείκνυσαν, καὶ προσεκαλινδοῦντο ....... καὶ κρείττους ἀπελάμβανον εἶναι μολυνόμενοι πρὸς τοῖς τάφοις, μάρτυρες γοῦν ἐκαλοῦντο, καὶ διάκονοί τινες καὶ πρέσβεις τῶν αἰτήσεων παρὰ τῶν θεῶν ἀνδράποδα δεδουλευκότα

*[a] in vitis Sophiſtar. in Ædeſio, fol. 75. Græc.*

κακῶς,



κακῶς, καὶ μάστιξι καταδεδαπανημένα, καὶ τὰς τῆς μοχθηρίας ὠτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα. ἀλλ' ὅμως ἡ γῆ φέρει τούτους τοὺς θεούς. Quæ ideò verba proponere libuit, vt vel ipſo impij, ac prophani ſcriptoris, vetuſti tamen & procerum illorum Chriſtianorum temporibus, vicini, teſtimonio minimè ſuſpecto, diſcant intereà credántque, ac intelligant, ſanctiores non paucæ (Dei gratia) hoc infelici, & ad quaſlibet hæreſes conſectandas, atque amplectendas procliui ſæculo animæ, quemadmodum antiquo, receptóque à primoribus Chriſtianis, ac monachis more, cultus religioſus & ſanctis aliis, & verò martyribus exhiberi debeat: quorum memorias, atque monumenta in ipſis idolorum templis poſt eiecta ſcilicet idola, conſecrare minimè dubitabant; quod futurum Antoninus ille ab Eunapio nominatus præuiderat, paſsimq; prædicarat: de quo ſic ibidem ſcriptum legimus, τοῦτο γοῦν εἰς μεγάλην πρόνοιαν, καὶ Ἀντωνίνου συνετέλεσεν, ὅτι πρὸς ἅπαντας ἔφασκεν τὰ ἱερὰ τάφους γενήσεσθαι. De illo quem dixi martyrum cultu, & ad martyria frequenti Chriſtianorum conuentu, laudibúſque ac hymnis Domino martyrum decantatis: actíſque ob accepta varia beneficia, gratiis, perſolutis votis, anathematis argenteis aureiſq; conſecratis; cùm vilia & exigua quamlibet munera Dominus ipſorũ non dedignetur, ſed ex integra & pura offerentium voluntate ac facultate metiatur: nihil ſimplicius, religioſius, aut verius; nihil porrò elegantius aut ſignificantius proponi ob piorum oculos queat; quàm quod à Theodoreto Cyrenſi [a] ſcriptum in hæc omninò verba: οἱ δέ γε τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὶ λαμπροί, καὶ περίβλεπτοι, καὶ μεγέθει διαπρεπεῖς, καὶ παντοδαπῶς πεποικιλμένοι καὶ κάλλους ἀφιέντες μαρμαρυγάς· εἰς δὲ τούτους οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς τοῦ ἔτους ἢ πεντάκις φοιτῶμεν: ἀλλὰ πολλάκις μὲν πανηγύρεις ἐπιτελοῦμεν, πολλάκις δὲ ἡμέρας ἑκάστης τῷ τούτων δεσπότῃ τοὺς ὕμνους προσφέρομεν. καὶ οἱ μὲν ὑγιαίνοντες αἰτοῦσι τῆς ὑγιείας τὴν φυλακήν. οἱ δέ τινι νόσῳ παλαίοντες τὴν τῶν παθημάτων ἀπαλλαγήν, &c. quæ ſequuntur, οὐχ ὡς θεοῖς αὐτοῖς προσιόντες, ἀλλ' ὡς θείους ἀνθρώπους ἀντιβολοῦντες: καὶ γενέσθαι πρεσβευτὰς ὑπὲρ σφῶν παρακαλοῦντες· ὅτι δὲ τυγχάνουσιν ὧν περ αἰτοῦσιν οἱ πιστῶς ἐπαγγέλλοντες, ἀναφανδὸν μαρτυρεῖ τὰ τούτων ἀναθήματα, τὴν ἰατρείαν δηλοῦντα· οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν, οἱ δὲ ποδῶν, ἄλλοι δὲ χειρῶν προσφέρουσιν ἐκτυπώματα· καὶ οἱ μὲν ἐκ χρυσοῦ. οἱ δὲ ἐξ ὕλης

*[a] 8. ſermo. de curat. Græcar. affectio. qui eſt de martyrib. ſub finem in fol. 121. editionis Græcolat. anni 92. & fol. 122.*

Tt ἀργύρου

ἀργύρου πεποιημένα· δέχεται γὰρ ὁ τούτων δεσπότης καὶ τὰ σμικρά τε καὶ εὔωνα, τῇ τοῦ προσφέροντος δυνάμει τὸ δῶρον μετρῶν· δηλοῖ δὲ ταῦτα προκείμενα, τῶν παθημάτων τὴν λύσιν, ἧς ἀνετέθη μνημεῖα παρὰ τῶν ἀρτίων γεγενημένων. ταῦτα δὲ κηρύττει τῶν κειμένων τὴν δύναμιν. ἡ δὲ τούτων δύναμις τὸν τούτων θεὸν ἀληθινὸν ἀποφαίνει θεόν. Martyres profectò pro Chriſti nomine paſſos in omni honore habendos à Chriſtianis, Apoſtolica doctrina per B. Clementem [a] tradita his verbis comprehenſum; περὶ δὲ τῶν μαρτύρων λέγομεν ὑμῖν, ὅπως ἐν πάσῃ τιμῇ ὦσι παρ' ὑμῖν, ὡς καὶ παρ' ὑμῖν τετίμηται ὁ μακάριος Ἰάκωβος ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ ἅγιος ἡμῶν συνδιάκονος Στέφανος. οὗτοι γάρ εἰσι καὶ ὑπὸ θεοῦ μεμακαρισμένοι καὶ ὑφ' ὁσίων ἀνδρῶν τετιμημένοι, καθαροὶ πάσης πλημμελείας, &c. Nec verò eſt (opinor) quamobrem de collato à Catholicis noſtris in ſanctorũ ſtatuas iconicas honore (quam venerationem ἀσπασμὸν, ſalutationem, deoſculationem; exq; eo adorationem dicimus [b] recentiores Gnoſtici, quæſito zeli & pietatis in Deum colore tantopere vociferentur: qui dum vehementiùs excandeſcunt, immemores aut ignaros (nam tales potius, quàm temerarios improbatores exiſtimare malim) eius quod eſt alicubi à Petro Chryſologo [c] traditum, ſeſe oſtendunt: perfectam deuotionem hoc debere imagini, quod debet & Regi. Itemq; eius, quod ab ipſo D. Ambroſio [d] ſic ferè; qui coronat imaginem Imperatoris, illum vtique honorat, cuius imaginem coronauit; & qui ſtatuam contempſerit Imperatoris, Imperatori vtique, cuius ſtatuam conſputauerit, feciſſe videtur: & à D. Ephrem, [e] vbi lignum inanimatum propterea quòd Regis, aut Principis imaginem exprimat, honorari ſcribit. Non enim idololatrarum paganorum in morem, ab imaginibus vllis quicquam aut ſperamus, aut

*[a] lib. 5. conſtitut. Apoſtolic. cap. 8. quod antè citauimus, vbi præclarè Fran. Turriani notæ in eã rem videndæ.*

*[b] vide in actio. 4. Nicænæ 2. ſynodi, vbi de lib. Maximi Abbatis & confeſſoris tomo 3. concilior. fo. 508. editio. Venetæ, & actio. 3. fol. 493.*

*[c] Epiſc. Rauenn. ſermo. 147. vide etiam de honore reliquiarũ Martyrum non cultu tamen aut adoratione, Hieronymum ad Riparium epiſt. 53. & librum ei adiunctũ aduerſus Vigilant. col. 160. & ſeq. tom. 1. de Iconibus Imperatorum ad ciuitates miſſis, in quibus non tabulam perfuſam cera, ſed Imperatorem honorari traditur: videto in Nicæna ſynod. 2. act. 1. fol. 459. tom. 3. concil. editio. Venetæ, in confeſſio. Theodoſij, & altero loco quem Cuiacius citat ad l. 1. tit. vlt. lib. 12. C. Iuſtinia.*

*[d] ſerm. 10. in Pſal. 118. Addeſis quod in actione 4 ſynodi 7. ſiue Nicænæ ſecundæ iam citatæ, fol. 513. traditur ex Anaſtaſij Theopoleos epiſcopi ſermone ad Simeonem Boſtrorum de ſabbatho. Quemadmodum cùm quiſpiam temulentus in imaginem Imperatoris impetum faciens iuſtè corrigitur, veluti ipſum Regem ignominia affeciſſet: cùm tamen ipſa imago nihil ſit præterquàm lignum, aut colores cum cera mixti, & cæt.* *[e] in ſerm. de exercitat. fol. 87. pag. 2. adde Cyrillum Catecheſi 12. & Ioan. Damaſcenum cap. 17. lib. 4. de fide orthod. vbi inter cætera ὅτι ἡ πρὸς τοὺς εὐγνώμονας τῶν ὁμοδούλων τιμὴ ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην εὐνοίας. καὶ ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ πρὸς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, ἔστι δὲ ἄγραφος ἡ παράδοσις. quod vtique deſumptum à Baſilio Magno in hanc ſententiam citato in exemplari ſynodicarum literarum Theodori Patriarchæ Hieroſoly. relato in actione 3. ſynodi Nicænæ 2. volum. 3. concilior. edition. Venetæ, fol. 492. vbi de honore ſanctis ipſorúmque imaginibus, & reliquiis exhibendo plurima.*



poſtulamus opis, auxilij, beneficij [a]. Etſi certis locis, perq; certas imagines velut inſtrumenta quæpiam, præſentiorem vim numinis pleroſque (quorum animam fides, ac deuotio vehementior in precibus ad cœlum euehebat) olim expertos, hiſtoricis Eccleſiaſticis Græcis & Latinis ſanctorúmque non minùs quàm omni diſciplinæ genere inſtructorum ſcriptis, ac minimè fallacibus teſtimoniis addocemur [b]. Et nihil mirum (vt ab Euſebio Gregorius Turonenſis [c] retulit) ſi ſibi qui ex gentibus crediderunt, pro beneficiis quæ à Saluatore fuerant conſecuti, huiuſmodi velut munus (de iconica ſtatua loquitur) videbantur offerre: cùm videamus etiam nunc & Apoſtolorum Petri vel Pauli, & ipſius Saluatoris imagines deſignari, tabuliſque depingi. Atque hoc inſuper ſcimus verè dictum à Philoſopho [d], ὅτι εἴ τις χαίρει τὴν εἰκόνα τινὸς θεώμενος, μὴ δι' ἄλλην αἰτίαν ἀλλὰ διὰ τὴν μορφὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον τούτῳ καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν θεωρίαν οὗ τὴν εἰκόνα θεωρεῖ ἡδεῖαν εἶναι. Qua de re plenius commodiore loco ſi Deus Opt. Max. dederit.

Poſtremò addam hoc quoq; circa iſtas hieronicarum ſtatuas; non modò poëtis actoribus ſcenicis & choragis decerni pro præmio ipſarum ſimul cum coronis honorem in agonibus Muſicis ſolitũ, ſicuti agoniſtico primo [e] affatim oſtenſum fuit; verùm etiam citharœdis. Itaque cùm Eunomo citharœdo Pythicis ludis ſub æſtum diei grauiſsimum canente, iugo citharæ cicada inſediſſet; ibíque accinuiſſet, veluti concentu illo cantus certamen cum Eunomo ipſo ſubitura, vt eſt in fabulis: ob eius rei memoriam in poſterum renouandam, citharœdo illi Locrenſi erecta ſtatua iconica; ſimul & cicadæ (quæ in pulſatæ citharæ iugum inuolaſſet, ibique ſtridens acquieſceret) aſsimulata ſpecies, quemadmodũ Clemens Alexandrinus [f] memorat: ἐκοινοῦ ᾠδῇ (ait inter cætera) τῇ Εὐνόμου ἄγεται ὁ τέττιξ ὡς ὁ μῦθος βούλεται, χαλκοῦν ἀναστήσαντες Πυθοῖ τὸν Εὔνομον, αὐτῇ τῇ κιθάρᾳ, καὶ τὸν συναγωνιστὴν τοῦ Λοκροῦ. ὁ δὲ ἐκὼν ἐφίπταται καὶ ᾄδει ἑκών· Ἕλλησι δὲ ἔδοξε ὑποκριτὴς γεγονέναι μουσικῆς. Ac meritò

*[a] honorãdas imagines propter eos quos ipſæ repræſentant, nihil ab imaginib. petendum aut vllam in eis credẽdam diuinitatem ipſo Concilio Triden. definitũ, ſeſſ. 25. ex quo præclarè Bellarm. controuerſ. 7. lib. 2. cap. 12. 21. 24. & 25. vide ſi vacat Põtificale Romanũ Venetiis editum apud Iuntas an. 1582. fo. 174. pag. 2. in cap. de benedictione imag. alior. ſanctor. Fr. Turrianũ in notis ad illud: & qui ea quæ cogitatione ficta ſunt pro veris honore & gloria afficiũt ex lib. 5. Apoſtol. conſtit. apud Clementem cap. 11. ad extremum in fol. 67. edit. Antuerp. anno 1578. B. Gregorium ad Serenum epiſc. in vol. 3. Concil. inter decreta Gregorij Papæ, fo. 33. edit. Venet. cuius epiſto. extat etiã lib. 7 epiſto. 109. col. 982. vbi ſanctorum imagines in eccleſiis ita retinendas, vt non adorẽtur, ſed non effringendas tradit: ſicut epiſtola itidem 9. lib. 9. col. 1046.*

*[b] videſis actione 4. ſynodi ſeptimæ, tomo 3. concilior. fol. 502. vbi de miraculis S. Martyris Anaſtaſij.* *[c] lib. 1. de miraculis cap. 21. & videndus Euſebius Eccleſ. hiſtor. lib. 7. cap. 14. ex Ruffini interpretatione: in authentici verò Græci cap. 18. fol. 76. Nicephorus inſuper Calliſtus lib. 6. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 15. & 16. & lib. 10. cap. 30.* *[d] lib. 9. πολιτικῶν cap 5. fol. 224. Vvechel. edit.* *[e] lib. 1. cap. 3. ſub finem, & cap. 20.* *[f] initio protreptici ad Græcos, hoc eſt, ad gentes, fol. 5. Medic. lib.*

ritò quidem cicadæ; quando ſub ipſius ſpecie Apollo canenti orthium citharœdo cùm neruus deficeret, reſpondiſſe à veſana gentilitate creditus: id quod ad Iamblicum Iulianus Imperator [a] ſic ferè ſcribit; καὶ κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον [b] ᾄδοντι πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο. Apollo inquam ille cuius citharã tenentis ſignum apud Delphos vbi celebrata Pythia, poſitum fuiſſe, libri ſuperioris capite 25. admonui.

[a] *in epiſto. Lutetiæ excuſis ann. 83. apud Duualium, fol. 299.*

[b] *de hoc Orthio nomo vide locos apud Suidam in* Ὄρθιος νόμος, *&* *in* Τιμόθεος, *& apud Athenæum lib. 14. Deipnoſo. fol. 269. vbi de Pyrrhica* τακτέον δὲ ἐπὶ τῆς πυρρίχης τὰ κάλλιστα μέλη καὶ τοὺς ὀρθίους ῥυθμούς, *& apud Nonnum lib. 19. Dionyſiacôn, fol. 336.*

Inſuper animaduertendum hoc quoque, quod ex quodam Xiphilini, aut Dionis loco non ita pridem obſeruabam; vapulare ipſas ab eorum victoribus ſolitas, tanquam hoc genere victi, ad quos ea velut ignominia quædam redundaret, in ſuis ipſi ſtatuis pœnas verberibus darent. Circa citharœdorum quidem ſtatuas id vſuueniſſe Neronis temporibus, hæc Dionis [c] verba manifeſtum faciunt: καὶ τὸν παμμέγεθη ἐκεῖνον ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἀκμάσαντα κατηνάγκασε, καὶ τὸν γέροντα ὄντα ἀγωνίσασθαι· ἵνα αὐτοῦ τοὺς ἀνδριάντας κρατήσας αἰκίσηται. Niconem athletam eximium quempiam fuiſſe reor; de cuius demortui verberata ſtatua, & cùm verberantes oppreſsiſſet, damnata cædis ſecundum draconis leges, atque deturbata apud Thaſios, póſtque reſtituta ex oraculo Pythiæ Suidas in hæc verba narrat: ἀπελθόντος γὰρ αὐτοῦ ἐξ ἀνθρώπων, τῶν ἀπεχθανομένων τις ὡς ζῶντι αὐτῷ παρεγίνετο ἐπὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐμαστίγου αὐτήν, ἐς ὃν (ſic lego, pro ἐς ὃ) πεσοῦσα ἐκείνη ἠμύνατο τὸν ὑβριστήν. τοῦδε οἱ παῖδες ἐπεξῄεσαν φόνου, ἐπὶ τῇ εἰκόνι· καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσιν αὐτὴν κατὰ νόμον Δράκοντος Ἀθηναίου, ὑπερορίζοντος φονεύοντας καὶ τὰ ἄψυχα· ταύτην γὰρ ἡ Πυθία ἔχρησε, κακῶς Θασίοις πράττουσιν ἀνενεγκεῖν, & cæt. καὶ ἔστησαν αὐτὴν οἱ Θάσιοι ὅθι καὶ πρότερον ἦν. Et quod valde mirum, non maiore quàm Olympionicas honore ſtatuarum iconicarum Imperatores, qui de hoſtibus victoriam inſignem aliquam cum ſpoliis retuliſſent, ab Athenienſibus olim affectos reperias. Milciadi quidem qui in campis Marathoniis Athenas, totámque Græciam liberauit, talem honorem tributum eſſe narrat Æmilius Probus, [d] in porticu quæ Pœcile vocatur, cùm pugna depingeretur Marathonia: vt in decem prætorum numero prima eius imago poneretur, iſq; hortaretur milites, præliúmque committeret. Et tamen idem ille populus, poſteaquàm maius imperium eſt nactus, &

[c] *apud Xiphilinum Nerone, fo. 176.*

[d] *Milciade.*

largi



largitione magiſtratuum corruptus eſt, trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo decreuit. Panæus frater Phidiæ qui prælium illud Athenieſium aduerſus Perſas apud Marathona factum pinxit, in eo iconicos duces pinxiſſe traditur (quomodo apud Plinium [a] legimus) Athenienſiũ Milciadem, Callimachum, Cynegyrum; Barbarorum Darim, Artaphernem: adeò iam colorum vſus percrebuerat, adeoq; ars perfecta erat, de qua verba faciens B. Aſterius epiſcopus in Ecphraſi [b] in Euphraſiam martyrem, huius picturam in Dei templo collocatam exhibiturus animis legentium: Dixiſſes Euphanoris fuiſſe artificium (ait) aut alicuius eorum qui picturæ plurimum dignitatis conciliarunt, non aliter pingentes tabulas ac ſi (malim quàm ſi, vertiſſe interpretem Aſterij, quem Græcè ſcripſiſſe iudico) viuas formas traderent. Ad athletas vt redeam, corúmque iconas ad naturæ veram ſimilitudinem expreſſas, vt picti mores viderentur: quamobrem ethicas vocatas conſtat, quibus excelluiſſe Ariſtidem Thebanum ab eodem Plinio [c] traditur: Zeuxim verò narrat ipſe paulò antè [d] feciſſe Penelopen, in qua pinxiſſe mores videtur, & athletam: adeoq; ſibi in illo placuiſſe, vt verſum ſubſcriberet, celebrem ex eo, inuiſurum aliquem facilius quàm imitaturum. In Ethicis pictoribus, aut ſignificibus, ſiue ſtatuariis Polygnotum Ariſtoteles [e] numerat, quo loco, δεῖ μὴ τὰ Παύσωνος θεωρεῖν τοὺς νέους, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτου κἂν εἴ τις ἄλλος τῶν γραφέων ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστὶν ἠθικός. Ac (niſi me animus fallit) de iconib. iſtis Ethicis ſentiebat Demetrius Phalereus [f]; cùm epiſtolam ac dialogum, ethici plurimùm habere debere nos doceret: epiſtola enim ſcribenda ferè fieri, vt animi ſui quiſque icona, hoc eſt imaginẽ veluti depictam exhibeat; exq; illa potiùs quàm alio quouis ſermonis aut ſcripti genere itidem deprehendatur, qualis quiſque ſit; & propemodum cernatur: πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολὴ (ait) ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος, ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐπιστολῆς. Hunc eius loci ex ambigua τοῦ γράφει, & non ita vulgari vocabuli τοῦ ἤθους ad iconem relati ſignificatione, argutiorem; quàm alioqui exiſtimauerit quiſpiam, eſſe ſenſum arbitror: quem ſatíſne perceperit aut ſaltem expreſſerit inter-

[a] *extremo cap. 8. lib. 35.*

[b] *videſis tom. 3. concilio. Nicænæ ſynodi 2. actio. 4. pagin. 500. editio. Venetæ.*

[c] *cap. 10. eiuſdem lib. æqualis eius (Appellis) fuit Ariſtides Thebanus: is omnium primus animum pinxit & ſenſus omnes expreſſit quos vocãt Græci Ethe: itẽ perturbationes, durior paulò in colorib. De Ethicis ſtatuariis & iconicis pictoribus mentio à Budæo facta, in annotæ. ad d. l. athletas, et à Cæl. Rhodig. in antiquar. lectionum libris.*

[d] *ad finẽ cap. 9.*

[e] *lib. 9.* πολιτικῶν *cap. 5.*

[f] ἐν τοῖς περὶ ἑρμηνείας *quod ſcriptum à Raphelengio Lugduni Batauorum nuper editum.*



pres

pres recens, eruditorũ aliorum eſſe iudiciũ volo; quod intereà dũ illi ſuſcipiunt, ſermonẽ ipſe de athletis inſtitutũ perſequor.

*Selecta quæpiam de Coronis athletarum. In menſis olim propoſitæ Olympicæ aureæ. Pindarus ea de re aliter ac ab interprete intellectus: Tertullianus interim caſtigatus. Hercules Callinicus & ab eo ſaltationi modóque tibiarum nomen, itemq; martyribus. Olea Calliſtephanus, quod hieronicarum coronæ olim ex oleaſtro apud Olympiam: non è lauro, vt perperam apud Chryſoſtomum alicubi ſcriptum. Athenis autem ex oleâ quæ μορία, ſed & oleum (quo etiam inuncti) oblatum præmio, Suidas in tranſitu caſtigatus. Arrianus atque Laërtius expoſiti. Olea ſignificationem & ad labores & ad ipſorum præmia. Sicut εἰρωνικοῦ καρποῦ nomen apud Beatum Paulum ad oleã inſigne pacis & victorialis ſeu victricis in ſtadio præmij pertinere.*

## Cap. XXII.

AD coronas hieronicarum quod attinet, de quib. apud ipſum Tertullianum eodem loco, & in illo Imperatorum reſcripto agitur, cuius verba ſuperiùs [a] propoſui; vt ab aliis tradita ne repetam, contra quàm ſtatui: hæc tantùm admonebo, quæ abſtruſiora & ignotiora exiſtimem. Imprimis autem iſtud, alias curſorum, alias luctatorum coronas fuiſſe: hoc Plutarchus in libro de tranquillitate animi [b] ſic enarrat; οὐδὲ γὰρ οἱ δρομεῖς ὅτι μὴ τοὺς τῶν παλαιστῶν φέρονται στεφάνους ἀθυμοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἀγάλλονται καὶ χαίρουσι· Σπάρταν ἔλαχες ταύταν κόσμει: quod non ita debet accipi, tanquam è diuerſo foliorũ aut ramorum genere confectæ fuerint coronæ; quæ iiſdem agonibus darentur, in quibus & luctatores inter ſe & pugiles cum pugilibus curſores aduerſum curſores decertarent: ſed vt ipſi & item cæteri ſuorum quiſq; præmiorum ergò, non inuidentes vtique aliis ipſorum coronas contenderent. Alioqui ſanè duo ſæpè vnus, & verò nonnunquam omnia ſibi auferebat præmia: qua de re cap. 20. & 21. Agoniſtici proximi diligẽtiùs videbitur. Præterea cùm Olympiæ ab initio tripodib. æreis, tum deinde menſis ex auro, & ebore compactis propoſitas athletarum coronas ex Pauſania [c] didicerimus; tametſi ex oleaſtro primum olympiæ coronatum Herculem Plin. lib. 16. cap. poſtremo memorat: fuiſſe iſtud in hoc agone præcipuum, vt eo qui viciſſent, aurea denique, nõ item vt in Olympicis æquè, ac cæteris ludis (in quib. permãſit) fieri antiquitus conſueuerat: contexta è certarum arborum foliis corona

[a] lib. 1. cap. 1.

[b] περὶ εὐθυμίας, fol. 839. lib. Stephanici.

[c] lib. 1. Eliacôn, fol. 124. & 130. & 131. Aldi. lib. κεῖται δὲ ὁ τρίπους ἐπίχαλκος ἐφ' οὗ πρὶν ἢ τὴν τράπεζαν ποιηθῆναι προετίθεντο τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι. Item ἡ τράπεζα ἐφ' ἧς προτίθενται τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι, &c. ἡ τράπεζα δὲ ἐλέφαντος μὲν πεποίηται καὶ χρυσοῦ, &c. vide quæ ſcribo infrà cap. 25.



corona (vnde φυλλίνους, ſiue φυλλοφόρους καὶ στεφανίτας ἀγῶνας eſſe nominatos accepimus [a]) athletæ donarentur: quamobrem à Pindaro [b] ματέρα χρυσοστεφάνων ἀέθλων dictam Olympiã, alij [c] adhibitis Thucydidis, atq; Æmilij Probi teſtimoniis, comprobarunt: quibus hoc etiam poſſis à Tertulliano [d] adiicere, quod lubenter hîc inſeram; vt in caſtigatione auctoris præſtãtiſſimi non leuis interim aut inutilis opera inſumatur: nam & ſi pre gaudio quis (inquit) ſpiritũ exhalet, vt Chilon Spartanus dum victorem Olympiæ filium amplectitur, & ſi præ gloria, vt Clidemus Athenienſis dum ab hiſtrionib. ob præſtantiam auro coronatur: vbi pro ab hiſtrionibus malo equidem (id quod in vetuſta lectione quam ſpreuit Pamelius, ſe tamen aſpexiſſe profitetur Barræus Pariſienſis Theologus, eruditiſſ. Tertulliani ſcoliaſtes) ab hiſtoricis; vel potiùs de hiſtoricis, quemadmodum Suetonius [e] loquitur: vt inter hiſtoricos ex numero (inquam) hiſtoricorum fuiſſe Olympiæ aurea corona donatum hieronicam Clidemum ille ſignificet, ab Theophraſto atq; Athenæo non ſemel honoris gratia appellatum. Hiſtoricis profeſſò ſua in Olympicis agonibus decreta & attributa premia fuiſſe crediderim; non tamen poëtis thymelicis aut actoribus ſcenicis, qua de re actum eſt ſuperioris libri 4. & 25. cap. Alioqui non foret, quò referri τῆς παιδεύσεως vocabulũ quiret, quod de Olympico agone loquens Iſocrates eo loco protulit, qui à nobis ad extremum tertij capitis eiuſdem libri adductus eſt. Nec dubito quin is fallatur, qui nunc nuper commentarios in Pindarum Latinos edidit, χρυσοστεφάνοις exponens καλλιστεφάνους: non quidem hactenus (quando hac de re agens ipſe Pauſanias [f] hoc eſt περὶ τοῦ κατὰ τὸν ὀπισθόδομον ὀλυμπικὸν πεφυκότος κοτίνου ita ſcribit, καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος, καὶ τοῖς νικῶσι τὰ ὀλύμπια καθέστηκεν ἀπ' αὐτῆς δίδοσθαι τοὺς στεφάνους) ſed quoniam ſine diſtinctione temporum, & quamobrem καλλιστέφανος diceretur oleaſter, haud ſatis intelligens; hoc addidit, non enim ex auro coronæ nectebantur, ſed ex oleaſtro; elegantes igitur vult dicere. At tu, bone vir, inelegans, & illepidus: qui diſtinguere tempora neſciſti, vt ſuperiora in concordiam adduceres; ſicut alio eiuſdem Pindari loco [g] hæc verba,

θαμὰ δὲ καὶ ὀλυμπιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν χρυσέοισι μιχθέντα.

fruſtrà

[a] vide Poll. lib. 3. Onomaſti. c. vlt. col. 190. Pindar. Olymp. Od. 8. antiſtrop. 4. Eunapium in Iuliano. pag. 120. Strab. li. 3. Geograph. Auſonij Eclogarium de luſtral. agon. Lucia. περὶ γυμνασίων ſub fin. de apio Plin. lib. 19. cap. 8. Plut. ſympoſ. problem. lib. 5. quæſt. 3. Hadri. Iuniũ lib. 4. animaduerſ. cap. 21.

[b] Olympio. Od. 8. ſtroph. 1.

[c] Muret. cap. 7. lib. 15. vbi Probi Alcibiade locum caſtigat.

[d] in de anima c. 29. nihil animæ in corporibus rema. poſ. poſt mort.

[e] Domitia. c. 13. è quo ſcripſi cap. 26. lib. ſuperior.

[f] Eliac. 1. fo. 126. Ald. edit.

[g] Od. 1. Nemeor. Epod. 1.

fruſtrà fuiſti, cùm eodem errore deceptus, coronas propter dignitatem aureas, quòd auro etiam præferrentur, non quòd re vera eſſent aureæ, appellari ſcriberes.

Initio quidem olympiacorum agonum victores oleaſtro illa Calliſtephano è Panſtethio ab Hercule in Olympiā tranſlata, ibíque inſita (cuius ab Ariſtophanis enarratore Ariſtotelis verba citante [a] mentionem fieri, cùm alij [b] viderint, nihil eſt quamobrem de ipſa pleniùs loquar) quę multa in luco enaſci cœpit Olympiæ vicino; quamobrem ibi τὰ ἄλση στεφανῶσαι τοὺς νικῶντας dixit Philoſtratus [c] non item auro coronatos minimè dubitari debet: atque vt mittam Pollucis de Olympica olea Calliſtephano & de ſacra olea, quæ moria nominabatur, in hæc verba conceptum teſtimonium, ab illis minimè animaduerſum; ex Onomaſtici primo, [d] vbi de variis oleæ appellationibus: ἡ δὲ ἱερὰ ἐλαία μορία· ἡ δὲ ἐν ὀλυμπίᾳ, καλλιστέφανος. Iſtud ipſum quod de oleagina Olympiæ corona monebamus modò; ipſum vel Dio Chryſoſtomus [e] (qui ab aliis tamen haudquaquam citatur) his verbis ſignificat; τὸν ὀλυμπιάσι στέφανον ἴστε δήπουθεν ἐλαΐνον ὄντα, καὶ τοῦτον πολλοὶ προτετιμήκασι τοῦ ζῆν: οὐχὶ τῆς ἐκεῖ φυομένης ἐλαίας ἐχούσης τι θαυμαστὸν, ἀλλὰ ὅτι μὴ ῥᾳδίως, μηδ' ἐπὶ μικρῷ δίδοται. Et ipſe Statius Papinius ſexta Thebaide [f] ſic admodum canens,

*---Primus Piſæa per arua*
*Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem,*
*Pulucreúmque fera crinem detorſit oliua.*

Prætereà Nonnus Dionyſiacis [g],

-- ἱερεὺς δ' ἐναγώνιος εἰς μέσον ἔστη
χειρὶ μιῇ καὶ κισσὸν ἔχων, καὶ θαλλὸν ἐλαίης
Βάκχῳ κισσινὸν ἄνθος, δεξισαίῳ δὲ προτείνων
Στέμμασι ποιάοισιν ἐοικότα θαλλὸν ἐλαίης
Παλλάδος ἁγνὸν ἄγαλμα---

Herodotus poſtremò, apud quem è Perſis circa Xerxem militibus vnus, cùm de Græcis ex vno perfugarum percontatus quidnam agerent, intellexiſſet ipſos agere olympia, gymnicúmque, ac equeſtrem agonem ſpectare, ſicuti libro ſuperiore [h] narrauimus: & rurſum interrogaſſet, quodnam illis præmium eſſet propoſitum, propter quod certarent? oleagina eos corona donari reſponſum eſt: quo audito Tigranē Artabani filium

[a] *in Pluto ad illud* κοτίνου στεφάνῳ.
[b] *Natal. Comes libr. 5. mytholog. vbi de Olympicis ludis.*
[c] *lib. 8. de Apollonio, fol. 55. pa. 2.*
[d] *lib. 1. cap. 12. col. 73. vbi* περὶ ὀνομάτων ἐλαίας.
[e] *Rhodiaco, fol. 233. Aldi. lib.*
[f] *in ipſo initio ſexti Thebaidos libri de corona ex Oleaſtro Olympica inſignē à Phlegōte Tralliano locum adfero cap. ſequen.*
[g] *lib. 19. fol. 342.*
[h] *lib. 1. cap. 25.*



filium teneri non potuiſſe refert hiſtoricus, quin palam exclamaret, hoc magnum quidem, ſed cuius ergò ipſe à Rege pro timido habitus fuit; Papæ Mardoni, in quos viros induxiſti nos ad pugnandum: qui non pecuniarum, ſed virtutis certamen agitant? ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ τι τὸ ἄεθλον εἴη σφι προκείμενον, περὶ ὅτου ἀγωνίζονται, οἱ δ' εἶπον τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. ἐνταῦτα εἴπας γνώμην γενναιοτάτην Τιγράνης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην ὦφλεε πρὸς βασιλῆος πυθόμενος γὰρ ἄεθλον ἐὸν στέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα, οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε πρὸς πάντας τάδε, Παπαὶ Μαρδόνιε κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγαγες μαχησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς. Herculem ideò poſt exanclatos illos famoſiſsimos labores duodecim, ita conſtituiſſe ludorum Olympiacorum celebrationem Diodorus [a] narrat; vt coronarium eſſe vellet non pecuniarium victori prȩmium: ſuo ſcilicet exemplo, atque imitatione, vt ad virtutē alij contenderent, ſed animorum gloria contenti; propterea quia & ipſe genus humanum gratis, nulláque accepta mercede ſummis affeciſſet beneficiis: στεφανίτην δ' αὐτὸν κατεσκεύασεν (inquit de Olympiaco ad Alphæum agone) ὅτι καὶ αὐτὸς εὐηργέτησε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων οὐδένα λαβὼν μισθόν. Quapropter tanto tamq; in humanum genus (vt veteres ethnici credidêre) benefico heroi nomen inditum Callinici fuiſſe cenſeo: cuius apud Suidam iniecta mentio ſic ferè, Καλλίνικος ὁ ἡρακλῆς: atque apud Laërtium in Diogene [b]; quo loco, νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ὁ τοῦ διὸς παῖς ἡρακλῆς καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. ἐπέγραψε, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Denique apud Ariſtidem * in ea in Herculem; vbi Callinici & Alexicaci cognomina partim ſoli, partim præ cæteris illi tribui ſcribit, à Cois verò etiam Alexin vocari: αἱ τοίνυν ἐπωνυμίαι (inquit) καλλίνικός τε καὶ ἀλεξίκακος ἡ μὲν μόνῳ θεῶν ἤδη ἐν τοῖς πρώτοις δέδοται· κῷοι δὲ ὡς ἐγὼ μέμνημαι καὶ ἄλεξιν τὸν ἡρακλέα νομίζουσι. Et ad finē illius orationis, εἴη δ' αὐτῷ τοῦτο ἐπᾳδόμενον ἰὴ παιὰν ἡρακλεῖς ἀσκληπιὲ, εἰ ταῦτ' ἀληθῆ καὶ κύρια, καλὸν ἄντι χρῆμα καὶ τοῦτο συζυγίας πρεπωδὸς εἴη ὁ Καλλίνικος ἅμα τῷ σωτῆρι. Et hoc exemplo ſanctis martyrib. ſuperſtitionum, hæreſeon aliorumq; huiuſmodi monſtrorum aduerſus homines ſæuientium profligatorib atque adeò longè præſtantiorib. ac meliorib. Herculibus; illud ipſum τοῦ καλλι-

[a] *lib. 4. Biblioth. fol. 155.*
[b] *Diogen. Laërtius in Diogene Sinopenſi, fo. 210.*
* *oratio. in Herculem, fo 19. Latinæ Cāteri verſionis, libri verò Græci f. 104. p. 2.*

νίκων epithetum apud Theodoretum Cyrenſem epiſcopum octaui [a] de curatione Græcarum affectionum loco illo, vnde ſumpta verba ſuperiore proximo ſermone protuli: atque apud Gregorium Palamam Theſſalon. epiſcopum in ſecunda proſopopœiæ ſuæ declamatione *; vbi, ἀλλ᾽ οὐκ ἄν σοι παρ' αὐτῶν λεχθείη τοῦτο, οἱ καλλίνικοι μάρτυρες καὶ οἱ δικάζοντες οὗτοι ἀσκηταί· οἱ διὰ τῶν ἐν σώμασιν ἀγώνων τὰς ἀσωμάτων φύσεις ὑπερεβάλλοντο: & ſimiliter ſaltationi, quæ in Herculis ipſius honorem fieret, attributa Callinicæ appellatio; quemadmodum Iulius Pollux Onomaſtici quarto [b] varias ſaltationũ ſpecies commemorans, tradit his verbis: καὶ φαλλικὸν (ſic lego, pro φαλικὸν) ὄρχημα ἐπὶ Διονύσῳ, καὶ καλλίνικος ἐφ' Ἡρακλεῖ, καὶ κολαβρισμὸς, &c. & tibiales ipſæ cantilenæ, ſeu potiùs modi (vt arbitror) ad quos à paraſitis aut thiaſotis Herculis eo ſaltationis genere honos haberetur, Athenæo teſte [c] dictæ Callinici; qui à Tryphone inter ſpecies τῶν αὐλήσεων vt ἐπίφαλλον & χορεῖον ita καλλίνικον & πολεμικὸν refert. Alioqui non ignoratur inſignibus quibuſque victoriæ præmiis virtutem contendentium accendi atque incitari, iuxta illud eiuſdem Diodori alio quodam loco [d], vbi τὰ νίκης ἔπαθλα προκαλεῖσθαι τὰς τῶν ἀγωνιζομένων ἀνδραγαθίας traditur. Initium itaque ſpectauit horum ludorum vetuſtus ille comicus in Pluto [e], non poſteriora tempora, cùm Iouis penuriam & paupertatem, apud ipſum Penia ex eo colligit, quod ſuis, hoc eſt Olympiacis ludis, non aureas ſed oleaginas coronas victorib. proponendas habuerit. Nam eius iſta ſunt,

ὁ Ζεὺς δήπου πένεται, καὶ τοῦτ' ἤδη φανερῶς σε διδάξω
εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν ὀλυμπικὸν ἀγῶνα
ἵνα τοὺς ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου συναγείρει
ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας στεφανώσας
κοτίνου στεφάνῳ, καί τοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει.

Quamobrem apud B. Ioan. Chryſoſt. [f] vbi olympicis agonibus præmium è lauro propoſitum dicitur; μνημονικὸν ἁμάρτημα Theologis ſummis non infrequens, cùm de rebus prophanis obiter tractant, à me agnoſcitur; ſiue pro lauro reponenda olea, ſiue Pythiorum locum de quibus cap. 24. diſquiremus, olympia occuparunt: nam perperam ſic ſcriptũ apud Chryſoſto. interpretis Latini fide; iam in mediis illis Olympicis

picis

[a] qui eſt de martyribus in fo.120. edition. anni 92. apud Commelinum.
* ad finem in pa. 42. editio. Pariſ. ex bibliot. Regia anno 53.
[b] cap.14. περὶ εἰδῶν ὀρχήσεως, col. 221.
[c] lib.14. Deipnoſoph. fol.263. Aldini exempl.
[d] lib.16. fol.548.
[e] fol.30. lib. Froben. ann.47. excuſi.
[f] homil. 42. col. 305.



picis certaminib. corona poſt victoriam nihil aliud eſt quàm folia lauri, quàm applauſus & acclamatio vulgi, quæ tamen omnia veſpera ingruente marceſcunt. Sanè cùm Olympionicæ non coronis modò aureis vel oleaginis, verùm etiam tæniis donarentur; quemadmodum adhibito Thucydidis teſtimonio Muretus illuſtriſſimus (vt de cæteris ipſius animi dotibus egregiis taceam) philologus, ad caſtigandum Æmilij Probi locum olim in ſuis variarum libris [a] comprobauit: quibus vtiq; caput velatum adſtringeret. Attamen vt Olympionicas, ita cęteros hieronicas cùm coronarentur tæniis, vittíſve ac faſciis (ſic enim vetus gloſſarium Latinogræcum atq; Græcolatinum à Stephano excuſum, vittæ nomen, tæniæ & faſciæ altero Græco interpretatur; & B. Hieronym. in Eſaiam [b] vittis, quas appellant ταινίας crines ligari ſcribit) donatos fuiſſe veriùs arbitror. Nam vbi de coronis ſimpliciter agitur, tænias ipſis à Plutarcho [c] adiunctas reperio; quibus vtriſque reuerſum Athenas à deuictis Samiis Periclem veluti athletam victorem à mulieribus velatum ac reuinctum fuiſſe memorat, his omninò verbis: καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον, quod ipſum verſus Empedoclis hicce manifeſtum facit: in quo vittarum ſimul & virentium ſeu floridarum coronarum nomina nectuntur atque copulantur ſic ferè:

Ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσί τε θαλείοις:

Athenis autem in Panathenaicis & oleagina corona, & inſuper oleo ex oliua Mineruæ ſacra quæ μορία diceretur, donatos intelligas [d]; quo etiam oleo inungerentur. Sudas itaque de Panathæneis agens ita ſcribit, ἄγεται δὲ ὁ ἀγὼν διὰ πέντε ἐτῶν, καὶ ἀγωνίζεται δὲ παῖς (addiderim hîc ὡς vel ὡς καὶ) ἰδίως ὡς πρεσβύτερος (ſi iſta per parentheſim legenda, vt intelligatur οὐ pro οὐ μόνον, niſi delenda potiùs, vt è ſuperiorum & ſequentium gloſſemate deſumpta cenſeo; quæ ipſi quoq; Wolfio in Panathenaici Iſocratici argumento negotium ita præbuère, vt corruptum eſſe locum dixerit) καὶ ἀγένειος, καὶ ἀνήρ. τῷ δὲ νικῶντι δίδοται ἆθλον ἔλαιον ἀμφιφορεῦσι, καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλευτῇ. D. Auguſt. de ciuitate [e], in Attica verò Rex Erichthonius ei (de Apolline intellige) ludos primus inſtituit: nec ei tãtùm,

 ſed

[a] cap. 7. lib. 15. vbi citat Empedoclem.
[b] in commentar. ad cap. 3. Eſaiæ in fine.
[c] in Periclis vita, fol.304. edit. Stephan.
[d] vide Budæum annot. in Pãdect. ad d. l. athletas, ex Plin. libr. 15. cap. 4. & Lucia. περὶ γυμνασίων. Videſis & c. 44. lib.16. apud Plin. vide interpretem Ariſtophanis Nubium, fol. 110 vbi allata nominis ratio.
[e] cap. 12. lib. 18. de ciuitate Dei, vbi Viues ex Plinio.

ſed etiam Mineruæ, vbi præmium victoribus oleum ponebatur, quod eius fructus inuentricem Mineruam ſicut vini Liberum tradunt. Victores Panathenæis olei vaſculo ſiue lenticula donatos, Ariſtophanis quoque ſcoliaſtes [a] hiſce verbis memorat; κέραμον γὰρ ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. ἐπεφύτευτο δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ δένδρον. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀσκουμένοις ἀλειψαμένοις ἐν τῷ ἡλίῳ τρέχειν: ex quib. hoc etiam colligo, conſitum oleis fuiſſe Athenienſe gymnaſium. Ex iſto igitur oleo confectum antiquitus id vnguentum, cui Panathenaici nomen inditum Plinius auctor eſt; quo loci [b] de vnguentis agens, Panathenaicum ſuum (inquit) Athenæ perſeuerãter obtinuêre. Nam de oleæ corona quod è Suda retuli, donatos athletas qui Panathæneis viciſſent, hoc ipſum à Plinio dudum alij notarunt: cui addendum Pollucis teſtimonium ſcias, quod hoc ipſo capite paulò antè propoſui. De oleo Panathenæorum agonum præmio cogitabat haud dubiè Ariſtander apud Arrianum [c], quando ſubactis ab Alexandro Sogdianis & repertis prope tentorium imperatoris duobus fontibus, aquæ vno, & olei altero, quamobrem ſacra etiam diis facienda duxerat; ipſe ille Ariſtander boni ominis loco accipiendum prædicauit, propterea quòd oleum vt laborum, ita victoriæ poſt labores habere ſignificationem præ ſe ferret. οὐ μακρὰν τῆς σκηνῆς τῆς αὐτοῦ (ait Arrianus) Ἀλεξάνδρου πηγὴ ὕδατος καὶ ἄλλη ἐλαίου πλησίον αὐτῆς ἀνέσχε, & cæt. Ἀλέξανδρος δὲ ἔθυεν ἐπὶ τῷ φάσματι, &c. Ἀρίστανδρος δὲ πόνων εἶναι σημεῖον τοῦ ἐλαίου τὴν πηγὴν ἔφασκεν ἀλλὰ καὶ νίκην ἐπὶ τοῖς πόνοις σημαίνειν. per oleum quidem labores, ſiue certamina deſignari, è Dionyſij etiam Halicarnaſſei verbis ὅτι τὰ γυμνάσια διὰ τοῦ ἐλαίου διαπονεῖται (quæ libro ſuperiore cap. 14. attuli) ſatis percipitur. Ac mirum niſi olim ad iſtud olei præmium, atque vnctionem Anacharſis quoque alluſerit; cùm de athletis Athenienſibus agens diceret τὸ ἔλαιον μανίας φάρμακον (vt eſt apud Dionem Laërtium [d]) διὰ τὸ ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπιμαίνεσθαι ἀλλήλοις: tanquam non tam μορίας, quæ olea eſt, quàm eius μορίας, quod nomen τῆς μωρίας, ἢ γοῦν μανίας vim habet, oleo inuncti viderentur athletæ: qui velut furore quodam correpti, ac perciti alter in alterum incurrerent pugnis, ceſtibus, calcibus; ipſis etiam capitibus arietatis (vt è Tertulliano ſuperiùs [e] dictum eſt) ſeſe cõciderent:

qua

[a] *Nubibus. f. 110.*

[b] *cap. 1. lib. 13.*

[c] *lib. 4. de Alexandro.*

[d] *lib. 1. de vita Philoſophorũ in Anacharſi, f. 39. quod nõdũ quiſquam ita explicauit, vt opinor.*

[e] *c. 9. li. huius 2.*



qua de re ipſum quoque Anacharſim ita cum Solone colloquentem Lucianus induxit, initio Dialogi [a] περὶ γυμνασίων. καί τοι καὶ τὰ ἀρχὰς (ait) εὐθὺς ἀποδυσάμενοι (ἑώρων γὰρ) λίπαϊ τε ἀλείφαντο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρηνικῶς ἅτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει. μετὰ δὲ, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι παθόντες, ὠθοῦσί τε ἀλλήλους συννενευκότες, καὶ τὰ μέτωπα συναράττουσιν ὥσπερ οἱ κριοί, & cæt. quæ ſequuntur: vt ſit elegans iocus philoſophi apud Laërtium, ex ambiguitate vocabuli μορίας: cui aſsimilis alluſio ex verbo, morari, & nomine, μωρὸς, de Imperatore illo qui inter homines morari deſiiſſet, apud Suetonium [b] proponitur. Hoc autem quod Anacharſis apud Laërtium de oleo inſaniæ pharmaco dixit, poſsit fortaſſe quiſpiam non ad id quo inuncti depugnarent athletæ, ſed quod Athenaicis, aut Panathenaicis ludis poſt certamen victores præmij loco (vt antè oſtenſum eſt) acciperent, referre; atque ita interpretari, tanquàm à prçterito inſaniæ morbo, quem inter decertandum demonſtraſſent, hoc apotherapiæ ſiue frictionis quodam genere (de quo lib. tertio à Galeno pleniùs diſſeram) pharmaco, inquam, ſiue remedio prorſus liberarẽtur. Sed prior explicatio verior eſt (mea quidem opinione) atque ab eo comprobatur apertiſsimè, tum quod Alexandrinus Clemens libro Pædagogi ſecundo [c] de vnguentis agens; quorum odorem cùm apes atque inſecta ferre non poſsint, ea tamen ita nonnullis ex hominum genere vtilia, vt ad pugnam alios prouocent, & inunctos ipſis ad certamen in ſtadiis aduerſus eos qui olim amici fuerant ſubeundum inſtimulent: καί τοι (ait) καὶ τὸ ἔλαιον αὐτὸ ταῖς μελίτταις καὶ τοῖς ἐντόμοις ἐστὶ πολέμιον ζώοις· ἀνθρώπων δὲ τοὺς μὲν ὤνησεν, ἔστι δὲ οὓς εἰς μάχην ἐξεκαλέσατο. καὶ τοὺς πρότερον φίλους ἀλληλιμμένους τοῦτο ἐν τοῖς σταδίοις ἐκτρέπει εἰς τὸ τῆς ἀγωνίας πάμμαχον: tum etiam quod Dio Chryſoſtomus eandem cum Laërtio illo hiſtoriam enarrans alicubi [d] de Anacharſi Scytha; ἐδόκει μὲν γὰρ εἶναι τῶν σοφῶν. ἧκε δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα θεασόμενος, οἶμαι, ἤτε ἤθη, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἔλεγεν οὖν, ὡς ἔστιν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἑλλήνων, ἀποδεδειγμένον χωρίον, ἐν ᾧ μαίνονται καθ᾽ ἡμέραν τὸ γυμνάσιον λέγων. ἐπειδὰν γὰρ ἐλθόντες ἀποδύσωνται χρίονται φαρμάκῳ. τοῦτο δὲ, ἔφη, κινεῖν αὐτοῖς τὴν μανίαν: εὐθὺς γὰρ οἱ μὲν τρέχουσιν οἱ δὲ καταβάλλουσιν ἀλλήλους, οἱ δὲ τὼ χεῖρε ἀνατείναντες μάχονται πρὸς οὐδένα ἀνθρώπων, οἱ δὲ παίονται. ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀποξυσάμενοι τὸ φάρμακον αὐτίκα

 σωφρο

[a] *qui Anacharſis inſcriptus citatur in hãc rem ſup. iſto ipſo libro cap. 8. & 9. & lib. 1. cap. 2.*

[b] *Nerone ca. 33. vbi de Claudio. Nam & morari eum inter homines deſiiſſe, productâ primâ ſyllabâ iocabatur. Sanè cùm apud Senecam Hercules ad Claudiũ in Apolocyntoſi: audi me tu (inquit) & deſine fatuari.*

[c] *cap. 8. εἰ μύροις καὶ στεφάνοις χρηστέον, fo. 77. exemplar. à Commelino editi an. 92.*

[d] *ſermo. 32. πρὸς Ἀλεξανδρεῖς, fol. 253.*

σωφρονοῦσι, καὶ φιλικῶς αὐτοῖς ἤδη ἔχοντες βαδίζουσι κάτω ὁρῶντες αἰσχυνόμενοι τοῖς πεπραγμένοις, & cæt. quæ inferiùs [a], de acclamationibus in theatro, & ſtadio agens exhibebo.

Porrò cùm oleæ prælatio non miſericordiæ modò & humanitatis atque adeò veniæ implorationem, vt apud D. Ioan. Chryſoſtomum legimus in quadam oratione [b]; & indicio eſt vel quod à Moſe cap. 8. Geneſeos traditur de columba quæ ad Nohæ arcam reuerſa ſubſidentibus aquis Oliuæ fructum attulit mitigatæ iræ Dei argumentum: ſed etiam pacē ſignificet; vnde oleam arborem eſſe pacis inſigne, cuius fructus diuerſis nominibus appellatur; ab Iſidoro traditum [c], & longè antè à Tertullian. [d] & à Virgilio [e]: præterea cùm ipſum quoque chriſma quod oleo adhibito conficitur, pacificum ex eo vocaſſe (mea quidem opinione) videatur Aurelius Prudentius [f] de benedicto cerei paſchalis lumine ſic ad Deū ſcribens:

*Tu lux vera oculis, lux quoque ſenſibus,*
*Intus tu ſpeculum, tu ſpeculum foris,*
*Lumen quod famulans offero ſuſcipe,*
*Tinctum pacifici chriſmatis vnguine.*

Parum abeſt quin aſſeram, fructus pacifici iis qui ſeſe laboribus athleticis (de quibus anteà egerat) exercuiſſent parati vocabulo, coronam oleaginam B. Paulum intellexiſſe; indéque tranſlationē ad æterna præmia ducere voluiſſe: cùm ad Hebr. ſic ſcribit [g], & quidē generaliter de omni diſciplina ſeu exercitatione corporis ſcilicet; πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Vbi in extremo τὸ ἕνεκα (quod eleganter ab Atticis ſubticeri ſolet) ſupplendum interpreta-

*[a] cap. 30. huius lib. ad extremū.*
*[b] de non cōtemnenda eccleſ. col. 1344. & quemadmodum homines ramos olearum reciſos Regibus protēdunt per ſtipem illam miſericordiæ & humanitatis ipſos admonentes, ita ſanè & Angeli, &c. Et ſimiliter in fine homil. 3. aduerſus Anomæos, col. 1068. tom. 5. in illo quidē altero loco ſic habent Græca in quæ nunc nuper incidi:* καθάπερ ἄνθρωποι κλάδους ἐλαιῶν ἐκκόψαντες ἐπισείουσι τοῖς βασιλεῦσι διὰ τοῦ φυτοῦ, ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας αὐτοὺς ὑπομιμνήσκοντες.
*[c] cap. 7. lib. originum 17 quem in hanc rem Amalarius Fortunatus citat lib. 1. de eccleſ. offic. ca. 12. ſemel & iterum.*
*[d] in de baptiſmo fol. 600. vbi ſic ſcriptum. Quemadmodum enim poſt aquas Diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata eſt, poſt baptiſmum (vt ita dixerim) mundi pacem cœleſtis iræ præco columba terris adnuntiauit dimiſſa ex arca & cum olea reuerſa, quod ſignum etiam apud nationes paci prætenditur. Eadem diſpoſitione ſpiritalis effectus terræ, id eſt, carni noſtræ emergenti de lauacro poſt vetera delicta columba ſancti ſpiritus aduolat, pacem Dei adferens emiſſa de cœlis vbi eccleſia eſt arca figurata.* [e] *Æneid. 8. Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ. Et lib. 7. Tum ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni Centum oratores auguſta ad mœnia regis Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes Donaq; ferre viro pacémque expoſcere Teucris. Itaque in conſecratione chriſmatis ideò hæc verba fuiſſe addita Amalarius Fortunatus ibidem ſcribit quæ ſequuntur: Et cùm mundi crimina diluuio quondam expiarentur effuſo, ſimilitudinem futuri muneris columba demonſtrans per Oliuæ ramum pacem terris redditam nunciauit, & cætera quæ cum iis leguntur, & in ordine Romano ad diem Palmarum in oratione ad benedictionem fontium, oliuæ, & palmarum, fol. 43. & 44.*
*[f] hymno 5. Cathemerinôn ad incenſum cerei Paſchalis.* [g] *cap. 12. verſ. 11.*



tionis vice arbitror; vt ſit ob iuſtitiam & perfectionem, quæ ſcilicet ex laborum patientia & probatione quæritur: de qua lib. 3. pleniùs loquimur cap. 10.

*Curſus agon apud Olympiam antiquiſſimus. Corœbus, aut (vt alij volunt) Daicles, aut Milo primus inibi hoc genere victor. Olympica certaminis celebritas ab Iphito reſtituta: quando Romanis communicari cœpta: Quando apud Sicyonios celebrata Iſthmia; obiter emendato Pauſania: in quibus præter athletas ac thymelicos venatorum ſeu beſtiariorum ſpectacula poſterius exhibita. Olim verò in ipſis primùm è malo, deinde ex oleaſtro coronæ victorib. donatæ: Iuliani locus vnus leuiter caſtigatus. Alter Phlegontis Tralliani locus indicatus. Iſthmiacarū coronarum variatio. Nemæa apud Argos celebrata, ſed & apud Cleonas, immò apud Thebas quoq; ipſas antiquitus. Archemoro dicata, vel ſecundùm alios Pronacti, ſed & Ioui. His ludis, qui bis in quadriennium ſicut Iſthmici ac tandem quater hoc eſt annuatim celebrati; armatos primùm decurriſſe. Quod genus poſteà eſſe apud Olympiam receptum, ac exploſum denique à Græcis omnibus. Pindarus expoſitus.*

## CAP. XXIII.

ATQVE vt de Olympicis nihil addā amplius (nihil enim præter cæteros [a] amplius, quod quidem ſcriptione dignum videatur, habeo) antiquiſsimum fuiſſe in ipſis curſus agonem in ſtadio, cęteros agones eſſe adɗititios. Plutarchus his verbis tradit, quæ in duabus Sympoſiacôn problematum quæſtionib. reperio: in priori [b] quidem ſub perſona Lyſimachi, ποῖον οὖν φαίη τις ἂν τῶν ἀγωνισμάτων γεγονέναι πρῶτον, ἢ τὸ στάδιον ὥσπερ Ὀλυμπίασιν: tum verò in altera [c] τοῖς δὲ Ὀλυμπίοις πάντα προσθήκη, πλὴν τοῦ δρόμου γέγονε. πολλὰ δὲ καὶ θέντες ἔπειτα ἀνεῖλον, & cæt. quæ alio notaui loco. Ergo Meſſenius Polychares alioqui boûm armentis opulentus Olympiade 4. victoriam Olympiacis ludis conſequutus dicitur, quo tempore ſolum ſtadij certamen fuit. Sic enim Pauſanias [d] Πολυχάρης Μεσσήνιος τά τε ἄλλα οὐκ ἀφανὴς ἦν, καὶ νίκην Ὀλυμπιάσιν ἀνῃρημένος τετάρτην Ὀλυμπιάδα ἦγον Ἠλεῖοι, καὶ ἀγώνισμα ἦν στάδιον μόνον, ὅτε ὁ Πολυχάρης ἐνίκησε. Vbi notandus articulus μόνον, quo cæteri agones excepto curſu excluduntur. Prima quidem Olympiade ſtadio, ſiue curſu viciſſe Corœbum Elæū Strabo [e] memorat; cuius hæc verba ſunt, ἐγγυτέρω δὲ τῆς πίστεως, ὅτι μέχρι τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐν ᾗ Κόροιβος ἐνίκα στάδιον Ἠλεῖος, τὴν προστασίαν εἶχον

τούτου

*[a] de quibus potiſſimùm legendus ille tum arte medica, tum omni literarum genere præſtantiſs. qui ſuis Latinè ſcriptis epiſtolis iam tum ſenex adoleſcentiā noſtrā Iacobi Cuiacij magiſterio ductuq; ſacra Iuris capeſſentē ad hæc ſtudia cohortatus eſt non ſemel, atque animos præ aliis fecit, Veronenſis ipſe ſuis Aginnii ſedib. tranſlatis, Iuli⁹ Cæſar Scaliger, lib. 1. poëtices ca. 22. 23. 24. 25. 26.*
*[b] quæſt. 5. lib. 1. in princ. in fol. 1134. edit. Steph. cap. 7. & 17.*
*[c] lib. 5. quæſt. 2. in fin. f. 1201. vbi etiam ait gladiatorium agonē initio apud Piſam exhibitum.*
*[d] Meſſenicis, fol. 89.*
*[e] lib. 8. Geograp. fol. 410.*

τοῦτε ἱερῦ, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ ἠλεῖοι. Quod ipſum de ſtadiodromo Corœbo prima Olympiade, poſt reſtitutum ab Iphito [a] certamen Olympicum, coronato; Pauſaniæ fide ſuperiùs ad extremum libri primi [b] docuimus. Phlegon autem Trallianus Adriani libertus, in ſuo illo de Olympiis libello, quem anteà citauimus, narrat intermiſſam à Peloponneſiis fuiſſe inſtituti à Piſo, Pelope, atque Hercule Olympici certaminis celebritatem; per id tempus ſcilicet, quod ab Iphito ad Corœbum vſque Elæum duodetriginta Olympiadum numeratur (ſi tamen Phlegontis locus eſt integer, cùm alij tradant primùm ab Iphito Corœbum eſſe coronatum) poſteà cùm oraculo accepto Peloponneſij Elæis conceſsiſſent, vt & Olympicum certamen, & ferias vrbibus denunciarent; Elæos ita curaſſe Olympia, vt per quinque Olympiades nemo coronaretur: ſexta miſſo ad conſultandum oraculum rege Iphito, reſpondiſſe Pythiam his verbis; ne in poſterum malo victores coronarentur, ſed ſylueſtris oliuæ fructu: ἴφιτε μήλειον καρπὸν μὴ θῇς ἐπὶ νίκῃ,

Ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιτίθει καρπώδη ἐλαιῶν,
Ὃς νῦν ἀμφέχεται λεπτοῖσιν ὑφάσμασι ἀράχνης.

Oleaſtrum oraculo deſignatam cùm reuerſus Olympiā Iphitus deprehendiſſet, ædificio cinxiſſe; atque inde datam victoribus coronam, qua primum omnium coronatum Olympiade ſeptima [c] Daiclem Meſſenium ſtadio victorem: ſic enim in Græco autographo poſtrema hæc ſe habēt; περιαγλυόμενος οὖν εἰς τὴν ὀλυμπίαν πολλῶν ἐν τῷ τεμένει κοτίνων ὄντων εὗρεν ἕνα περιεχόμενον ἀραχνίοις περιῳκοδόμησεν αὐτὸν, καὶ τοῖς νικῶσιν ἐκ τούτου ἐδόθη ὁ στέφανος· πρῶτος δὲ ἐστεφανώθη δαικλῆς Μεσσήνιος τῇ ἑβδόμῃ ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα. Vnde apparet primum omnium oleaſtro coronatum Daiclem inſtauratis Olympicis agonib. ab Iphito, ante quem pomis, ſeu malis olim Hieronicæ donati fuerant. Ariſtophanem, qui oleaſtri mentionem faciat, de ſuis temporibus loquutum, poſt quæ Olympiaca corona (vti dixi) aurea fuerit. Quæ Daiclis & Corœbi hiſtoriæ veteres, vt inter ſe adduci in concordiam queant, aut cum eo quod libro ſuperiore [d] Milonem Olympiade prima coronatum è chronicis vetuſtis Agellij fide monui; operę aut otij nunc quidem non eſt, dum alleuare animum, aut lenire dolorem

*[a] de Iphito ludorum Olympicorum reſtitutore ſcripſi duob. libri ſuperioris locis c. 16. & 32. videbis & quæ ſcribo poſteà huius lib. c. 26. De corona ex oleaſtro, actum cap. præced.*

*[b] ſub init. ca. 32. Agoniſt. 1.*

*[c] huius Olympiadis ſeptimæ qua Daicles Meſſeni. ſtadio vicerit, anno primo poſt Romam conditam Dionyſ. Halicar. tradit lib. 1. fol. 57. iis verbis quæ attuli ſuprà ſub finem cap. 15. in marg.*

*[d] cap. 27.*



dolorem cupio, exquirere. Primos quidem agoniſtarum omnium curſores Olympionicis ludis meruiſſe pręmia, inter auctores vetuſtæ hiſtoriæ conſtitit. Igitur omnium primos ſiue hac, ſiue alia etiam de cauſa curſores ad certamen in reliquis agoniſtis à præcone ipſo diluculo euocatos, ad extremum ſuperioris libri docuimus.

Circa Iſthmia verò, vt taceam quod alij tradunt, non fuiſſe πεντετηρικὸν agonem iſtum, vt alios, ſed τριετηρικὸν, hoc eſt, tertio quoq; anno celebratum; quod & Pindarus [a], & Græca quoq; ad ipſum ſcolia comprobant. Ariſtides autem Rhetor præ cæteris Iſthmico in Neptunum * elegantiſsimè ac ſuauiſsimè his verbis explicat, vbi de Iſthmo Corinthiaco, ἔστι γὰρ οἷον ἀγορά τις καὶ αὕτη κοινὴ τῶν ἑλλήνων καὶ πανήγυρις οὐχ ἣν διὰ δυοῖν ἐτοῖν συμπληροῖ αὐτῇ τὸ ἑλληνικὸν, καθάπερ ἡ παροῦσα αὕτη. ἀλλ' ἣν διὰ παντὸς ἔτους καὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην. & aliquantò pòſt de conuentu Iſthmico, πανηγυριζόντων τε τῶν ἑλλήνων καὶ ὁμονοούντων ἐν τῇ καλλίστῃ τῶν πανηγύρεων τῇδε καὶ ὀνομαστοτάτῃ διὰ δυοῖν δὶς εἰς ἓν συνιούσῃ διπλασιαζομένῃ τε παρὰ τὰς ἄλλας καὶ προσιούσῃ καὶ φθανούσῃ τὰς λοιπὰς καὶ αὖθις ἐπικαταλαμβανούσῃ ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐν ἁρματηλασίαις. ὅπως ἦν ἰδεῖν ἀνθρώποις οὖσι φερόμενον τὸ Ποσειδῶνος ἅρμα, καὶ ἐπὶ κοινὸν κρατῆρα συνιόντων καὶ θεωρίας ἀπαγόντων τῷ τε Ποσειδῶνι καὶ τῇ ἀμφιτρίτῃ καὶ τῷ παλαίμονι καὶ τῇ λευκοθέᾳ. ipſorum participes factos à Corinthiis Romanos poſt Fuluium & Poſthumium Conſſ. Olymp. 138. Polybius refert [b], quo loco ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς καταρχῆς ῥωμαῖοι μὲν εὐθέως ἄλλους πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς Κορινθίους καὶ πρὸς Ἀθηναίους ὅτε δὴ καὶ Κορίνθιοι πρῶτον ἀπεδέξαντο μετέχειν ῥωμαίους τοῦ τῶν ἰσθμίων ἀγῶνος. Exciſa dein Corintho, apud Sicyonem ludos Romano imperio vigente celebratos, è Pauſaniana [c] hiſtoria intelligimus: quo loco ſic habetur, ὁ δὲ ἰσθμικὸς ἀγὼν οὐδὲ ἀναστάντων ὑπὸ μυμμίου (ita legito ex Liuij lib. 39. è quo videſis quæ ſcripſi ſuperioris Agoniſtici cap. 29. vbi Aldinus codex perperàm ſcriptum habet μεμμίου) Κορινθίων ἐξέλιπεν. ἀλλ' ὅσον μὲν χρόνον ἠρήμωτο ἡ πόλις Σικυωνίοις ἄγειν ἐπετέτραπτο τὰ ἴσθμια. Ac ex eo demum tempore, vel etiam poſteriùs ſub Imperatoribus Romanis Iſthmico conuentu apud Corinthum, non gymnicos aut muſicos tantùm, ſed etiam beſtiarios ſeu venatorios immenſis ſumptibus ludos in theatris exhibitos,

Xx Iulia

*[a] Nemæor. Od. 6. Ep. 2. Hac de re ſed nō citatis auctoribus Natalis Comes lib. 5. mythol. ad finē c. 2. Et Cœl. Rhodig. ante ipſum c. 17. lib. 13. lect. antiq. vbi de Olympicorum origin.*

** fo. 102. Florentini exemplaris Græci pag. 2. & f. 103. Latinæ autem verſionis à Cantero, fol. 13. & 14.*

*[b] lib. 2. ſub init. in fol. 40.*

*[c] vide Pauſan. Corinthiacis ſub initium in fo. 45. Aldini exempla.*

Iulianus Imperator tradit; in illa celebri pro Argiuis epiſtola [a] ſic admodum ſcribens: οὐδὲ γὰρ ἐς χορήγησιν ἀγώνων γυμνικῶν ἢ μουσικῶν οἱ Κορίνθιοι τῶν πολλῶν δέονται χρημάτων. ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐνίοις (malim ἐν τοῖς) θεάτροις ἐπιτελούμενα ἄρκτους καὶ παρδάλεις ὠνοῦνται, ἅπερ αὐτοὶ μὲν εἰκότως φέρουσι διὰ τὸ πλοῦτον καὶ τῶν ἀναλωμάτων τὸ μέγεθος: ἄλλως τε καὶ πολλῶν πόλεων (ὡς εἰκὸς) αὐτοῖς εἰς τοῦτο συναιρομένων ὠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ φρονήματος. Mutatio certè illa coronarum, cuius Plutarchus meminit, quando hactenus progreſſus ſum, prætermittenda non videtur; quam ipſe quaſi primùm pinea, deinde ex apio Nemæorum imitatione, tum pinea denuo corona Iſthmionicæ donati fuerint, his admodum verbis explicat [b], ὦ πρὸς θεὸν (εἶπεν) οὐ γὰρ ἐχθὲς ἡ πίτυς ἐνταῦθα, καὶ πρῴην στέμμα γέγονε τῶν ἰσθμίων πρότερον δὲ τοῖς σελίνοις ἐστέφοντο, & cæt. & poſteà ἡ ταῦτα εἶπεν οὐκ ἀνέγνων τὴν πίτυν, ὡς οὐκ ἐπείσακτον, οὐδὲ νέον, ἀλλὰ πάτριον, καὶ παλαιὸν δὲ στεμμάτων ἰσθμίων σεμνύνοντες. Tum ſubiicit apud Plutarchum Lucanius, ὡς ἡ μὲν πίτυς ἦν στέμμα τῶν ἀγώνων πατρίων, ἐκ δὲ νεμέας κατὰ ζῆλον ὁ οὐ σελίνου ξένος ὢν ἐπεισῆλθε διὰ ἡρακλέα, καὶ κρατήσας ἠμαύρωσεν ἐκεῖνον, ὡς ἱερὸν ἐπιτήδειον. εἶτα μέντοι χρόνῳ πάλιν ἀνακτησαμένη τὸ πάτριον γέρας ἡ πίτυς ἀνθεῖ τῇ τιμῇ. Ergo pinibus erectis ac præaltis conſitum nemus ad ſtadium, Deíque alicuius (Palæmonis fortaſſe, cui dicatus agon Iſthmius) templum in Iſthmo fuiſſe narrat eo Corinthiacorum loco Pauſanias, vnde verba ſuperiùs in cap. 20. congeſsi. Arido denique apio tandem in Iſthmiis donati victores, quibus anteà pinus præmium victoriæ fuerat: idq; Pindarus in Iſthmiis docet [c]: atq; apud Diodorum Siculum [d] Timoleon, qui boni de futura victoria ominis locò ſe accipere militibus in hoſtem duci cupientibus prædicauit; quod in iumenta apio, ex quo Iſthmiacæ coronæ victoribus donari ſolitæ conficerentur, onuſta incidiſſent: πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ βοώντων ἐπιθέσθαι τοῖς βαρβάροις, καὶ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, κατὰ τύχην ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων εἰς τὰς στιβάδας ὁ Τιμολέων ἔφη δέχεσθαι τὸν οἰωνὸν τῆς νίκης. τὸν γὰρ ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι. οἱ δὲ στρατιῶται παραγγείλαντος τοῦ Τιμολέοντος ἐκ τῶν σελίνων πλέξαντες στεφάνους, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθέντες προῆγον μετὰ χεῖρας, ὡς τῶν θεῶν προσημαινόντων αὐτοῖς τὴν νίκην.

Nam viride quidẽ apium Nemæis pro præmio tributum conſtat:

[a] fol. 259. editio. Pariſ. apud Duuallium an. 1583.

[b] quæſtio. 3. lib. Sympoſ. proble. 5.

[c] Ode 2. Epod. 1.

[d] lib. 16. biblioth. fol. 551.



conſtat: quæ apud Argos celebrari ſolita, cùm aliunde, [a] tum ex iſto Liuij loco apparet: [b] in quo lætam illam ciuitatem celeberrimum feſtorum dierum, ac nobile ludicrũ Nemæorum die ſtata propter belli mala prætermiſſum in aduentum Romani exercitus, ducíſque indixiſſe; præfeciſſéque ludis ipſum imperatorem & teſtatam quoq; ipſo Nemæorum die, voce præconis, libertatem Argiuorum fuiſſe traditur: qua de re Plutarchus quoque in Tito Caio Flaminio [c] ſic ferè, ἀγωνοθέτης δὲ νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν ἄργει τήν τε πανήγυριν ἄριστα διέθηκεν, καὶ πάλιν ἐκεῖ τοῖς ἕλλησι τὴν ἐλευθερίαν ὑπὸ κήρυκος ἀνεῖπεν. Cæterùm Aratus Cleonis quas Achæis coniũxerat, Nemęorum ludicrum, vt ad eos potiùs ab antiquo pertinens, celebrauit: & itidem Argiui eodem tempore, quemadmodum idem auctor alibi [d] memorat: verùm omnes eos, qui Argis certauerant, dum Achæorum fines pertranſirent, captos, & pro hoſtibus ſub haſta venditos; ac tum primùm violatam fuiſſe, quæ certantibus conceſſa fuerat, ſecuritatem, fidémque publicam: καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν νεμείων ἤγαγεν ἐν κλεωναῖς ὡς πάτριον ὄντα, καὶ μᾶλλον προσήκοντα τούτοις ἤγαγον δὲ καὶ ἀργεῖοι. καὶ συνεχύθη τότε πρῶτον ἡ δεδομένη τοῖς ἀγωνισταῖς ἀσυλία, καὶ ἀσφάλεια. πάντας τῶν ἀχαιῶν ὅσους ἔλαβον ἠγωνισμένους ἐν ἄργει διὰ τῆς χώρας πορευομένους ὡς πολεμίους ἀποδομένων. De Nemæis cùm certum, ac pro explorato habeant plerique omnes, qui de gymnicis, atque luſtralibus ludis hactenus ſcripſere, tum ab Hercule illos inſtitutos, tum Ioui ſacros, quod ſcoliaſtes Pindari teſtatur [e] eos ſcilicet, qui Argis, & Cleonis darentur (vt equidem coniicio; qui Cleonici certaminis, vt à Plutarcho, illo quem attuli loco, ſic à Pindaro Nemæonicis [f] mẽtionem fieri ſcio: Nemæam verò inter Cleonas ac Phlyuntem, & lucum fuiſſe, in quo Argiui pro more Nemæa celebrarẽt à Strabone [g] tradi: & quidem, ita vt cùm ab Argis Cleonas abeſſe dicat ſtadia 120. Cleonis potiùs quàm Argis Nemêam, ac proinde ludos Neméos tribuere videatur) hoc inſuper ab illis ipſis receptum, hoſce ludos honori Archemori dicatos, Thebíſque celebratos antiquitus. [h]; vnde Auſonius, vt alios mittam;

*Archemori Nemeæa colunt funebria Thebæ.* Item poſteà
*Proximus Alcides Nemeæ ſacrauit honorem.* Ac denique
*Archemori Nemeæa colunt quinquennia Thebæ.*

[a] vide Plutarc. Arato, fol. 1590. & 1901. lib. Stephan. & Strabo. lib. 8. Geogr. Sed & Diodor. Sicul. lib. 19. biblio. vbi de Caſſandro, fo. 705. αὐτὸς δὲ παρελθὼν εἰς τὴν ἀργείαν καὶ θεὶς τὸν τῶν νεμείων ἀγῶνα, τὴν εἰς μακεδονίαν ἐπάνοδον ἐποιήσατο. Notaui ſup. lib. 1. cap. 18. Et Polybius li. 5. hiſtor. fol. 171. ait Philippũ veniſſe Argos ad Nemea. Iulian. Imperator in epiſtola pro Argiuis f. 259. Ἀργεῖοι δὲ τὴν τῶν νεμέων συγκρατοῦσι πανήγυριν.

[b] lib. 34.

[c] in eius vita, fol. 687.

[d] Arato, f. 1901.

[e] in vita Pindari ſcoliis ad ipſum præfixa.

[f] Od. 4. Epod. 1. ibi in principio. Κλεωναίου τ' ἀπ' ἀγῶνος ὅρμον στεφάνων πέμψαντα.

[g] lib. 8. Geograp. fol. 432.

[h] hac de re ſcripſimus libro ſuperiore cap. 16. à Clemente Alexãdrino, ac Tertulliano, vbi videas licet.

 Et

Et propterea Nemæis à Pindaro in ſuprà d.loco Thebarum quoque mentionem iniici, quas ἑπτὰ πύλαις nominat: ipſéque adeò Statius Papinius Thebaide ſexta, vbi quatuor ſacrorum agonum originem deſcribit. Olympiis poſteriùs Pythia, his Iſthmia, & poſtremò Nemæa illis omnibus recentiùs inſtituta indicans (quem à Pindaro quoque ſuorum de hieronicis cantuum ordinem obſeruatum ſcimus: neque contrarium, ſed diuerſum eſſe, atque aliò pertinere, quod Ariſtoteles alicubi [a] πρότερον Νέμεα Πυθίων) in honorē Palæmonis Iſthmia celebrata, vbi cecinit his verſibus;

[a] *lib. 4.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά *ca. 11. vbi* περὶ τοῦ προτέρου μετὰ χρόνον τὰ μὲν γὰρ πορρωτέρω τοῦ νῦν οἷον, &c. τὰ δὲ τῷ ἐγγύτερω τοῦ νῦν, οἷον ἐπὶ τῶν μελλόντων πρότερον γὰρ Νέμεα Πυθίων ὅτι ἐγγύτερον τοῦ νῦν· τῷ νῦν ὡς ἀρχῇ καὶ πρώτῳ κεχρημένων.

*Mox circum triſtes ſeruata Palæmonis aras*
*Nigra ſuperſtitio quoties animoſa reſumit,*
*Leucothoë gemitus, & amica ad littora feſta*
*Tempeſtate venit planctus, conclamat vterque*
*Iſthmos.---*

adiicit de gymnicis Nemęorum ad Thebas primùm, ac deinde ad Argos agonibus:

*---Echioniæ reſponſant flebile Thebæ,*
*Et nunc eximij Regum, quibus Argos alumnis*
*Conuexum cælo, quorúmque ingentia Tellus*
*Aonis, & Tyriæ ſuſpirant nomina matres,*
*Concurrunt, nudáſque mouent in prælia vires.*

Nudarum etenim virium vocabulo, agones oſtenſi gymnici, eadémque de re ſequenti libro *

* *ſub init. Thebaid. 7.*

*Finierat pugnas honor exequialis inermes,*
*Nec dum aberant cœtus cunctíſque ſilentibus heros*
*Vina ſolo fundens, cinerem placabat Adraſtus*
*Archemori: da parue tuum tricteride multa*
*Inſtaurare diem: nec ſaucius Arcadas aras*
*Malit adire Pelops, Elæaq; pulſet eburna*
*Templa manu, nec Caſtaliis altaribus anguis,*
*Nec ſua pinigero magis adnatet vmbra Lycæo.*

Ælianus tamen eos, quos multi putent Archemoro duci conſecratos, ipſe à ſeptem illis ad Thebas ducibus in honorem Pronactis, qui eorum cauſa perierat, ludos inſtitutos in libris variæ hiſtoriæ [b] retulit. ſic ferè, καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις πρόνακτι, καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν. διὰ γὰρ αὐτοὺς ἀπολουμένους ὁ Πρόνακτος τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτὸν, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθεῖσθαι

[b] *cap. 5. lib. 4.*



τεθεῖσθαι ἐξάρχῳ, aliàs ἐξαρχῆς. Non modò autem iſta luſtralia non fuiſſe certamina, quæ apud Argos exhiberentur, ſed (ſicuti de Iſthmiis paulò antè admonui hoc ipſo capite) ſingulis quibuſque quinquenniis duplicia hoc eſt bis celebrata, Imperatoris quidem Iuliani temporibus; ipſe teſtatur, his admodum verbis, in quadam ἀνεπιγράφῳ epiſtola [a]: cùm Pythia non minus quàm Olympia, tum etiam luſtralia forent, πρὸς δὲ τούτοις ἠλεῖοι μὲν καὶ δελφοὶ διὰ τῆς πολυθρυλλήτου πενταετηρίδος ἅπαξ ἐπιτελεῖν εἰώθασι. διττὰ δέ ἐστι Νέμεα παρὰ τοῖς Ἀργείοις, καθάπερ Ἴσθμια παρὰ Κορινθίοις: verū etiam annuos Nemæorum agones Argis exhibitos ſingulis quadrienniis quaternos: quod nimirum iſta eiuſdem principis verba ibidem ſignificant, ἐν μέν τοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ δύο πρόκεινται παρὰ τοῖς Ἀργείοις ἀγῶνες ἕτεροι οἵδε, ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι. His primùm Nemęorum ludis armatorum hominum curſu decertantium agonem propoſitum, Pauſanias [b] in hæc verba narrat: θύουσι δὲ Ἀργεῖοι τῷ Διΐ, καὶ ἐν τῇ νεμέᾳ, καὶ νεμείου διὸς ἱερέα αἱροῦνται, καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις, νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν. Ex quo etiam loco apparet non ineptè hoc, aut falsò dictum à ſcoliaſte Pindari, ſacros Ioui Nemêos ludos; cùm apud Nemêam & ſacra fieri ab Argiuis, & ſacerdotem legi ſolitum intelligamus. Granianum quidem Sicyonium diaulum cum clypeo decurriſſe, ac victorem extitiſſe, idem Pauſanias paulò antè [c] dixerat. Pythiis etiam ſiue Delphicis agonibus hoplitodromorum curſum receptum Heliodorus de Theagene Theſſalo verba faciens, antagoniſtam Arcadem Orchomenum poſt ſe inter decurrēdum relinquente, & clypeum ſenſim in altum tollente, dum Charicleam intuetur; ſtatim poſt illa verba quæ ſuperioris Agoniſtici cap. 30. expreſsi ex Æthiopicôn lib. 4. ſub initium côdem pertinentia, hiſce inſuper comprobat: ἐπειδὴ μέσον ἠνύετο τὸ στάδιον (inquit) ὀλίγον ἐπιστρέψας καὶ ὑποβλέψας τὸν ὅρμενον, ἀνακουφίζει τὴν ἀσπίδα πρὸς ὕψος, &c. Inductum verò Pythiade tertia & viceſima, qua inde victoriam Timænetus reportarit, cùm ante quinq; Olympiades Damaretus Herçenſis eo genere apud Olympiam viciſſet; is quem totius hiſtoriæ veteris auctorem locupletiſsimum, ac fideliſsimum frequēter hocce trino tractatu nominādum habui, Pauſan. * prodidit:

[a] *pro Argiuis, fo. 258. editio. Pariſ. anno 1583.*

[b] *Corinthiacis, fol. 44.*

[c] *fol. 4. Aldini exempl.*

* *Phocicis, f. 323. Vvechel. editio.*

quo loco, τρίτη δὲ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς εἴκοσι (ait) προσεθέασιν ὁπλιτῶν δρόμον· καὶ ἐπ' αὐτῷ Τιμαίνετος ἐκ Φλιοῦντος ἀνείλετο τὴν δάφνην Ὀλυμπιάσιν ὕστερον πέντε ἢ Δημάρετος ἡραιεὺς ἐνίκησεν. In armis curſorum fuêre galea quam capite, ocreę quas tibiis, aſpis ſiue clypeus, quem manibus ferrent, qui eo certamine contenderent: quod ὁπλίτης δρόμος vocabatur, quódque Olympiade quinta ſupra ſexageſimam apud Olympiam, certante Damareto, receptum; poſteà tamen aliquanto ab Elêis, aliíſque Græcis reiectum fuiſſe, Pauſanias idem auctor eſt [a], vbi ſic ſcribit, Δαμαρέτῳ μὲν πέμπτῃ ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα ὀλυμπιάδι. ὅτε ἐνομίσθη πρῶτον ὁ τοῦ ὁπλίτου δρόμος, καὶ ὡσαύτως τῇ ἐφεξῆς πεποίηται ὁ ἀνδριὰς ἀσπίδα τε κατὰ ταὐτὰ ἔχων τοῖς ἐφ' ἡμῶν, καὶ κράνος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ κνημῖδας ἐπὶ τοῖς ποσί: ταῦτα μὲν δὴ ἀνὰ χρόνον ὑπό τε ἠλείων, καὶ ὑπὸ ἑλλήνων τῶν ἄλλων ἀφῃρέθη τοῦ δρόμου. vbi Cnemîdas, eaſdem cum Endromidibus equidem accipio: de quibus ad extremum huius Agoniſtici ſecundi [b] pleniùs atque commodiùs diſceptabitur. Eum curſum armati dum obirent, clypeis concûſsis edidiſſe quendam ſtrepitum videntur: ac propterea Pindarum ita ceciniſſe quodam loco [c] crediderim,

λάμπει δὲ σαφὴς ἀρετά,
ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν ἔν τ' ἀσπιδοδού-
ποισιν ὁπλίταις δρόμοις.

*[a] Eliacôn 2. fol. 147.*
*[b] cap. 34. in fine.*
*[c] Iſthmi. Od. 1. Herodoto Thebano Stroph. 2.*

*Pythicum agônem initio fuiſſe coronarium, deinde pecuniarium, poſtremò coronarium. Muſicum initio fuiſſe: citharædorum vtique Pæana, vel Epitaphium Pythonis canentium: amictu ſplendido atque ornatu: deinde aulædorum. Cantus ſiue Nomus Pythius. Curulem illum Oreſtis temporibus agonem fuiſſe videri, vel Sophoclis potiùs: cuius explicata ſententia; Camerario notato. Picturæ quoque certamen fuiſſe Pythiis, apud Delphos, quæ primùm apud Cyrrhæos, deinde apud Delphos, & Pythonem celebrata. Statius interim explicatus, reprehenſo eius interprete. Variatio coronarum Pythiarum. Ouidij carmen caſtigatum. Pythiorum nomen à Pythone ſerpente cæſa. Seneca emendatus, & ab errore grauiſſimo, quem ne recentiores quidem caſtigatores perceperint, vindicatus.* Δελφύνης *ſiue* δελφίνης *vtroq; genere. De Africana ſerpente miræ magnitudinis, & aliis Draconibus prælongis: in marg.*

## Cap. XXIV.

NEc verò prætermittam, quod de Pythicis apud Delphos (vt antè [d] monui) celebratis alicubi [e] legere memini: agonem iſtum χρηματίτης, vel ἀργυρίτης iam inde

*[d] cap. 17. & cap. 25. lib. ſuperiore proximo cùm ex aliis auctoribus, tũ verò ex Pauſaniæ Phocicis: quib. addeſis Plutarch. Ageſilao, fol. 1107. De Pythiis & eorum præmiis Vigner9 hiſtoriographus in faſtorum libr. Gallico fol. 25. & 26.*
*[e] lib. 5. Sympoſ. problem. quæſt. 7. Vide Pauſaniam Eliacôn lib. 2. fo. 150. Aldin. lib. & Phocicis fol. 255.*



inde ab Eurylocho Criſſæorum, qui Cirrhæos deleuerant (vt eſt apud Strabonem. Nam hos eoſdem facere videtur ad Homeri 2. Iliados Euſtathius [a], Dionyſij tamen Periegetæ diuerſos illos faciẽtis opinionem nihilominus adferens) debellatore cùm fuiſſet, στεφανίτην (ſicut ab initio fuerat, cùm primo certamine victores Apollo coronaſſe lauro dicitur) poſteà factum. Ac fuiſſe Muſicum ab initio, citharœdorum nempe in Apollinis laudem Pæana canentium: ſub Eurylocho autem illo Amphictyonas equeſtre, gymnicumq; id corona præmij loco propoſita conſtituiſſe, Pythiúmque nominaſſe; adiectis inſuper ad citharœdos tibicinib. & cithariſtis cantum, qui modus, ſiue nomos Pythius diceretur reddentibus: cuius quinque partes non à Iulio tantùm Polluce Onomaſtici lib. 4. [b] ſed etiã à vetuſtiore aliquantò Strabone [c] percenſentur. Ea verò, quæ diximus his Græcis expreſſa omnino ſunt, ἀγὼν δὲ ὁ μὲν ἀρχαῖος ἐν δελφοῖς δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε, καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς ἀποδώσοντάς τι μέλος ὃ καλεῖται νόμος πυθικός· πέντε δ' αὐτοῦ μέρη ἐστὶν, &c. quibus iſta Pauſaniæ * de Pythicis ſiue Delphicis agonibus agentis percommodè adiungẽtur (vt arbitror) de vetuſtiſsimo Muſices certamine, quo Chryſothemis Cretenſis hymno in honorem Apollinis decantato primus vicerit; Philammon deinde, ac poſt ipſum Thamyris ipſius filius: Orpheus & Muſæus in agonem deſcendere noluerint; Eleuther Pythicam victoriam alieno carmine recitato reportauerit: Heſiodus agone ſit prohibitus, quòd ſimul ad cantum pulſare citharam minimè didiciſſet. Hoc autem facere cùm ſciret Homerus, propter oculorum tamen vitium atque orbitatem noluiſſe certamen inutile ſibi futurum aggredi: ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα (inquit) γενέσθαι μνημονεύουσι, καὶ ἐφ' ᾧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεόν· καὶ ᾖσε καὶ ἐνίκησεν ᾄδων Χρυσόθεμις ἐκ Κρήτης, &c. Χρυσοθέμιδος ὕστερον Φιλάμμονά τε ᾠδῇ μνημονεύουσι νικῆσαι, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ Θάμυριν τὸν Φιλάμμωνος. Ὀρφέα δὲ, &c. καὶ Μουσαῖον τῇ ἐς πάντα μιμήσει τοῦ Ὀρφέως οὐκ ἐθελῆσαί φασιν αὐτοὺς ἐπὶ ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι· φασὶν δὲ Ἐλευθῆρα ἀνελέσθαι πυθικὴν νίκην, μέγα καὶ ἡδὺ φωνοῦντα ἐπεὶ ᾠδήν γε αὐτὸν οὐχ αὑτοῦ τὴν ᾠδήν. λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελαθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος, ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον. Ὅμηρος δὲ ἀφίκετο μὲν ἐς Δελφοὺς ἐρησόμενος ὁπόσα

*[a] fol. 273. de delphine qui Cretẽſes Cirrhã Apollinis iuſſu perduxerit, vide Plutarc. in lib. πότερα τῶν ζώων φρον. fol. 1811. Ex quo ſcripſi lib. 3. Semeſt. cap. 3.*
*[b] cap. 10. quod eſt de tibiis ad finẽ in col. 216. lib. German.*
*[c] lib. 9. Geograp. fol. 483. Germanici exempl. quo & Polluce itidem haud citatis (Italico ſcilicet, qui tum inualuerat, more) Iulius ille Scaliger Veronæ ſuæ viciniq; nobis Aginni ornamentum, in arte poëtica partes eas percẽſuit: vbi & alia cõplura de quatuor agonibus ſacris minimè pœnitenda protulit.*
** Phocicis ſub initium in f. 322. Vuechel. editio.*

ὁπόσα καὶ ἐδεῖτο· ἔμελλε δὲ αὐτῷ καὶ κιθαρίζειν διδαχθέντι, ἀργεῖον τὸ μάθημα ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς συμφορᾶς γενήσεσθαι. Deinde iſtud etiam adiicit, Pythiade ſecunda cæteris abolitis præmiis, quæ anteà concedebantur victorib. agonem coronarium eſſe cœpiſſe: δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι: στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο. Denique citharistis qui vocis cantu non edito pulſarent citharã, octaua Pythiade præſtitutum coronæ præmium; eóque Tegeatem Agelaum donatum: Ὀγδόῃ δὲ Πυθιάδι προσενομοθέτησαν κιθαριστὰς τοὺς ἐπὶ τῶν κρουμάτων τῶν ἀφώνων· καὶ Τεγεάτης ἐστεφανοῦτο Ἀγέλαος. Inter citharœdos, qui Pythiis agonibus pæanem ſplendida & decora veste amicti canerent, Arionem fuiſſe accepimus, qua ſumpta pro funebri, cùm ipſi vitæ periculum nautæ intenderent, Pythium nomum fidibus adhibitis cecinerit. Auctor huius rei Plutarchus in Sympoſio [a], vbi Gorgias προσελθεῖν ἐγνώρισαν (ait in cæteris) Ἀρίονα τὸν κιθαρῳδόν, αὐτὸν τοὔνομα φθεγγόμενον αὐτοῦ, καὶ τῇ στολῇ καταφανῆ γενόμενον. τὸν γὰρ ἐναγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος κόσμον, ᾧ κιθαρῳδῶν ἐχρήσατο. & poſteà ἔρημος οὖν ὢν βοηθείας καὶ ἀπορῶν ὁρμῇ τινι χρήσαιτο δαιμονίῳ. τὸ μὲν σῶμα κοσμῆσαι καὶ λαβεῖν ἐντάφιον αὐτῷ τὸν ἐναγώνιον ἔτι ζῶν κόσμον, ἐξᾷσαι δὲ καὶ τῷ βίῳ τελευτῶν. καὶ μὴ γενέσθαι κατὰ τοῦτο τῶν κύκνων ἀγεννέστερος. ἐσπουδασμένος οὖν καὶ προειπὼν ὅτι προθυμία τις αὐτὸν ἔχει τὸν νόμον διελθεῖν τὸν Πυθικὸν ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοῦ καὶ τῶν ἐμπλεόντων, καταστὰς περὶ τὸν τοῖχον ἐν πρύμνῃ καί τινα θεῶν πελαγίων ἀνάκλησιν προανακρουσάμενος, ᾄδοι τὸν νόμον, &c. vbi quod de citharœdico Arionis habitu proditum, ſplendido ſcilicet amictu atque ornatu; admodum placet: quando eum à vulgari, à mimico & comico (ſi non etiam à tragico) diuerſum fuiſſe, coniectura non leui, vt videtur, augurari fas eſt. Et ſtatuas quidem ſuas Neronem citharœdico habitu poſuiſſe, qua nota etiam nummum percuſſerit, à Suetonio [b] literis traditum. Nullius autem citharœdi in theatrum qui agonis ergò prodiret, quàm Euangeli Tarentini non ignobilis quidem apud ſuos hominis, ſed imperitiſsimi alioquin & ineptiſsimi citharœdi; amictum pretioſiorem fuiſſe, facilè vt mihi perſuadeam: elegantiſsimi & iucũdiſsimi Luciani ſcripta faciunt, veſtis purpureæ auro intertextæ, aureæq; pretioſis lapillis interſtinctæ coronæ, ab ipſo citharœdi perſonã acturo geſtatæ mentionem

[a] in ſeptem ſapientum ſympoſio, fol. 279. libri Stephanici.

[b] Nerone ca. 25.



mentionem facientia. Ex quibus hoc etiam addiſcitur; coronatos fuiſſe citharœdos, cùm de ſe populo ſpectaculum præberent: & lauro quidem apud Delphos ludis Pythicis; etiãſi nondum coronã meruiſſent, ſed pro illa tam exoptata, quam apud veteres ethnicos ſacra credita victoriæ corona contenderent. Ταραντῖνος Εὐάγγελος τοὔνομα (inquit ille [a]) τῶν οὐκ ἀφανῶν ἐν τῷ Τάραντι ἐπεθύμησε νικῆσαι Πύθια, &c. ἧκεν οὖν εἰς τοὺς Δελφοὺς τά τε ἄλλα λαμπρὸς καὶ δὴ καὶ ἐσθῆτα χρυσόπαστον ποιησάμενος, καὶ στέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλιστον· ὡς ἀντὶ καρποῦ τῆς δάφνης, σμαράγδους εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ, & cæt. εἰσέρχεται οὖν ὅλος περιλαμπόμενος τῷ χρυσῷ, καὶ τοῖς σμαράγδοις, καὶ βηρύλλοις, καὶ ὑακίνθοις· καὶ ἡ πορφύρα δὲ ἐνέπρεπε τῆς ἐσθῆτος, ἡ μεταξὺ τοῦ χρυσοῦ διεφαίνετο. τούτοις ἅπασι προεκπλήξας τὸ θέατρον καὶ θαυμαστῆς ἐλπίδος ἐμπλήσας τοὺς θεατάς, &c. Et poſteà de Eumelo Elæo antagoniſta, qui tenui quidem amictu, verumtamen compoſita capiti corona, veterem citharam habens ex arte ſuum decantarit nomon; & victor ibi renunciatus, Euangelum tali ioco inſectatus fuerit; quòd ille quidem auream, ipſe verò Pythicam lauream ferret: μικρὸν δὲ ἐπισχὼν μετ' αὐτὸν (ait) Εὔμηλός τις Ἠλεῖος εἰσέρχεται κιθάραν μὲν παλαιὰν ἔχων, ξυλίνους δὲ κόλλοπας ἐπικειμένην: ἐσθῆτα δὲ καὶ μόγις σὺν τῷ στεφάνῳ δέκα δραχμῶν ἀξίαν· ἀλλ' οὗτός γε ᾄσας δεξιῶς καὶ κιθαρίσας κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης ἐκράτει καὶ ἀνεκηρύττετο. καὶ τοῦ Εὐαγγέλου κατεγέλα, μάτην ἐμπομπεύσαντος τῇ κιθάρᾳ καὶ ταῖς σφραγῖσιν ἐκείναις. καὶ ἐπεῖν γε λέγεται πρὸς αὐτόν, ὦ Εὐάγγελε σὺ μὲν χρυσῆν δάφνην περίκεισαι, πλουτεῖς γάρ: ἐγὼ δὲ ὁ πένης τὴν Δελφικήν, & reliqua. Nonnus etiam Dionyſiacis [b] Oeagrum & Erechtheum æmulos citharam pulſaturos & cantaturos; non aliter quàm accinctis peplis, & laureis foliis reuincta coma mitratos in mediũ producit: quo loco inter cætera ſic ſcriptum;

ἄμφω δ' εἰς μέσον ἦλθον ἀεθλητῆρες ἀγῶνος,
φορμίγγων ἐλατῆρες. ἐμιτρώσαντο δὲ χαίτης
δαφναίης πετάλοισιν. ἀνεζώννυντο δὲ πέπλοις
δεχόμενοι δ' ἐλέλιζον ἐθήμονι δάκτυλα παλμῷ, &c.

Porrò autem de Eunomo Locrenſi citharœdo qui vel hymnum Apollini ſiue Pæanẽ (vt ſuperiùs dixi) vel Epitaphium, ſiue Funebre carmen Pythiis ſerpenti Pythoni caneret, apud Clementem Alexandrum initio protreptici ad gentes agitur

[a] libello πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον: unde ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 15.

[b] lib. 19. fol. 336. vnde ſcripſi cap. 21. ſup. vbi videto cætera.

ſic ferè; πανήγυρις ἑλληνικὴ ἐπὶ νεκρῷ δράκοντι συνεκροτεῖτο πυθοῖ ἐπιτάφιον ἑρπετοῦ ᾄδοντος Εὐνόμου ὕμνος ἢ καὶ θρῆνος ὄφεως ἦν ἡ ᾠδὴ οὐκ ἔχω λέγειν. ἀγὼν δὲ ἦν καὶ ἐκιθάριζεν ὥρᾳ καύματος Εὔνομος. Oreſtis tamen temporibus apud Delphos equeſtre ſeu curule certamen celebrari cœptum, auctor mihi Sophocles Electra, vbi de Oreſtis, velut iis ludis de curru deturbati atque obtriti obitu loquens pædagogus inducitur ſic ferè;

κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
πρόσχημ' ἀγῶνος δελφικῶν ἄθλων χάριν. & cæt.

Et poſteà,

κεῖνος γὰρ ἄλλης ἡμέρας, ὅθ' ἱππικῶν
ἦν ἡλίου τέλλοντος ὠκύπους ἀγὼν
εἰσῆλθε πολλῶν ἁρματηλατῶν μέτα.

Tum deinde

---πᾶν δ' ἐπίμπλατο
ναυαγίων Κρισαῖον ἱππικῶν πέδον.

Ac denique de Oreſtis caſu,

ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν
κάμπτοντος ἵππου λανθάνει στήλην ἄκραν
παίσας, ἔθραυσε δ' ἄξονος μέσας χνόας
κἀξ ἀντύγων ὤλισθε, σὺν δ' ἑλίσσεται
τμητοῖς ἱμᾶσι. τοῦ δὲ πίπτοντος πέδῳ
πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον
στρατὸς δ' ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα
δίφρων, ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν.

Sed forſitan iſtud à Sophocle ſcriptum κατὰ πρόληψιν (qualia in poëtarũ libris multa figuratè ſcripta reperias: & apud Moſem ipſum à me obſeruata compluſcula in Dodecameno) vt iucunda certaminis huius tunc temporis valde apud Græcos celebris repræſentatione, auditorij theatralis demereretur gratiam. Alioqui repugnare hiſtorię veritatem conſtat ex illo Strabonis loco: quod enim ex Pauſanię altero quopiam Camerarius eruditiſsimus notat, nondum fuiſſe Pythia Oreſtis temporibus, vtpote inſtituta Olympiadis 49. *anno tertio: non video quid huc faciat, cùm Delphica, de quibus Sophocles agit, equeſtria non fuiſſe minimè oſtenderit. Fefellit virum eruditum ſcoliaſtis Græci adnotatio illa vera, & recta; οὔπω ἦν ἐπὶ Ὀρέστου ὁ πυθικὸς ἀγών. qua reprehenſum ἀνιστορησίας à ſcoliaſte



ſcoliaſte poëtam falsò credidit Camerarius: cùm potius reddendę rationis animum ſcoliaſtes habuerit, quamobrem non Pythici, ſed Delphici agonis meminiſſet Sophocles. Plurima eruditiores quique homines, in præcipiti ſcribendi ſtudio, non ſatis conſideratè proferunt: ipſe, quod poſſum, illa tantùm quæ à claſsicis auctoribus didici, quorum etiam verba exhibere non piget. Circa Pythios agonas omittere non poſſum, quod Pauſanias me docuit,[a] primùm illos Apollini dicaſſe Diomedem: καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν πυθίων (inquit ille) Διομήδη πρῶτον θεῖναι Ἀπόλλωνι: tum deinde quod idem ipſe alio loco *, à ſecunda Pythiade atque adeò poſt 48. Olympiadem, præmia primùm quæ apud Olympiam athletis præſtituta, præterquàm ob quadrigas curſualium equorum: & verò inducta tunc fuiſſe ab Amphictyonibus, dolicho & item diaulo puerorum curriculo. Coronario dein agone facto, quadrigarum curſu victorem Cleiſthenem Sicyonium fuiſſe renunciatum, literis prodidit: Bigarum verò curſum octaua & quadrageſima Pythiade receptum; qua Execeſtidæ Phocenſis biga victoriam abſtulerit: ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον (ait) τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ πλὴν τεθρίππου· καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες δολίχου καὶ διαύλου παισὶν εἶναι δρόμον, &c. Et ſtatim, προσέθεσαν δὲ καὶ ἱππέων δρόμον· ἀνηγορεύθη δὲ ἐπὶ τῷ ἅρματι Κλεισθένης ὁ Σικυωνίων τυραννήσας. Item poſteà, ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ τεσσαράκοντα Πυθιάδι, καὶ συνωρίδος εἶναι κατεστήσαντο δρόμον. καὶ Ἐξηκεστίδου Φωκέως ἐνίκησεν ἡ συνωρίς.

* immò 48. vt ex Pauſaniæ Phocicis perſpicuè apparet, fol.322. Vvechel. editio. vbi, τῇ δὲ τεσσαρακοστῇ τῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης ἦν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν, & cæt.

[a] Corinthiacis, fol.58. Aldi. editionis.

* Phocicis, fol. 322. edit. Vvech. & 323.

Nec Muſicæ modò, ſed picturæ quoq; certamen Pythiis, quo Penæus frater Phidiæ à Timagora Chalcidenſe fuerit ſuperatus: ſed & Iſthmiis apud Corinthum inſtitutũ fuiſſe, auctor mihi Plinius [b] in hæc verba ſcribens; Quinimo certamen picturæ etiam florente eo (Panæo) inſtitutum eſt Corinthi, ac Delphis: primúſque ominum certauit cum Timagora Chalcidenſe ſuperatus ab eo Pythiis, quod & (malim, ex) ipſius Timagoræ carmine vetuſto apparet, Chronicorum errore non dubio. Atque vt finam, quod Olympiæ in ipſis Agonibus Aëtionem pictorem Lucianus [c] tabulã amores Alexandri & Roxanes repræſentantem exhibuiſſe refert: qualem ipſe in Italia etiamnum extantem graphicè deſcripſit, quæ adeò placuerit ſpectatorib. vt Proxenidas Hellanodica

[b] initio c.9. li.35.

[c] in Herodoto ſiue Aëtione ſub initium.

 hominis

hominis admiratus artificium, illicò eum ſibi generum deſponderit: quo loco, καὶ Ἀετίωνα φασὶ τὸν ζωγράφον (inquit) συγγράψαντα τὸν ῥωξάνης καὶ Ἀλεξάνδρου γάμον εἰς ὀλυμπίαν καὶ αὐτὸν ἀγαγόντα τὴν εἰκόνα ἐπιδείξασθαι· ὥστε Προξενίδαν ἑλλανοδίκην τότε ὄντα ἡσθέντα τῇ τέχνῃ γαμβρὸν ποιήσασθαι τὸν Ἀετίωνα, & cæt. Sami quoque in certamen deſcendiſſe Parrhaſium de Ajace pingendo cum altero minus laudato pictore Athenæus narrat libro Deipnoſophiſtarum 12.[a] à quo victus amicis vicem eius dolentibus dixerit, de ea re non admodum ſe laborare, ſed Ajacis nomine moleſtè ferre, quod iterum ab indigno victus foret. Qua de re Plinij[b] quoque verba proferre ideò placet, quò nomen alterius illius minus laudati pictoris philologus cognoſcat. Ergo magnis ſuffragiis (inquit) ſuperatus à Timanthe Sami in Ajace armorúmque iudicio, herois nomine ſe moleſtè ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus eſſet. Eundem pictorem (Parrhaſium nempe) aliquando purpura indutum capiti auream coronam impoſuiſſe à Clearcho in vitis proditum, idem Athenæus paulò antè dixerat. Quod equidem crediderim non tam ſumptuoſi vllius luxus gratia feciſſe ipſum, quàm laudis vano quodam & veſano ſtudio atque ambitione nimia; quod velut aliquem hieronicam celebrari ſe vellet ab omnibus: Olympionicas profectò floridam atque triumphalem geſtaſſe veſtem, ad extremum capitis 12. diximus. Porrò primùm apud Cyrrhæos, quos nominaui ſuperiùs, agonem Apollini exhibitum, qui deinde apud Pythonem, aut Delphos (quemadmodum libro ſuperiore[c] docuimus) inſtauratus fuerit; non inerudité quiſpiam ex iſtis, quibus Cyrrhæ pater Apollo nuncupatur, Statij Papinij[d] ex Hercule Surrentino Pollij deſumptis verſibus colligat:

*--Hos nec Piſæus honores*
*Iuppiter aut Cyrrhæ pater aſpernetur opacæ*
*Nil his triſte locis--*

& reliqua, quæ libro tertio de præconia tuba differens exhibebo. Nam quod ibi Calderinus Domitius Cyrrhæ nomine Nicopolim, ſiue Actium à Poëta deſignari putat, pro qua Delphos, aut Pythonem dicere debuit, prorſus eum hallucinari cenſeo. Varias autem in ipſo agone Pythio, vt variis tempori

[a] ſub finem in fol. 403.
[b] lib. 35. cap. 10.
[c] Agoniſt. 1. cap. 17. vbi de Pythicorum agonum loco diſceptatum fuit.
[d] lib. 3. Syluarū carm. 1.



temporibus (ſi non etiam iiſdem) coronas fuiſſe victoribus conceſſas, ex auro, pomis, eſculo; è grammaticorum commentariis percipitur. De Pythiis igitur Ouidius[a] agens, iſtud oſtendit, his verſibus.

*Hic iuuenum quicunque manu, pedibúſue, rotáue*
*Vicerat, eſculeæ capiebat frondis honorem*
*Nondum laurus erat.*

Idem Ouidius Pythia eſſe ab Apolline Pythio in memoriam Pythonis maximæ ſerpentis confixæ ſagittis, atque interemptæ inſtituta, paulò antè his ferè verſibus cecinerat, vbi de Pythone.

*Hanc Deus[b] arcitenens, & nunquam talibus armis*
*Antè niſi in damis, capreiſque fugacibus vſus*
*Mille[c] grauem telis exhauſta penè pharetra*
*Perdidit, effuſo per vulnera nigra veneno.*
*Néue operis famam poſſet delere vetuſtas,*
*Inſtituit ſacros celebri certamine ludos*
*Pythia, perdomitæ ſerpentis nomine dictos.*

Quod ſi verum credidêre veteres[d], paſsimque ab iis receptum ab ipſo etiam Statio Papinio, cuius iſta ſunt[e], vbi egit de Olympico certamine;

*Proxima vipereo celebrauit libera nexum*
*Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ.*

A Iuliano Cæſare[f] denique, qui Apollinem à Simonide Melico Hecaton quaſi dixeris centenarium nominatum, ídque nomen magis ei placere, quàm Pythij memorat; propterea quòd Pythona ſerpentem centum vt ait ſagittis confecerit: Σιμωνίδῃ δ᾽ ἄρα τῷ Μελικῷ πρὸς τὴν Ἀπόλλωνος εὐφημίαν ἀρκεῖ τὸν θεὸν ἑκατὸν προσειπόντι καὶ καθάπερ ἀντ᾽ ἄλλου τινὸς ἱεροῦ γνωρίσματος αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν κοσμῆσαι διότι τὸν πύθωνα τὸν δράκοντα βέλεσιν ἑκατὸν, ὥς φησιν, ἐχειρώσατο. καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἑκατὸν ἢ πύθιον χαίρειν προσαγορευόμενον, οἷον κλήρου τινὸς ἐπωνυμίας συμβόλῳ προσφωνούμενον. Satis mirari nequeo, quamobrem Seneca Pythonem non vulnerabilem, atq; molaribus demum fractum fuiſſe ſcripſerit ad Lucilium[g]; quo loco, Serpentem illum in Africa ſæuū (inquit) & Romanis legionib. bello ipſo terribiliorem fruſtra ſagittis, fundíſque petierunt: ne Python quidem vulnerabilis erat: cùm ingens magnitudo pro vaſtitate

[a] lib. 1. Metamorph.
[b] ſic omnino legendum apparet è ſequentibus, nō vt vulgò, Hunc Deus.
[c] Numerus certus poëticè pro incerto, & quidē hyperbolicus: nā cētum duntaxat ſagittarum apud Iulianum Cæſarem mentio, eo qui ſtatim indicabitur, loco.
[d] ſcripſimus hac de re nonnihil initio præcedentis tractatus à Pauſania Phocicis fol. 255. & à Strabone lib. 9. Geograph. f. 483. & ſeqq.
[e] ex initio libri 6. Thebaid.
[f] epiſt. ad Serapion. clariſſ. fo. 219. vbi centenarius numerus commendatur. Addeſis Euſebiū lib. 2. de præpar. Euang. cap. περὶ τοῦ νεκρῶν εἶναι τάφους, &c. fol. 45. vbi πυθοῖ μὲν οὖν ὁ δράκων ὁ πύθιος θρησκεύεται, καὶ τοῦ ὄφεως ἡ πανήγυρις κικλήσκεται πύθια.
[g] extrema epiſt. 82. Deſit iam de te.

tate corporis ſolida (ſic Mureti, ſic Monjouſij codex manuſcriptus, quo vſus ſum, habet) ferrum, & quicquid humanæ torſerant manus, deiiceret, molaribus demum fracta ſaxis eſt, & aduerſus mortem tutam minuta iacularis. Quo loco vulnerabilis, legi, non ex Monjouſiano codice tantùm, ſed ex omnibus reliquis, Mureti, ac Pinciani quoque ipſius; qui nihilominus in ſuis illis ad Senecam [a] caſtigationibus τὸ inuulnerabilis reponere ſe, de coniectura, non ſcripti vllius libri fide: quinetiam iſtud de Pythone, quia non aſſequebatur ſcilicet, poëticæq; hiſtoriæ totum id, quod ſubiicitur, minimè congruere videbat; παρέγγραφον, & à ſcolio margini libri appoſito, quo Seneca refelleretur, in contextum errore librarij receptum ſe credere profitetur; at, niſi fallor ipſe, admodum Pincianus fallitur, vt ſtatim in conſtituenda huius loci vera lectione demonſtrabo. Monjouſianus ille liber habebat, totam, pro, tutam, quod non aſpernor penitus, ſed alios interim ſequor; quibus illum contrà in eo præfero, quod pro, Serpentem illum in Africa ſæuum, & cæt. exhibebat, illam ſæuam, ſicut in Herbipolenſi manuſcripto legi Modius notauit, alióque Senecæ teſtimonio aſſeruit [b]: cui poſsis & illud ab Ouidio adiungere iis, quos antè attuli, verſibus; ac denique quòd Pythonem ſerpentem fœminino genere δελφύνην, ſiue δελφίνην tum Apollonius lib. II. Argonauticôn [c], tum Dionyſius Afer de ſitu orbis nominat [d]: hic quidem his,

> τῷ δ᾽ ὑπὸ πυθῶνος θυόεν πέδον ἧχι δράκοντος
> δελφιώνης τριπόδεσσι θεοῦ παρακέκλιται ὁλκός.

Atque hoc eo ampliùs, lubentiúſque in eo præfero, Herbipolenſi, reliquíſque omnibus impreſsis, aut manu exaratis, Monjouſianum quem dixi, quòd pro, Python, diſertè ſcriptum habebat Phytio; quod etſi corruptum non abnuo, iter nihilominus mihi certum ad veritatem lectionis indagãdam, & aſſequendam indicauit; vt procliui ac frequenti vnius literulæ traiectione reponatur Pythio: quo nomine Apollo, (qui Pythone interfecta dictus Pythius) oſtenditur; & hac appellatione ſerpentis mentionem excitante, commodiùs, quàm alia vlla deſignatur. Huic igitur vulnerabilem non fuiſſe, nedum vlli homini non Pythonem, ſed illam alteram prægrandem 120. pedum magnitudinis (Plinio teſte) Africa-

*[a] epiſt. 16. vt Obſopœus in collectaneis ad Senecam refert.*

*[b] epiſt. 42. Iam tibi, in princ. & lib. 1. de Clem.*

*[c] citatus in hãc rẽ à Cælio Rhodig. cap. 19. li. 16. lect. antiq.*

*[d] fo. 64. vbi Euſtathi. interpres dubitanter nimis (nolo enim, nec debeo inſcitè dicere) φασὶ δὲ ὅτι ὁ διονύσιος (inquit) ἀντὶ ἀρσενικοῦ τοῦ ὁ δελφιώνης θηλυκῶς εἶπεν ἡ δελφιώνη τρόπον ποιητικοῦ τὸν Πύθωνα καὶ τὸν τόπον. Suidas quidem in πυθὼ hac de re agens τὸν δελφίνην δράκοντα dixit: vbi de Pythone regione, eiúſque vrbe Delphis.*



nam [a] ſerpentem intellexit, atque ὑπερβολικῶς aſſeruit Seneca; tantoperè à Romanis legionib. formidatam, ac tandem ſaxis molaribus oppreſſam: balliſtis nempe, tormentíſque, vt oppidum aliquod, expugnatam, quemadmodum Plinius loquitur. De qua ſola hîc quidem egiſſe credendus Seneca hiſtoriæ veteris [b] fide: non etiam de Pythone, quod ne Mureto quidem veniſſe in mentem, vt oſtenderet, cùm viderem, iſta ſcriptione dignum exiſtimaui: præſertim autẽ quòd Eraſmus adeò ἄστοχος fuerit, vt quamuis à vero, quem indicaui, huius loci ſenſu non longè abierit, attamen pro, Ne Python quidem, reponendum, Ne pilo, aut Ne pilis quidem exiſtimare ſe, ad Senecam adnotauit. Obſopæus autem eruditiſsimus in collectaneis à ſe, aut ab aliis nihil omninò attulerit; niſi quod, nullibi Pilo, ſed vel Pithio vel Phitio, vel Phytio ſcriptum legi; obiter ac velut aliud agens monuit.

*Ludorum auctores. Palma in ludis omnibus conceſſæ victoribus, qui virgam, ſeu ramum palmæ dextrâ, ſed & interdum capite coronam palmeam gerere ſoliti. Palmæ rami menſæ in medio ſtadio collocatæ impoſiti. Vetuſta huiuſce rei figura explicata, ſi non etiam caſtigata, in qua duo vaſa, quorum alterum fortaſſe Diſci nomen habuit, immò etiam Petaſi. Τὰ Βαΐα Αἰ. Spadix. Quamobrem palma, ſiue ſpadice, donati meritò Hieronicæ.*

## Cap. XXV.

DENIQVE animaduerſione hoc quoque, ac ſcriptione iſta dignum, quod ad quatuor omnes luſtrales, ſacróſque ludos, atque agones pertinet: gymnicos, vt apud Plinium [c] legimus, ludos inſtituiſſe in Arcadia Lycaonem, funebres Acaſtum in Iolco, poſt eum in Iſthmo Theſeum, Herculem Olympiæ athleticam, Pythum pilam luſoriam.

*[a] de ſerpentũ enormitate in India vide Solinũ Polyhiſt. cap. 55. poſt Plin. cap. 14. lib. 8. natur. hiſt. Diodo. Sicul. lib. 16. fol. 610. Philoſtr. lib. 3. fol. 15. Ælianum li. 16. de animalib. cap. 39. & 41. & lib. 17. ca. 2. De draconibus maximis apud Ægyptum Diodorum eundem lib. 3 fo. 118. & 119. de iis qui in Æthiopia quos elephantorũ interfectores nominant ad lõgitudinẽ triginta paſſuum progredientibus: & aliis in Phrygia magnitudinis decẽ paſſuũ qui aues ex aëre ſpiritu attrahũt interdiu, & veſperi pecora & paſtores inuadũt, vide Ælianum de animalibus lib. 2. c. 21. Plini. cap. 13. lib. 8. natur. hiſto. poſt Diodorũ Siculum d. lib. 3. fo. 120. De dracone miræ magnitudĩnis ad Epidaurũ Dalmatiæ, quos gentili ſermone Boas vocant, ab eo quòd tam grandes ſunt, vt boues glutire ſoleant, Hieronymus in vita Hilarionis col. 334. Anguem quinquaginta cubitorum pro comitio productum ab Octauio Auguſto narrat Suetonius in eius vita c. 45. tantæ longitudinis fuiſſe draconem ſub cuius ſpecie Liber pater ab Indis colebatur è Maximo Tyrio intelligas ſermone 38 fol. 224. editionis Græcæ apud Stephanum. De ſerpentibus maximis apud Sciratarum gentem vltra Indiam, quorum alij greges pecorum rapiunt, vorántque, alij ſanguinem eorum exugunt. Ælian. lib. 16. de animalib. cap. 22. qui etiam eiuſdem libri cap. 38. maximorum ſerpentium in antro quopiam paludis ad Epheſum metropolim commeminit. Sed & lib. 17. cap. 1. De ſerpentibus circa mare rubrum, cancriſq; maximis. [b] cuius apud Florum mentio lib. 2. cap. 2. vbi de primo bello Punico agens Marci Attilij Reguli meminit. vide & in epitome lib. Liuiani 17. ſtatim in ipſo initio. Plinium lib. 8. c. 14. Valerium Max. lib. 1. cap. vlt. Agellium lib. 6. cap. 3. Oroſium lib. 4. cap. 8. [c] cap. 55. lib. 7. nat. hiſtor. De Hercule diximus initio ſuperioris libri ex aliis auctorib. cap. 16. & iſto ipſo lib. 2. ſup. cap. 9. & 22.*

riam. Cùm verò aliæ, atque aliæ in ipſis ludorum locis coronæ præmij loco tribuerentur; æquè tamen in omnibus palmam Hieronicis cõcedi ſolitam: quod vt à Iulio Polluce [a] ſic à Plutarcho proditum olim obſeruaui. Nam ille quidem, ὁ δὲ νικήσας τὰ ἆθλα (inquit) ἀνείλετο, τὸν στέφανον, ἀνείλετο τὴν ῥάβδον τοῦ φοίνικος, ἢ τὸν φοίνικα ἔλαβεν. Apud hunc verò quæritur ſic ferè in ſympoſiacis [b]; διὰ τί τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἄλλον ἔχει στέφανον, τὸν δὲ φοίνικα πάντες, & cæt. quæ ſequuntur, quæ vnde (ſi quis opus habeat) peti poſsint, commõſtraſſe ſatis habeo. Et quod ait τὸν φοίνικα, ſic accipe, vt ῥάβδον, ἢ κλάδον ἤγουν κλῶνα φοίνικος virgam, aut ramum palmæ intelligas, quem dextra manu Hieronicæ gererẽt: ſicuti qui Romæ de hoſtib. triumpharẽt, hos lauri ſurculum tenuiſſe manu, apud Plutarchum de triumpho Æmilij Pauli diſſerentem legimus [c]: vel etiam victoris comites atq; miniſtri, aut milites triumphantem aſſectantes. Ergo B. Ioannes in Apocalypſi, [d] ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς, καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· καὶ κράζουσι φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες, ἡ σωτηρία τῷ θεῷ ἡμῶν, &c. vt confeſſores Chriſtiani nominis tanquam veros ac legitimos hieronicas poſt conſummationem (de qua ſequẽtis libri cap. 10. plenius diſceptabitur) palmam adeptos martyrij ſignificet; cuius & in Martyrologio Romano [e] crebra mentio, ſicuti coronæ [f], itémque apud alios eccleſiaſticarum rerum auctores, è quibus eodem cap. 10. verba proferemus, quamquam in aliis agonibus pleriſque (forſitan præter hos ſacros) gymnicis, & φοινικοῦν στέφανον palmeam coronam præmij loco fuiſſe propoſitam è Pauſania [g] non minus quàm illud alterum, de quo admonui percipias: quo loco, ἐν μὲν δὴ Ὀλυμπίᾳ κοτίνου τῷ νικῶντι δίδοσθαι στέφανον, καὶ ἐν Δελφοῖς δάφνης, &c. ἐν Ἰσθμῷ δὲ ἡ πίτυς, καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ σέλινα ἐπὶ τοῦ Παλαίμονος, καὶ τοῦ Ἀρχεμόρου τοῖς παθήμασιν ἐνομίσθησαν. οἱ δὲ ἀγῶνες φοίνικος ἔχουσιν οἱ πολλοὶ στέφανον. ἐς δὲ τὴν δεξιὰν ἐστὶ καὶ πανταχοῦ τῷ νικῶντι ἐπιθέμενος φοίνιξ. & addit à Theſeo, cùm è Creta rediens

[a] cap. 30. lib. 3. ὀνομαστικ.
[b] lib. 8. ſympoſ. proble. quæſt. 4. Sed & palmam tributam athletis indicat Seneca epiſt. 89. eo quem antè protuli loco. Natalis Comes lib. 5. mythol. cap. 4. Vbi de Iſthmiis ſolùm Pauſaniã Arcadicis huius rei auctorem citat, & Plut. Theſeo, quòd is primùm victoribus palmã apud Delum propoſuerit.
[c] in eius vita, f. 498. lib. Stephan. εἶτ' αὐτὸς ἐπέβαλεν ἅρματι κεκοσμημένῳ διαπρεπῶς ἐπιβεβηκὼς ἀνὴρ καὶ δίχα τοσαύτης ἐξουσίας ἀξιοθέατος, ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος καὶ δάφνης κλῶνα τῇ δεξιᾷ προτείνων.
[d] cap. 7. verſ. 9. & 10.
[e] in Calendis Ianuar. & ad diem 28. & 30. Ianuar. & ad diem 4. Februa. & 6. & 17. & 20. vbi de Tyrannione, Syluano, Peleo, & Nilo Epiſcopis, ac Zenobio preſbytero qui fœlici agone, martyrij palmã adepti ſunt. Sic per multa tormenta peruenire ad palmam, ibid. ad Iulij diem 11. & 12. & ſimiliter ad diem Iulij 19. de ſancto Epaphra, qui apud Coloſſenſ. martyrij palmam pro ouibus ſibi cõmendatis virili agone percepit. Sic & ad 24. Iulij & 26. & alibi ſæpè. [f] ad 4. diẽ Ianua. in Martyrol. & ad 12. & 13. diẽ Ianua. & 26. ſic & martyrio coronari ibid. ad 17. Ianua. 18. 21. 22. & 24. & alibi ſæpè. Sic palmas à Domino & coronas illuſtri paſſione meruiſſe plurimos Martyrũ in Ponto ſcriptũ ibid. ad 5. Februa. diem. [g] in Arcadicis, fo. 219.



rediens apud Delum Apollini agonem inſtauraſſet, coronas palmeas victoribus datas, indéque iſti conſuetudini factum initium; cuius palmæ apud Delum, Homerum quoque ipſum mentionem facere: ἐνομίσθη δὲ ἐπὶ τοιῷδε (ait) Θησέα ἀνακομιζόμενον ἐκ Κρήτης (φασὶν) ἐν Δήλῳ ἀγῶνα ποιήσασθαι τῷ Ἀπόλλωνι. στεφανοῦν δὲ αὐτὸν τοὺς νικῶντας τῷ φοίνικι. τοῦτο μὲν δὴ ἄρξαι λέγουσιν ἐντεῦθεν. τοῦ δὲ φοίνικος, τοῦ ἐν Δήλῳ μνήμην ἐποιήσατο καὶ Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσέως ἱκεσίᾳ πρὸς τὴν Ἀλκίνου θυγατέρα.

Hanc palmam in medio ſtadij, ac ipſius forſitan ſcammatis loco eminentiore quopiam, ipſóſque tripodes, ſiue menſas, quibus coronæ diſcis tribus illis theſauro in Olympico aſſeruatis, quorum Pauſanias idem alibi [a] commeminit, circumlatæ imponerentur, locari conſueuiſſe, inde coniicio, quod apud Ioan. Chryſoſtomum [b] ita ſcriptum nuper obſeruaui, Quo neglecto victoriæ palmam prodis, id eſt, fratrem, qui in palmæ morem in medium adſtat, & tibi, ſi viceris, futurus in præmium: ſi verò negligentior fueris, ſine palma abibis. & item alibi [c]. Nam quemadmodum Reges in equorum curſu (inquit) atque certamine, in ipſo agone coronas, veſtes, cæteráque munera ante certantium oculos ponunt; ſic & Dominus in medio ſtadio præmia locauit, & quaſi multorum manibus per verba Prophetę oſtendit. Quò etiam aſpexiſſe Virgilium [d] mihi conſtat; vbi ſic cecinit,

*--læto complerant littora cœtu,*
*Viſuri Æneadas: pars & certare parati.*
*Munera principio ante oculos, circóque locantur*
*In medio, ſacri tripodes, viridéſque coronæ,*
*Et palmæ pretium victoribus.--*

Itémque Nonnum Dionyſiacôn libro 19. [e] his aliquot verſibus; quibus vbi dixerat,

Εὐχαίτης δὲ ὁ Βάκχος ἀφειδέϊ χειρὶ κομίζων,
Ἄξια θῆκεν ἄεθλα χοροπλεκέος περὶ νίκης
Γηραλέῳ κρητῆρι εὐώδεος ἔγκυον οἴνου
Χρύσεον:--

ſubiicit hoc quod ad rem pertinet,

Μείονα δὲ κρητῆρα μέσῳ παρέθηκεν ἀγῶνι.
Ἀργύρεον στίλβοντα περίτροχον,--

& aliquantò poſt,

[a] Eliacôn 2. fol. 154. vbi ἐν τούτῳ τῷ θησαυρῷ δίσκοι τὸν ἀριθμὸν ἀνάκειν) τρεῖς ἐς ὅσους τοῦ πεντάθλου τὸ ἀγώνισμα ἐκκομίζουσι. De mẽſis ipſis, quibus impoſitæ coronæ, ſcripſi ſuperiùs initio cap. 23. huius lib.
[b] in ſermone de illo, Diligamus etiam perſequentes, col. 690.
[c] tomo 2. in prin. col. 422. edition. Niuellianæ anno 1581. homilia 55. in cap. Matth. 16.
[d] lib. 5. Æneid. paulò poſt principium.
[e] fol. 337. & 338. editi. Plantinianæ anni 69.

Ἀλλ' ὅτε βάκχος ἄεθλα μέσῳ στήριξεν ἀγῶνι
Ἴδμονας ὀρχηθμοῖο καλέσσατο μάρτυρι φωνῇ.

Apparet etiam perſpicuè ſatis ex figura illa, quam expreſſam è numis M. Aurelij Antonini apud Byzãtinos excuſis de pilę ludo agens Mercurialis eruditiſsimus, aliam in rem attulit lib. 2. artis gymnaſticæ [a], vbi præter luſores pilæ tres, menſa coronis exornata, de quibus poſtremo tertij Semeſtrium libri ſermone diſceptare conſtitui, eiq́; duo vaſa impoſita exhibentur, quorum alterum oblongum aquiminale ſit, ſine amphora, alterum verò breuius, cuius lateri exteriori hoc inſcriptum Græcè ΠΥΘΙΑ, & hæ inſuper literæ ΑΙ alterius initium aut medium vocabuli, cuius vaſis ex ore tres palmæ rami prodeunt. Quamobrem in eam opinionem auſus ego nuper deſcendere, vt duabus extremis prima & vltima literis (quas in vaſis illa quæ lateret facie adhuc inſculptas aut potius ab ipſa carie conſumptas, aliáve quapiam ætatis vel hominum iniuria expunctas diuinarem) adiectis ad illas duas quas propoſui eadem in facie qua illud πύθια extantes, vnum integrum vocabulum βάϊα eſſe à peritioribus quibuſq; agnoſcendum crederem: quo nomine victricium ſeu victorialium atque adeò triumphalium palmarum ramos duobus vtriuſque ſacroſancti fœderis locis [b] oſtendi non ignorabã: & verò apud B. Epiphanium Cypri Epiſcopum; cuius ex concione εἰς τὰ βάϊα [c], nuper cum ipſius phyſiologo à Plantino edita, hæc c mino verba ſunt quæ in eam rem adferenda duxi: τὰς εἰσόδους τῶν ψυχῶν τῷ βασιλεῖ διανοίξωμεν, τὰ βάϊα τῆς νίκης ὡς νικητῇ τοῦ θανάτου βαστάσωμεν, τοὺς κλάδους τῶν ἐλαιῶν τῷ ἐκ Μαρίας κλάδῳ θεοπρεπῶς ἐπισείοντες, & cæt. Quamquam hoc forſitan ſimplicius & propterea verius ab aliis exiſtimabitur, vt ſine additione vlla iſtud αἱ pro admirantis interiectione ſiue aduerbio atque optatiuo articulo (tanquam ſit αἴθε vel εἴθε) accipi debeat: quomodo apud Homerum, Herodotum & alios eſſe vſurpatum, Græcæ linguæ gnari comperiunt: quibus vtique literis votum commune athletarum in ſtadio contendentium, & tam honorifici præmij admiratio deſignata. Hoc autem vas quod dixi alterum vt breuius, ita latius fuit, ac etiam capacius; quod ſuſpicor, non affirmo, diſcum eſſe nominatum: ex eo forſitan quod menſæ, itidem vt hic, illud impone-

[a] cap. 5. fol. 61. pag. 2.

[b] lib. 1. Machab. capit. 13. & in Euang. D. Ioan. cap. 12. verſ. 12. vbi ἔλαβον τὰ βάϊα τῶν φοινίκων καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ.

[c] ſub init. in fol. 112. Lumbri Anturpiæ impreſſi ann. 1588. qui locus nondũ in hãc rem notatus. Ei poſſis & alium addere à Curopalata in lib. de offic. Conſtãtinop. fol. 187. de creatione atque vnctione Imperatoris & Imperatricis, vbi ἵσταται στεφηφοροῦσα, κατέχουσα τῇ χειρὶ βάϊον χρυσοῦν, et poſteà, εἰ δὲ τύχοι ὥστε χρεία, τὸ μὲν βάϊον κατέχει καὶ ἱσταμένη, & fol. 191. ὁ μὲν βασιλεὺς κατέχων σταυρὸν, ἡ δὲ νέα βασιλὶς βάϊον κατὰ τὸ εἰρημένον.



retur; cùm Athenæus quoque diſci vitrei diametro bicubitalis in repoſitorio, ſtatuti argenteos aſsis piſcib. omne genus congeſtis pleni, ſub initium quarti Deipnoſophiſtarum meminerit. Forſitan etiam petaſum, ſub quem ducti ephebi in gymnaſiis iuxta gentilium morem conſtitutis, quemadmodum ex Machabæorum hiſtoria latiùs diſſeretur lib. 3. ad extremum [a] ſi Deus dederit: quando idem ille Athenæus petaſum quoq; vas trium lagenarum capax eſſe, libro Deipnoſophiſtarum 11. docuit, ſicuti ſuo loco ibidem explicabitur. Ac victores in ludis à Theſeo apud Delum editis tunc primùm ab ipſo ſacræ palmæ ramis donatos ex Plutarcho [b] intelligimus: denique quòd euulſa fuiſſet, ſpadicem nominatam, quemadmodum τὸ βάϊον (quo de actum eſt paulò antè) quaſi βίαιον παρὰ τὸ βίᾳ πιλεῖσθαι Gręci grammatici dictum autumant. qui tamen è Praxitelis cuiuſpiam opinione retulit Amphictyonas primùm Pythiis victores in honorem Apollinis lauro, ac palma coronaſſe. Ac mihi quidem admodum placet, quod de ramorum palmæ natura Plutarchus eo loci [c] adfert; cum qua ſimiliter ſe habere certaminum athleticorum rationem docet: vt qui per mollitiem cedat, is ſuperetur; qui è contrario exercitationem perferat, eius cùm animo corpus & roboretur, & augeatur: propterea Hieronicas palma donatos antiquitus. Verba ipſius iſta ſunt, φοίνικος γὰρ ξύλον ἂν ἄνωθεν ἐπιθεὶς βαρὺ πιέζῃς, οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον ὥσπερ ἀνθιστάμενον τῷ βιαζομένῳ. τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνας ἐστί. τοὺς μὲν γὰρ ὑπὸ ἀσθενείας καὶ μαλακίας εἴκοντας αὐτοῖς πιέζουσι κάμπτοντες, οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται, καὶ αὔξονται. Quæ Latinis verbis ab Agellio reddita ſcias, libro noctium Atticarum tertio [d] citato etiam in hanc rem Ariſtotele in ſeptimo problematum: huius autem poſſe teſtimonio adiungi percõmodè iſtud Xenophontis alterũ in Cyropædia [e], de palmæ vi ac natura; quod mirificè illũ Plutarchi locũ illuſtrat: quo loco, καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι (ait) οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ κανθήλιοι.

[a] in ca. 28. lib. 3.

[b] in Theſeo pag. 17. & lib. 8. ſympoſ proble. quæſt. 4. fol. 1288. Palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadix dicitur teſte Agellio lib. 3. noct. Attic. c. 9. ad fin.

[c] d. quæſt. 4. in fi.

[d] cap. 6.

[e] lib. 7. de Inſtit. Cyri. fo. 112. ver. 40.

*Diſcus Iphiti Olympiacus Lycurgi nomine inſcriptus, qui ei Olympicorum agonum inſtauratori ſocius fuit: à Plutarcho, Phlegonte, Athenæo, Paterculo, ac Dione Chryſoſtomo. Ab Olympiadib. dinumeratio temporis quãdo*

*cœpta vel deſita è Cedrino. Eo diſco feriæ Olympicæ indictæ. Pauſaniæ hac de re inſignis locus, apud quem ἐκεχειρίας vocabulum exponitur, adhibitis Dionyſij Halicarn. ac Plutarchi teſtimonijs, aliter atque ab ipſorum interpretibus. Quo etiam vocabulo Phlegon illam diſci ab Hellanodicis conſcripti hiſtoriam cōmemorans vtitur. ideò coronatum ab Ececheiria Iphitum in Olympiaco templo aſpici; quod Pauſanias refert.* Δίσκου πρόκλησις *in hiſtoria Machabæorum. Ciceronis & Statij loci de diſco vt exponendi.*

## CAP. XXVI.

CVM autem in medio ſtadij præmia victoriæ, & in diſcis quidem (vti dixi) Olympio in theſauro aſſeruatis circumlata, menſæq; impoſita dixerim; ſciendum ex iſto diſcorum numero illum fuiſſe, qui Iphiti dicebatur, qui diſcus Olympiacus nominis Lycurgi inſcriptionem præferebat: quamobrem Ariſtoteles Philoſophus Iphiti æqualem, & in feſtis Olympiacis digerendis fuiſſe ſocium perhibet cum aliis quibuſdam: ſicuti Plutarch.[a] memorat, his verbis; οἱ μὲν γὰρ ἰφίτῳ συνακμάσαι, καὶ συνδιαθεῖναι τὴν ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν λέγουσιν αὐτόν. ὧν ἐστι καὶ ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος τεκμήριον προφέρων τὸν ὀλυμπίασι δίσκον ἐν ᾧ τοὔνομα τοῦ λυκούργου διασώζεται καταγεγραμμένον. Et Phlegon Trallianus Adriani Cæſaris libertus libello, quem περὶ τῶν ὀλυμπίων ſcripſit.[b]; vbi ſub initium, λυκοῦργος δὲ ὁ λακεδαιμόνιος (inquit) υἱὸς ὢν τοῦ πρυτάνεως τοῦ εὐρύπου, &c. καὶ ἴφιτος ὁ αἵμονος· ὡς δὲ ἔνιοι Πραξωνίδου ἑνὸς τῶν ἀπὸ ἡρακλέους ἠλεῖος, καὶ κλεοσθένης ὁ κλεονίκου πίσατης βουλόμενοι εἰς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην τὸ πλῆθος αὖθις ἀποκαταστῆσαι τήν τε πανήγυριν, τὴν ὀλυμπικὴν ἔγνωσαν ἀνάγειν εἰς τὰ ἀρχαῖα νόμιμα, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐπιτελέσαι. Quibus cōſentaneum quod Athenæus in Deipnoſop.[c] in hæc verba retulit: ἱερώνυμος δ᾽ ἐν τῷ περὶ κιθαρῳδῶν, ὅπερ ἐστὶ πέμπτον περὶ ποιητῶν κατὰ λυκοῦργον τὸν νομοθέτην, τὸν τέρπανδρον φησὶ γενέσθαι ὃς ὑπὸ πάντων συμφώνως ἱστορεῖται μετὰ τοῦ ἰφίτου τοῦ ἠλείου τὴν πρώτην ἀριθμηθεῖσαν τῶν ὀλυμπίων θέσιν διαθεῖναι. Itemq; quod Velleius Paterculus hiſtoriarum primo[d] de Iphito; clariſsimum deinde omnium ludicrum certamen (ait) & ad exercitandam animi corporiſq; virtutem efficaciſsimum, Olympiorum initium habuit, auctore Iphito Elio. Is eos ludos mercatumq; inſtituit, ante annos quàm tu M. Vinici conſulatum inires 904. hoc ſacrum eodem loco inſtituiſſe fertur abhinc annos fermè 1250. Atreus, & cæt. decimo

[a] *Lycurgo ſub initio in f. 72. videto & f. 98. vbi,* ἔοικε δὲ καὶ τῆς ὀλυμπιακῆς ἐκεχειρίας ἡ ἐπίνοια πρᾴως καὶ πρὸς εἰρήνην ἔχοντος οἰκείως ἀνδρὸς εἶναι, καί τοι φασί τινες, &c. τὸν λυκοῦργον οὐ πρότερον οὐδὲ κοινωνεῖν ἐν ἀρχῇ τοῖς περὶ τὸν ἴφιτον ἀλλὰ τυγχάνειν ἄλλως ἐπιδημοῦντα καὶ θεώμενον, &c. οὕτω πρὸς τὸν ἴφιτον τραπέσθαι καὶ συνδιακοσμήσαντα τὴν ἑορτὴν ἐνδοξοτέραν καὶ βεβαιοτέραν καταστῆσαι.

[b] *impreſſus Baſileæ anno 68. cū Ant. Liberalis Metamor. De Lycurgo Iphiti ſocio actum ſuprà in marg. cap. 16. lib. 1.*

[c] *lib. 14. fol. 272.*

[d] *lib. 1. fol. 7.*



decimo ſexto capite libri ſuperioris exhibita. Poſtremò quod de Iphito, & Lycurgo, Dio Chryſoſtomus oratione Olympica ἆρ᾽ οὖν οἶδε τὸν ἴφιτον καὶ τὸν λυκοῦργον, καὶ τοὺς τότε ἠλείους διὰ χρημάτων ἀπορίαν τοὺς μὲν ἀγῶνας καὶ τὴν θυσίαν ποιῆσαι τῷ διῒ πρέπουσαν ἄγαλμα δὲ μηδὲν ἐξευρεῖν ἐπ᾽ ὀνόματι, καὶ χρήματι τοῦ θεοῦ. Eo diſco ferias Olympicas prænunciatas, & indictas ab Eleæis, non directè, ſed in orbem in ipſo inſcriptas; apud Pauſaniam alio quodam loco[a] legimus; vbi ſic ſcriptum, καὶ ὁ ἰφίτου δίσκος καὶ τράπεζα ἐφ᾽ οἷς προστίθενται τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι τὴν μὲν δὴ ἱπποδαμείας λέγουσιν εἶναι παίγνιον. ὁ δὲ τοῦ ἰφίτου δίσκος (addo ὃς) τὴν ἐκεχειρίαν, τὴν ἐπὶ τοῖς ὀλυμπίοις ἐπαγγέλλουσιν οἱ ἠλεῖοι. ταύτην οὐκ ἐς εὐθὺς (ſcribo εὐθὺ) ἔχει γεγραμμένην, ἀλλὰ ἐς κύκλου σχῆμα περίεισιν ἐπὶ τῷ δίσκῳ τὰ γράμματα. Vbi ſimiliter ἐκεχειρίας vocabulū expoſui, vt apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. 7. antiq. Roman. eo, ex quo verba quædam alia ſuperiùs initio ſermonis huius attuli, loco deſcribentem ſacrificiorum, ludorúmque maximorum pompam; qui Romæ feſtis diebus fierent more Græcanico: cui celebritati multa itidem ex illo more adiuncta ſcribit, circa mercatus, & excipiendos hoſpites, ac ferias. Nam ſic apud Dionyſium legitur ſcriptum, ἐν δὲ ταῖς ἱεραῖς ταύταις πολλὰ μὲν, καὶ ἄλλα ἐγίνετο νόμοις ἑλληνικοῖς κατά τε πανηγυρισμοὺς, καὶ ξένων ὑποδοχὰς, καὶ ἐκεχειρίας. ἃ πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν. Vbi communes inducias interpres Latinus reddidit: ego ferias (vti dixi) malim, qui Plutarchum etiam Lycurgo eadem ſignificatione duobus locis[b], quorum priore Cruſerius ſat rectè feſtum, altero non item; ſed (vt ille) inducias verterit, pro ferias, τὴν ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν ſcripſiſſe didici.

Diſcum hunc, qui formam celebrationis Olympiorū complecteretur, ab Hellanodicis conſcriptum; poſtquam ex oraculo, quod Iphitus, Lycurg. & Cleoſthenes per legatos conſuluerant, reſtituendæ in priſtinam formam Olympicæ feſtiuitatis, gymniciq; certaminis edendi gratia, indictæ vrbibus, quæ certaminis eſſe vellent participes, fuiſſent feriæ: Phlegon Trallianus eo quem dixi libro, his verbis narrat; στέλλονται δὴ εἰς δελφοὺς χρησόμενοι τῷ θεῷ εἴσφισιν συνεπαινεῖ ταῦτα ποιῆσαι· ὁ δὲ θεὸς ἄμεινον, ἔφη, ἔσεσθαι ποιοῦσι, καὶ προσέταξεν ἐκεχειρίαν ἀγγεῖλαι ταῖς πόλεσιν, ταῖς βουλομέναις μετέχειν τοῦ ἀγῶνος, ὧν περιαγγελθέντων

[a] *lib. 1. Eliacôn. fol. 13c.*

[b] *in princ. ipſo, in pagin. 72. & in pag. 78.*

κατὰ τὴν ἑλλάδα, καὶ ὁ δίσκος ἐγράφη τοῖς ἑλλανοδίκαις καθ' ὃ ἔδει τὰ ὀλύμπια ἄγειν. Igitur ab Iphito inſtitutas quoq; Olympiadas, hoc eſt, rationem ſupputandi per ſingula quadriennia temporis initam, qua tempeſtate Lycurgus Lacedæmoniis leges condidit; à Georgio Cedrino [a] traditur: hoc addito tamen, quod eſſe minus verũ arbitror, apud Ægyptios lunã Olympiadem appellatam ideò, quia ſigniferum orbem quot menſibus circuit, Olympum à veteribus nuncupatum. Illud fortaſſe rectiùs Olympiadum feſtiuitatem eo tempore, quo Manaſſes Iudæ Rex fuit, inductam, Sauli tempore primum certamen Piſæos ad Olympiam inſtituiſſe, Iouiq; Olympio primam ſolennem feſtiuitatem celebraſſe: indéque peracto per ſingula luſtra feſto, & agone; id temporis interuallum ſub Olympiadis appellatione computari cœptum. Quam feſtiuitatem ad imperium vſque Theodoſij principis perductam, cùm indictiones numerari cœperunt, ibi tum deſiiſſe, ac prorſus extinctam fuiſſe: de quo non ſatis ſcio, ecquid verè pronunciari ab vllo poſsit. Hoc ſcio; è ſuperioribus perſpicuè nũc demum cognoſci, quamobrem ab Ececheiria tanquam Diua vel nympha quapiam coronatum Iphitũ vetuſta Olympiaci fani pictura repræſentauerit: de qua hoc à Pauſania [b] proditum recordor, τὰς θύρας δὲ εἰσιόντι τὰς χαλκᾶς ἐστὶν ἐν δεξιᾷ πρὸ τοῦ κίονος Ἴφιτος ὑπὸ γυναικὸς στεφανούμενος Ἐκεχειρίας, ὡς τὸ ἐλεγεῖον τὸ ἐπ' αὐτοῖς φησιν. Ac de diſco quidem, quæ dixi, cùm ita ſe habeant: ideô qui ad agones præmiis propoſitis iuuenes decertandi cauſa prouocabat; ad diſcum (hoc eſt ad conuentum, feriáſque illas diſco inſcriptas, denique ad præmia in diſco exhiberi ſolita) prouocare dicebatur. Vtrumq; enim eiuſdem hominis fuiſſe, vt qui certamen edicendi ius haberet, is & coronas, & cætera conferret præmia: Tertullianus vel ipſe, auctor apud me quidem longè grauiſsimus, oſtendit eo loco libri de fuga in perſecutione; vnde verba ſuperiùs ad extremum 12. cap. adferre memini. Nec aliter accipiendum, quod περὶ τοῦ δίσκου προκλήσεως (vbi de palęſtra etiã, atq; gymnaſiis agitur)

[a] *in compendio hiſtoriarum, fol. 88. vbi* κατὰ τοὺς χρόνους λυκούργου λακεδαιμονίων ἐνομοθέτει. Ἰωαθὰμ ὁ υἱὸς ὀζίου ἔτη ις´. ἐπὶ τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει ἴφιτος τὰς ὀλυμπιάδας συνέστησεν ὁ ἐπὶ τετραετηρικῶς χρόνος· παρ' αἰγυπτίοις δὲ κυρίως ὀλυμπιὰς ἡ σελήνη καλεῖται διὰ τὸ κατὰ μῆνας περιπολεῖν τὸν ζωδιακὸν κύκλον ὃν οἱ παλαιοὶ ὄλυμπον ἐκάλουν. *&* *fo. 101.* ὅτι ἐν τοῖς χρόνοις Σαοὺλ πρῶτον ἀγῶνα οἱ Πισσαῖοι ἐν ὀλυμπίᾳ κατεβάλλοντο καὶ Διὶ ὀλυμπίῳ κοσμικὴν πρώτην ἐπετέλεσαν ἑορτήν. ἐντεῦθεν κατὰ τέσσαρα ἔτη τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες, ὀλυμπιάδας τὰς τετραετηρίδας καθεξῆς ἐκάλεσαν. *& ſo. 268.* ἐν τούτοις ἥ τε τῶν ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις ὅτε Μανασσῆς τῶν ἰουδαίων ἐβασίλευσε καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. *Euſebius autem Chronicis, Æſchyli Iudicis Athenieſium anno 2 primam Olympiadem actam, quæ erat agon gymnicus in quo Chorœbus Elienſis extitit victor. Elios enim agere quinquennale certamen quatuor annis in medio expletis: in quibus principes annui conſtituerentur quatuor: quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis ſiue Hæmonis primus conſtruxit, idq; anno 3. Phaceiæ Regis Iſraël.*

[b] *Eliacôn 1. ſol. 157. Vvechelianæ editionis.*



agitur) hiſtoria Machabæorum præbet eo loco, quem integrum propoſui ſuperiore libro [a], & explicaui; cùm de gymnaſiarchis agonothetis prouinciarum ſacerdotibus, eorumq; inſignibus loquerer. Sic enim εἰς τὸν δίσκον προκαλεῖσθαι dictum qui ſentiat; quemadmodum εἰς τὸ σκάμμα προκαλεῖσθαι apud Arrianum, eo loco quẽ ſuperiùs hoc ipſo ſermone [b] de ſcammate agens, protuli; rectè ſentiat: nec verò illum fortaſſe M. Tullij, quẽ libri huius initio, cùm de nudatione agoniſtarum diſſererem, expreſsi: quamquam hoc quidem à me in medio adhuc relinquitur. Denique nec illum Statij Papinij [c], quo à victis aut ſponte cedentibus, ac certamen detrectantibus, adoratum diſcum cecinit, ſic ferè;

*---conceſſit cætera pubes*
*Sponte, & adorato redit illa ingloria diſco.*

Nec enim de diſco aduerſarij, vt exponam, adduci me adhuc patior. Quæ propterea viſum latiùs explicare, quoniam ab iſtis, qui ſe antiquariorum nomine, ſuámque operam deprædicant, immò etiam venditant, prætermiſſa eſſe intelligo.

[a] *cap. 23. lib. 1.*

[b] *initio ca. 2. hoc ipſo lib.*

[c] *lib. 6. Thebaid.*

*Victores ad Hellanodicas accedere, tum coronas adpenſas comprehendere, ac rapere ſoliti. D. Pauli vnus ea de re locus nõdum expenſus indicatur. Item alij à Chryſoſtomo, Procopio & Papinio, qui explicatur. Fores. Miſſus oſtio Athlothetæ ad carceres ſedebant: immò & ad metas fortean, & in medio ſtadij loco; pro diuerſa ratione certaminis. Plutarchi locus, ad illam coronarum apprehenſionem pertinens, exponitur; quæ forſitan illi propriè competijt, qui ſine antagoniſta victor eſſet declaratus: cùm alioqui à præcone corona imponeretur victoris capiti: Cicero in eam rem citatus. Coronam Olympicam ſub Ioue datam, quid ſit apud Plinium. Eo ſcilicet loco, vbi decertatum foret, oblatam; nempe in ſtadio, ſed non vtique ſemper in eadem ipſius parte ſiue regione: B. Chryſoſtomi & Heliodori teſtimoniis prolatis. De ſtatua ſiue ſigno Iouis Olympici. De proëdria Hieronicarum aliquid. B. Ioannis Chryſoſt. locus illuſtratur de coronis & brauiis: & coronarum palmarumq; nomine victorias interdum ipſas, non præmia oſtendi.*

## Cap. XXVII.

SVPERIORIBVS hoc inſuper libet adiicere: verum necne ſit, non dico; intactum quidem ab illis eſſe, ac nihilominus probabile videtur, quod coniectura quadam nuper augurabar: moris fuiſſe antiqui, vt ea præmia (coronas quidem certè virtutis, ſic enim B. Chryſoſt. [d] nuncupat) aliquo ex loco eminentiore adpenſa victores ipſi aſſumerent,

[d] *homil. ad baptizãdos, co. 641. edit. Pariſ. anno 1581. tomo 5.*

merent, manibúſque comprehenderent: ſed non aliter quàm interpoſito priùs Hellanodicarum (ad quos athletę poſt certamen peractum accedebant) iudicio, conceſſaq; ipſis huius rei, non ſine aliqua ſolemni virtutis & roboris eorum commendatione ab Hellanodicis iſtis facultate. Ad quos aditum idcircò ab athletis ex iſto Æliani loco [a] intelligitur; in quo, ἀθλητὴς Κρǫτωνιάτης (ait) ὀλυμπιονίκης ἀπιὼν πρὸς τοὺς ἑλλανοδίκας, ἵνα λάβῃ τὸν ςέφανον, & cæt. quæ ipſo libri 3. principio exhibebimus. Coniecturæ iſti noſtræ de apprehenſione coronarum, aliorumq; præmiorum ab Hieronicis fieri ſolita; occaſionem præbuit verbum hoc D. Pauli, quod à recentioribus tamen ſcoliaſtis in hanc rem nequaquã expenditur. Nam vbi ſic ſcriptum ad Corinthios [b], οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἐν ςαδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον, adiicitur ſtatim, οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε: quem locum Latinè reddens D. Cyprianus [c], pro brabio palmam, pro comprehendere occupare poſuit. Adiuuat coniecturã noſtram, mutuóque adiuuatur illo D. Pauli teſtimonio, atque illuſtratur: tum quod in alterum ipſius Pauli locum ex epiſtola ad Romanos, D. Ioannes Chryſoſt. ita ſcribit [d], vt τὸ ἁρπάσαι vſurpandum duxerit; de agonibus, & luctæ victoria, ipſiúſque præmio non capiendo, ſed auferendo, vel arripiendo, in hæc verba concionatus: ποῖα γὰρ ἀνάγκη πρᾶγμα ἔχειν περιττὰ, καὶ συμπλέκεσθαι τοῖς ἀνταγωνιςαῖς παρὸν χωρὶς συμπλοκῆς εἶναι τὸ τρόπαιον, καὶ πρὸ τῆς πάλης ἁρπάσαι τὸ βραβεῖον: itémque priore ad Theodorum lapſum parænesi [e] ſic ferè, Latini quidem interpretis fide; Siquidem cõplures & hac tempeſtate & progenitorum noſtrorum ſeculis qui ordinis ſui deſertores & è frequentata via præcipites euntes, tanta alacritate reſurrexerunt, vt priora ſequentibus facilè celarent, palmámque corriperent ac redimiti corona cum victoribus prædicarentur ac in cœtum beatorum allegerentur. Procopius denique in Eſaiam Prophetam [f], quo loco, τοσαύτη τίς ἐςαι τότε (φησὶ) περιχοπὴ καὶ θεοσεβείας κατόρθωσις τῶν οἰκούντων πάλαι τὴν ἔρημόν τε καὶ ἄνυδρον ὡς ἁμιλλᾶσθαι πρὸς ἀλλήλους ὡς ἐν δρόμῳ τοῦ θεοῦ τὴν χάριν ἁρπάζειν ἐπειγομένους: tum verò quod de Parthenopæo Arcade qui Iolam aduerſarium curſu ſuperauerat, Statius Papinius ita cecinit [g], vt preſſam (rapiendo ſcilicet, occupando

[a] cap. 31. lib. 9. varia hiſtor.

[b] ex epiſtol. 1. ad Corinthi. cap. 9. verſ. 24.

[c] in exhortatione martyrij ad Fortunatum c. 8.

[d] in Ethico, in c. 7. epiſto. B. Pauli ad Roma. fol. 53. pag. 2.

[e] epiſt. 5. tomo 5. col. 863. edit. Niuell. ſic & in homil. de militia ſpirit. in fin. col. 646. Agonem iuſtum militia ſpiritualis legitimè certare nitũtur, vt apprehẽdant brauium ſuperna vocationis.

[f] in c. 44. f. 496.

[g] lib. 6. Thebaid. ex quo cætera de Arcadis & Ida certamine, partim in hoc inferius libro, partim ſeq. ad extremũ proponentur.



occupando, atque auferendo celeriter) palmam diceret;

*Irrupit clamore fores, clamore recurrit*
*Ante ducem, preſſaq; leuat ſuſpiria palma:*

vbi fores intellige oſtia, quæ eſſent ad circi ſiue ſtadij carceres: vnde illud, miſſus oſtio, in vetuſta quadam inſcriptione, cuius verba libro 3. [a] de variis eiuſdem agonis præmiis non vni collatis agens, proferã. Ducem verò qui certamini, velut Hellanodica quidã, aut athlotheta præſideret, curaret ipſum atque moderaretur. Ad carceres quippe, vnde curſores mitterentur, ſedere ſoliti athlothetæ. Quamobrem Ariſtoteles [b], δεῖ γὰρ πλάττων ἠπόρει τοῦτο (inquit) καὶ ἐζήτει, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, ἢ ἐπὶ τὸ πέρας ἢ ἀνάπαλιν. Hic igitur optimè poëta ſtetiſſe palma preſſa victorem, non ſtadiodromum, ſed diaulonicam in recurſu, ſcilicet ad ipſos carceres, ante ducem velut athlothetam expreſſit: quod ipſum aliis etiam locis à me ad huius libri extremum obſeruabitur. Poſtremò adiuuat nuperam illam coniecturam meam de arrepta corona, eiuſdem Papinij locus alter è libro 3. Syluarum *; vbi de prehenſa Olympiacis agonibus à pugilibus corona:

*Talis Olympiaca iuuenem cùm ſpectat arena*
*Qui genuit, plus ipſe fecit: plus corde ſub alto*
*Cæditur, attendunt cunei, ſpectatur Achetes*
*Ille magis crebro dum lumina puluerís hauſtu*
*Obruit, & prenſa vouet expirare corona.*

Et verò iſtud Caſsiodori [c] de olympicis equorum curulium ſiue Circenſium agitatoribus: Si olympiaci currus (inquit) agitator, rapit præmia poſt labores: Itémque quod de infantium Iudæorum nece Petrus Chryſologus argutè (vt ſolet) ſic ferè ſermone 153. Confitentur tacentes, neſciẽtes pugnant, vincunt inſcij, moriuntur inconſcij: ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes. Ergo ſicut Virginitas corruptionis neſcia contulit honorem matri, ſic infantia paſsionis ignara martyrij palmas rapuit & coronas. Confirmat inſuper & ſimul illuſtratur hic Plutarchi locus [d] quo Hippomachi aleiptæ dictum celebratum ſcias, ſic ferè; ἱππόμαχος ὁ ἀλείπτης, ἐπαινούντων ποτὲ ἄνθρωπον εὐμήκη, καὶ μακρὰς ἔχοντα χεῖρας, ὡς πυκτικόν, Εἰ τὸν (ἔφη) καθελεῖν ἔδει τὸν ςέφανον κρεμάμενον. Vbi nimirum poſtrema duo vocabula expendẽda moneo: illud autem,

[a] cap. 20.

[b] ad initium lib. 2. Ethic.

* Epicedio in patrem.

[c] lib. 11. variar. cap. 35.

[d] ipſo initio libri περὶ φιλοπλουτίας, fol. 929.

Εἴσω ἴδει, ſic debet, opinor, accipi, vt ſuppleatur τοῦτο μόνον. tanquàm hoc ſenſerit Hippomachus, ad apiſcendam coronam, quam victores pugiles apprehendunt, longis eſſe manibus locum; ſed ita demum, ſi priùs fortiter ſtrenueq; depugnatum fuerit: nec enim alioqui fas eſſe cuiquam prælongas licet manus habenti athletæ; ad quam pertingat, ipſam ſine puluere, ac pugna ſibi aſſumere: immò ne tum quidem fortaſſe; Verùm ſcilicet, vbi non extante vllo antagoniſta, qui poſſet coronæ controuerſiam facere; ad illum, qui ſe certamini pentathli potiſsimum obtulerat, ſine puluere victorem à præcone renunciãdum; ad quem coronam pertinere nemo ambigere potuit. Quo ſolo caſu victoriæ (ſi tamen hæc dici victoria potuit) ſine puluere, atque aduerſario adeptæ coronam rapere ius athletis fuit: alioqui ab agonotheta tribui ab ipſo præcone imponi ſolitam. Vnde Cic. eo ad Lucceium è 5. epiſt. ad familiares loco, cuius ſententiam de præconio agens, hoc ipſo libro ſuperiùs expreſsi; Multi denique reprehendant (ait) & dicant verecundiores eſſe præcones ludorum gymnicorum, qui cùm cæteris coronas impoſuerunt victoribus, eorúmque nomina magna voce pronunciauerunt, cùm ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prędicẽt. Cuius loci inueſtigationem tuæ (Iacobe fili) diligentiæ lubens ac lætus acceptam fero.

Quæ cùm ita ſe habeant denique, ſicuti poſtremo loco dixi; videndum puto, ecquid Comprehendendi vocabulum ad metæ contactum referri potiùs quàm ad vllam coronæ apprehenſionem debeat: qua de re allatis aliis ipſius Pauli teſtimoniis inferiùs [a] (fauente Domino) diſpiciam, & ex animi ſententia pronunciabo. Coronam quidem illam Græcorum ſummam (de Olympica, vt reor, intelligens) Plinius [b] ſub ipſo Ioue datam, hoc eſt, non ante Iouis Olympici factam à Colotha cum Phidia (vt Plinius [c] auctor) ſtatuã in delubro, ſed

*[a] cap. 33. huius lib. 2.*
*[b] lib. 16. nat. hiſt. cap. 4.*
*[c] cap. 8. lib. 34. & lib. 35. cap. itidem 8. ad fin. & lib. 7. cap. 38. vbi tamẽ ſolius Phidiæ meminit ſic ſcribens, Phidiæ Iupiter Olympius quotidie teſtimonium perhibet. Sicut & initio cap. 8. lib. 34. & Pauſanias Eliacôn 1. fol. 121. in fin. 122. 123. qui & æneæ Iouis Olympici ſtatuæ à Mummio Romano ex Achaiæ ſpoliis dicatæ, meminit ibid. f. 135. Aldi. exempl. De ſigno Iouis Olympij videſis quæ ſcripſi lib. ſuperiore cap. 5. ex aliis auctoribus, quod ipſum à Statio Papinio ſignificatum haud dubiè lib. 2. Syluar. in Surrẽtino Pollij: quo loco. Si quid adhuc vacua tamẽ admirabile Piſa Phidiacæ raſêre manus. & itẽ Plutarcho in Pericle ſub initium in fol. 278. ϗ̀ οὐδεὶς ἀφυὴς νέος, ἢ τὸν ἐν πίσῃ θεασάμενος Δία γενέσθαι φειδίας ἐπεθύμησεν: qui paulò pòſt in f. 291 de æreo Mineruæ ſigno in arce iuſſu Periclis à Phidia effícto & erecto agit. Denique à Iuliano Imperatore in quadã ad Georgium epiſtol. ſub init. in fo. 160. vbi ἐπεὶ ϗ φειδίας ὁ σοφὸς οὐκ ἐκ τῆς ὀλυμπιάσι μόνον ἢ ἀθηνῆσιν εἰκόνος ἐγνωρίζετο. Nam vtrumq; Iouis apud Olympiã & Mineruæ in arce Athenarum imaginẽ Phidiæ opus eximium fuiſſe conſtat: vel ex Quinctiliano lib. 12 Inſtit. orator. cap. 10. fol. 723. vbi, Phidias tamen Diis quàm hominib. efficiendis melior artifex traditur: in ebore verò longè citra æmulum, vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem feciſſet: cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur. Adeò maieſtas operis Deum æquauit.*



ſed ſub dio, & ſub Ioue, non frigido quidem illo, vt apud Poëtam [a], ſed calido (ſicut ad initium libri proximi [b] docebitur) id eſt, in arena media, & veluti ſub aëre ſcribit; quo loco de ciuica corona, Additæ leges (inquit) arctæ, & ideò ſuperbæ, quaſq; conferre libeat cum illa Græcorum ſumma, quę ſub ipſo Ioue datur, cuiq; muros patria gaudens rumpit: quod poſtremum ad inuectionẽ Hieronicarum diſiecta parte muri triumphalem pertinet, de qua è Vitruuio & Suetonio ab aliis notatum ſcimus. Et coronas quidem eo quo certatum foret loco, athletas conſecutos, Chryſoſtomus [c] aptè ad ſuperiora ſignificat, ſic admodum ſcribens; Certatores prætereà (de athletis opinor agit) vbi fuerit per ſe decertatum, eodem probatũ ſe iri malunt: ipſe verò cùm in cœlo depugnes, ſtudes in terra coronari, qua ſocordia quid eſſe deterius poteſt? Item alibi [d], Olympiaco namque certamine (inquit) & friuolo perditóque ſpectaculo impoſitor coronarum in ipſo contentionis examine præeſſe conſueuit: & in medio certantium loco conſiſtens, nulli parti fauorabili ſubuenire procurat; ſed ipſius certaminis expectat incertum: & vt meritò, ſic & loco medio cõtinetur. Inter noſtrum autem & diaboli certamen Chriſtus non media lance conſiſtit, ſed totus noſter fautor expectat. Vbi animaduertendum interim, quod Athlothetis aut Hellanodicis, medium inter agoniſtas in ſtadio locum attribuit Chryſoſtomus: cùm tamen ex Ariſtotele ſediſſe illos ad carceres vnde curſores mitterentur, paulò antè oſtenſum fuerit, hoc ſcilicet ita exigente diuerſa huius profectò à cæteris omnibus ratione certaminis. In quo equidem circa ſtadiodromos augurari coniectura libet; ſi quando nec diaulo, nec dolicho contenderetur, aliquos ex athlothetis aut hellanodicis ad metas quoque aſſediſſe, vel interim ſpectandi cauſa præſtolatos; illis ad carceres ſedentibus: vt eſſent nimirum, qui de agoniſtæ curſoris ſuos in metarum contactu æmulos relinquentis victoria, veram, ſynceram & ab omni ambitione alienam, è ſuo ipſorum, nõ ex alieno iniuratorum præſertim ſpectatorum ſi fortè fauorabili (vt aſſolet) teſtimonio, iudicium proferre poſſent. In ſummo ſanè ſtadio, id eſt, in extrema ſtadij parte ad metas videlicet Hoplitodromi victorem Theagenem; cùm ad Charicleam Dianæ ſacerdo-

*[a] Horat. libr. 1. Carm. Ode 1. vbi manet ſub Ioue frigido Venator, teneræ coniugis immemor.*
*[b] c. 6. Agoniſt. 3.*
*[c] in ſermone de inanis gloriæ cupiditate, fol. 719.*
*[d] homil. ad Neophytos. to. 5. col. 633. editio. Pariſ. an. 81. videſis & alium eiuſdem Chryſoſtomi locum ex homi. 21. ad pop. Antioch. col. 161. quẽ adfero libri ſequẽtis capit. 12. vbi hoc eſt in cæteris. Illic enim agonotheta nihil certantibus confert ad victoriã, ſed medius conſtitutus eſt. Verumtamẽ eò loci cùm non agatur de curſorib. propius eſſe arbitror, vt τὸ Medius, non ad locũ in quo ſederet Agonotheta, ſed ad eius tãquam δικαστοῦ (quẽ quaſi δίκαιον dictũ Ariſtoteles lib. 5. Ethicor. Nicom. refert) animum erga omnes antagoniſtas ſeu æmulos athletas æqualiter ac perinde aſſectum referatur.*

 tem

tem Pythicis ludis peruéniſſet, quæ læua quidem ardentem tædam aut lampadem, dextra verò palmæ ramum tenebat; & virginis manum exoſculatam ſimul, & palmam ab ipſa tanquam athlotheta quapiam porrectam abſtuliſſe narrat Heliodorus Æthiopicis [a], vbi de Chariclæa: ἡ ζάκορος δὲ ἡ Χαρίκλεια κατ' ἄκρον τὸ στάδιον ἀθρόον ἐξέλαμψεν, &c. τῇ λαιᾷ μὲν ἡμμένον πυρφοροῦσα λαμπάδιον. θατέρᾳ δὲ φοίνικος ἔρνος προβεβλημένη, & aliquantò pòſt, vbi de Theagene, qui Hoplitodromum vicerat: προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ πολύς τε ἐξεπίτηδες εἰς τὸ στέρνον ἐμπίπτει. οὐ δρόμου δῆθεν τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκών. καὶ τὴν φοίνικα κομιζόμενος οὐκ ἔλαβέ με τὴν χεῖρα τῆς κόρης φιλῶν. Victori coronam Muſico certamine ab aſſurgente, qui anteà ſedens ſpectauerat, athlotheta imponi dextra manu ſolitam, Nonnus etiam ipſe Dionyſiacis [b] arguit, vbi de Oeagri & Erechthei citharœdorum agone, cui Dionyſius ſiue Bacchus in ſtaphyli honorem propoſito pręfuiſſe victoremq́; ipſum Oeagrum coronaſſe fingitur:

[a] *lib. 4. f. 73.*

[b] *lib. 19. fol. 337.*

--- ἐπὶ δὲ νίκῃ (inquit)
Ἄστατος ἄλλετο Βάκχος ἄνω· καὶ ἔνερθε πιλάσσων
Δεξιτερὴν, καὶ βότρυς ἀνέδραμεν οἴαδι φωνήν,
Ἁρμονίην δ' εὔρυθμον ἀοιδοπόλοιο γεραίρων·
Οἴαγρον δὲ κορύμβων ἄναξ ἐστέψατο κισσῷ.

Sequitur apud Plinium coronæ ciuicę adiunctum apud Romanos priuilegium, quod cum Olympica fuiſſe illi propemodum commune, intelligitur ex iis, quæ antè propoſui. Nam ita quidē hic noſter, Accepta licet vti perpetuò, ludos ineunti ſemper aſſurgi etiam ab Senatu in more eſt, ſedēdi ius in proximo Senatui, vacatio munerum omnium ipſi, patriq́; & auo paterno. De proëdria quidem (quod ius præ aliis ſedendi eſt) Olympionicis, & vacatione munerum conceſſa, ſuperiùs & abundè quidem (vt opinor) diſceptatum fuit. Sed quando palmam cum corona tributam victoribus athletis, conſtat ex iis, quæ luculenter enarrata ſuperiùs fuêre; quæri poteſt, quid ſibi D. Ioannes Chryſoſtomus [c] voluerit, cùm de illis pręmiis, ſeu brabiis ante coronam præſtitis loquitur, tanquam pretioſiores illæ, minoris hæc momenti ad laudem fuerint? nam vbi dixit, ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων, οἱ μὲν ἀγῶνες πόνον ἔχουσι καὶ ὀδύνην καὶ ταλαιπωρίαν· οἱ δὲ στέφανοι καὶ τὰ ἔπαθλα τὴν ἡδονὴν κομίζουσιν

[c] *ſermone 9. in c. 5. epiſt. B. Pauli ad Rom. ad illud,* ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν.

κομίζουσιν



κομίζουσιν ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῶν ἐπάθλων τὰ παλαίσματα οὐχ ἧττον ἡμῖν ἡδέα, &c. ſtatim ſubdit, καὶ πρὸ τῶν στεφάνων ἤδη δίδωσιν αὐτοῖς τὰ βραβεῖα, ὅτι καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι, δεῖ καυχᾶσθαι ἡμᾶς. Equidem non dubito, quin coronas hoc loco μετωνυμικῶς, & per quandam (vt Rhetoricorum ad Herennium [a] auctor appellat) denominationem pro victoriis, & martyriis, ſicuti & Prudentius in ſuo περὶ στεφάνων libro poſuerit: hoc ſignificans, nobis à Deo in ipſis perſecutionibus, & afflictionibus ipſa præmia victoriæ tribui, quamobrem gloriari debeamus. Nec abſimiliter accipiendum Palmę nomen apud Caſsiodorum [b], quo loco, tales ergò tardare (inquit) piaculum eſt: quia poſt palmam nemo dilatus eſt. Nempe hoc ſenſit, ſtatim poſt pugnam victori præmium concedi ſolitum.

[a] *lib. 4.*

[b] *lib. 11. variar. cap. 35.*

*Suſpirium in agonibus, hoc eſt, gemitus athletarum laborantium, & exclamatio, è Cicerone, Papinio, Seneca, Chryſoſtomo. Tentata loci cuiuſdam de Æſchylo apud Stobæum caſtigatio, Plutarchi auxilio aduocato. De Pyctarum ſiue pugilum ictorum patientia, & conſtantia: deq́; exclamatione ſpectatorum encomiis, & cantilenis ad laudes athletarum pertinentibus, ex Homero, Platone, Plutarcho, atque Euſtathio, qui leuiter intereà notatur. Equi ἀθλοφόροι dicti, quòd ſicuti bellorum atque certaminum, ita coronarum quoque hominibus participes fuerint. Ἄσκησις athletica & monachica. Quod nomen & item ἀγωνιστικῆς ad equos relatum. De equorum ingenio, docilitate, iudicio, affectu, voluptate, cognationis, adhortationis, & gloriæ intellectu, præſagitione, luctu, deſiderio, lachrymis permulta. Emendato interim Solino, & expoſito, itemq́; Plinio. Equi athletæ & agoniſtæ, & victores dicti, & cæteris huiuſmodi appellationibus honeſtati, Dio Chryſoſtomus obiter caſtigatus. De Aura equa Phidolæ Corinthij, deq́; Circenſibus equis albatæ factionis ſub Claudio Imp. à Plinio, qui emendatur, atq; illuſtratur. Sepulturæ honor equabus triſolympionicis conceſſus Athenis in Ceramico; de qua re agens Ælianus caſtigatus adhibito Plutarcho, & Herodoto: ex cuius verbis vti dubium quoddā tollitur, ita Latina ipſius verſio vno membro mutila ſuppletur. Ceſſio renunciationis præconiæ in gratiam antagoniſtæ ſuperati. Bucephalo habitus honos poſt mortem, & Boriſtheni. Agrigentina regio equorum, ſed & pugnatricium auium ſepulchris frequens. Diodorus in cæteris hac de re agens illuſtratur. Annui auium certaminis quod publicè Athenis & Romæ haberi ſolitum origo indagatur. Auguſti equus tumulatus. Equi agoniſtæ ſtatuarū honore donati. Cimonis equarum iconicæ ſtatuæ. Circenſibus equis debilibus alimonia de publico præſtita. Palmati equi in duabus Theodoſiani Cod. conſtitutionibus cur appellati. Equi olim (vt hodieq́; in generoſis pleriſque fit, immò & in gregalibus) ſignati ad marginem. Quo ætatis anno equi circo deputati, aut ab ipſo miſſi antiquitus; ex Plinio.*

## Cap. XXVIII.

POSTREMÒ in ſacris agonibus, id non pugilum modò, ſed curſorum ac cæterorum quoque (ſicuti à tignariis fabris ligna ſecantibus, aut ferrariis enixè incudem tundentibus quantũ poteſt in ipſo ictu ſuſpirium quaſi quoddam emittitur, quò ſcilicet fortiùs feriant) Athletarum commune fuiſſe, vt exclamarent vel potiùs ingemiſcerent; de Cicerone [a] dudum didici: Nec verò vnquam (inquit) ne ingemiſcit quidem vir ac ſapiens, niſi fortè vt ſe intendat ad firmitatem, vt in ſtadio curſores exclamant, quàm maximè poſſunt: faciunt idem cùm exercẽtur athletæ. Pugiles verò etiam cùm feriunt aduerſarium, in iactandis cæſtibus ingemiſcunt, non quòd doleant animóve ſuccumbãt: ſed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitq; plaga vehementior.

[a] lib. 1. Tuſcul. quæſt.

Huc ſpectãs fortaſſe Papinius Statius [b] Parthenopæum Arcadem, cùm agone curſus Idam ſuperaſſet, preſſa palma ſuſpiria leuaſſe dixit, iis quos anteà citaui verſibus. Quamquam non nego, quin ſuſpiriorum nomen, ad Arcadis de infortunio ſuo, & Idæ dolo conquerentis, à quo prehenſa coma ſua, reiectus poſt eum, curſúque ſuperatus fuerat; luctum atque mœſtitiam aptè referatur: de qua re agens Poëta, ſic cecinit,

[b] lib. 3. Thebaid.

*--ipſe regeſta*
*Parthenopæus humo, vultumq; oculoſq; madentes*
*Obruit: acceſſit lacrymarum gratia formæ.*
*Pectora nunc mærens, nunc ora indigna cruento*
*Vngue ſecat, meritamq; comam: furit vndique clamor.*

Et cætera quæ libro tertio [c] adferam, vbi de variis ob idem certamen præmiis, quæ diuerſis tribui ſolerent, diſceptabitur. Quod ſi non diſcobolorum illa fuere ſuſpiria, à pugilibus tamen vſurpata, quemadmodum Cicero, illo vnde verba retuli loco, auctor eſt. Sic Papinius idem his verſibus, de Alcidamantis & Capanei pugilatu paulò pòſt agens, docuit:

[c] cap. 19. Agon. 3.

*Et iam vtrumque labor, ſuſpiriaq; ægra fatigant,*
*Tardius ille premit, nec iam hic abſiſtere velox*
*Defectiq; ambo genibus pariterq; quierunt.*

Et item à luctatoribus; vt Gementis vocabulo vſus item poëta Tydei & Agyllei colluctationem poſtea deſcribens ſubindicat, in hæc verba,

Non



*Non ſecus ingentes artus præcelſus Agylleus*
*Sponte premit, paruumq; gemens duplicatur in hoſtem:*
*Et iam alterna manus frontemq;, humeroſq;, latúſque,*
*Collaq; pectoraq; & vitantia crura laceſſit.*

Quinetiam ab illis, qui quolibet genere ac modo exercerentur Aleipta imminente aut miniſtrante vt laboribus fatigari valetudinis ergò non virtutis gratia oporteret; gemitus etiam expreſſos antiquitùs reperio; apud ipſum auctorem ſanè grauiſsimum atque locupletiſsimum Senecam [a]: quo loco, Propone nunc tibi omnia genera vocum quæ in odium poſſunt aures adducere; cùm fortiores exercentur, & manus plumbo graues iactant, cùm aut laborant aut laborantem imitantur, gemitus audio: quotiens retentum (ſic habebat Monjouſianus, quo aliquandiu ſum vſus, manuſcriptus codex; ſic etiam Turnebum [b] legere video, vbi vulgò ſcriptum erat recẽtem) ſpiritum remiſerunt, ſibilos & acerbiſsimas reſpirationes: cùm in aleipten (in illo vetuſto erat ſcriptum, aliquem) inertem & hac plebeia vnctione contentum incidi, audio crepitum illiſæ manus humeris, quæ prout plana peruenit aut concaua, ita ſonum mutat. Ad illa ipſa in agone athletarum ſuſpiria referri etiam queat, quod D. Ioannes Chryſoſtomus [c] ad populum Antiochenum, Generoſi athletæ viſi tantùm in oppoſitione, & vociferati aduerſarios conuertunt: quamuis dici poſsit vociferationem iſtam, prouocationem potiùs quandam ad certamen, ac dimicationem fuiſſe, quàm illum in decertando gemitum; quem ſi emittere pugiles, non tamen queri, aut eiulare poſt ictum exceptum ſoliti, qui omne tormentum gloriæ cupiditate perferebant (adeò magna vis conſuetudinis fuit) cùm tamen ſpectatores ipſi cõtinere ſe non poſſent, quominus exclamarẽt: quod de Æſchylo, cùm ad Iſthmia veniſſet exercitationem commendante, proditum memoriæ à Stobæo [d] comperi, ferè ſic; αἴχυλος ἐν ἰσθμοῖ ἀγῶνα ὁρῶν πακτὸν, καὶ ἐπὶ τῇ πληγῇ τοῦ θεάτρου ἐκβοήσαντος, πρὸς Ἴωνα ἔφη, ὁρᾷς οἷόν ἐστι ἡ ἄσκησις ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσιν. Vbi pro πακτὸν, lubens repoſuerim πυκτῶν, addito etiam articulo τὸν, vel τῶν, quamuis hoc quidem minimè neceſſe. Illud autem etſi ferri vtcumque poſſe video, quod habet editio vulgata, vt iam diſpoſitum & exhiberi cœptum aut verò ſolitum legitimum at-

[a] epiſt. 57. cuius initium, Peream ſi eſt, ex libro 7. epiſt. in princ.

[b] cap. 4. lib. 7. Aduerſar.

[c] homil. 17. col. 130.

[d] Sermone 117. περὶ φιλοπονίας in collecta. locor. comm.

que

que ordinarium oſtendat: hanc tamen coniecturam meam adiuuat Plutarchi [a] auctoritas, à quo ſumpſiſſe id verbi Stobæum eius interpres non vidit; ipſe nequaquam dubito, cùm ita ſcriptum lego, αἴσχυλος μὲν γὰρ ἰσθμοῖ θεώμενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος ἑτέρου τὸ θέατρον ἐξέκραγε, νύξας ἴωνα τὸν χῖον ὁρᾷς, ἔφη, οἷον ἡ ἄσκησις ἐστιν· ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσι. Hactenus ille. Exclamabant igitur ſpectatores in ipſis agonibus & non ſine victoris laudibus ipſum appellabant, non expectata tubicinis aut præconis renunciatione, de qua ſuperiùs [b] diſſerui. Encomia & cantilenas quoque honoris ergò proferebant: hoc ſanè vel vnus indicat Plato [c] vbi ſic ſcribit, ἡμᾶς δὲ μὴ ταύτῃ δοξόμενον, εἰ μὲν ἐν ὀλυμπίᾳ θεόντων ἵππων ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διενοούμεθα πέρι, καὶ προσηγορεύομεν τὸν τάχιστον μὲν ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον, ὡς τάχιστον, ἐγκώμιά τε ποιοῦντες, ᾔδομεν τὸν ἡττώμενον νενικηκότα, οὔτε ὀρθῶς ἂν οὔτ' οἶμαι προσφιλῶς τοῖς δρομεῦσιν ἡμᾶς ἂν τὰ ἐγκώμια προσάπτειν ἀνθρώποις οὖσι. Quò etiam pertinet, quod Homerus [d]: vbi de diſcobolis, & in his de Polypoëtide, qui cæteris longiùs diſcum proiecerat,

τόσσον παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε· τοὶ δ' ἐβόησαν.

Vbi præclarè (vt ſolet) Euſtathius [e] τοῖς τε θεάτροις ἔθιμον πάθος, καὶ τῷ ποιητῇ συνηθὲς ἐπιφώνημα: ſed quod ſequitur, non itidem probo, vt poſteà oſtendam, cùm ait, ὅμοιον τῷ

---ἰαχὸν δ' ἐπὶ πάντες ἀχαιοί.

Iſtuc denique Apollonius Rhodius [f], vbi de Amyco Bebrycum Rege ſuperato in pugilatu à Polluce, fabulam enarrauit, aſpexiſſe mihi quidem videtur, Heroûm Minyarum acclamationem verſibus mandans: quo loco,

---ὁ δ' ἄγχ' αὐτοῖο παρὲκ γόνυ γουνὸς ἀμείβων
Κόψε μεταΐγδην ὑπὲρ οὔατος, ὀστέα δ' εἴσω,
Ῥῆξεν, ὁ δ' ἀμφ' ὀδύνῃ γνὺξ ἤριπεν· οἱ δ' ἰάχησαν
Ἥρωες Μινύαι, τοῦ δ' ἀθρόος ἔκχυτο θυμός.

Poſtremò ipſe Chryſoſtomus, eo quem ſuperiùs ad caput 22. indicaui loco [g]: cùm Olympicis agonibus coronam poſt victoriã, nihil eſſe aliud ſcribit quàm lauri folia, quàm applauſum & acclamationem vulgi.

Ac ne quid addam præterea, huiuſce omnium ſacrorum certaminum communis moris atque obſeruationis, ſolos ex animalibus

[a] in lib. πῶς ἄν τις αἴσθ. ἑαυτὸν προκόπτ. ἐπὶ ἀρετῇ.
[b] cap. 13. huius libri.
[c] lib. 7. de legib. ad fin. in fol. 822.
[d] Iliad. ψ.
[e] f. 1331. & 1332.
[f] Lib. 2. Argon. ſub initium.
[g] homil. 42.



animalibus equos (ἀθλοφόρους propterea nominatos ab Homero [a], iis quos anteà propoſui verſibus, hoc eſt præmia ferentes) coronarum ſacrarum, ſicuti præliorum quoque cum hominum genere participes fuiſſe, Plutarch. ipſe [b] memoria & recitatione dignũ cenſuit: cuius è ſympoſiacis problematis hocce eſt, καὶ τῶν ζώων μόνῳ τῷ ἵππῳ, μετουσία στεφάνου καὶ ἀγῶνος ἐστίν. ὅτι μόνος καὶ ἤσκηται μαχομένοις παρεῖναι καὶ συμπολεμεῖν. Et notandum τὸ τῆς ἀσκήσεως καλὸν ὄνομα (ſicuti Iulius Pollux [c] tradidit) exercitationis honeſtum nomen, quod Græci pietati & caſtitati deuotis, Deiq; cultui dicatis, vtriuſque ſexus hominibus, monachis, monachabus, diaconiſsis, & canonicis in caſto degentib. tribuerunt [d], vt aſcetas aſcetriaſq; nuncuparent; ad equos itidem Plutarchum eo loco retuliſſe: ſicut Pollucem [e] ipſum, vbi περὶ ἱππικῶν ὀνομάτων, δαμάσαι δ' ἂν εἴποις καὶ πωλοδαμνῆσαι, πωλοδαμνεῖν, καὶ ἐκπαιδεῦσαι καὶ ἡμερῶσαι, ἀσκῆσαι ἀναδιδάξασθαι. Nec tantùm ἀγῶνος μετουσία τοῖς ἵπποις, ἀλλὰ καὶ τοῦ στεφάνου, vt Plutarch. ait, quãdo τὴν ἀγωνιστικὴν equorum quoque, non hominũ modò eſſe Plato in 6. de legib. [f] tradit; qui

[a] ſic & à Leontio Scholaſtico in Calliopen eo epigrammate quod extat lib. 5. anthol. f. 403. πρεσβυτέρους κοῦρος μὲν ἐών, πρέσβυς δ' ἔτι κούρους Νικᾷς, τεθρίππων κέντορας ἀθλοφόρων.
[b] lib. 2. ſympoſia. proble. quæſt. 4. fol. 1136. edition. Stephan.
[c] d. cap. 30. col. 190. vbi περὶ νικητοῦ: de quo ἀσκήσεως nomine vt μελέτην καὶ πόνησιν athletis conuenientem ſignificet; vide quæ ſcribo lib. 3. inf. à Laërtio in Diogene, fol. 423. & 424. Differre τὴν ἄσκησιν ἀπὸ τοῦ περὶ ἃ ἄσκησις ἔργου, præclarè Plutarchus docet in D[...]monio Socratis, fol. 1037. editio. Steph. vbi ἄρ' οὖν διαφορὰν ὁρᾷς ἀσκήσεως καὶ τοῦ περὶ ἃ ἄσκησις [...]· καὶ καθάπερ ἀθλητικῆς ἔργον μὲν ἂν εἴποις τὴν τοῦ στεφάνου περὶ τὸν ἀντίπαλον ἅμιλλαν, ἄσκησιν δὲ τὴν [...] ταύτῃ διὰ τὴν γυμνασίαν παρασκευὴν τοῦ σώματος· οὕτω καὶ ἀρετῆς ὁμολογεῖς τὸ μὲν ἔργον εἶναι, τὸ δ' [...]κησιν. [d] videto in Nouel. Iuſtinia. 5. §. hinc autem, verſ. Si quis igitur: & aliis Nouellis. Et ap[...] D. Baſilium ſæpe, qui & regulas monachis ſuis præſtitutas ἀσκητικὰ inſcripſit. De hoc ἀσκήσεως no[...]ine: ad Epiphanium Billius Prunæus lib. 1. ſacrarum obſeruationum, cap. 40. Videto & Suidam i[...]cis, quos cum aliis indico inf. cap. 18. lib. proximè ſeq. vbi de probatione athletarum & monachorum: & in canonibus Sanctorum Apoſtolorum can. 53. εἰ μὴ μεταλαμβάνει κρέα καὶ οἴνου βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν: vt in Gangrẽſis Synodi can. 12. 13. 15. 17. 18. 19. Et Trullanæ Synodi can. [...]. Nec dubito quin B. Cyrillus Hieroſolymit. catecheſi 3. (vbi de D. Ioanne Baptiſta loquitur) hoc nomin[...]uerit: quo loco Latina interpretatio, fol. 20. Exercitationis vocabulum præfert. Aſcetarum choros in m[...]ibus crucifixum, eiuſq; patrem & ſanctum Spiritum laudantes dixit Theodoretus Cyrenſis: monachoru[...] cœtus intelligens lib. 9. de curat. Græcar. affect. fol. 128. vbi, ἐλεύθερα δὲ τοῦ πλάνου τὰ ὄρη· ἀντὶ γὰρ τῶν βωμῶν ἐκ[...] τῆς παλαιᾶς ἐξαπάτης οἱ τῶν ἀσκητῶν ταῦτα οἰκοῦσι χοροί, τὸν ἐσταυρωμένον ὑμνοῦντες, καὶ τὸν ἐκείνου πατέρα καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Sanè ſicuti tribunos militibus ita abbates monachis athletis ſpiritalib. præeſſe noſci tradit Valafridus Strabo de exord. & increm. rer. eccleſiaſt. ſub finem in cap. 31. fol. 418. librorum de diuin. offic. Vnde horum quoque ſicut gentilium athletarum philoſophia nuncupata: id quod ſuperioris libri cap. 15. adnotatum fuit. Et valde placet quod de aſcetis monachis Ioan. Damaſcen. lib. 4. de fide orthod. ad extremum cap. 16. tradit ſic ferè, τοὺς ὁσίους πατέρας ἡμῶν τοὺς θεοφόρους ἀσκητὰς τοὺς τὸ χρονιώτερον καὶ ἐπιπονώτερον μαρτύριον τῆς συνειδήσεως διαθλήσαντας οἳ περιῆλθον ἐν μηλωταῖς ἐν αἰγείοις δέρμασιν ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Huc addes quæ lib. 3. ad extremum 3. cap. adfero ab Iſidoro de ſtadio perfectæ monachorũ exercitationis: & quod ille ipſe ad Caſſianum monachum ſcribit epiſt. 309. lib. 1. ἀνθρώποις πεφυκῶσι τὸν βίον τὸν φθαρτὸν περὶ τὸ στάδιον δραμόντα τῶν μοναχῶν. Et quod de Cœnobitarum palæſtra Caſſianus duobus locis quos ſimul cum alio Epiphanij quopiam proferemus lib. ſeq. cap. 6. ad extremum. De primorib. Chriſtianis agentem Philonem id nominis vſurpaſſe teſtis Euſeb. lib. 2. eccleſ. hiſtor. cap. 17. fol. 16. pag. 2. & fol. 17. pag. 1. quod ad Eſſenos Iudæos retuliſſe potiùs videtur. [e] lib. 3. Onomaſt. c. 11. ſub init. in col. 55. [f] fol. 764. lib. Stephan.

qui eoſdem eſſe magiſtratus aut præfectos tam equorum quàm hominum agoniſticæ voluerit, ſic admodum ſcribens: ἀγωνιστικῆς μὲν οὖν ἀνθρώπων τε καὶ ἵππων τοὺς αὐτούς. Et poſteà [a], μετὰ δὲ ταῦτα χρεὼν ἀγωνίας ἀθλοθέτας αἱρεῖσθαι τῶν περὶ τὰ γυμνάσια ἵππων τε καὶ ἀνθρώπων, &c. Non immeritò; cùm ſicuti ſagacitatem & alacritatem ad pugnam, patientiam laboris, & diſciplinæ (vt ita loquar) capacitatem, huic animalium generi natura indiderit, quemadmodum ex Aeliani aliquot locis [b] perſpicuè intelligitur. Ineſſe ingenium atque iudicium equis Solinus Polyhiſtor [c] documentis plurimis patefactum fuiſſe tradit. Voluptatem his ineſſe, idem ille prodidiſſe Circi ſpectacula refert. Quoſdam enim equorum, cantibus tibiarum (vbi Tubarum equidem malim legere, cùm Tibias muſicorum ſcenicorum & gymnicorum quoque forſitan ludorum, ſicuti ſuperiore libro ſub initium [d] demonſtraſſe me recordor: Tubas equeſtrium agonum, & verò gymnicorum fuiſſe; quamobrem tubæ, de agonibus agens Tertullianus [e] meminerit: iſto toto libro de præconia renunciatione verba faciens oſtenderim) quoſdam ſaltationibus, quoſdam colorum varietate (hoc ad factionem agitatorum pertinet) nonnullos etiam accenſis facibus ad curſus prouocari: affectum equinum lachrymas [f] prouocare, ingenia equorum & Claudij Circenſes probaſſe, &c. Et quod excuſſo auriga, quem Ratumenam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga proſiluit, nec antè ſubſtitit, quàm Tarpeium Iouem trina dextratione luſtraſſet. Addeſis è Plinio latiùs hiſtoriam explicante [g] plebeiis Circenſibus maiore apud priſcos augurio equos excuſſo auriga, ita vt ſi ſtaret in Capitolium cucurriſſe, ſedemq; (Iouis Capitolini ſellam ſiue puluinar intellige, Solino adhibito) ter luſtraſſe: ſed & eodē perueniſſe ab Veijs cum palma, & corona, effuſo Ratumena, qui ibi vicerat, vnde poſtea nomen portæ eſt. Prætereà in iis & cognationis intellectum eſſe, docilitatem, præſagitionem, luctum, deſiderium, præ quo lachrymas etiam fundere, vitam inedia finire. Ergo (vt antè diximus) coronarum ſacrarum generoſis equis ſocietatem cum ipſis hominib. olim fuiſſe, iamiam oſtendimus: atq; hoc inſuper Theocriti [h] carmine declarari poteſt; in quo,

—τιμὰς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι

[a] fol. 765.

[b] lib. 6. de animal. cap. 10. & lib. 16. cap. 23.

[c] cap. 47.

[d] cap. 4. li. 1. vbi περὶ τῶν ἐνδυμάτων καὶ παρασήμων.

[e] in de ſpectaculis cap. 9.

[f] huc illud Homeri pertinet ex Iliad. π. ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες κλαῖον. et poſteà, δάκρυα δέ σφιν θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέε μυρομένοισι.

[g] lib. 8. cap. hiſtor. nat.

[h] Charitibus eidyllio 16.

οἳ σφίσιν (catchword)



οἳ σφίσιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἤνθον ἀγώνων.

Vnde etiam equos, non minùs quàm homines dictos ἀθλητὰς, ἀγωνιστὰς, καὶ ἀδδηφάγους ἁμιλλητηρίους, νικηφόρους, & ἀθλοφόρους, id quod ab Homero antè monui, de Polluce [a] licet addiſcere: de quibus præter Plutarchum [b] ac Diodorum Siculum [c] etiam loquutus Dio Chryſoſtomus Olympica oratione [d]; καὶ ἀγωνιῶντας καθάπερ ἵππους ἀγωνιστὰς ἐπὶ τῆς ὑσπλήγγων οὐκ ἀνεχομένους τὸν χρόνον ὑπὸ σπουδῆς δὲ καὶ προθυμίας κοπτοῦντας (ſic legēdum) τὸ ἔδαφος ταῖς ὁπλαῖς: & ſimiliter Ariſtides [e] in hæc verba, πρὸς Διὸς ἵπποι δὲ ἄριστοι καὶ θαυμασιώτατοι, καὶ μάλιστα καθ' ἡδονὴν τοῖς θεωροῦσιν: ἆρ' οὐχ οἵ τινες ἐρρωμενέστατοι, καὶ διαρκέστατοι, καὶ μηδὲν ἔξω τοῦ δρόμου βάντες ἀπηνύσαντο πανταχοῦ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν σώζοντες: qualem equam (Auram nomine) Corinthio Phidolæ, quem in ipſis penè carceribus excuſſerat; curſu ad ſignum tuba ſeu claſsico datum celeriter & commodè confecto, victoriam peperiſſe traditum: ea enim περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τὸν δρόμον: quemadmodum Pauſanias [f] inter cætera retulit, quæ inferiùs cap. 34. aliam ad rem exhibebo; quales illos equos, quorū ingenia principis Claudij Circenſib. probata, Solinus Polyhiſtore [g] narrat; cū effuſo rectore quadrigæ curſu æmulos non minùs æſtu, quàm velocitate præuerterēt, & poſt decurſa legitima ſpatia (ſeptē intelligit, de quib. actum ſuo loco [h]) ad locum palmæ ſponte conſiſterent, velut victoriæ præmiū poſtularent. Qua de re agens Plin. [i] vt equorum ingenia oſtenderet. Nam in Circo ad currus iuncti (ait) non dubiè intellectum adhortationis, & gloriæ fatētur Claudij Cæſaris ſecularium ludorum Circenſib. excuſſo in carcerib. auriga, albati equi (albatæ factionis equos intelligit) palmam occupauêre, præmiū obtinuêre oppoſita effundentes, & omnia quæ contra æmulos debuiſſent, peritiſsimo auriga inſiſtente, faciētes: cùm puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo curſu ad metam ſtetêre, vbi pro, Primatum, è Solino repoſui, Præmium, iam olim; nec à veritate ſcripturæ, certè non à ſenſu Plinij longiùs abſceſsi. Sed erit fortè qui diuulſis duobus, quæ in vnum perperàm coaluerant, vocabulis, Prima tum eſſe ſcriptum malit; vt τὸ prima ſit, quod Græco idiomate τὰ πρωτεῖα καὶ τὰ πρῶτα (ſicuti cap. 20. ſequentis libri pleniùs dicetur)

[a] lib. 1. Onomaſt. cap. 11. ſub init. in fol. 54.

[b] Themiſtocle, fol. 225. eo loco, quem attuli lib. 1. cap. 26.

[c] lib. 13. Bibliot. f. 375. vnde verba ſtatim exhibeo.

[d] fol. 134. pag. 2.

[e] περὶ τῶν ἐξορχουμένων. f. 57. pag. 2.

[f] vide Pauſan. Eliacôn 2. ſolio 149. quæ Auræ hiſtoria, & item altera illa Circenſium equorū è Plinio ſuperiùs enarrata, citari nō poteſt, quantopere pertineat ad quæſtionē, Vtrū equo qui ſine auriga & ſeſſore ſuo ad brauij locum peruenerit, brauium debeatur, à Bartolo aduerſus Dynū tractatam, & adhibita diſtinctione deciſam argum. ducto ex l. 1. §. 1. quæſitū. D. de aqua quotid. & æſt. l. 1. & in l. 1. §. item acquirimus. D. de acquirend. poſſeſſ. num. 8.

[g] dicto cap. 47.

[h] cap. 28. libri ſuperioris.

[i] cap. 42. lib. 8.

cetur) quod & verius reor:& Tum,hoc eſt,poſteà, occupato fine ſtadij, vbi Meta (quod nomen pro palma,in veteribus libris ortum è gloſſa illius, vt arbitror; vel ex eo fonte potiùs quem cap. vltimo libri 2. Semeſtrium indicaui, doctiſsimus Dalechampius agnoſci teſtatur) nempe tanquam ibi coronæ fuerint,ſecundùm ea,quę ſermone ſuperiore docui;ac palmæ locus. Quamobrem κατὰ συνεκδοχὴν Palma nominatus à Plinio: vel potiùs κατὰ μεταφορὰν ipſa victoria: quemadmodum aliis veterum teſtimoniis adhibitis ad extremum præcedentis capitis, Palmę coronæq́; nomina, pro victoria ipſa identidem vſurpari ab auctoribus, demonſtratum fuit: quod tamen eruditiſsimos alioqui nuperos eius loci ſcoliaſtas fugit.

Quemadmodum autem coronarum præmia equis agonalibus, & agoniſtis hominibus communia fuiſſe oſtēdimus: ita ſepulturæ quoque honorem equabus ter ad Olympiam curuli certamine victoriam adeptis attributum; ſi non publico ſuffragio,priuato tamen præſtantiſsimorū ducum ſtudio, Æliani narrat hiſtoria; & quidem ita vt Athenis in Ceramico terra conderentur: quo loco eos milites,qui pro Repub. in bello perierant, philoſophos etiā alioſq́; illuſtres viros ex decreto [a] publicè ſepeliri mos fuit, ſic enim Ælian. [b] Μιλτιάδης δὲ τὰς ἵππους τὰς τρεῖς (lego τρὶς, vt ſit ter, non tres, qui ſcio ſingulari honore affectos homines quoque triſolympionicas [c]) ὀλύμπια ἀνελομένας ἔθαψεν ἐν κεραμικῷ. καὶ διαγόρας δὲ ὁ λάκων, καὶ ὀλυμπιονίκας ἵπποις ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς. Quod Ælianus de Miltiadis equabus ter victricib. apud olympiā, hoc ipſum Plutarchus [d] de Cimonis equabus, vt hæ ter quoque apud Olympiam victrices,iuxta ipſius monumentum ſepultæ fuerint: ſic admodum tradit, τῶν δὲ Κίμωνος ἵππων αἷς ὀλύμπια τρὶς ἐνίκησεν καὶ ταφαὶ πλησίον εἰσὶ τῶν ἐκείνου μνημάτων cuius loci ſimilitudine, noſtram in Aeliani loco caſtigando coniecturam, mirum in modum illuſtratam atque ſtabilitam ſentio. Maximè autem omnium ipſa Herodoti [e] hanc rem totam pleniùs enarrantis auctoritate. Is enim Cimonem Miltiadis patrem Steſagoræ

[a] *Vide ſi curæ tibi eſt, decretū de Zenone Cittiēſi Athenis factum, quod in ipſius vita retulit Diog. Laërt. lib. 7. fol. 241. & 242. edit. Steph. vbi inter cætera, τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. δεδόχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι μὲν Ζήνωνα Μνασέου Κιτιέα καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ κατὰ τὸν νόμον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ σωφροσύνης. οἰκοδομῆσαι δὲ αὐτῷ καὶ τάφον ἐπὶ τοῦ Κεραμικοῦ δημοσίᾳ & reliqua. Plu- t. r·hus quoque in decreto de Lycophrone Butade Opuſcul tomo 3. fol. 156\. editio. Steph. Diomedis ac Lycurgi vitā honoribus à populo affectam & mortem publicis ſepulchris in Ceramico, propter illorum virtutē, decoratam fuiſſe memoratꝰ.*

[b] *lib. 12. de animalib. cap. 40. ad fin. In Ceramico autē ciuibus de Athenienſiū Repub. optimè meritis datam ab ipſis ſummi beneficij vel gratiæ loco ſepulturam diſcas è decreto quod Lycophron Lycurgo Butadæ patri obtinuitꝰ, adſcripto vitis decem Rhetorum à Plutarcho.* [c] *huc pertinet Philoſtrati locus è lib 5. de Apollonio, fol. 29. ſed ille potiſſimùm Plinij: quem attuli ſup. cap. 20. huius lib.* [d] *in Marco Catone, fol 620 Stephanici lib. & fol. 621. de canibus honore tumuli donatis cùm ab aliis veterum, tum à Xantippo.* [e] *Erato lib. 6. fol. 191. Heruagiani exemplar. excuſi Baſileæ anno 1541. Stephanici verò anno 70. fol. 232.*



Steſagoræ filium cùm Athenis exularet ob tyrannidem Piſiſtrati filij Hippocratis, & agone curuli viciſſet apud Olympiam; victoria ceſsiſſe in gratiam vterini fratris nomine Miltiadis: poſteà verò in ſequenti Olympiade,cùm iiſdem equabus victoriam denuò abſtuliſſet; ſimiliter Piſiſtrato id cōceſſiſſe,vt ſua vice ipſe victor à præcone renūciaretur (hoc enim habet contextus Græcus,quod in Latina Vallę verſione,quālibet ab Henrico Stephano recognita, prætermiſſum colon reperias) domumq́; ſuam ex compacto & Piſiſtrati permiſſu Cimonem ita rediiſſe; Deinde cùm tertiò iiſdem equabus Olympiaco certamine ſuperior antagoniſtis extitiſſet; accidiſſe vt mortuo iam Piſiſtrato,liberi eius, emiſsis clāculùm percuſſoribus, noctu ad Prytanæum Cimonem interimerent; qui ſepultus ad vrbem fuit trans viam,quæ Diacœles nomen habuit: ex aduerſo autem ipſas eius equas,quæ tres victorias Olympiacas reportarant,ibi fuiſſe tumulatus. & addit Herodotus,idem quod ab iſtis,antea ſimiliter factum ab aliis equabus Laconis Euagoræ, aliis præterea nullis. Verba præſtantiſsimi auctoris hæc omninò ſunt; quæ vt caſtigentur, proferam pro meo more, atque vti de additi à nobis ad Latinam verſionē integri vnius coli fide, aliis manifeſtò conſtare poſsit: ἦρχον δέ σφεας στρατηγοὶ δέκα, τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα τὸν Στησαγόρεω κατέλαβε φυγεῖν ἐξ Ἀθηναίων Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτεος· καὶ αὐτῷ φεύγοντι ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη. καὶ ταύτην μὲν τὴν νίκην ἀνελόμενόν μιν, τὠυτὸ ἐξενείκασθαι τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφεῷ Μιλτιάδῃ· μετὰ δὲ τῇ ὑστέρῃ ὀλυμπιάδι τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι νικῶν παραδιδοῖ Πεισιστράτῳ ἀνακηρυχθῆναι. καὶ τὴν νίκην παρεὶς τούτῳ, κατῆλθε ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ ὑπόσπονδος. καί μιν ἀνελόμενον τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι ἄλλην ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκέτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου. κτείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ πρυτανήϊον, νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας. τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεος πέρην τῆς Διακοίλης καλευμένης ὁδοῦ· καταντίον δ' αὐτοῦ αἱ ἵπποι τεθάφαται αὗται, αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι. ἐποίησαν δὲ καὶ ἄλλαι ἵπποι ἤδη τὠυτὸ τοῦτο Εὐαγόρεω λάκωνος· πλέω δὲ τουτέων οὐδαμαί. quib. in verbis ex illo Aeliani loco viciſsim ſupplendis in extremo; vt equæ ſcilicet illius Euagoræ Laconis non modò tres apud Olympiam victorias adeptæ vt illæ Cimonis atq; Miltiadis,

verùm etiam, vt illæ non minùs quàm iſtæ honore tumuli donatæ fuerint: aduertendum inſuper (quod alibi legiſſe non recordor) Hieronicas in poteſtate habuiſſe, vt ſuperatis antagoniſtis iure ſuo cederent; hoc eſt, victorię præmiis, & in his renunciatione præconia. Nam quod de Alexandro Plutarchus [a] narrat; indignatum ipſum in curriculo fuiſſe, quod Briſon ſtadiodromus eius antagoniſta ſponte ipſi victoriam cedere videretur, idq; renuiſſe: hoc ad ſimulatam tarditatem à Briſonte (qui adulatorio more, Principe illo ſe inferiorem in hoc quoque artificio eſſe fatebatur, vt ipſius aucuparetur gratiam) pertinere, clariſsimus Budæus eum locum explicãs vidit; in quo Græca ſic habent, οὐ ποιοῦντος Ἀλεξάνδρου: ἀλλ' ἐπεὶ Βρίσων ὁ σταδιόδρομος ἁμιλλώμενος αὐτῷ περὶ τάχους ἔδοξεν ἑκὼν παρεῖναι σφόδρα διηγανάκτησεν. In iis denique verbis Herodoti, notandum etiam iſtud τοῦ ὁμομητρίου: quod mendoſum eſſe ſuſpicetur meritò quiſpiam; huius autem loco reſtituendum eſſe ipſius aduerſum ὁμοπατρίου; propterea quòd Cimon Steſagoræ filius cùm Steſagoræ patris nomen primogenito ſuo dediſſet, Miltiadi filio alteri ſuo à fratre Cherſoneſi conditore Miltiade nomen impoſuiſſe; Steſagoram verò primogenitum à Miltiade patruo educari voluiſſe, ſubiicitur in hæc verba: ὁ μὲν δὴ πρεσβύτερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι Στησαγόρης ἦν τηνικαῦτα τῷ πάτρῳ Μιλτιάδῃ τρεφόμενος ἐν τῇ Χερσονήσῳ. Nam ſi patruus Steſagoræ Cimonis filio Miltiades (quem non θεῖον ambiguo, vt auunculum quoque deſignet, nomine; ſed πάτρον appellauit Herodotus) hic ſanè Cimoni non vterinus, ſed conſanguineus eodem patre natus fuit. Verũtamen cùm paulò antè Cimonis fratrem Miltiadem Cypſeli filium, non Steſagoræ (quem Cimon patrem habuit) memoraſſet; cumq; iam ſemel anteà Miltiadem Cimonis fratrem eadem matre natum dixiſſet, eo ſcilicet ὁμομητρίου vocabulo vſus Herodotus; quo loco [b], κτησαμένου τὴν ἀρχὴν ταύτην πρότερον Μιλτιάδεω τοῦ Κυψέλου τρόπῳ τοιῷδε, &c. Et poſtea, καὶ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου ἐὼν οἰκίης τεθριπποτρόφου, &c. Item aliquantò poſt, οὕτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου ὀλύμπια ἀνῃρηκὼς πρότερον τουτέων τεθρίππῳ, &c. ἔσχε τὴν χώρην. Hæc (inquam) omnia de Cypſeli filio Miltiade; quem Cherſoneſi cõditorem ſine liberis, imperium bonaq; omnia Steſagoræ filio fratris ſui Cimonis eadem

[a] *In lib. περὶ εὐθυμίας Opuſc. ex edit. Steph. fol. 838. tom. 2.*

[b] *eodem libro 6. fol. 217. Steph. libri, & fol. 218.*



eadem matrẽ geniti reliquiſſe narrat, ſic ferè: τελευτᾷ ἄπαις τὴν ἀρχήν τε καὶ τὰ χρήματα παραδοὺς Στησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεοῦ παιδὶ ὁμομητρίου. Quæ cùm ita ſint; ſatius ac veriùs cẽſeo, vt Steſagoras primogenitus Cimonis filius apud Miltiadem ſuperiorem Cypſeli filium Cherſoneſi conditorem Cimonis vterinum fratrem, & (vt hiſtoricus loquitur) ὁμομητρίον educatus; eum πάτρων, hoc eſt, patruum vtpote patris fratrem, licet non eodem patre, ſed eadem ſolummodo matre genitum nuncuparit: non etiam auũculum, vtpote non matris, ſed patris fratrem, licet alio patre editum. Qui me locus quoniam aliquandiu torſerat; ideò lubentius ad ipſum prorſus explicandum, à cœpto de ſepultura equarum agonalium ſiue Circenſium ſermone ſeceſsi: ad quem redeo.

Nam de Bucephalo [a], quem Alexander Magnus, & vrbe eius nomini dicata, exquiſitiſsimis inſuper exequiis honorauit: aut de Boriſthene, cui Adrianus Imperator [b], quòd plurimum eo inter venãdum vſus fuerat, tumulum inaurata columnæ ſepulchro affixæ inſcriptione conſtituit, nihil hîc quidem attinet dicere. Agrigentinam ſanè regionem equorum ſepulchris frequentem fuiſſe, ait Solinus [c] hoc addito, quod munus ſupremitatis, meritò datũm credimus. Agrigẽti complurium equorum tumulos habere pyramides, feciſſe & D. Auguſtum equo tumulum, de quo Germanici Cæſaris carmen eſt, memorauit Plinius [d]. Addam hoc quoque à Timæo teſte oculato apud Diodorum Siculum [e] Agrigentinos luxu vario diffluentes non athletis modò equis, (ita enim Diodorus appoſitè ad ea, quæ ſuperiùs tradita hoc ipſo capite fuêre, nũcupat) verùm etiam gallinaceis pugnatoribus, perdicibus, coturnicibus ad pugnam inter ſe deſtinari apud Græcos (vt ex Plutarchi variis locis intelligitur) ſolitis, ſumptuoſos extruxiſſe tumulos, qui ad Timæi ætatem vſque perdurarint. Sic namque Diodorus, δηλοῖ δὲ τὴν τρυφὴν αὐτῶν, καὶ ἡ πολυτέλεια τῶν μνημείων· ἅτινα μὲν τοῖς ἀθληταῖς ἵπποις κατεσκεύασαν, τινὰ δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν παρθένων, καὶ παίδων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις, ἃ Τίμαιος ἑωρακέναι φησὶ, μέχρι τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου διαμένοντα. Etenim tametſi, quod περὶ ὀρνιθαρίον ibi traditur, de paſſerculis, aliiſq; auiculis puellarum (vt Catullus canit [f]) deliciis non incommodè accipi poſſe concedã; præſertim cùm puerorum virginum

[a] *vide Plutarc. Alexandro, fol. 1282. Stephan. exemplaris, & Q. Curtium, & Solinũ Polyhiſt. cap. 47. poſt Pli. cap. 20. lib. 6. & cap. 42. lib. 8.*

[b] *vide Dionem Adria. apud Xiphilinũ illius epitomatorem, fol. 247.*

[c] *polyhiſtor. d. cap. 47.*

[d] *cap. 42. lib. 8. natur. hiſtor.*

[e] *lib. 13. Bibliot. fol. 375.*

[f] *epigrammate, cuius initiũ, Paſſer deliciæ, &c.*

virginumq́; talia curantium, iniecta ſit mentio: nihilominus tamen vbi de certatoribus equis, eorúmque ſepulchris apud Agrigentinos, egerat hiſtoricus; περὶ τῶν μαχίμων ἀλεκτρυόνων de pugnatoribus gallinaceis, & ſimilibus, quas dixi, auibus; ipſum (vt nūc quidem eſt) ſenſiſſe; ſed ὀρνιθεία potiùs quàm ὄρνιθας in equorum comparatione ſcribendum duxiſſe, verius arbitror. Quod vt magis magiſq́; ita ſentiam; facit iſte Columellæ locus, è libro de re ruſt. 8. [a] Huius igitur villatici generis (inquit) non ſpernendus eſt reditus, ſi adhibeatur educandi ſcientia, quam plerique Græcorum, & præcipuè celebrauêre Deliaci. Sed & ij, quoniam procera corpora & animos ad prælia pertinaces requirebant, præcipuè Tanagricum genus & Rhodium probabant, &c. Nobis noſtrum vernaculum maximè placet: omiſſo tamen illo ſtudio Græcorum, qui ferociſsimum quemque alitem certaminibus & pugnæ præparabant. Nos enim cenſemus inſtituere vectigal induſtrij patrisfamiliâs, non rixoſarum auium laniſtæ: cuius plerumque totum patrimonium, pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abſtulit. Imprimis autem, hic Plutarchi [b], de vitanda philautia tranquillitati animi contraria locus, meam confirmat ſententiā; & ſuperiora Columellæ verba illuſtrat ſimul: vbi, οὐ γὰρ πλούσιοι μόνον ὁμοῦ καὶ λόγιοι, καὶ ἰσχυροί, καὶ συμποτικοί, καὶ ἡδεῖς εἶναι, καὶ φίλοι βασιλέων καὶ πόλεων ἄρχοντες ἀξιοῦσιν. ἀλλ' εἰ μὴ καὶ κύνας ἕξουσι προτερεύοντας ἀρετῇ καὶ ἵππους καὶ ὄρτυγας καὶ ἀλεκτρυόνας, ἀθυμοῦσι: niſi & canes habuerint virtute præcellentes, & equos & coturnices, & gallinaceos; ferūt periniquo animo. De quibus nemo apertiùs (vt videtur) & pleniùs egit, quàm Lucianus Anacharſi; quo loco etiam apud Athenienſes lege cautum fuiſſe ait, vt qui ſuæ ætatis forent ad talia pugnacium auium ſpectacula conuenirent: καίτοι τί ἂν πάθοις εἰ θεάσαιο (inquit) καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν. ἢ γελάσῃ δηλονότι. καὶ μάλιστα, ἂν μάθῃς ὡς ὑπὸ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν. καὶ προστέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως. ἀλλ'

[a] cap. 7. vbi de gallinis variorū generum.

[b] ex lib. περὶ δυσωπίας fo. 838. to. 2. Opuſc. ex edit. Steph. Vide inſuper eundem Plutarchum tam de gallinaceis quā de coturnicibus, pugnatricibus in Antonio. Herodianum lib. 3. de gallis pugnatoribus, rurſum Æſchinē κατὰ Τιμάρχου, pag. 13. edit. Ald. vbi καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλουσι καὶ κυβεύουσιν. Plutarchum apophthe. Lacon. & quæſt. 2. lib. 1. Sympoſia. Plinium lib. 10. cap. 21. & lib. 30. cap. 15. vnde natum prouerbium περιστὰς ὥσπερ ἀλέκτωρ & ἀλέκτωρ ἐπιπηδᾷ, de quib. Eraſm. in Chiliad. adagior. col. 393. & 682. edit. Stephan. De coturnicibus quoque ipſum Plutarch. in apophthegmat. Regum & ducum, ſub finem, vbi de Auguſti facto, qui ἀκούσας ὅτι Ἔρως ὁ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου διοικῶν ὄρτυγα τὸν κρατιστεύοντα πάντων ἐν τῷ μάχεσθαι καὶ ἀήττητον ὄντα πριάμενος ὀπτήσας κατέφαγε, μετεπέμψατο αὐτόν, καὶ ἀνέκρινεν: ὁμολογήσαντα δὲ ἐκέλευσεν ἱστῷ νηὸς προσηλωθῆναι. *Perdices quoque Alexandri Seueri Principis Romani temporibus inter ſe commiſſas, apparet ex iſto Lampridij loco in eius vita, fo. 364. Gryphia edit. vbi, voluptates ſcenicas in conuiuio nunquam habuit, ſed ſumma illa oblectatio fuit, vt catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter ſe pugnarent, aut aues paruulæ ſurſum deorſum volitarent.*



ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο γελοῖον, ὑποδύεται γάρ τις ἠρέμα ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους. ὡς μὴ ἀγεννέστεροι καὶ ἀτολμότεροι φαίνοιντο τῶν ἀλεκτρυόνων, μηδὲ προαπαγορεύοιεν ὑπὸ τραυμάτων, ἢ καμάτων, ἢ τοῦ ἄλλου δυσχεροῦς.

Sciendum iſtud intereà, cuius ab Euſtathio in eruditiſsimis illis ad Iliadem Homericam [a] parecbolis admonemur; vt quod de auibus ad certamen apud Græcos Romanoſq́; committi ſolitis dictum eſt, omninò intelligatur, & ad ſuam originē reuocetur: Themiſtoclem aduerſus Perſas cùm exercitum duceret, pullos gallinaceos inter ſe de victoria decertantes conſpicatum; inde arrepta occaſione Athenienſes ad ſtrenuè fortiterq́; depugnandum aduerſus hoſtes, iſto auium exemplo adhortatum eſſe, proſperoq́; rei euentu confirmaſſe: Quamobrem ſuperatis Perſis Athenienſes ob facti memoriam, annuum gallinaceorum certamen vno ſcilicet die publicum vt haberetur inſtituiſſe, legéque lata decreuiſſe. Addit etiam, eorum imitatione Romanis hoc ipſum de certamine coturnicum placuiſſe: ad quod publicè per pręconem ſpectatores inuitatos, cùm diceret, Pulli pugnant. Quod antiquitatis Romanæ veſtigiū, ex eo ſatis abſtruſo loco in lucem erutum, facere non potui quin ſtudioſis illius antiquitatis communicarem. Optimi omnique doctrinæ genere præſtantiſsimi commentatoris hæc verba ſunt: ἱστέον δὲ ὅτι σπουδαῖον πάλαι κριθὲν τὸ ἐναγωνίως καὶ χαίρειν ἐπάθλων γυμνάζεσθαι, φίλον ἦν καὶ τοῖς περὶ Τροίαν Ἀχαιοῖς τά τε ἄλλα, καὶ διότι φιλοτιμίαν τε εἶχε τὸ πρᾶγμα, καὶ εἰς μάχην ἠρέθιζε τὴν ἀναγκαιοτάτην: ἧς ἕνεκεν Ἀθηναῖοι Πέρσας νικήσαντες ὕστερον ἐπενοήσαντο ἀστεῖόν τι καὶ ἀκίνδυνον γυμνάσιον. ἀλεκτρυόνας νομοθετήσαντες ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους. ἐπεὶ καὶ Θεμιστοκλῆς ὅτε κατὰ Περσῶν ἐξῆγε στρατόν, ἀλεκτρυόνας ἰδὼν μαχομένους ὑπὲρ τοῦ μὴ ἡττηθῆναι, ἐκεῖθεν φασὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐπέρρωσεν εἰς μάχην. ὅμοιον δὲ καὶ Ῥωμαῖοι ἐποίουν διὰ ὀρτύγων μονομαχίας, κήρυκος προσφωνοῦντος τὸ Πούλλοι πούγναντ, ἤγουν τὰ πωλία μάχονται, καὶ οὕτω τοὺς θεατὰς ἀθροίζοντος. Ex quo id etiam cognoſcimus, ſolorum ex auib. gallinaceorum Athenis pugnam publicam; Romæ verò, etiam coturnicum receptam. Porrò autē quod Agoniſtas equos Hieronicarum, ſimul cum ipſis honore ſtatuarū ſiue iconum, & ipſos quadamtenus donatos anteà docui; cùm de victorum gymnico,

[a] in illud ex Ilia. ι. κεν ἀλήιος εἴη ἀνὴρ, ᾧ τόσσα γένοιτο. fol. 740. lin. 46.

nico, & itẽ Circenſi agone ſtatuis differerem: adiiciendum & iſtud moneo, quod Aelianus in varia hiſtoria memorat [a] de Cimonis equarum ſtatuis iconicis, earũ apprimè referentib. figuram, apud Athenas poſitis, in hæc admodùm verba; καὶ αἱ Κίμωνος ἵπποι χαλκαῖ καὶ αὐταὶ ἀθλώνσιν εἰκασμέναι ὅτι μάλιστα ταῖς Κίμωνος ἵπποις ἐστήκεσαν. Et quod de vetuſta equorum Marmacis vnius ex Hippodamię Regis apud Elidem Oenomai filiæ procis ab ipſo ſuperatis ſepultura in margine Partheniæ fluminis poſita Pauſanias [b] itidem narrat, quo loco: προϊόντι δὲ ἐντεῦθεν τότε ὕδωρ τῆς παρθενίας ἐστὶ καὶ πρὸς τῷ ποταμῷ τάφος ἵππων τῶν Μαρμακος. Nec ſanè dubito quin agonalibus equabus, quę Circenſibus ludis viciſſent, non item aut aratoriis, aut vectationi ſoli commodis, ponendas Cimon iconas curauerit: quanquam ea de re nihil in ipſius vita Plutarchus, nihil Aemilius Probus, ſi bene memini.

[a] lib. 9. cap 32

[b] Eliac. 2. fol. 200. editionis Frãcofurd. apud Vvechelum.

Poſtremò illud etiam animaduertendum Circenſibus ſeu curulibus equis ætate aut alia vlla ratione debilibus olim ex horreis fiſcalibus attributam in fabis (putà) vel ſimilibus, quorum l. 2. de equis curulibus in C. Theodoſiano mentionem facit; imperatorum iuſſu alimoniam: vt ex Valentiniani, Valentis & Gratiani reſcripto [c] iſto intelligimus; quod non tam ſobolis reparandæ (opinor) ad Dominici gregis conſeruationem pertinuit, quàm ad ipſam pietatis cuiuſdam in bruta etiam animalia naturalis rationem, ac veluti remunerationem, & vetuſtarum victoriarum præmium: athletarum ætate confectorum exẽplo, quibus in prytanæo annonam datam & ſimiliter mulo vetulo illi ab Athenienſibus Mineruæ templum condentibus, quòd is onuſtis mulis præire viam & ad capeſſendum laborem ipſos quodammodo cohortari videretur; Athenæo enarrante ſuperiùs [d] oſtendi: quam ipſam hiſtoriam & à Plutarcho in M. Catonis vita [e] prolatam ad hanc rem memini, vt probaret hominum bonitatem atque miſerationem ad alendos catulos aut debiles ætatéque confectos equos & canes facilè protendi; ſic ferè, καὶ γὰρ ἵππων ἀπειρηκότων ὑπὸ πόνου τροφαὶ καὶ κυνῶν οὐ σκυλακεῖαι μόνον ἀλλὰ καὶ γηροκομίαι τῷ χρηστῷ προσήκουσιν. Imperatorum igitur hæc verba ſunt. Palmatis atque Hermogenis equis quos in curulis certaminis ſorte vel contentionis in certum vel amorũ ſeries

[c] l. 1. Cod. Theo. de equis Curul. lib. 15. tit. 10.

[d] Capite nimirũ huius lib. 17.

[e] pag. 620. lib. à Steph. excuſi: vnde illa etiã ſumpſi quæ ſuperiùs protuli ſub initium cap. 18. ad marginem.





vel diuerſa ratio debiles fecit, ex horreis fiſcalibus alimoniam præberi decreuimus. Ibidem paulò pòſt equorum Hiſpani ſanguinis quorum vendẽdorum ſolitam factionariis copiam non negant: itémque Græcorum equorum, quorum nomina commutari prohibent; fit mentio ab imperatoribus. Ac de Palmatis quidem & Hermogenianis equis equabúſque Arcadius item & Honorius altero reſcripto meminêre in eodem Theod. Codice [a] ad Cæſarium præfectum prætorio: vbi ab ipſo propoſitis edictis moneri minimos maximóſque præcipiunt, vt ſciant ſingulas auri libras ex propriis facultatibus eruendas pro ſingulis equis vel equabus, ſiue Hermogenianis ſiue Palmatis (occupatis ſcilicet vel interceptis, vt è ſequentibus apparet) niſi eas ſponte obtulerint. In his verò quos ex aliis gregibus occupatos eſſe conſtiterit, ſex auri vncias fiſci viribus inferendas. Et quod ait de palmatis equis; palmarum numero glorioſos fortaſſe intelligit, ſicuti ſcriptum alibi [b] niſi quis ex palmæ candenti ferro armis equinis impreſſæ indicio [c] quo notarentur equi ex Syria & Palęſtina deducti (cùm deuictæ Palæſtinæ ſeu Iudææ palmam ibi frequentiſsimam in antiquis Romanorum principum numiſmatibus [d] expreſſam vetuſtæ memoriæ periti homines non ignorent) ita potiùs appellatos exiſtimauerit. De annorũ ſerie quod dicitur, id ſic habet: in circo vt niſi quinquennes non deputari, ſic poſt vigeſimum annum mitti ſolitos; tanquam emeritis vicennij, aut ſexquidecennij (quod in militibus olim tempus idoneum vacationi exiſtimatum) ſtipendiis. Ergo Plinius, [e] diuerſa autem circo ratio quęritur (inquit.) Itaque cùm bini in alio ſubigantur imperio non ante quinquennes ibi certamen accipit & cæt. Venerat mas ad annos triginta tres, vtpote cùm à circo poſt viceſimum annum mittantur ad ſobolem reparandam. Inter Curules principis & factionariorum equos hoc forſitã interfuit, quòd cùm illa ætate omnes equi à circo mitterentur, non tamen ex horreis fiſcalibus equi aliorum quàm principis ſolius alimoniam acceperint: præſertim cùm factionariis ſuos vendere licuerit.

*Dionis locus de Circenſibus agonibus à turpi mẽdo vindicatus, & illuſtratus. Sumptus ad ludos Circenſes maximi. Eorum aliorúmque ludorum ſub Imperatoribus poſterioribus exhibita etiam in prouinciis ſpectacula, quæ*

[a] l. vnic. de grege Dominico tit. 5. lib. 10.

[b] in l. equos, 6. de ſcænicis. tit. 7. eiuſdem libri

[c] ſicuti de Bucephalo ducta ex eo appellatione apud Plutarchũ Alexandro, Plinium lib. 8. c. 42. Arrianum lib. 5. Dionem Chryſoſtomum & Ariſtophan. interpretem Nubibus videre eſt. quibus adde Athen. lib. 11. fol. 188. vbi de Sãphoris. & Sudam in Κοππατίας.

[d] vt in Veſpaſiani numiſmatibus ex argento quorum alteri facies Iudææ inſcripto nomine ſedentis ac lugentis ſub [illegible] alterum palmæ arboris effigiem refert, nu. 29. & 30. vide & num 27. in eadem facie lugentis ac ſedentis fœminæ itémque palmæ ſimilitudinem & in numiſmatibus ex ære, nu. 34. cùm nomine Veſpaſiani palmæ ſimilitudinem & [illegible] in Titi numiſmatis ex ære num. [illegible] & 14. editio. ſeruanda apud Æneam Vicum an. 1554.

[e] lib. 8. c. 42.

*apud Treueros Saluianos preſbyter improbabat. Oppida in quibus olim Circenſes dati nonnulla teſtimonijs D. Hieronymi allatis in eam rem luculentiſſimis celebrata. Philoſtrati locus de Apollonio apud Alexandrinos in Circenſibus tumultuantes tranquillitatem Olympicorum agonum memorante.*

## Cap. XXIX.

Sed quid eſt (quæſo) quod, cùm olim plerumque Circenſes darentur ſine gymnicis; hoc Romæ tãtùm, non alibi fas eſſe Mœcenas apud Dionem voluit? Si tamen locus eſt integer, cuius verba omnino iſta ſunt in impreſsts libris; τὰς δ' ἱπποδρομίας τὰς ἄνευ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἐπιτελουμένας, οὐκ ἡγοῦμαι δεῖν ἄλλῃ τινὶ πόλει ποιεῖν ἐπιτρέπειν: neque enim ratio quæ ſubiicitur, de ſumptibus vitandis, aut compeſcẽdo furore Circi, déque maioris ad belli vſum equorum copiæ neceſsitate, ſatis congruit; ſi alibi licere, ſed non ſine gymnicis dare Circenſes Mœcenas in animo habuit. Verùm equidem pro illo ἄνευ reponere τὸ ἀντὶ (quod valet Pro) apud eximium hiſtoricum, optimum factu iudico: noluiſſe Mœcenatem exiſtimans, Circenſes qui agonum ſacrorum loco exhibebantur, in poſterum alibi, quàm Romæ celebrari; ὅπως μήτε χρήματα παμπληθῆ (ait) εἰκῇ διαπολλύηται, μήθ' οἱ ἄνθρωποι κακῶς ἐκμαίνονται, καὶ τὸ μέγιστον, ἵνα οἱ στρατευόμενοι τοῖς ἀρίστοις ἵπποις ἀφθόνως χρῆσθαι ἔχωσι: vti ne temerè magna vis pecuniæ profunderetur (calamitas enim fiſci, & mendicitas Romani ærarij iam non ſinebat, vt vbique in res nugatorias perdite, quod de ſuis temporibus agens dicebat Saluianus Maſsilienſis [a] profunderentur expenſę: fieri autem ſolitos in Circenſibus præſtãdis ſumptus maximos, quibus impares priuati forent, vt in magiſtratu etiã adepto inopiam ipſorum ab Imperatoribus ſubleuari oportuerit, alio loco [b] abundè à nobis demonſtratum fuit) neque populares veluti furore quodam perciti de more inter ſe contẽderent: & potiſsimùm vt militantibus equi optimi ad pugnam abundè ſuppeterent; quod futurum non erat, ſi paſsim in aliis oppidis (præſertim Græcis) pro athletis agitatores equorum curulium, curſualium, ſiue Circenſium decertarent. Sanè ſub Imperatoribus poſterioribus curules ludos, & beſtiarios, ſcenicóſque non minùs quàm gymnicos præbitos fuiſſe, ex ea Honorij & Theodoſij

[a] *lib. 6. de gubernatione Dei.*

[b] *ſecundo tractatu ad l. 2. D. de orig. iur. vbi de ludis initio magiſtratus adepti editis à conſ.*



Theodoſij conſtitutione, quam in Codice Iuſtinianico ſub titulo de ſpectaculis extare [a] ſcimus, perſpicuè apparet. Treueris quidem in Gallia poſtulaſſe nobiles, poſt ipſam vrbis ſuæ ruinam Circenſes ab Imperatoribus, conqueritur alicubi Saluianus ille [b] quem antè nominaui, ſic ferè: Pauci nobiles qui excidio ſuperfuerant (ait) quaſi pro ſummo deletæ vrbis remedio, Circenſes ab Imperatoribus poſtulabant. Et poſteà, Circenſes ergo Treueri deſideratis, & hoc vaſtati, hoc expugnati, &c. Fateor miſerrimos eſſe credidi, cùm excidia paſsi eſtis, ſed miſeriores vos video, cùm & ſpectacula poſtulatis. Et theatrum igitur quæritis, Circum à principibus poſtulatis. Et poſteà; Iacent reliquiæ infelicisſimæ plebis ſuper tumulos mortuorum ſuorum, & tu Circenſes rogas? Apud Antiochiam Syriæ Circum & Orcheſtram fuiſſe, quam pœnę cauſa ob deiectas principum ſtatuas à populo Theodoſius Imperator obſtrui iuſſerit, ex quodã B. Chryſoſtomi homilię ad populum Antiochenum ſeptimæ ac decimæ loco [c] intelligitur; in quo, Quid enim moleſti, dic mihi, factum eſt (ait) quòd Orcheſtram obſtruxit, quòd Circum inacceſsibilem fecit, quod nequitiæ fontes excluſit, & ſubuertit? Sed & ex illis homiliarum 13. & 14. locis, quibus eorum meminit, Rempublicam tractantium, qui equos domi alerent, & in certaminibus brabia proponerent: quos ex illa cauſa tum in carcerem cõiectos fuiſſe memorat. E' Conſtantij & Conſtantis reſcripto ad ordinem ciuitatis vel Conſtantinæ (ſicut in C. Th. legitur, quæ vrbs Phæniciæ fuit) vel Aedeſenæ (ita enim eſt in C. Iuſtinianico ſub titulo [d] de decurionib. lib. 10. hanc autem fuiſſe Oſroœnæ prouinciæ vrbem ibi Cuiacius adnotat) quo duumuiros qui ludos Circenſes non ederent protinus cogi voluêre ad ea reddenda quæ in eam rem prorogaſſet Reſpublica; apparet ſatis, ibi quoque iſtorum Imperatorum ætate celebrari Circenſes olim ſolitos. Hilarionis Eremitæ temporibus apud Gazam Paleſtinæ Circenſes ludos editos ex eo intelligimus; quod in ipſius vita, non modò aurigæ Gazenſis in curru à Dæmone percuſsi B. Hieronymus meminit, ſcribens in totum obriguiſſe, ita vt nec manus agitare, nec ceruicem poſſet reflectere: at multò magis quod poſteà, ſed & Italicus eiuſdem oppidi municeps (inquit) Chri-

[a] *l. nemo iudicũ. C. de ſpectac. lib. 11.*

[b] *Maſſilien. preſbyter lib. 6. de prouidentia, circa finem.*

[c] *col. 131. Cæterũ hiſtoriam iſtam de Theodoſio, qui Antiochenũ populum ob ſtatuas deiectas punierit, videto apud Theodoritum & Zonaram iis locis quos indicaui lib. 1. Semeſtr. ad fin. cap. 9. Cæterũ hippodromi Antiocheni Leone Imperatore mentio apud Euagrium ſcholaſticum lib. 2. hiſto. eccle. cap. 12. vbi de terræmotu Antiocheno.*

[d] *l. Circenſium, 20. illo tit.*

 ſtianus

ſtianus aduerſus Gazenſem duumuirum Marnæ idolo deditum Circenſes equos nutriebat. & addit, Hoc ſiquidem in Romanis vrbibus iam inde ſeruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum Conſo, quaſi conſiliorum Deo quadrigæ ſepteno currant circumitu, & equos partis aduerſæ fregiſſe, victoria ſit, &c. & ſtatim, Mira vulgi expectatio, &c. Fautores Italicis ſibi certã victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato ſigno hi aduolant, iſti prægrediuntur, ſub horum curru rotæ feruent; illi præteruolantium terga vix cernunt: clamor fit vulgi nimius: ita vt ethnici quoque ipſi concreparent, Marnas victus à Chriſto eſt, &c. Quin & Alexandriæ Circum fuiſſe, vbi curules ludi ſpectarentur, nec ſine furore quidem populari, ac cæde plurimorũ Neronis temporibus, à Philoſtrato [a] traditur; quo loco inter cætera oratio Apollonij ad Alexandrinos in illis Circenſium ſpectaculis tumultuantes proponitur, qua ipſos ad tranquillitatem atque concordiam, Olympicorum ludorum exemplo excitat: ſed ita tamen, vt non curulium, equeſtriúmve ludorum Olympiæ, ſed gymnicorum agonum mentionem faciat; καὶ μὲν οὖν τῶν ὀλυμπίων οὐ πάλης καὶ πυγμῆς καὶ τοῦ παγκρατιάζειν ἆθλα οὐδεὶς ὑπὲρ ἀθλητῶν ἀπέθανεν ἴσως καὶ συγγνώμης μὲν ὑπαρχούσης εἴπερ ὑπεριδεῖν ὑπερασπάζοι περὶ τὸ ὁμόφυλον· ὑπὲρ δὲ ἵππων ἐν ταῦτα γυμνὰ μὲν ὑμῖν ἐπ' ἀλλήλοις ξίφη, βολαὶ δὲ ἕτοιμοι λίθων.

[a] *lib.5. de Apollonio, fol.31. vbi* ὑπὸ μειρακίοις δὲ τῆς ἀλεξανδρείας ταραττούσης καὶ ξυμφοιτώσης μὲν εἰς τὸν ἱππόδρομον ἐπὶ τῇ θέᾳ ταύτῃ μιαιφονούντων δὲ ἀλλήλους ἐπίπληξιν ὑπὲρ τούτων ἐποιεῖτο. *De Alexandrino circo atq; gymnaſio ex Machabæorũ hiſtoria è Strabone ac etiã Euagrio alibi commodiùs agetur, ipſo emẽdato Euagrij loco.*

*Populi clamor, fauor, incitatio, in ſpectaculis cõſpiratio, item ac diſſenſio: illius iudicium. Lintei ſiue orarij excuſſio, ab Euſebio & Vopiſco qui fortè caſtigatur. Demyli paterna adhortatio è Pauſania. Item altera amici ex Epigrammatario. Socius in pugna qui adhortator. Exhortatio Achiuorum ad Vlyſſem apud Homerum. Virtus precum apud Deum etiam ex opinione profanorum in certamine. Homerus Papinius, Clemens, Nonnus in eam rem citantur. Inconditus laſciuientis populi clamor in agonibus, ab Euſtathio ſcitè apud Homerum adnotatur: qui & à vetuſtis alijs, atq; claſſicis memoratus auctoribus Theocrito, Virgilio, Papinio, Plutarcho, Clemente Arriano, Dione Chryſoſtomo: quorum verba partim ipſi contextui, partim etiam margini adſcripta. Theocriticus cum Homerico comparatus locus. Chryſoſtomi Dionis emendatus.*

## CAP. XXX.

NEc tamen ſine fauoribus, diſſenſionibus, & adhortantium athletas popularium aut iudicum quoque, ſiue athlothetarum clamoribus, ludi gymnici plerumque



rumque peragebantur. Nam vt illud Hieronymi [a] præteream, & athletæ ſuis incitatoribus fortiores ſunt, & tamen monet debilior, vt pugnet ille qui fortior eſt. D. ipſe Auguſtinus eo, qui à me iam citatus eſt [b] de catechizandis rudibus loco; Studiis autem ſpectaculorum (ait) fiunt dæmonibus ſimiles clamoribus ſuis incitando homines, vt ſe inuicem cædant, &c. quæ antè retuli. Et poſteà, Si autem horrendas aduerſus inuicem inimicitias eos exercere cognouerint, ſiue ſunt athletæ qui appellantur, ſiue ſcenici, qui & thymelici, ſiue aurigæ, ſiue venatores; quos miſeros non ſolùm homines cum hominibus, ſed etiam homines cum beſtiis in certamen pugnamq; committunt: quò maiore aduerſus inuicem diſcordia furere ſenſerint, eò magis amant, & delectantur, & incitatis fauent, & fauentes incitant; plus aduerſus ſeipſos inſanientes ipſi ſpectatores, alter pro altero, quàm illi, quorum inſaniam inſani prouocant, & inſaniendo ſpectare deſiderant. Ad has præſertim in ſacris agonibus acclamationes populares omnino ſpectat iſtud Eunapij [c] libro de ſophiſtis ἐμβοήσαντος αὐτῷ τοῦ διδασκάλου σφοδρόν τε καὶ διάτονον ὥσπερ ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν οἱ παρακελευόμενοι καὶ προτρέποντες. Itemq; hoc Dionis Chryſoſtomi [d] ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ γυμνασίῳ ἦμεν τοὺς μέν τινας ἑωρῶμεν ἐν τῷ δρόμῳ ἔξω τρέχοντας καὶ κραυγὴ τῶν παρακελευομένων ἦν. Imò in omni ſpectaculo nullum magis ſcandalum occurrere, quàm illum ipſum mulierum & virorum accuratiorem cultum, ipſam conſenſionem, ipſam in fauoribus aut conſpirationem, aut diſſenſionem inter ſe, quæ de commercio ſcintillas libidinum conflabellant, à Tertulliano [e] ſcriptũ eſt. Vbi cùm de omni ſpectaculo Tertullianus loquatur; eo cõprehenſum æquè Mimicum, Scenicúmve atque Circenſe aut gymnicum ad fauores iſtos, conſpirationes, diſſenſiones, imò etiam contumelias quod attinet: vel ex iſto Arriani loco [f] intelligimus, in quo de popularibus, qui comœdo cupiã in tribuendis coronis ita fautores extitiſſent aduerſus Procuratorem Cæſaris apud Epirum, vt ipſi non ſine tumultu conuicium quoque facerent; conqueſtus iſte cum Epicteto philoſopho proponitur in hæc omninò verba: τοῦ δ' ἐπιτρόπου τῆς ἠπείρου ἀκοσμότερον σπουδάσαντος κωμῳδῷ τινι καὶ ἐπὶ τούτῳ δημοσίᾳ λοιδορηθέντος, εἶτα ἑξῆς ἀπαγγείλαντος πρὸς αὐτὸν ὅτι

ἐλοιδορήθη

[a] *ex conſol. ad Iulia. epiſto.34. ad fin.*

[b] *ex cap.16. vbi de virgis Hellanodicarum, & gymnaſiarchorũ, ac de maſtigophoris egimus libro ſuperiore. De clamore, ſtrepitu ac tumultu populi in theatro, vide ſis Dionẽ Chryſoſtomũ Euboico ſeu venatore, fo. 70. pag. 2. & fol. 71. Ald. edit.*

[c] *in Iuliano*

[d] *in Melancoma primo ſub initiũ. in fol.195. pag.2.*

[e] *in de ſpectac.*

[f] *lib.3. epicteti cap.4.*

ἐλοιδορήθη καὶ ἀγανακτοῦντος πρὸς τοὺς λοιδορήσαντας. καὶ τί κακὸν ἔφη ἐποίουν, (hîc adſcriptum malim εἰ, quamuis ſubaudiri etiam poteſt) ἐσπούδαζον καὶ οὗτοι ὡς καὶ σύ, & reliqua quæ lib.3. Semeſt.cap.29.aliam ad rem profero. His autem quæ de acclamationibus, & plauſibus fauentis actoribus aut agoniſtis in theatro populi dicta ſunt; meritò iſta etiam adiunxeris, quæ Euſebius Pamphilus Cæſarienſis Epiſcopus quodam Eccleſiaſticæ hiſtoriæ loco,[a] de timore ac faſtu Pauli Samoſateni agens ita expreſsit: παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσί· καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ (ὡς ἐν τοῖς θεάτροις) κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις. τοῖς γοῦν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων: quæ his Latinis Ruffinus reddidit; Verbum verò faciens ad plebem, Iactare ſupra modum dexteram ac palmam femori illidere, pede quoque ſubſaltare ac ſcabellum ferire cum ſonitu: ab auditoribus verò non fauorem neque plauſum ſperare ſolum, ſed theatrali more oraria moueri ſibi expectabat, & vocem tãquam de caueis dari. Hæc verò non ſolùm à viris, ſed etiam à mulieribus indecenter expectabantur: ſi quis verò auditorum honeſtiùs & verecundiùs agens à clamore nimio temperaſſet, velut iniuriam faciens patiebatur iniuriã. In quibus illa orariorum excuſsio ſiue linteorum iactatio acclamationibus fauentium popularium adiuncta obſeruatione digna eſt. Vnde illuſtratum Vopiſci locum iſtũ de Aureliano * hactenus ignoratum ſentio: Sciendum tamen congiaria illum ter dediſſe, donaſſe etiam populo Rom. tunicas albas manicatas ex diuerſis prouinciis & lineas Afras atque Ægyptias puras: ipſumq; primùm donaſſe oraria populo Romano, quibus vteretur populus ad fauorem: nempe certatoribus ſiue gymnicis athletis ſiue Circenſibus agitatoribus exhibendũ; id quod ab Euſebio palam fecimus. Vbi poſterius iſtud populo Rom. quod è ſuperioribus ſatis alioqui percipitur, aut certè τὸ populus quod ſequitur, ſed illud potiùs odioſè repetitum à ſcolio, & expungendum cenſeo.

Tales in gymnicis agonib. diſſenſiones fauentium athletis vltrò citroq; ſpectatorum, ac multò magis adhortationes, inter

[a] lib.7. cap.30. fo. 80. pag. 2. & ex eo Ruffinus pag. 175. Adde Nicephorum Calliſtũ cap.30. lib.6. hiſt. eccleſ. fol. 252.

* in eius vita.



interueniſſe credimus: atque ad iſtam circa ipſas veterum conſuetudinem, caſtiſsimum auctorẽ Heliodorum[a] Æthiopicis aſpexiſſe; vbi deſcripta Theagenis de athleta Aethiope victoria in pancratio coram Hydaſpide omníque populo; ad quam pertinentia verba libri ſuperioris 3. & 10. cap. propoſuiſſe me recordor: adiicitur illicò ſequutã populi acclamationem, ipſúmque Regem teneri non potuiſſe quin è ſolio deſiliẽs athletarum quopiam munere Theagenis capiti auream & precioſis lapillis interſtinctam coronam adderet; μιᾶς δὴ οὖν βοῆς (inquit ille) ἐπὶ τούτοις καὶ γεγωνοτέρας (pro quo malim ſcriptum καίγε εὐτονοτέρας, nam illud alterum diſplicet neque à me ſatis percipitur) ἢ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀρθείσης· οὐ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐκαρτέρησεν, ἀλλ' ἀνήλατό τε τοῦ θρόνου, &c. καὶ ἅμα λέγων χρυσοῦντε (ſic lego pro χρυσόντε) καὶ λιθοκόλλητον τῷ Θεαγένει στέφανον ἐπέθηκε. Ac paulò antè[b] ab incondita populi voce in ſpectaculo inſidentis tauro, & in equum agilitate ac celeritate incredibili deſilientis Theagenis cùm matre Perſina colloquentem Chariclæam interturbatam fuiſſe idem Heliodorus dixerat, ſic ferè; καὶ βουλομένην τὰ ὄντα ἀνακαλύπτειν (inquit de Chariclæa) αὖθις ἐξεκρούσθη βοῆς πολυηχεστάτης πρὸς τοῦ πλήθους ἀρθείσης: ὁ γὰρ δὴ Θεαγένης εἰς ὅσον εἶχε τάχους ἐφεὶς τῷ ἵππῳ χρήσασθαι καὶ προφθάσαντα μικρὸν τὰ στέρνα τῇ κεφαλῇ τοῦ ταύρου προσερεισῶσαι, & cæt. quæ ſequuntur. Acclamationes, exhortationes, fauoréſque huiuſmodi theatrales ob immoderatum animi motum, perturbationem, vociferationes, ac petulantiam Epictetus in Enchiridio * improbat prohibetq; his omninò verbis; εἰς τὰ θέατρα πολὺ παριέναι οὐκ ἀναγκαῖον. εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ τουτέστι θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα· οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι παντελῶς ἀπέχου, & reliqua. Demyli quidem illam in Olympica pugilum decertatione paternam adhortationem Glauco Caryſtio profuiſſe ad fortiter feriendum aduerſarium, atque ſuperandum Pauſanias[c] memorat; ὦ παῖ τὴν ἀπ' ἀρότρου. Cùm autem equorum etiam curſus (ſicut apud Caſsiodorum[d] legitur) hominum clamoribus incitetur, & ſonantium manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas appetatur: talis adhortatio in extranea perſona omni forſitan reprehẽſione minimè caruiſſet,

[a] lib.10. fol. 235.

[b] fol. 233.

* cap.33.

[c] lib.2. Eliacõn, fol.146.

[d] lib. 1. variar. epiſt.13.



non

non magis quàm illa θάρσει χάρμε, quæ à Nicarcho Epigrammatario feſtiuè reprehenditur, tanquàm qui adhortatorem is quoque pugnæ ſocium eundem, atque παραςάτην ſiue adiutorem quempiam habeat, neque ſolus decertare videatur: etenim ſic ille [a],

[a] lib. 2. antholog. Epigram. Græco. cap. 1. Epigr. 5.

πέντε μὲν ἄλλων χάρμος ἐν ἀρκαδίᾳ δολιχεύων
θαῦμα μὲν ἀλλ' ὄντως ἕβδομος ἐξέπεσεν,
ἓξ ὄντων ταχ' ἐρεῖς, πῶς ἕβδομος εἷς φίλος αὐτοῦ
θάρσει χάρμε λέγων ἦλθεν ἐν ἱματίῳ
ἕβδομος οὖν οὕτω παραγίνεται εἰ δ' ἔτι πέντε
εἶχε φίλους ἦλθ' ἂν ζωΐλε δωδέκατος.

Nam quod populi ſtudioſus clamor exhortatio Achiuorum ab Homero [b] artifice, decoríque obſeruatore admirabili circa Vlyſſem curſu nondum peracto his verſibus inducitur,

[b] Iliad ψ.

καδδ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χε' ἀύτμενα δῖος ὀδυσσεὺς
αἰεὶ ῥίμφα θέων ἴαχον δ' ἐπὶ πάντες ἀχαιοὶ
νίκης ἱεμένῳ μάλα δὲ σπουδόντι κέλευον.

Hoc aliam vtique rationem habet, vt ei optimè conſultum populus velit, quem Minerua orantem exaudierit, hoc eſt, qui ſummi Dei auxilium implorauerit, neminem in ſe ſperantem deſerentis, fruſtráve habentis, ſed mira quadam ratione, ſuorum aduerſarios potiùs conterentis: quod iſta cum primis eiuſdem poëtæ verba oculis ſubiiciunt,

ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε παλλὰς ἀθήνη
γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν,

Et ſtatim,

ἔνθ' αἴας μὲν ὄλισθε θέων βλάψεν γὰρ ἀθήνη.

Vbi leuiùs paulò quàm pro more ſuo adnotat Euſtathius τὴν ἐνέργειαν εὐχῆς, hoc addito νικᾷ μὲν ὁ εὐξάμενος μιαίνεται δὲ τὸ ςόμα ὁ μὴ οὕτω ποιήσας. Sed non ita Statius Papinius [c] qui Parthenopæum Arcadem Idæ fraude ſuperatũ curſu, poſteaquàm ab Adraſto caſum eius miſerante, contendere denuò iuſſum [d], & Dianæ, cui comam ſuam vouerat, preces offerentem induxit his ferè verſibus:

[c] lib. 6. Thebaid.

[d] hac de re carmina Papinij profero inferius li. 3

*-- mox numina ſupplex*
*Affatu tacito iuuenis Tegæus adorat*
*Diua potens nemorum--* &c.
*---ne quæſo ſinas hoc omine Thebas*
*Ire,*



*Ire, nec Arcadiæ tantum meruiſſe pudorem.*

Subiicit tamen hoc quoque,

*Auditum (manifeſta fides) vix campus euntem*
*Sentit, & exilis plantis interuenit aër,*
*Raraq; non fracto veſtigia puluere pendent.*
*Irrupit clamore fores, clamore recurrit,*
*Ante ducem, prenſaq; leuat ſuſpiria palma.*

Quamquam vbi de diſcobolis paulò pòſt agit, hoc non obſeruato Mneſtheum, qui ſpectato Phlegyæ infortunio, Mercurium vt ſibi adeſſet, rogauerat, ab Hippomedonte ſuperatum refert, ſic ferè;

*Inde ad conatus timida ſubit arte Meneſtheus*
*Cautior, & multum te Maia nate rogato,*
*Molis prægrauidæ caſtigat puluere lapſus.*

& ſtatim de diſco Hippomedontis

*---ſeruatq; tenorem*
*Diſcus, nec dubia iunctáve Meneſthea victum*
*Trans abiit meta.*

Preces quidem ab iis qui apud Olympiam decertaturi forent ad ſimulacrum Iouis Olympici effuſas, cum laborum circa rem athleticam iuxta morem certaminis exhauſtorum commemoratione, iſta Clementis Alexandrini [a] comprobant, quæ inferiùs 3. libri ſequentis capite, [b] cum aliis eiuſdem loci plurimis proferre ac explicare ſtatui; ἀθλητής τις οὐκ ἀγεννὴς ἐν τοῖς πάλαι πολλῷ τῷ χρόνῳ τὸ σωμάτιον εὖ μάλα πρὸς ἀνδρείαν ἀσκήσας, εἰς Ὀλύμπια ἀναβὰς εἰς τοῦ Πισαίου Διὸς τὸ ἄγαλμα ἀποβλέψας, εἰ πάντα, εἶπεν, ὦ ζεῦ δεόντως μοι τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα παρεσκεύασαι, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. Quæ ipſa valdè congruũt cum iis quę de præfatione Olympica è Philoſtrato, ſub ipſum proximi capitis initium exhibebo. Ad eas agoniſtarum preces aſpexit etiam Nonnus Dionyſiacis [c]: quo loco Maronem ſaltatione decertaturum ita loquentem inducit; vt primùm quidem animam Staphyli extincti mulceat oratione; deinde verò Bacchum ſiue Dionyſium veneretur ad Staphyli tumulum:

[a] lib. 7. Stromat. fol. 701. edit. German. anni 1592.

[b] ad finem cap. 3. Agoniſt. 3.

[c] lib 19. fol. 339. & 340. edition. Antuer. anni 69.

Καὶ ψυχὴν ςαφύλοιο γέρων μειλίξατο φωνῇ,
Νηφαλίων λασίῳ προχέων ἔπος ἀνθερεῶνι·
Εἰμὶ Μάρων συνάεθλος ἀπενθήτοιο λυαίου.

Δακρυχέειν οὐκ οἶδα· τί δάκρυσι καὶ διονύσῳ
Κύκλα ποδῶν ἐμὰ δῶρα ταφήια τῷ παρὰ τύμβῳ,
Δέξο με μειδιόωντα.-- Et ſtatim,
Ἵλαθι σεῖο Μάρωνι, καὶ εἴπιες ὕδατα λήθης,
Δὸς χάειν ὄφρα πίοιμι παλαιγενέος χύσιν οἴνου, &c.
Καὶ σταφυλῶν μετὰ πότμον ἅτε ζώοντι χορεύσω
Ὅττι χορὸν προβέβουλα φιλοκυλίκοιο τραπέζης
Σοὶ στάφυλε ζώοντι· καὶ οὐ πνείοντι χορεύω,
Κῶμον ἀνακρείων ἐπιτύμβιον-- Et poſteà,
Κέκλυθι σεῖο Μάρωνος. ἐγὼ δέ σοι ἀντὶ κυπέλλων
Ἀσπόνδοις στομάτεσσιν ἐρεύγομαι ἔμφρονα λοιβήν.
Ἵλαθι σεῖο Μάρωνι· δίδου δέ μοι οἴνοπα νίκην,
Νίκην πᾶσι μέλουσαν· ἐγὼ δέ σοι ὑψόθι τύμβου
Σπείσω ἐμῶν χρυσέων πρωτάγεια καλὰ κυπέλλων.
Ἀρχόμενος κρητῆρος ἐμῆς μετ' ἄεθλια νίκης.
ὡς εἰπὼν ἐχόρευε Μάρων ἑλικώδει ταρσῷ, & reliqua.

Euſtathius porrò illud egregiè, quod in præcedentibus Homeri verbis de Achiuorum incondito, turbidóque clamore, ſic ferè adſcribendum putauit; παρακολούθημα δὲ αὐτὸ ἀγῶνος ὡς τῶν θεατῶν συναγωνιόντων τοῖς τοιούτοις οἱ συνδιατιθέμενοι ἐρίζουσιν, ἰάχουσι, σιωπῶσιν αὖθις ἡδὺ γελῶσιν, ἄχθονται, παιανίζουσι· καὶ ὅλως παντοῖοι γίνονται: nec enim potuit meliùs acclamationem, ſtudium, fauorémque populi, plauſúmve, aut exſibilationem alienati & infenſi animi teſtem, dum per laſciuiam in certaminum ſpectaculis plerumque tumultuatur, exhiberi ſolitum, exprimere: de quo poſſum alia proferre innumera [a]; ex iis autem iſta potiſsimùm ſeligenda duxi veterum teſtimonia. De Pauſania quidem Cleombroti filio, cùm ab exulibus incitaretur ad ducendum aduerſus Athenienſes exercitum, narrat Plutarchus eam illos attuliſſe rationem potiſsimùm, quòd Olympicis ludis, cùm victor eſſet renunciatus, à ſuis tamen Athenienſibus velut hoc improbantibus exſibilatus foret: reſpondiſſe verò Pauſaniam, ſi hoc illi feciſſent, quando per ipſum eſſent honore tanto ac beneficio cumulati, ſcilicet propterea quòd in ſacris agonibus victoris patriam coronari ſolitam

[a] *de Caio Caligula Imper. Dio narrat lib. 58. fo. 441. adeò ſpectaculorũ omni generi adſtrictum fuiſſe, vt qui antea ſpectator tãtùm & auditor fuerat, poſteà velut vnus è populo ſtuderet, faueretq́; hic factionariorũ more: aliis autem manifeſtè obſiſteret,* καὶ αὐτῶν τὰ μὲν περὶ τὰ θεατὰς καὶ ἀκροατὰς ἐμοῦ συνεσπούδαζέ τε ἴσως καὶ ἀντεπεσπούδαζεν ὥσπερ τις ἐκ τοῦ ὁμίλου ὤν, *&c. De Alexãdrinis Dio Chryſoſtomus in ſerm. 32.* πρὸς ἀλεξανδρεῖς, *f. 255. pagin. 2.* ἀλλ' ὑμεῖς ἀλλ' ἐκπεπληγμένοι κάθησθε ἀναπηδῶντες τῶν ὀρχηστῶν μᾶλλον συντείνεσθε ὑπὸ τῶν ἀσμάτων. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἀνθρώπους ἡ μέθη πρὸς ᾠδὴν τρέπει καὶ ὄρχησιν, παρ' ἡμῖν δὲ τοὐναντίον ἐστίν. ἡ γὰρ ᾠδὴ μέθην ἐμποιεῖ καὶ παραφροσύνην. *Huc iſtud Papinij è 6. Thebaid. pertinet, furit vndique clamor Diſſonus,- Ex eo loco quem lib. 3. de fraude in agonibus euitanda differens adferã, & illud, Collaudant Danai,- & poſteà, Ingemuere omnes, rariſque ea viſa voluptas: Et vbi de pugilibus, Neſcit adhuc Capaneus, ſubitumq́; per agmina murmur Miratur. &, Clamorem Inachidæ quantum non littora tollunt Fit ſonus: & latos attollunt agmina plauſus.*



ſolitam ſæpe iam diximus; quid facturos iſtos ipſi crederent, cùm eos illato bello perſequeretur, damnóve aliquo (vt aſſolet) affectos prouocaret? Nam Plutarchi [a] hæc verba ſunt; τῶν δὲ φυγάδων αὐτὸν προτρεπομένων ἀθηναίοις ἄγειν τὴν στρατιὰν λεγόντων τε ὅτι τοῖς ὀλυμπίοις ἀνακηρυττομένους αὐτοῦ, ἐσύριττον αὐτὸν μόνοι: τί οὖν οἴεσθε (ἔφη) τοὺς ὅτε εὖ ἔπαθον συρίττοντας, παθόντας κακῶς ποιήσειν; Ad inſolentiam illam, ſiue laſciuiam ſpectantis agonas populi pertinet, quod apud Theocritum [b] poſt ingeſtos grauiter Amyco pugnos cæſtibus armatos à Polluce, qui percuſſerat, acclamaſſe, vt illi Bebrycios, ſic iſti Græcos heroas, ipſumq́; collaudando valdiùs confirmaſſe ſcribitur:

---τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον
Τυνδαρίδης ἐπιόντος. ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρὶν
Σὺν δὲ μάχαν ἐπίναξε, πολὺς δ' ἐπέκειτο νενευκὼς
Ἐς γαῖαν. Βέβρυκες δ' ἐπαΰτεον. ἐκ δ' ἑτέρωθεν
ἥρωες κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον
δειδιότες μήπως μιν ἐπιβρίσας δαμάσειε
χώρῳ ἐνὶ στεινῷ Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἀνήρ.

Et paulò pòſt de principum Græcorum acclamatione, cùm plagis velut ebrius Amycus ſanguinem expueret à Polluce percuſſus,

ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων, ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα
φοίνιον· οἱ δ' ἅμα πάντες ἀριστῆες κελάδησαν
ὡς ἴδον ἕλκεα λυγρὰ περὶ στόμα τε γναθμούς τε.

Vbi ſcilicet imitatus videtur principem poëtarum [c] Vlyſsis de Iro victoriam, cum quo pugilatu decertauerat, deſcribentem, ſic ferè;

---ὁ δ' αὐχέν' ἔλασεν ὑπ' οὔατος· ὀστέα δ' εἴσω
ἔθλασεν: αὐτίκα δ' ἦλθεν ἀνὰ στόμα φοίνιον αἷμα.
κὰδ δ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών, σὺν δ' ἤλασ' ὀδόντας.
λακτίζων ποσὶ γαῖαν ἀτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον.

Eodem pertinet, quod Virgilius [d] de nauali tamen, non de gymnico certamine agens ita cecinit,

*Tum plauſu fremituq́; virûm ſtudiiſq́; fauentum*
*Conſonat omne nemus, vocemq́; incluſa volutant*
*Littora.--*

Prætereà quod theatra & hiſtriones exagitans Clemens Alexandri

[a] *Apophtheg. Lacon. fol. 405. editi à Stepha. libri.*

[b] *in Dioſcuris Eidyllio 23.*

[c] *Homerum ſub initio Odyſ. σ. vbi Euſtath. fo. 1839.* μνηστῆρες δὲ χεῖρας ἀνασχόμενοι κατὰ σχῆμα ἐκ πλήξεως αἰνοῦντες.

[d] *in 5. Æneid.*

xandrinus[a] τῶν στάσεων commeminit: vbi ſic ſcriptum; εἰ γὰρ καὶ ἐν παιδιᾶς μέρει παραλαμβάνεσθαι φήσουσι τὰς θέας εἰς θυμηδίαν, οὐ σωφρονεῖν φήσαιμ' ἂν τὰς πόλεις αἷς καὶ τὸ παίζειν σπουδάζεται, οὐκέτι γὰρ παιδιαὶ αἱ φιλοδοξίαι ἀνηλεεῖς, &c. πρὸς δὲ καὶ αἱ μάταιοι καταναλώσεις τῆς οὐσίας οὔτε μὴν αἱ ἐπὶ τούτοις στάσεις ἔτι παιδιαί. tum verò quod de ſtrepitu, clamore, ac tumultu in Olympicis agonibus ab Epicteto apud Arrianum[b] ἐν ὀλυμπίᾳ δὲ, &c. quæ cap. 6. proximi Agoniſtici adferam, οὐ καταβρέχεσθε ὅταν βρέχῃ: θορύβου δὲ καὶ βοῆς καὶ τῶν ἄλλων χαλεπῶν οὐκ ἀπολαύετε; (forſitan melius foret ἀπολαμβάνετε;) ἀλλ' οἶμαι ὅτι ταῦτα πάντα ἀντιτιθέντες πρὸς τὸ ἀξιόλογον τῆς θέας, φέρετε καὶ ἀνέχεσθε, & alio loco,[c] νῦν οὖν ἐμὲ ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ διεξάγειν: τί λέγεις θορύβῳ, ἐν πολλοῖς ἀνθρώποις. καὶ τί χαλεπόν, δόξον ὀλύμπια εἶναι πανηγύρειν αὐτὸν ἡγήσαι. κἀκεῖ ἄλλος ἄλλό τι πράσσει. ἄλλος τῷ ἄλλῳ ἐνσείεται. ἐν τοῖς βαλανείοις ὄχλος. καὶ τίς ἡμῶν οὐ χαίρει τῇ πανηγύρει ταύτῃ καὶ ὀδυνώμενος αὐτῆς ἀπαλλάσσεται: μὴ γίνου δυσάρεστος μηδὲ κακοστόμαχος πρὸς τὰ γινόμενα. quod denique Chryſoſtomus Dio[d], vbi Anacharſidis dictum de athletis Athenienſibus, tanquam oleo inſaniæ, ſiue ſtultitiæ inunctis, atque inuicem incurrentibus, quo poſteà deterſo reſipiſcerent, loquutus eſt (qua de re ſuperiùs hoc ipſo libro[e] ſat multis egimus) Alexandrinos ſpectaculis addictos ita compellat; καὶ γὰρ ὑμεῖς ὅταν συνέλθητε πυπτεύετε βοᾶτε ῥυπτεῖτε ὀρχεῖσθε ποίῳ χρησάμενοι (meliùs forſitan χρισάμενοι, vt inunctos oleo vel medicamento ſignificet, ſicut anteà dixerat) φαρμάκῳ δηλονότι τῷ (ſic malo pro τὸ) τῆς ἀνοίας. Et aliquantò pòſt[f] ἀλλ' ὅταν εἰς τὸ στάδιον ἔλθητε τίς ἂν εἰπεῖν δύναιτο τὰς ἐκεῖ κραυγάς, καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν, καὶ σχημάτων μεταβολάς, καὶ χρωμάτων, καὶ βλασφημίας οἵας, καὶ ὅσας ἀφίετε. εἰ γὰρ μὴ τοὺς ἵππους ἑωρᾶτε ἁμιλλωμένους, καὶ τούτους συνήθεις αὐτοὶ δι' ὑπὸ μαστίγων ἠλαύνεσθε τῶν ἐν τῇ τραγῳδίαις, οὐκ ἂν οὕτως χαλεπῶς διέκεισθε, &c. Et poſteà, ὑμῶν δὲ οὐδεὶς ἐν τῇ θέᾳ καθέστηκεν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον πέτεσθε τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἡνιόχων, καὶ γελοῖοι ἐστε, καὶ ἡγεῖσθε καὶ πίπτετε: & quod itidem de Circenſi (vt nihil addam pręterea) non de gymnico Statius Papinius[g] quo loco,

*-- laxo cùm tandem ex orbe redactus*
*Aequoreus ſonipes premit, euaditq́ parumper*
*Gauiſos, ſubit aſtra fragor, cœlumq́ tremiſcit,*

*Omniaq́*

[a] lib. 3. pædagog. cap. 11. folio 85. Flor. lib.

[b] lib. 1. cap. 6. περὶ προνοίας.

[c] lib. 4. cap. 4.

[d] in ſermone 32. πρὸς ἀλεξανδρεῖς fol. 253. pag. 2. Aldini libri.

[e] cap. 22.

[f] fol. 259. pag. 2. & 261.

[g] lib. 6. Thebaid.



*Omniaq́ excuſſo patuêre ſedilia vulgo.*

Quod poſtremò Lactantius Firmianus[a], Circenſium quoque ludorum ratio (inquit) quid aliud habet niſi leuitatem, vanitatem, inſaniam? tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, vt iam plus ſpectaculi exhibeant, qui ſpectandi gratia veniunt, cùm exclamare, & efferri, & exilire cœperint.

*Hellanodicarum & athlothetarum exhortatio ad athletas. Præfatio Olympica, item Pythia & Iſthmia. Exhortatio Gymnaſtarum, & Pædotribarum è D. Baſilio, Æliano, Arriano, & ipſo etiam Homero, Apollonio, Sozomeno (qui obiter emēdatur) B. Chryſoſtomo, ac Dionyſio Halicarnaſſeo. Huius adhuc de adhortationibus, & incitationibus iſtis egregius profertur locus, ex quo leue mendum ſublatum. In Toloſanis Poëticæ agonibus adhortatio Latina, ſicut & in promotione Iuriſperitorum ad gradus in Academiarum Cancellarijs, Græcorum veterum ad athletas protrepticorum exemplo: cuius petitum à Dionyſio illo teſtimonium.*

## CAP. XXXI.

IN hellanodica profectò, vel athlotheta tolerabilis exhortatio, imò etiam probabilis eſſe potuit, cùm ad vtrumque antagoniſtam pertineret; præſertim antequàm inter ſe committerentur, ſicut in illa præfatione Olympica, cuius Philoſtratus lib. 5. de Apollonio[b] commeminit; quæ talis fuiſſe perhibetur, εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲν ῥᾴθυμον μηδὲ ἀγεννὲς εἴργασθε ἴτε θαρροῦντες, &c. In Pythiis autem, & in Iſthmiis hæc admodum, ἴτε φασὶν ἐς τὸ στάδιον καὶ γίνεσθε ἄνδρες οἷοι νικᾶν, Introite in ſtadium & viri eſtote, hoc eſt, fortiter facite, ſiue dimicate, vt vincatis. Qualis illa etiam gymnaſtarum, & pædotribarum ſiue aliptarum à gymnaſio ad ſtadium decertaturos athletas producentium fuit; ſicut ipſis D. Baſilij verbis oſtenditur. Iuuenes etenim ad labores pro coronarum adeptione gloriáque, atque adeò pro virtute capeſſendos blandis exhortationibus permulcere ſoliti: quæ vir ille ſanctus[c] de ieiunio agens ita extulit, γυμνασταὶ δὲ, καὶ παιδοτρίβαι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις ἀγῶνας τοὺς ἀθλοῦντας προάγοντες πολλὰ περὶ τοῦ χρῆναι πονεῖν ὑπὲρ τῶν στεφάνων παρακελεύονται ὥστε καὶ συνεπείσθησαν πολλοὶ τῇ περὶ τὴν νίκην φιλοτιμίᾳ τῶν σωμάτων ὑπεριδεῖν. Nam ſiue ad prælium aduerſus hoſtes militibus, ſiue athletis aduerſus antagoniſtas

decer

[a] lib. 6. diuinar. inſti. cap. 20. vide & in Epitome cap. 6.

[b] ad extremum. vbi ὀλυμπικὴ δὲ πρόρρησις ἡ τοιάδε ἣν ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητάς, &c. quæ inferiùs proponā.

[c] D. Baſil. initio ſecūdi ſermonis de ieiunio.

decertaturis exhortatione opus eſſe quò fortiùs ſe gerant ab Æliano [a] traditur: cùm animalia bruta ipſa ſeſe ſuáſque vires variis modis apri, elephanti, tauri denique incitent, erigant atque exacuant; caudæ quidē verbere (vt loquar cum Poëta [b]) leones ſeſe ſtimulent: non expectantes vt quis ipſis, Non iam ſedendum neque procraſtinandum aut ſimile quidpiam è Tyrtæanis carminibus accinat. δέονται μὲν γὰρ ἄνθρωποι λόγου (ait) τοῦ προτρέψοντος καὶ ἀναπείσοντος ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ τὴν μὲν δειλίαν διώξοντος, τὸ δὲ εὐθαρσὲς παρασκευάσοντος, ἀθληταὶ μὲν ἐς τὰ στάδια, στρατιῶται δὲ ἐς τὰ ὅπλα· τὰ δὲ ζῶα οὐ δεῖται τῆς ἔξωθεν ἐπιρρώσεως, ἑαυτοῖς δὲ παροξύνει τὴν ἀλκὴν, καὶ ἑαυτὰ ἀνίστησι καὶ ἐγείρει: & ſtatim, vbi de Elephantis, καὶ οὐ δέονται τοῦ προστάσσοντος καὶ ἐρῶντος οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ᾽ ἀμβολῆς· οὐδὲ μὲν τὰ Τυρταίου μέτρα ἀναμιμνήσκει. & poſteà, de tauro agens athleticis vocabulis vtitur ſic ferè; καὶ ἑαυτῷ γίνεται γυμναστὴς καὶ ἀθλεῖ πᾶσαν ἄθλησιν κονιόμενος, καὶ τοῖς δένδροις τὰ κέρατα προσαναστρίβων, καὶ θηλειῶν βοῶν ἀπεχόμενος: καὶ τῇ τε ἄλλῃ ἑαυτὸν εἰς τὴν ἄσκησιν τῆς ἀλκῆς ῥυθμίζων, καὶ οὖν καὶ ἀφροδίτης ἀπεχόμενος, καὶ σωφρονῶν: & cætera quæ ad Icchum athletam ex continentia commendatum pertinent; de quo, ex altero Æliani loco, ſequentis lib. 4. capite dicturi ſumus.

[a] lib. 6. de animalium naturæ c. 1. in ipſo initio.
[b] Ouidio.

Huc ſpectaſſe Arrianus videtur Epicteto [c], vbi ſi quando pueri in colluctando ceciderint, ipſis hoc à pædotribis animi faciēdi cauſa ingeri ſcribit. Surge denuò, colluctare vſq; dum robuſtior fias, ἀλλὰ μάθε (inquit) τὰ τῶν παιδοτριβῶν· πέπτωκε τὸ παιδίον. ἀναστὰς φησὶ πάλιν πάλαιε μέχρις ἂν ἰσχυροποιηθῇς. τοιοῦτόν τι καὶ σὺ πάθε. ἴσθι γὰρ ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐαγωγότερον ἀνθρωπίνης ψυχῆς. Sed hoc quidem cùm palæſtra & gymnaſio vel xyſto exercerentur pueri: at cùm ex vmbra in arenam & ſtadium, atque adeò de corona decertaturi procederent, exhortationibus itidem ſuis pædotriba athletas admonere, atque adeò animare ſoliti, ſicut è Baſilio dximus: Quò equidem aſpexiſſe ipſum Homerum [d] omnis decori obſeruatorem admirabilem arbitror; quo loco Tydidem cum Euryalo aduerſus Epeum decertaturo pugilatu zonam ſiue ſubligaculum iniecturum, antequàm pugiles in arenam deſcenderent, velut aleiptam, aut pædotribam quēdam incitaſſe ipſum Euryalum ad pugnam, his admodum verſibus refert:

[c] lib. 4. ſub finem cap. 9.
[d] Il. ψ. fol. 1323.

τὸν μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς ἀμφεπονεῖτο





θαρσύνων ἔπεσιν, μέγα δ᾽ αὐτῷ βούλετο νίκην·
ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν.

Homeri quoque imitatorem præſtantiſsimum Apollonium [a] vbi de Pollucis & Amyci Bebryciorum Regis pugilatu, in quem deſcenſuros à Caſtore atque Biantiade dum cæſtus alligarent manibus ad fortiter decertandum excitatos fuiſſe, ſic admodum cecinit:

[a] lib. 2. Argon.

-- ὦκα δ᾽ ἱμάντας
ἀμφέδεον μάλα πολλὰ παρηγορέοντες ἐς ἀλκήν.

Nempe hoc ſolius vocis veluti miniſterio ſuos aleiptæ aut pędotribę diſcipulos athletas in certamine adiuuare poterāt. Itaque de B. Symeone Epiſcopo & martyre, qui iuſſu Saporis Perſarum Regis capitali damnatus pœna pro Chriſti nomine, ſocios ad fortiter ſubeundum vltimi ſupplicij agonem exhortabatur; ita ſcribit in hiſtoria ſua Eccleſiaſtica [b] Sozomenus, vt ipſum cum pædotriba quopiam athletas ad certamen excitante, conferat: quo loco, τοιαῦτα Συμεῶνος διεξιόντος, οἷα παιδοτρίβου παρακελευομένου ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ὃν χρὴ τρόπον ἐλθεῖν, ἕκαστος ἐπαΐων πρὸς τὴν, aut (ſicuti notatum Petri Daneſij Vaurenſis Epiſcopi doctiſsimi manu, in meo ex ipſius bibliotheca comparato codice reperi) προθύμως ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἐχώρει. Cæterùm id vt quirent quod dixi, aleiptæ ſeu pædotribæ; minimè tamen ipſis per agoniſticas leges hoc licuit, aut feſsis manum porrigere aut erigere deiectos atque in partem laboris ſuccedere. Quamobrem B. Ioannes Chryſoſtomus [c]. Sanè in Olympicis certaminibus neutiquā quis tale inueniet (inquit) ſed ſubſiſtit adornator & magiſter (aleiptam Græcè Chryſoſtomus, vt opinor, ſcripſerat) ſitq; ſpectator tantùm vt cæteri (alibi certantium) neque in vlla re poteſt adiuuare, ſed expectat vt fiat victoria. Dominus autem noſter non ſic, ſed ſimul nobiſcum certat & manum porrigit & ſimul adiuuat & quaſi vndequaque aduerſarium noſtrum nobis tradit & omnia facit ſatagēs vt in certamine duremus & vincamus, quo nobis immarceſcibilem imponat coronam.

[b] lib. 2. cap. 10. fol. 25. pag. 2.
[c] Homil. 42. ſub initium, fol. 305.

Exhortationem verò ad athletas licitam & prope ordinariam fuiſſe minimè dubitandum eſt in ſacris antiquæ Græciæ ludis, illam vtique publico nomine quæ ab Hellanodicis aut athlothetis aliiſve ludorum curatoribus fieret. Suis adeò

[a] ἐν τέχνῃ ἐν τῷ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς, fol.4.

temporibus Dionyſius Halicarnaſſeus [a] ad omnes antagoniſtas Olympicis, & item Pythicis, aliiſq; plurimis agonibus exhortationes huiuſmodi, vel à ciue quopiam, vel agonotheta, corúmve aliquo, quibus ludorum cura incumberet; hellanodicarum (putà) & aliorum de quibus à me iſto, & ſuperiore libro actum eſt, fieri ſolitas oſtendit: quamobrem & ipſe quoque protrepticam ad athletas componendi rationem in arte illa ſua tradiderit, ſic ferè: ἀκόλουθος ἂν εἴη καὶ ὡς εἴποι τις συναφὴς ὦ Ἐχέκρατες καὶ ὁ ἐν ταύταις ταῖς πανηγύρεσι λεγόμενος λόγος, οὐκ ἐς αὐτὴν μέντοι τὴν πανήγυριν, ἀλλ' εἰς τοὺς ἀνταγωνιστὰς τοὺς ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ τοῖς ἀγωνισταῖς ἀθληταῖς δήπου ὁ προτρεπτικὸς οὗτος λεγόμενος· σκεπτέον οὖν πρῶτον εὐθύς, ὅστις ποτὲ ὁ ἀγὼν ὡς ἔγωγε οἶδα καὶ ὀλυμπίασι καὶ ἐπ' ἐμοῦ τοῦτο γενόμενον, καὶ πυθοῖ καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ ἐστι (ſic malo pro εἰσί) νῦν μὲν γὰρ ἴσως πολίτης νῦν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν περὶ τὸν ἀγῶνά τις ἐγὼ δὲ ἤδη καὶ τὸν ἀγωνοθέτην εἶδον ἀγωνιστὴν τούτου τοῦ λόγου γεγενημένον, &c. Non ſine ratione igitur, nec ſine vetuſti moris exemplo in Muſicis illis ſiue poëticis antagoniſtarum, quo Toloſæ quotannis ineunte Maio eruditionis ſuæ periculum faciunt commiſsionibus, de quibus ad extremum [b] libri tertij copioſiùs diſceptabitur, panegyricam quoque Latino idiomate, pedibus ſoluto numeriſq; orationem haberi maiores noſtri voluêre: qua non modò Iſauræ Clementiæ ludorum inſtauratricis, & ipſorum agonum literarumq; ac literatorum laudes (intereà dum adferuntur, in certaminis locum argyrophyllina præmia) recitari; verùm etiam iuuenes ad capeſſendam omnis eruditionis atque virtutis iſtam occaſionem incitari, tum cæteræ gloriæ, tum horum ſpe præmiorum accendi ſolent. Quo munere à nobis tibi ſub iſtum reparatæ ſalutis annum quo hæc retractamus CIↃ. D. XCI. impoſito, Iacobe fili, præclarè intra paucos perfunctum dies, omnium qui celeberrimo Toloſatium conuentu frequentes aderant expectationi reſpondiſſe, meamq; ſpem minimè fefelliſſe, vtrique noſtrum gaudere atque gratulari libet. Ex iis quidem Dionyſij verbis exemplum veteris memoriæ manifeſtò deſumitur: ex iſtis autem quæ ſequuntur, præclara hæc, & appoſitè ducta ratio à maiore ad minus. Nam ſi ad corporeos illos labores ſuſcipiendos oratione olim exſtimulatos athletas fuiſſe conſtat: ac meritò quidem,

[b] cap. 18. & 20. Agoniſt.3.



quidem, ob id quod ille ait, ſic ferè, λόγος γὰρ εἰς πάντα ἐπιτήδειος καὶ πρὸς πᾶν ἐπιρρώννυσι, &c. μάλιστα δὲ οἱ ἀθληταὶ δέοιντο ἂν τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου προτροπῆς, καὶ ἐπικελεύσεως ὄντες μὲν καὶ αὐτοὶ ἑρμοῦ τε καὶ ἡρακλέους μαθηταί τε καὶ ζηλωταί. ὧν ὁ μὲν εὑρετὴς τοῦ λόγου ἢ αὐτόχρημα λόγος. ὁ δὲ σὺν τῇ ἀθλήσει πάντα κατώρθωσε τὰ ἐπιταχθέντα, ἢ δὲ τί ἂν ἄλλο εἴη ἢ νοῦς τε καὶ λόγος: quantò magis literatorio protrepticæ orationis genere ſtudioſos literarum ad egregia eruditionis documenta edenda in publicum accendi vtile atque honeſtum eſt? Quod ipſum in ſcholaribus aut ſcholaſticis ad gradus, quos vulgò vocãt, promouendis, & inaugurandis, tum Cancellarius, qui certamini iure quodam agonothetico præeſt, tum anteceſſores legumq; magiſtri, tanquam aleiptæ quidam, in vniuerſitatum illo (vt ita loquar) ſcammate vſurpare ſoliti.

*Ἀλείφειν pro παρακελεύεσθαι apud B. Chryſoſt. Philonem, Gregor. Nazianzenum, Procopium Gazæum, Ioannem Damaſcenum atque Iſidorum Peluſiotam, cuius ſententia exponitur, notato bis Prunæo Billio interprete: ſed & apud Plutarchum. Athlothetarum in ipſo certamine adhortatio. Athletica victoria à ſpectatoribus in theatro acclamãtibus celebrata. Philoſtrati, & Dionis Chryſoſtomi ea de re verba inuicem collata. ἐπέγερμος apud Clem. Alexandr. In Muſicis agonibus, præfationes atque adhortationes: ἐνθύελα προοίμια, Quintiliano fortaſſe caſtigato.*

## CAP. XXXII.

ADIICITVR ſuperioribus à Dionyſio, in quotidianis athletarum exercitationibus gymnaſticas locum habuiſſe, quas (vt antè [a] dixi è Baſilio) gymnaſtæ, aleiptæ, pædotribæ ipſi facerent, καὶ ὁσημέραι δὲ (inquit) ἐπὶ ταῖς γυμνασίαις ἑκάστοτε τοιούτους τοὺς ἐπικελευομένους ἔχοντες αὐτοῖς. Nam vt iſtud, ἆρον ὑπὲρ ἀμφοτέρας, quod apud Arrianum [b] legitur; ita ſimile aut aliud quidpiam admonendi & inſtruendi cauſa, ſiue contenderetur cum aduerſario, ſiue ſingillatim exerceretur athleta, prolatum ab ipſis non dubito. Vnde D. Baſilius eo quem ex homilia 1. de ieiunio inferiùs [c] exhibebimus loco, itemq; aliis. [d] Et verò Chryſoſtomus ipſe [e] μεταφορικῶς verbum ἀλείφειν (quod eſt propriè inungere, illinere) ob id tamen quòd aleiptæ, ſiue pedotribæ inter illinendum athletas ad præclarè fortiterq; dimicandum exhortarentur, atque inſtruerent; ἀντὶ τοῦ παρακελεύεσθαι, pro eo

[a] ſuperiore proximo cap.
[b] in Epicteto lib. 3. cap. 19. vbi, καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν λέγει, ἆρον ὑπὲρ ἀμφοτέρας. καὶ ὅσῳ βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελοῦμαι ἐγώ.
[c] cap. proximè ſequenti paulò poſt initium.
[d] in aſceticis ἐν παραινέσει περὶ ἀποταξ. βίου &c. fol.377.
[e] in commenta. ad B. Pauli Epiſtol. 2. ad Corint. cap. vlt.

quod exhortari, atque impellere, aut incitare, vel admonere dicimus, eleganter poſuit: quod à grammaticis atque lexicographis minimè animaduertitur, vbi καὶ τὴν ῥαθυμίαν ἐκκόπτει πᾶσαν ἡ θλῖψις, καὶ πρὸς ὑπομονὴν ἀλείφει. Sed & in Epiſtola quadam ad Epiſcopos, & presbyteros carcere incluſos χαίρετε τοίνυν, σκιρτᾶτε, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε, ἐννοήσατε πόσους ἠλείψατε δι' ὧν ἐπάθετε, πόσων φρονήματα ἀνεστήσατε, πόσους ἐστηρίξατε σαλευομένους, &c. Et ad Innocentium Epiſcop. Roman. καὶ ἀνάστατοι αἱ ἐκκλησίαι ἐγένοντο, ἀπαγομένων τῶν ἐν ἑκάστῃ κληρικῶν καὶ παρασκευαζομένων λιβέλλους διδόναι καθ' ἡμῶν, καὶ πρὸς κατηγορίαν ἀλειφομένων. Et in ſermone 9. in epiſt.[a] B. Pauli ad Romanos αὗται καθ' ἑαυτὰς αἱ θλίψεις ἀγαθὸν πρᾶγμά ἐστι τινὸς ἕνεκεν, ὅτι εἰς ὑπομονὴν ἀλείφουσι, διόπερ εἶπον καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι καὶ τὴν αἰτίαν προσέθηκε λέγων Εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται. Atque ante ipſum Philo non ſemel in eodem libro [b], vbi de inceſtis nuptiis; ἅπερ ἐκμυσαξάμενος ὁ ἱερώτατος μωϋσῆς ὡς ἀλλότρια καὶ ἐχθρὰ πολιτείας ἀνεπιλήπτου καὶ προτρέποντα καὶ ἀλείφοντα πρὸς τὰ αἴσχιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀνακεκράγεν· ἀπεῖπεν ἀδελφῇ συνέρχεσθαι, &c. & vbi de pæderaſta, τοὺς νέους ὡραΐζων καὶ τὸ τῆς ἀκμῆς ἄνθος ἐκθηλύνων ὃ, πρὸς ἀλκὴν καὶ ῥώμην ἀλείφειν ἁρμόττον ἦν. Denique vbi de meretrice; τοὺς δ' ἐραστὰς ἀλείφει κατ' ἀλλήλων αἴσχιστον ἆθλον αὐτὴν προθεῖσα τοῖς τὸ πλέον εἰσενεγκοῦσιν: & περὶ φυγάδων [c] pro excitare, inſtruere, præparare, ſimilitudine aut metaphora à gymnicis ludis; ἀνερεθίσεις γὰρ (ait) τὸν ἀντίπαλον καὶ βαρύτερον ἐχθρὸν ἀλείψεις κατὰ σεαυτοῦ, & alibi non ſemel [d]. Et Gregorius itidem Nazianzen. in ſermone de Machabæis [e], de ipſorum pro fide occumbentium matre, περιΐπτατο, περιέτριζεν, τὴν τιβόλ... συνηγωνίζετο: τί μὲν οὐ λέγουσα, τί δὲ οὐ πράττουσα τῶν πρὸς νίκην ἐπαλειφόντων. Procopius denique Gazæus ad illud quod extremum eſt in Eſaiæ oratione [f], Vade populus meus, egredere in cellã tuam, eo ſenſu verbum iſtud poſuit [g], τινὲς δέ φασιν ὡς ἐπειδὴ ἤμελλον (inquit) οἱ τὸ σωτήριον ἐνδύμα πᾶσι καταγγέλλοντες τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς δεινοῖς ἀνικήτοις, καὶ θανάτῳ περιπίπτειν, τούτοις ἐπαλεῖφον τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον ἐπεισάγεται λέγον. εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖά σου. Et ſimiliter in Catena vetuſtorum patrum [h] ad eum locum ſub Cyrilli nomine; Inducitur (ait) in his verbis, perſona Dei vngentis (vt in palæſtris mos eſt) & mẽtem ſanctorum virorum corroborantis, ad

[a] cap. 5. fol. 36. ad illud: ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν.

[b] lib. 2. περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων. fol. 533. 535. 537.

[c] fol. 308.

[d] initio lib. περὶ φιλανθρ. fol. 475. & 477. vbi ὑποθήκαις καὶ παραινέσεσι τὰς ψυχὰς ἀλείφειν καὶ συγκροτεῖν.

[e] fol. 147.

[f] Eſaiæ cap. 26. in fine.

[g] fol. 335.

[h] quæ operibus Theodoreti to. 1. adiuncta eſt. fol. 721. Videſis & ipſum Cyril. in ca. 26. Eſaiæ col. 587. ipſius operĩ vbi Dei perſona nobis (inquam) hiſce verbis ſanctorum mentem ad patientiã adhortãtis, & quaſi inungentis inducitur.



ad moleſtias perferendas: vbi (niſi me animus fallit) τὸ ἀλείφειν B. Cyrillus, atque hoc quidem non pro inungere, ſed μεταφορικῶς pro excitare, atque adhortari vſurpauerat. Sicuti Ioannes ipſe Damaſcenus [a] de ratione venerationis Imaginum, à figura ad ſanctos ipſos, & ab iis ad Dei gloriam honorémque relatæ diſſerens quodam loco: vbi poſteaquam περὶ τῆς θεομήτορος hoc dixerat, ἡ γὰρ εἰς αὐτὴν τιμὴ εἰς τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ἀνάγεται: ſubditur illicò iſtud, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἀνδραγαθήματα ἐπαλείφοντα ἡμᾶς πρὸς ἀνδρείαν καὶ ζῆλον καὶ μίμησιν τῆς αὐτῶν ἀρετῆς καὶ δόξαν θεοῦ. Etenim nihil aliud hîc ſonat τὸ ἐπαλείφοντα, quàm quod παρακελευόμενα, προτρέποντα iis ex Dione Chryſoſtomo, & Eunapio locis quos 30. cap. indicauimus: quamobrem etiam in eo qui paulò antè prolatus eſt, Philonis loco, τὸ προτρέποντα, καὶ ἀλείφοντα coniunctim exaratum cernimus.

Nec dubito quin Iſidorus ille Peluſiota hoc verbi à gymnicis gentilium ad Chriſtianos agones traducta ſimilitudine ſic acceperit D. Pauli locum ad Corinthios (de quo proximo ſermone dicturi ſumus) exponens: & ipſius Pauli exemplo verbi diuini nuncios, præcones ac miniſtros, ipſóſque adeò Epiſcopos, tanquam athlothetas, & agonum curatores, aut hellanodicas admonens; vt non alios modò inungant, hoc eſt, cohortentur ad pugnam, aut qui præclarè dimicauerint, renuncient, publiciſq; honoribus proſequantur (martyres nimirum & confeſſores in ſanctorum, quibus in poſterum honos memoriæ venerationis, precumq; à Chriſtianis deferatur, numerum allegendo; aut ipſorum victorias populis ſibi ſubditis prædicando) ſed ſibi quoque adhuc in virtutum ſtadio decertandum victoriæ conſequendæ gratia ſtatuant. Hæc enim verba omninò ſunt ſcribentis ad Apollonium Epiſcopum [b]; μὴ τοίνυν τινὲς τῶν εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθέντων θρόνον ὡς ἀγῶνα ἄλλοις διατιθέντες (aſpicit ad notationem agonothetarum nominis) τῶν ἀγώνων ἔξω εἶναι νομιζέτωσαν μήτ' ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγείσθωσαν τὸ ἀνακηρύττειν τοὺς νενικηκότας· ἀλλ' αὐτοὶ σεμνότητός τε καὶ πάσης ἀρετῆς ἀγωνισταὶ καὶ στεφανῖται τυγχάνοντες καὶ ἀλειφέτωσαν τοὺς ἀγωνιζομένους καὶ ἀνακηρυττέτωσαν τοὺς νενικηκότας. Quo in loco poſtremæ periodi verba ſeciùs (vt mihi quidem videtur) à Iacobo Billio viro alioqui doctiſsimo redita;

[a] lib. 4. de fide orthod. c. 17. qua de videſis quæ ſcripſi hoc ipſo lib. cap. 21.

[b] epiſt. 265. lib. 3. fol. 604. Vbi Billius interpres. Verũ ſic ſe comparent (excuſum mendosè compararent) vt cùm ipſi grauitatis atque omnis virtutis athletæ, atque etiã victores exiſtant, ſimul etiã eorum qui victoriã aſſecuti ſunt, laudes prædicent, vbi τὴν σεμνότητα (de qua Semeſt. lib. 3. c. 17. à me actum eſt) ſanctitatem aut iuſtitiã morúmve honeſtatẽ, potiùs quàm grauitatem debuit exponere: ſicut apud Chryſoſt. de athletica vitæ ratione ſimiliter loquentem ipſe feci, loco illo, qui ſub initiũ ſermonis proximi proferetur.

dita; præſertim illo colo mutila, in quo id verbum eſt, quo de agimus, ita exponi debuiſſe cenſeo: verùm ſic ſe compa-rent, vt cùm decertaturos inungant (hoc eſt, ad capeſſendos pro Chriſto, fide in ipſum, ac ſalute ſua labores adhortentur) aut victores proclament, ac renuncient (quod moris fuiſſe præconibus in agonibus gymnicis antè oſtendimus) morum honeſtate interim, omniq; virtutis genere ita exercendo ſeſe dimicent, vt coronam (illam ſcilicet, eo quem dixi D. Pauli loco memoratam) aſſequantur: ſic aliis duobus locis τὸ ἀλείφειν metaphoricè, pro exhortari, excitare, præparare apud ipſum Iſidorum eodem illo tertio Epiſtolarum libro eſſe poſitum animaduerti: & quidem in ea ad Thomam monachum.

[a] epiſt.178.lib.3. fol.553.

[a] ῥηθῶναι γὰρ ὀφείλει ὅσα ἀξιάκουστα καὶ εἰς δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην τοὺς ἀκροωμένους ἀλείφει. Item ad Theognoſtum presbyterum[b]: τάχα οὐχ οὕτως εἰσὶν εὐδόκιμοι οἱ πρὸς ἀρετὴν ἀλειφόμενοι καὶ στεφανοῦνται γινόμενοι ὡς οἱ κωλυόμενοι, &c. ἱερᾶσαι δὲ γνήσιοι ταύτης ἀναφαινόμενοι. Ante hos pleroſq; omnes Plutar. ipſe, Aleiptæ vocabulo vel metaphoricè vel per ſimilitudinem quandam vtitur alicubi, vt exhortatorem exercitatoremq; ſiue gymnaſtam ac velut pædotribam ſignificans, præceptoris & magiſtri appellationem illi alteri aleiptę qua de agimus adiũxerit. Nam Damonem Sophiſtam ſub fidicinis ſiue Muſici nomine ſe inſinuaſſe in intimam Periclis familiaritatem, ſcribit; cælato apud vulgum præcipuo illo eloquentiæ (quo excelluit) munere, atque artificio: quò ſcilicet commodiùs in adminiſtratione Reipub. Pericli velut athletę aleipta quidam ac magiſter eſſet: hoc tamen fuco & velamento deterſo atque ſublato ipſum vt inquietum & tyrannidis fautorem decennali exilio (quod Oſtraciſmum Athenienſes vocare ac vſurpare ſoliti) punitum. ὁ δὲ Δάμων (ait Plutarchus[c]) ἔοικεν ἄκρος ὢν σοφιστὴς καταδύεσθαι μὲν εἰς τὸ τῆς μουσικῆς ὄνομα πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐπικρυπτόμενος τὴν δεινότητα· τῷ δὲ Περικλεῖ συνῆν καθάπερ ἀθλητῇ τῶν πολιτικῶν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος. οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος, ἀλλ' ὡς μεγαλοπράγμων καὶ φιλοτύραννος ἐξωστρακίσθη, & cæt. Vnde τὸ χειραλειπτήσας metaphoricè ad rem militarem apud auctorem quempiam vetuſtum ab athletica traductum, ἀσκήσας τὴν χεῖρα Suidas expoſuit, ſicuti ſuperioris libri cap.14. admonui.

[b] epiſt.197.fol.562.

[c] Pericle paulò poſt initiũ in fol. 280.edit.Steph.

Verùm



Verùm fuit etiam in ipſa pugnæ contentione, atque ardore certaminis athlothetarum admonitio illa, & exhortatio laudabilis; cuius apud Lucianum[a] in hæc verba mentionem fieri ſcio, vbi de pugilum decertatione in Athenienſis magiſtratus, aut ludorum præfecti, ſiue curatoris conſpectu: οὕτως αἵματος αὐτοῦ, καὶ ψάμμου ἀναπέπλησται τὸ στόμα πὺξ ὡς ὁρᾷς παταχθέντος εἰς τὴν γνάθον, ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄρχων οὑτωσὶ διΐστησιν αὐτοὺς καὶ λύει τὴν μάχην· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. Sequitur illud quod dicebam ὁ δὲ καὶ ἐποτρύνει καὶ τὸν παταξαντα ἐπαινεῖ. ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθι πάντες ἐγκονοῦσι, καὶ ἀναπηδῶσιν ὥσπερ θέοντες ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντες καὶ ἐς τὸ ἄνω συναλλόμενοι λακτίζουσι τὸν ἀέρα. Quibus verbis graphicè admodum vt nihil ſuprà, ille immodicam agonalium ſpectatorum lætitiam præferens, geſtus (vt ita loquar) exultatorius proponitur, de quo ſuperiùs non pauca ſcripſimus.

[a] Anacharſi ſub initium.

Victoriam quidem athleticam in ipſo theatro protinus omnium ſpectatorum acclamatione celebratam Euſtathius ad Homericum[b] illud τοῖσδ' ἐβόησαν adnotat, his ferè verbis: οἱ θεώμενοι δηλαδὴ καὶ ἔστι καὶ νῦν ἡ βοὴ διὰ τὴν νίκην. Et poſteà, τοῖς δὲ θεαταῖς ἔθιμον πάθος καὶ τῷ ποιητῇ σύνηθες ἐπιφώνημα. Quò etiam iſtud Heliodori Aethiopicis de Theagene pertinet, ἀντήχει δὲ καὶ ἡ τοῦ δήμου βοή: quod cum reliquis in cap.11. contulimus. Itaque apud Philoſtratum[c] Arrichionis pancratiaſtæ victoriam Olympicam talis ſpectatorum cum geſtu, motuq; corporis, acclamatio ſubſecuta fertur; qualem à Luciano illam alteram antè protuli, ἔοικε γὰρ μὴ τὸν ἀντίπαλον μόνον (inquit) ἀλλὰ καὶ τὸ Ἑλληνικὸν κεκρατηκέναι· βοῶσι γοῦν ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων, καὶ οἱ μὲν τὼ χεῖρε ἀνασείουσιν οἱ δὲ τὴν ἐσθῆτα, οἱ δὲ αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς· οἱ δὲ τοῖς πλησίον ἱλαροὶ προσπαλαίουσι· τὰ γὰρ οὕτως ἐκπληκτικὰ οὐ συγχωρεῖ τοῖς θεαταῖς ἐν τῷ καθεστῶτι εἶναι. ἢ τίς οὕτω ἀναίσθητος ὡς μὴ ἀνακραγεῖν ἐπὶ τῷ ἀθλητῇ. Talis & illa quę ſtadiodromum victorem Iſthmiis proſecuta ſpectante ac improbante Diogene, ſicuti à Dione Chryſoſtomo[d] deſcribitur; his vtique verbis, quæ proximis Philoſtrati ſuperiorib. appoſitiſsimè adiungi, quoniam id ipſum oſtenderent, poſſe credidi: ἰδὼν τινα ἐκ τοῦ σταδίου (inquit) βαδίζοντα μετὰ πολλοῦ πλήθους, καὶ μηδὲ ἐπιβαίνοντα τῆς γῆς ἀλλὰ ὑψηλὸν φερόμενον ὑπὸ τοῦ ὄχλου τοὺς δέ τινας ἐπακολουθοῦντας καὶ βοῶντας, ἄλλους δὲ πηδῶντας ὑπὸ χαρᾶς,

[b] ad illud Homericũ ex Ilia. ψ. τοῖσδ' ἐβόησαν, vbi Euſtathius fol.1332.

[c] in Arrichione lib.2. εἰκόνων.

[d] in Diogene ſiue Iſthmico fol. 95. pag.2. & fol. 96. edit. Aldinæ.

χαρᾶς, καὶ τὰς χεῖρας αἴροντας εἰς οὐρανὸν, τοὺς δὲ ἐπιβάλλοντας αὐτῷ ſτεφάνους καὶ ταινίας· ὅτε ἠδυνήθη προσελθὼν ἤρετο, τίς ἐστιν ὁ θόρυβος ὁ περὶ αὐτὸν καὶ τί συνέβη, ὁ δὲ ἔφη, νικῶμεν Διόγνες τῶν ἀνδρῶν τὸ ςάδιον,&c.quæ ſequuntur. Atque ad iſtas equidem exhortationes, acclamationéſque referendum cenſeo τὸν ἐπεγερμὸν illum, cuius à Clem. Alexandrino libri huius initio [a] mentionem feci; niſi potiùs ad aſſurrectiones quæ cum applauſu circũductis per theatrum ac ſtadium hieronicis adhibito præcone fierent à ſpectatoribus:pertinere aliquis crediderit:quod magis placet; quando τὸ ἐπεγείρομαι vetuſtum gloſſariũ græcolatinum reddidit, Aſſurgere. Nam in Muſicis profectò & præfationes quaſdam agoniſtarum ad iudices, & mutuas iudicum,qui agonib. illis præerant,adhortationes interpoſitas; id Neronis exemplum argumento eſt, quod à Suetonio [b] in hæc verba proponitur; Iudices autem priuſquam inciperet, reuerentiſsimè alloquebatur; omnia ſe facienda feciſſe, ſed euentum eſſe in manu fortunæ; Illos vt ſapientes, & doctos viros fortuita debere excludere. Atque vt auderet hortantibus, æquiore animo recedebat. Huc quoque ſpectat, quod Kirius Fortunatianus [c]; Denique aulœdos & citharœdos (inquit) & cæteros huiuſmodi artifices, quanquam non polliceantur orationem, videmus tamen proloqui ante actionem: & omnino curta,& ſine capite oratio eſt, quæ ſine principio ab ipſis rebus orditur. Itemque poſsit huc referri quod de thymelicis τὰ ἐνδόσιμα canentibus ſub initium ſermonis præcedentis expoſitum fuit. Imprimis verò huc pertinet, quod Fabius Quinctilianus [d] de exordio agens, & προοίμιον à Græcis dictum iſtud commemorans ita retulit; Nam ſiue propterea quòd οἴμη cantus eſt, & citharœdi pauca illa, quæ antequàm legitimum certamen (alibi & meliùs fortaſſe Carmen, vt ſignificet τὸν νόμον) inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, procœmium cognominauerunt: oratores quoque ea quæ priuſquam cauſam exordiantur,ad conciliandos ſibi iudicum animos,proloquuntur, eadem appellatione ſignarunt: ſiue quod οἴμον iidem Græci viam appellant; id quod ante ingreſſum rei ponitur, ſic vocare eſt inſtitutum.

[a] cap.9.ſup.

[b] cap.23.in Nerone.

[c] lib.3.Rhetor.

[d] lib.4.Inſtitut. Orator. cap.1.in ipſo initio.

*Curſores hieran facere dicti apud Senecam: quo ſenſu diſputatum, B.Paulo duobus locis inuicem commiſſis obiter illuſtrato. Quo palliorum teſſera in agonibus*



*agonibus Olympicis, quo albi calculi ad manum victorum ibidem dati apud Plinium & Aretam, quò ἐγκριθόμενος apud Plinium, adhuc eſſe quod dubitetur. Lineæ in ſtadio. Lycophronis carmen expoſitum. In calculorum ludo linea ſacra, quæ media. Media linea in pilæ luſu. In curſura ſacram lineam, & mediam fuiſſe videri ad metas. Theocriti verſus expoſitus, & item Sophoclis. Contactu metæ ſtadiodromi victores Athletæ in ſtadio ſe linea circumſcribere ſoliti: vnde ſi antagoniſtarum vi eximi nequiuiſſent, viciſſe dicerentur: ſicuti Democrates, de quo apud Ælianum. Eôdem relati tres ex B.Pauli epiſtolis loci ζυγός: explicato Pythagoræ ſymbolo ζυγομαχόν.*

## CAP. XXXIII.

RVRSVM quid illud eſt,quod curſores hieran dicuntur interdũ facere; vt apud Senecam [a] ad Lucilium? quo loco, Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceſſerit, quæris? Quod rarò curſoribus euenit, hieran fecimus, ab hac fatigatione magis, quàm exercitatione in frigidam deſcendi. Hactenus ille; ad quem Eraſmus vehementiſsimum & laborioſiſsimum curſum interpretatur, quemadmodum ſacram anchoram nautis, & medicis ſacram δόσιν ἱερὰν πικρὰν appellari ait. Muretus verò ad mediam in ſtadio lineam, quæ hiera dicebatur (inquit) ambo feſsi peruenimus: & ita neuter vicit. Atqui mediæ iſtius in ſtadio lineæ nullam ego apud auctores vetuſtos mentionem reperio. Nam περὶ ὃ κάμπτουσιν οἱ δρομεῖς, Iulius quidem Pollux Onomaſt. [b] lib.3. non ait vocari γραμμὴν,ſiue lineam, ſed νύσσαν καὶ καμπτῆρα. Et Lycophron [c] à curſoribus ducta metaphora, lineam cum carceribus connectit, non cum metis σὺν τῇ βαλβῖδι, non σὺν τῇ νύσσῃ τὴν μήρινθον: τὴν νύσσαν verò τῶν λοξῶν ἐπῶν commodiſsimè obliquorum ſeu flexuoſorum verborum metam, ad quam flecti currus ſolitos monui, dicit; ſic admodum canens,

ἐγὼ δ' ἄκραν βαλβῖδα μηρίνθου χαλάσας
ἄνειμι λοξῶν ἐς διεξόδους ἐπῶν
πρώτην ἀράξας νύσσαν ὡς πτηνὸς δρομεύς.

Illud ſcio in calculorum ludo ex quinque lineis mediam hieran, id eſt,ſacram fuiſſe nominatam; quod ipſum ab eodem Polluce alio loco [d], & item ab Euſtathio ad Homerum non ſemel [e] traditum animaduerti: vnde iſtud prouerbium deductum ἀφ' ἱερᾶς vel κινεῖν ἀφ' ἱερᾶς, itemq; μὴ κινεῖ γραμμὴν:

[a] epiſt.83.Singulos dies,ſub initium.

[b] cap.30.ex quo ſcripſi ſuprà,vbi de linea.

[c] in Caſſandra ſiue Alexandra ipſo initio, vbi Canterus ſcoliaſtes non inſcitè ſunem vocatum annotat,quo carceres obducti forent è Pauſania lib.2. Eliac.

[d] Onomaſt. lib. 9. vbi περὶ τῶν ἐν συμποδίοις παιδιῶν.col 490. & 491.

[e] ad Iliad.ζ fol. 633.ad num. vbi videſis & Odyſ. α fol 1896.num. 60.explicãs verſum πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων & fol.1397.

cuius parœmiographi [a] meminère. Sed ad hanc circa curſores ſacram lineam, nihil admodum reperias, niſi quod à ſcoliaſte [b] Pindari, ad illum, quem, vbi de linea differerem, locum attuli, traditur; id prouerbium de non mouenda linea tranſlatum à more veterum, qui metam ducta linea ſignabant, in qua præmium victori ceſſurũ proponebatur, vt eſſet pro ſcopo, quem poſterioribus relictis ad anteriora tendentes perſequebantur; ne in vanum vel incertum currerent: id quod iſta ex tribus D. Pauli epiſtolis [c] deprompta verba ſuadent; ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως. & alibi, ἓν δὲ τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος (quod profectò curſorum, ſed & diſcobolorum eſt) κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. & ſtatim, πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, &c. & rurſum alio loco, καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς, μήπως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον. At equidem ſi verum & ſimplex quod eſt, amamus; neque ſacræ aut ἱερᾶς hîc quidem vlla mentio. Cùm itaque nondum eruditis hac de re liqueat; mihi verò conſtet ſuum quempiam vſum mediæ lineæ fuiſſe in pilæ luſu, cui lineæ σκῦρος nomen inditum Iulius Pollux [d] Onomaſtico tradit: equidem ad curſuram quod attinet, quãdo agonum & gymnicorum quidem comparatione ad politicos, vt ipſe interpretor apud Plutarchum [e], id dictum transfertur ab athletis, eum locum vbi eſſent metæ (quem Græcè καμπτῆρα καὶ νύσσαν appellatum dixi, quòd ad ipſum currus ab agitatoribus flecteretur) coniectura quadam auguror ἱερὰν γραμμὴν ſacram lineam fuiſſe nominatum: propterea quòd eam contingere ſuperaturis quidem non liceret, niſi peragendo fortean curſu, & in ipſo vincendi articulo; ſtadiodromis, iuxta illud Horatij, de quo ſermone proximo videbitur,

*Qui ſtudet optatam curſu contingere metam:*

non item diaulodromis, aut dolichodromis, niſi ad curſuræ finem, ſed neque curruum agitatoribus, qui euitata demum feruidis eorum rotis meta (vt inquit idem ille ode carminum prima

[a] *Eraſm. in prouerb. 25. mouebo calũ à ſacra linea, Chiliade 1. cent. 1. ex Plat. Theocrito in Eucoliaſtis, Plutar. & Polluce: & prouerb. 97. Ne moueto lineam, Chil. 1. cent. 9. ex Pindari ſcoliaſte: & prouerbio 56. Venimus ad ſummã lineam. Chil. 3. cent. 7. ex Euripide in Antigone. Tu addeſis Æliani lib. variæ hiſtoriæ, cap 9.*

[b] *Eraſmus citat in prouerbio, Ne moueto lineam, 97. cent. 9. Chiliad. 1.*

[c] *prioris ad Corint. cap. 9. verſ. 26. & ad Philip. cap. 3. ver. 13. 14. & 16. ſic & ad Galat. epiſt. 2. verſ. 2. ſed & c. vlt. verſ 16.* καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοῖς καὶ ἔλεος, *&c.*

[d] *lib. 9. vbi de ludis. col. 492.*

[e] *initio libri* εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. *folio 1402. Steph. edit.* ἐπειδὴ δὲ πλείστας αἱ περὶ τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας ἀποκνήσεις καὶ μαλακίας προφάσεις ἔχουσι, τελευταίαν ὥσπερ τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἐπάγουσιν ἡμῖν τὸ γῆρας. ἔτι μάλιστα δὴ τούτῳ τὸ φιλότιμον ἀμβλύνειν καὶ δυσωπεῖν δοκοῦσι πείθουσιν εἶναί τινα πρέπουσαν οὐκ ἀθλητικῆς μόνον ἀλλὰ καὶ πολιτικῆς περιόδου κατάλυσιν. *quæ verba rurſus adfero libro tertio, capite duodecimo, ſed in rem aliam.*



prima Horatius) ad deos laudibus euehebantur: quo etiam illud Theocriticum

--- περὶ νύσσαν

Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχοῦ σύριγγα φυλάξαι.

quod extremo ſuperiore libro propoſui, non incommodè referre poſsis; vt τὸ ἀσφαλέως ad tertium victoriæ finem pertineat: quamquam verius puto, vt cùm de vita & ſalute periclitaretur agitator, ſiue auriga, cuius currum impactis ad ſtadij metas rotarum radiis, aut ipſis axium fiſtulis, hoc eſt, concauis modiolis toto impetu ſubuerti, atq; adeò effringi oportuit; propterea tutò flecti currus ad metas, ipſis peritè, ac ex arte (propiùs licet accedendo) euitatis, diceretur: quo non obſeruato ab Oreſte, propterea peremptum in ſtadio narrabat pædagogus ille licet falsò; attamen veriſimiliter apud Sophoclem [a] in hæc verba:

ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν
κάμπτοντος ἵππου λανθάνει στήλην ἄκραν
παίσας· ἔθραυσε δ' ἄξονος μέσας χνόας
κἀξ ἀντύγων ὤλισθε· σὺν δ' ἑλίσσεται
τμητοῖς ἱμᾶσι· τοῦ δὲ πίπτοντος πέδῳ
πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον, &c.

Et poſteà,

--- ἔστε νιν διφρηλάται
μόλις κατασχέθοντες ἱππικὸν δρόμον
ἔλυσαν αἱματηρὸν, ὥστε μηδένα
γνῶναι φίλων ἰδόντ' ἂν ἄθλιον δέμας.

Stadiodromos verò ſiue curſores contactu metæ victoriam conſecutos, vt illo, quod protuli ſuperiùs, Horatij carmine, ſic iſtis Papinij Statij [b] verſibus oſtenditur;

*--- correpto crine reductum*
*Occupat, & longæ primus ferit oſtia metæ.*
*Arcades arma fremunt armis defendere regem,*
*Ni raptum decus, & meriti reddantur honores,*
*Contendunt.* --- & cæt. quæ lib. 3. de fraude agens, quam ab agonibus abeſſe debere conſtat, expromere ſtatuo. Quamobrem eſſe puto, cur Apprehendendi verbũ apud B. Paulum illo quem ſuperiùs capite huius libri 7. & 20. [c] attuli loco, non magis ad arreptionem coronæ vel brauij (cuius ibi ta-

[a] *Electra folio 114. lib. à Steph. excuſi.*

[b] *è lib. 6. Theb.*

[c] *ſub initium.*

men ſit mentio) quàm ad metæ contactum referri debeat (ſilentio) in re non obſcura ſcilicet obductæ ac prætermiſſæ, ſumpta indidem metaphora. Paulus ipſe ita illud καταλαμβάνειν vſurparit ad Philippenſes ſcribens, vt æquè ad metam ſiue ſcopum; atque ad coronam ſeu brabium id verbi ex propria eius ſignificatione pertinere ſatis apertè ſignificet: his quippe poſitis [a], διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, & ſtatim, ἀδελφοὶ ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι· ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος: adiungit illicò, [b] κατὰ σκοπὸν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. De Senecæ itaque verbo iſto, Hieran fecimus; ampliùs pronuncio, ſicuti de palliorum quoque teſſeris apud Olympiam: in quibus intextum aureis literis nomen ſuum Zeuxis pictor ſimul cum opibus ſuſtentaſſe à Plinio traditur libro naturalis hiſtoriæ 35. cap. 9. Sicuti de albis calculis quos ad manum datos Olympionicis indicio victoriæ, Aretas in Apocalypſin [c] adnotat; cuius verba cap. 9. huiuſce libri eam in rem protuliſſe me recordor; ſicuti de æreo pentathlo qui vocatur Encrinomenos, quem Alcamenas Phidię diſcipulus, vt & marmorea feciſſe à Plinio [d] dicitur. Nam quid eſt ἐγκρινόμενος, vel probatus? vtrùm probatus athleta ex ætate, moribus & cæteris id genus, de quo dicemus libri ſeq. cap. 17. an probatus cui victoria decreta & impoſita corona; vt eo Chryſoſtomi loco è ſermone de inanis gloriæ cupiditate; quem huiuſce libri cap. 27. attuli? An potiùs ipſum pentathli ſimulachrum probatum ex artificio ſingulari, & præ cæteris commendatum ab omnibus? De his inquam nondum ſatis liquêre mihi cùm ingenuè profitear, ſilendum potius habeo; intereà dum eruditiores, & quibus plus otij ſuppetit, certiùs quidpiam conquirunt, vt in medium poſteà proferant. Nam ad lineam quòd attinet; ſolitos etiam in ſtadio athletas ea in circulum orbémve circumducta ſe includere, atque antagoniſtas ad eximendum inde ſe, aduerſus quos ſi quis in loco conſtitiſſet, nec de linea extractus foret, viciſſe diceretur, atq; etiam coronam auferret: ſicuti de luctatore (interpres pugilem expoſuit inſcitè, potuit athletam generali verbo dicere) Democrate, in hæc verba narrat Ælianus in varia hiſtoria [e]: Δημοκράτης ὁ παλαιστὴς καὶ αὐτὸς νοσήσας τοὺς πόδας παριὼν εἰς

τοὺς

[a] cap. 3. epiſt. ad Philippenſ. verſ. 12. & 13. De quo & aliis locis videndu quæ ſcribo lib. 3. cap. 11. ad extremum.
[b] verſ. 14.
[c] cap. 2. verſ. 17. ad hæc verba, τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.
[d] lib. 34. natur. hiſtor. cap. 8.
[e] lib. 4. cap. 15.



τοὺς ἀγῶνας καὶ στὰς ἐν τῷ σταδίῳ περιγράφων ἑαυτῷ κύκλον προσέταττε τοῖς ἀντιπαλαισταῖς ἔξω τῆς γραμμῆς αὐτὸν προέλκειν· οἱ δὲ ἡττῶντο ἀδυνατοῦντες· ὁ δὲ διαβὰς ἐν τῇ στάσει ἐγκρατῶς στεφανούμενος ἀπῄει. In ludo quoque illo palæſtrico, quem διελκυστίνδαν Iulius Pollux Onomaſtici lib. 9. nuncupat [a], γραμμὴν ſiue lineam adhibitam, ex Platonis Theęteto [b] didicimus. Ad quorum ludorum alterutrum, hos duos ex D. Pauli ad Philippenſes, [c] atque ad Timoth. [d] epiſtolis, à me ſuperiùs citatis (in quibus pleraque Agoniſtica vocabula vſurpantur) ſi quis retulerit locos, nihil (mea quidem opinione) abſurdi, aut à vero alieni feciſſe videatur. Nam in illo quidem poſteaquàm περὶ τοῦ κατὰ σκοπὸν διώκειν egerat; quod non minùs diſci (vt initio monui) quàm curſuræ agoni aptum eſt: ſubiicit ſtatim πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν: quod ipſum ad lineam ſiue regulam pertinere apparet, in qua ſermo iſte noſter magna ex parte conſumptus eſt. Et paulò pòſt, initio ſequentis capitis, οὕτω στήκετε ἐν κυρίῳ ἀγαπητοί. Etenim vt ab agonibus deduxiſſe ſimilitudinem rear; facit coronæ verbum quod præcedit eò loci, quãuis aliò relatum; ſed imprimis illa quæ anteà protulerat, è quibus hîc nonnulla modò aſperſimus: & verò quòd athletico prorſus vocabulo ſtatim vtitur, συλλαμβάνου αὐταῖς αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι. At in hoc altero prioris ad Timotheum loco; ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν (quæ verba libri proximè ſequentis cap. 11. ad extremum adfero) præter τὸ ἴσθι, quod ad propoſitum ſermonem facit, τὸ μελέτα inſuper, quod exercitationem & meditationem ſignificat, è re athletica tranſlatum nemo inficiabitur. Addam & tertium, ex epiſtola eiuſdem Pauli ad Galatas; [e] στήκετε (ait) καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. vbi præter τὸ στήκετε, quod vel à Dielcyſtinda ludo (vt antè monui) tranſlatum eſt: ſanè τὸ ζυγῷ traductũ à Circenſibus equis, qui currus iugo aptari ſolent (vnde ζύγιοι ἵπποι Suidæ οἱ ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ) exiſtimare malo, quàm ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ τῆς ἐπὶ νηός, ἐξ οὗ ζυγῖται καὶ ζύγιοι ἐρέται οἱ μέσοι θρανιτῶν τῶν πρὸς τὴν πρύμναν, καὶ θαλαμίων τῶν πρὸς τὴν πρῷραν; quorũ & apud Suidam ipſum, & apud Euſtathium [f] mentio: ac multò magis à re gladiatoria ſiue athletica; ex qua eleganter Polybius τὸ κατ' ἄνδρα

 καὶ

[a] cap. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν, col. 494. nu. 20.
[b] vidit hunc locum Mercurialis cap. 5. lib. 3. artis gymnaſt.
[c] cap 3. epiſt. ad Philipp. verſ. 16. & cap. 4. in prin. & verſ. 3.
[d] cap. 4. prioris ad Timotheum verſ. penul.
[e] cap. 5. in principio quod connectendum cum fine præcedentis.
[f] ad Il. ν. fo. 956.

καὶ ζυγὸν, veluti per adagium aut metaphoram traduxit ad rem bellicam. Etenimlibro primo [a] τοσούτῳ λαμπρότερος ἦν ὁ κίνδυνος, ὡς ἂν ἐκ τοσούτου πλήθους κατ᾽ ἄνδρα καὶ κατὰ ζυγὸν οἱονεὶ μονομαχικῆς συνεστώσης περὶ τοὺς ἀγωνιζομένους, τῆς φιλοτιμίας. Et libro ſecundo [b], καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτων, δεῖ τὸν μέλλοντα νικᾶν, συνθεωρεῖν πῶς δυνατὸν ἐφίκεσθαι τοῦ σκοποῦ· καὶ τί γυμνὸν, ἢ ποῖον ἔξοπλον μέρος φαίνεται τῶν ἀνταγωνιστῶν. οὕτω χρὴ καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων προεστῶτας σκοπεῖν, οὐχ ὅπου τὶ τοῦ σώματος γυμνὸν, ἀλλὰ ποῦ τῆς ψυχῆς εὐχείρωτόν τι παραφαίνεται τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος, &c. Vnde poſsit quis non abſque ratione maxima, licèt contra vulgatam omnium qui hactenus Pythagoræ præcepta ænigmatica explicarunt ſententiam, non de ſtatera, ſed de ſcammate lineíſque certaminis & ſtadij ſymbolicam iſtam Philoſophi parænеſim [c] accipere, ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν: vt eadem ſit huius vis, quæ illius μὴ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, de quo ſecundi huius Agoniſtici capite primo abundè diſceptatum fuit: cuius tamen eadem ſit præcepti vis futura, quæ ſi de ſtatera exponeres, foret; nempe, terminos modúmque rei cuiuſlibet, atque adeò iuſtitiæ tranſilire non oportere; atque (vt Clemens Alexandrinus [d] interpretatur) μὴ παρέρχεσθαι τὸ πρὸς τὰς διανομὰς ἴσον τιμῶντας τὴν δικαιοσύνην, & reliqua eò pertinentia. Ergo & in re militari, ζυγὸς ἐν τοῖς τακτικοῖς dicitur (eodem Suida teſte) τὸ ἐκ παρεστηκότων ἀλλήλοις πλῆθος: à quo, non à boum iugo (quicquid ille ſentiat, ἀπὸ τῆς τῶν βοῶν πρὸς ἀλλήλους μάχης) tranſlatum, vt ſentio, τὸ ζυγομαχεῖν: quod Plutarchus Catone μεταφορικῶς vſurpauit, πρὸς οἰκέτην ζυγομαχεῖν, quod ipſum à bobus tamen tranſlatum alij cum Budæo autumãt. Et verò hac ſignificatione τοῦ ζυγοῦ apud Ælianum in libro περὶ στρατηγικῶν τάξεων ἑλληνικῶν [e] crebra mentio; tanquam στήκετε illo B. Pauli loco, ſcriptum ſit, pro στοιχεῖτε: quando in aciebus inſtruendis, propter varias motionum figuras aliud eſſe στοιχεῖν, aliud ζυγεῖν ibidem [f] oſtẽditur: hoc autem στοιχεῖν κανόνι à curſoribus petitum in epiſtolæ ad Philippenſes quopiam loco B. Paulum vſurpaſſe, huius libri ſeptimo ſermone admonui. Verumtamen præſtat iugum ſeruitutis ita ſimpliciter accipere, vt ab hominum ſeruitute ad præcepta legis vetuſtæ ac Moſaicæ ſimilitudo ducta eſſe intelligatur: quod perſuadent verba illa Suidæ ſic ſe habentia,

ζυγὸς

[a] *fol. 19. Heruagianæ editionis.*

[b] *fol. 91.*

[c] *cuius apud Theodoretũ mentio initio lib. 8. de Græcarũ affectionum curatione, qui eſt de Martyribus fol. 110. editionis nuper à Fed. Sylburgio procuratæ anno 1592. Et apud Clemẽtem Alexandrinum libro 5. Stromat. fol. 232. quos locos omiſſos ab Eraſmo ſcias Adagior. Chil. 1. cent. 1. fol. 14. vbi Demetriũ dumtaxat Byzantiũ apud Athenæum lib. Deipnoſoph. 10. citat.*

[d] *in ſupradicto loco.*

[e] *cap. 4. 6. 7. 13. 14. 19. 20. 27. 28. 29.*

[f] *eiuſdem libr. cap. 24. & 26.*



ζυγὸς ὁ νόμος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ· καὶ ὁ χριστὸς, ἄρατε τὸν ζυγόν μου ὅτι χριστός ἐστι καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν· καὶ ζυγὸν τὴν τοῦ νόμου βαρύτητα φησὶν ὁ δαβίδ.

*Στάσις in curſura, vt in pugilatu, quæ ἀνάπαυσις. Curſores à carceribus interdum diuerſis partibus miſſi ad eoſdem athlothetas contendebant. Præludium vt in pugilatu, ſic & in curſurâ. Curſores quando, id quod agerent, impleuiſſe dicti. Vbi curſuram deſinerent, ibi luctatores decertabant. Balbis, vnitas carceribus, Myrias metis, cæteri numeri curſoribus à Philone comparantur: vetuſto Lexicographo notato, Suida caſtigato, Euſtathij beneficio. Valuæ templorum à balbidibus δίαυλος: ad quem Pauſaniæ de de Aurâ equâ Phidolæ Corinthij locus pertinet. Dolichodromi curſus perfectus: expoſito Plutarcho, eiuſq; Latino interprete ac Mercuriale itidem notatis. Interiùs flectere. Agitatores equorum Circenſium non nudi, ſed galero, petaſo ſiue galea caput opertum habuêre, corpus reliquum tunicis è panno colorato. Athenæi præclarum in hanc rem teſtimonium. Epiſcopi orthodoxi, velut Agoniſtæ veri, pro Chriſtiana in Deum pietate inſigniti mitra, tanquam galero illo ſeu galea. Saltatoribus interdum æneæ galeæ attributæ ab auctoribus. Curſores non ſemper omni ex parte nudos decertaſſe: verùm ita, vt manu clypeum, aut facem, vitiſve ramum, pedibus autem endromidas ferrent. De Hoplitodromis in margine, ſed & in contextu plurima: vt ad eorum ſimilitudinem inſtructos & munitos Epiſcopos, ſandaliaq; ipſorum ab illorum Endromidibus tranſlata doceatur: illuſtratis non paucis ex Epiſtola D. Pauli ad Epheſios locis, in quibus è re athletica commodè ab Apoſtolo metaphoram deſumptam, præter interpretum opinionem oſtenditur. Facienda omnia feciſſe apud Sueton. Vt ſandalia in calceamentis, ſiue ſoleæ Caligæ, Caligulæ, Gallicula ita Campagi tzaggia Vdones.*

## CAP. XXXIV.

CAETERVM vt quæ circa curſuram habeo ſelecta iam olim, vel obſeruata nuper cætera depromam: στάσεως verbum, quod pugilibus præcipuè conuenire huius initio ſermonis oſtendi, ad curſores etiam pertinere verum eſt; eaque vſurpata res non à Stadiodromis modò, cùm contactu metarum ſperatum ablaturi præmium, ibi fortaſſe (nam hoc aſſeuerare nolim) conſiſterent: ſed à diaulodromis quoque, cùm reuerſuri ad carceres, vnde curſum inſtituerant, pauliſper ad metas morarentur, quò faciliùs curſum flectere in aduerſum, vbi aliquantulùm reſpiraſſent; ac ferri poſteà rapidiùs, reſumpto per breuem quietem ſpiritu, viribuſq; reparatis quirent. Docet nos iſtud Iſidor. Peluſiota

Palladio

Palladio Subdiacono ſcribens [a] inter cætera ſic ferè, ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σταδίοις στάσις καὶ ἐφηρέμησις τὴν ἐναντίαν τίκτει κίνησιν: εἰ μὴ γὰρ σταίη οὐκ ἂν εἰς τοὐναντίον χωρήσειεν. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κακίας εἰ μὴ παύσαιτο, οὐκ ἂν τῇ ἀρετῇ χώραν δοίη. Hæc nimirum fuit ἀνάπαυσις illa, de qua lib. I. [b] in explicatione cuiuſdam apud Ioſephum loci [c] agere memini. Præterea curſores ab iiſdem carceribus qui progrederentur, non idem tamen, ſed contrarium iter tenuiſſe reperio; vt ad metas obuiã alij aliis fierent, dum ad athlothetas reuerterentur. Hoc Themiſtius [d] indicat ὥσπερ δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀθλοθέτην ἵενται μὲν ἅπαντες οἱ σταδιεῖς, οὐ μὴν ἅπαντες τὸν αὐτὸν δρόμον, ἀλλ' οἱ μὲν ἔνθεν, οἱ δὲ ἔνθεν· ἀπάντη δὲ ἀγέρας ὁ ἠπλωμένος· οὕτως ἕνα μὲν ὑπολαμβάνεις τὸν μέγαν, καὶ ἀληθινὸν ἀγωνοθέτην. ὁδὸν δὲ ἐπ' αὐτὸν οὐ μίαν φέρειν, &c. συντέτακται δὲ ὅμως ἁπάσας πρὸς τὴν μίαν ἐκείνην καταγωγήν, &c. Tum verò vt in pugilatu præludium quoddam fuiſſe, ventilationem, χειρονομίαν, manuumq; extenſionem, ſiue porrectionem libro ſuperiore [e] docui: ſic & antequàm curſum legitimum inirent, ſoliti vario præludij genere athletæ, vt catulis laſciuientibus, dum ad venationem deducuntur, in more eſt, contendere. Quod equidem à Papinio Statio [f] ſignificatum de curſoribus agente arbitror, cùm ita cecinit;

*--- tunc ritè citatos*
*Explorant, acuuntq́; gradus, variaſq́; per artes*
*Exſtimulant docto languentia membra tumultu.*
*Poplite nunc flexo ſidunt, nunc lubrica forti*
*Pectora collidunt plauſu, nunc ignea tollunt*
*Crura, breuemq́; fugam nec opino fine reponunt.*

*Vt ruit--* & cæt. quæ initio huius libri de ſcammate ac lineis diſceptans expreſſi. Quinetiã dum explorarent ſeſe curſores ſtadium ex aſſe, id eſt, à carceribus ad metas & retrò ad carceres fortaſſe; non ſeriò quidem, vt ad coronam prodeſſet; ſed præmij ſiue proægonis & captandi ſpectatorum fauoris, ſuæq; induſtriæ ac alacritatis excitandæ cauſa ſolitos decurrere; veluti quod hodie in pilæ luſu & in haſticis ad equos agonibus fit; hac appellatione, *pour les Dames*, vbique in Gallia vſurpatur, hoc Iuliani Cæſaris [g] verbum, licet per metaphoram alio velatum τὸ προεκθέειν ſubindicat: quo loco νῦν δὲ τὸ συνεχὲς ἀποδόντες τῷ παρόντι λόγῳ, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπανά-

[a] epiſt. 144. lib. 3. fol. 533.
[b] cap. 9.
[c] cap. 10 lib. 13. Iudaic. antiqui.
[d] Orat. 12. Conſulari in Iouianum. fol. 145. libelli Stephan.
[e] Agoniſt. 1. cap. 14. ſub initium.
[f] lib. 6. Thebaid.
[g] ex lib. περὶ βασιλείας ſiue περὶ τῶν αὐτοκράτορος πράξεων, fol. 34.





γομεν ὥσπερ οἱ προεκθέοντες ἐν τοῖς δρόμοις. Nec prætermittam iſtud, quod memoriæ occurrit ex Ariſtidis Panathenaico [a] cùm curſores ad optatam perueniſſent metam, tum dictos id quod agerent impleuiſſe. Sic enim ille, πῶς οὐ διὰ παντὸς ἂν εἴποι τις ἀφῖχθαι καὶ καθάπερ τοὺς δρομέας τὸ γιγνόμενον πεπληρωκέναι. Poſtremò animaduertendũ quod olim notauimus; vbi curſores, aut curruum certè agitatores curſuram deſinerent, ibi ſaltatores exerceri, atque decertare ſolitos: id adeò colligere viſus ſum è Pollucis libro 3. [b] vbi de curſorib. ἵνα δὲ παύονται (ait) τέλος καὶ τέρμα καὶ βατήρ. & poſteà vbi de pentathlo, & ſaltatore; πένταθλος καὶ ὁ πέντε ἀγωνιζόμενος, ἴδια δὲ αὐτοῦ πηδᾶν ἅλλεσθαι πηδητικὸς ἁλτικός, καὶ ὅθεν ἅλλεται βατὴρ ἀφ' οὗ καὶ τὸν βατῆρα κέκρουκε. Et ſimiliter Euſtathius in Homeri Odyſſeam, [c] ὅτι βαλβῖσιν ὅμοιόν τι κατ' ἔννοιαν καὶ ὁ βατήρ. ὅς ἦν ἀρχή φησι τοῦ τῶν πενταθλῶν σκάμματος. ὅθεν καὶ παροιμία, αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου. ὡς οἷον εἰπεῖν τὸ πρῶτον καὶ ἐπικαιρότερον. Quod autem βαλβῖδα dictum locum vtrumque, tam illum, quem Carceres Latini vocarunt, vnde curſum inirent; quàm illum in quo deſinerent, Pollux memorat; & ab ipſo (vt reor) Suidas, cùm ita ſcribit, βαλβὶς βαλβῖδος, βάσις ταπεινή. ἡ ἀφετηρία καὶ ὁ καμπτός (etenim τοῦ καμπτοῦ ſiue καμπτῆρος vocabulo ſignificatur meta) id non ad ſtadiodromos, quibus integer ex aſſe à carceribus ad metas curſus fuit, ſed diaulos, dolichodromos, & curruum agitatores pertinere arbitror: de quibus verba fecimus libri ſuperioris octauo & viceſimo capite. Pereleganter Philo [d] (vt omnia ſolet) ſumpta ex quorundam opinione à Stadiodromis ſimilitudine, monadẽ balbidi hoc eſt carceribus; Campteri autẽ ſeu metis myriadem, inter medios numeros curſoribus ab vno ad alterum locum properantibus comparauit. Nam vbi dixit, ἀρχὴν μὲν ἀριθμοῦ εἶναι μονάδα, τέλος δὲ ἐν τοῖς κατὰ τὴν προφορὰν συνήθεσιν μυριάδα, hoc addidit, παρ' ὃ καὶ τινὲς οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, βαλβῖδι μὲν μονάδα, καμπτῆρι δὲ εἰκάσαν μυριάδα τοὺς δὲ μεθορίους πάντας ἀριθμοὺς τοῖς δρόμον ἀγωνιζομένοις: ἀρχόμενοι γὰρ ὥσπερ ἀπὸ βαλβῖδος φέρεσθαι μονάδος παρὰ μυριάδα τὸ τέλος ἵστανται. Nam quod in excerptis ex vetere quodam Lexico Græcolatino [e] ita ſcriptum legitur, Carceres καμπτῆρες: vel mendax vel mendoſum eſſe cenſeo; niſi temperamento illo interpretationis, quod circa

[a] fol. 9. pag. 2.
[b] Onomaſt. c. 30.
[c] ad illud ἐκ τοῦ α. ἣ δ' ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν fol. 1404. num. 57.
[d] in περὶ φυτουργίας. fol. 152.
[e] adiuncto gloſſarijs per Steph. editis [illegible] de ſpectacul. περὶ παιδιῶν fol. 274.

τὴν βαλβῖδα Polluci ac Suidæ ſuperiùs adhibitum fuit, excuſſes aclenias. Carceres quippe (ſi propriam ſignificationem ſpectaueris) Græco vocabulo βαλβὶς, & (vt eſt in vetuſto Latinogræco gloſſario [a]) ἱππάφεσις nuncupantur, locus nimirum vnde ad curſuram equi mittuntur. Quamobrem tranſlatione à curſoribus ducta, Balbidis nomen de cuiuſlibet rei principio dicitur, vt Suidas [b] adnotat; cuius hæc verba ſunt, etymon & notationem vocabuli oſtendentia ſic ferè: ὥσπερ ἐκ βαλβῖδος τινὸς οἱ τὰ τέθριππα ἀφιέντες ἀναπεπταμένης τῆς πύλης· καὶ βαλβῖσιν ἀντὶ τοῦ ταῖς ἀρχαῖς· εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν δρομέων· ἡ γὰρ ὑπὸ τὴν ὕσπληγγα γινομένη γραμμὴ, διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς βεβηκέναι τοὺς δρομέας, βαλβὶς καλεῖται. ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι ἁλμὶς ἀλβίς. καὶ ὑπερβιβασμῷ βαλβὶς ἢ ἀπὸ τοῦ βαίνω. Vbi non dubito, quin pro βαίνω (à quo non βαλβὶς profectò, ſed βατὴρ) Suidas aut ſcripſerit, aut ſcribere in animo habuerit βάλλω: expoſcente ita ipſo etymo vocabuli: ſuadente quinetiam Euſtathij [c] teſtimonio; vbi ἔτι ἀπὸ τοῦ βάλλειν (ait) καὶ βαλβῖδες, οὐ μόνον αἱ ἐπ' ἀφέσεως δρομέων γραμμαὶ κατ' Αἴλιον Διονύσιον, ἀλλὰ καὶ ὅσαι ἐν φρέασι καὶ ἄλλοις τοιούτοις ἐγκοπαί φησι, καὶ ἐξοχαὶ δι' ὧν κατίασιν εἰς αὐτὰ, αἷς βαλβῖσιν, & cætera quæ ſuperiùs adſcripſi. Porrò ab his balbidibus (vt veriſimile mihi fit) Templorum ſiue Eccleſiarum, quibus apud Chriſtianos æquè ac Circo & ſtadio veteribus Ethnicis ob agones ſacros ibi exhibitos & ſacrificia in vicinis lucis peracta religioſo nauis figuram ineſſe conſtat; oſtia, valuarum nomen inuenêre. Atq; huc facit quod in gloſſario illo veteri Latinogræco, [d] Valuarum appellatione tam ædis ſacræ, ſiue templi, quàm Circi ſeu equeſtris ſpatij fores, deſignari traditur his verbis; Valuæ per V, vocalem ſi ſcribantur ſignificant θύρας ἱεροῦ καὶ θύρας ἱππικοῦ καὶ θύρας δίπτωτας. Et ſanè habet Circo ſiue ſtadio prophano, templum ſeu ædes Chriſto Domino dicata, iſtud aſsimile; quod hîc decurratur à properantibus ad Eccleſiaſtica & ſacroſancta munia officiáq; peragenda clericis; non quidem pernicitate ac velocitate corporis, ſed ſtudio ac ſedulitate indefatigabili: vt cuius Regalis ac ſacerdotalis ſcilicet coronæ figuram eorum quiſque gerit in vertice; ipſius veritatem poſt laborum in iſto ſeculo conſummationem, in altero longè fœliciore ſibi à Chriſto impertitam accipiat, ciúſque gloria in æternum perfruatur. De

Circi

[a] *ex eiuſdẽ Stepha. edit. col. 30.*

[b] *in* βαλβῖσιν: *vbi* τὴν ὕσπληγγα *nihil aliud eſſe, quàm* τὴν ἀφετηρίαν, *locũ ſcilicet vnde curſores homines equive mitterentur, ex eodẽ Suid. intelliges in* ὕσπληγξ: *quo loco inter cætera iſtud à Ioſepho* οἱ δὲ ἑστῶσιν ὥσπερ ἐφ' ὕσπληγγος ἐξορμᾶν ἕτοιμοι: *& verò ex eo Heliodori quẽ exhibui cap. 30. libri ſuperioris: ac ex illo deniq; Chryſoſtomi de Circenſib. equis agentis loco, quẽ cap. 28. huiuſce libri proferam.*

[c] *in ſup. dicto loco pagina 1404. num. 55.*

[d] *col. 220. editio. Stephan.*



Circi quidem carceribus, proræ figuram referentibus, cuius roſtrum aduerſus ſtadium protenderetur; è Pauſania in Eliacis à me ſcriptum nonnihil huius Agoniſtici cap. 7. De ipſarum Eccleſiarum oblonga forma in nauis modum conſtructarum, in quarum ſummo altaria quaſi puppis in naui extet: à B. Clemente in Apoſtolicis conſtitutionibus [a] agitur.

Diaulon eſſe geminum curſus ad eãdem ſtadij partem retracti ſpatium, cùm ab ipſis grammaticis doceatur; tum verò, metaphoricè licet, loquutus idẽ Philo alibi [b] manifeſtè comprobat his verbis: νυνὶ δ' οὐκ οἶδ' ὅτι παθοῦσαι συντόμως παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐπανήκετε φήσουσιν οὖν ὅτι οὐκ αὐταὶ γεγόνασιν αἰτίαι τοῦ τὸν δίαυλον ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ, καὶ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀπνευστὶ καὶ μετὰ πολλῆς ῥύμης δραμεῖν. Magis autem perſpicuè, quãdo non itidem vt ille alter figuratè, Pauſanias [c] his admodum verbis; καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν (ἐπιγραμμάτων) ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες. τὸ δὲ ἐστι τοιόνδε· ἀπὸ τοῦ πέρατος, τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ. Itaque de diauli curſu exponendum videtur, quod Auram Phidolæ Corinthij equam narrat Pauſanias, [d] excuſſo domino in ipſis penè carcerib. nihilominus curſum, vt oportuit, cùm ſe circa metas conuertiſſet, continuaſſe: audito tubæ ſono etiam acceleraſſe, atque ad hellanodicas ita perueniſſe; vt ibi velut victoriam domino ſibíque partam agnoſceret, ſtatim reſtiterit: ἡ δὲ ἵππος ἡ τοῦ Κορινθίου Φειδώλα (inquit) ὄνομα μὲν ὡς οἱ Κορίνθιοι μνημονεύουσιν εἶχεν Αὔρα. τοῖ δὲ ἀναβάτην ἔτι ἀρχομένου τοῦ δρόμου συνέπεσεν ἀποβαλεῖν αὐτὴν, καὶ οὐδέν τι ἧσσον θέουσαν ἐν κόσμῳ περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε, καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τὸν δρόμον φθάνει τε δὴ ἐπὶ τοὺς Ἑλλανοδίκας ἀφικομένη καὶ νικῶσα εἶναι: καὶ παύεται τοῦ δρόμου. Ac de diauli quoque, non de ſtadij curſore, Papinij locum aliquem intelligendum ſuperiùs hoc ipſo libro admonui. Perfectum fuiſſe dolichodromi curſum, non æquæ dignationis ſtadiodromum; ex eo Phocionis verbo de Leoſthenis victoria cognoſcimus, quod à Plutar. [e] ſic relatum alicubi fuit: καὶ Φωκίων ἐπὶ τῆς Λεωσθένους νίκης καλὸν τὸ στάδιον εἶναι δεδιέναι δὲ τοῦ πολέμου τὸν δόλιχον. Vbi ſtadium pro initio, dolichum pro fine atque conſummatione victoriæ poſitum non abs re ſentias: cùm tamen interpres Latinus Dolichum pro diaulo perperam accepiſſe videatur; qui ſic

Ggg 2 vertit,

[a] *lib 2. cap. 507. ex quo & D. Bernardo Durantus protopræſes Toloſ. lib. 1. de ritib. Eccleſ. Cathol. cap. 3. vbi de ædium ſacrarum forma.*

[b] περὶ τῶν μετονομαζομένων *fo. 37.*

[c] *lib. 1. Eliacôn, fol. 165. VVecheliani libri.*

[d] *Eliacôn 2. fol. 149.*

[e] πολιτικοῖς παραγγέλμασι. *fol. 1437.*

vertit, Phocion verò ſuper victoria Leoſthenis, Pulchrũ ſibi inquit videri ſtadium, verùm metuendũ eſſe belli recurſum. Atque ita Epicrates Laidem, quæ ad extremam ſenectam longiſsimo velut annorum curriculo perueniſſet; dolichum annis iam decurrere dixit eleganter apud Athenæum [a]: quo loco admodum feſtiuè ipſam aquilæ comparauit:

[a] *lib.13.Deipnoſoph.fol.239. De diaulo & dolichodromo ſcripſi ſup.lib.1.cap.28. & 31.ad fin. vbi vide ſi vacat.*

Αὕτη γὰρ ὁπότ' ἦν νεοττὸς καὶ νέα
Ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη
Εἶδες δ' ἂν αὐτῆς φαρνάβαζον θᾶττον ἄν.
Ἐπεὶ δὲ δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει,
Τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος:
Ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾷόν ἐστι καὶ πτύσαι. & reliqua.

Quod autem iſtarum alioqui aliarumq; rerum ſcientiſsimus Mercurialis, [b] dolichum, duplex vno curſu, ſtadium; diaulum duplex ſtadium & ipſum, ſed reflexo curſu fuiſſe ſcribit: velut ſi dolichi curſum non fuiſſe reflexum exiſtimauerit (alioqui non diſtingueret à dolicho diaulon, quod in animo tamen ſe habuiſſe ſatis ſignificat) aut errat ipſe toto cœlo, veriquc lineas & ſcamma tranſilit; aut fallor ego vehementer: ſed qui duces itineris tamen haud paulò meliores quàm ille ſit, ex veteribus habeo quos ſequar, Parmenonem imprimis epigrammatarium citatis ab illo verſibus: cùm ait (quod alioquin & fruſtrà & falsò protuliſſet) πόλλ' ἀνακυκλεῖται δολίχου δρόμος. Alterum, quod nunc quidem meminerim, Suidam: Δολιχά, μακρά πολλά. Δόλιχος τὸ ἱπποδρόμιον (inquit) ἀπὸ τοῦ κάμπτειν: στάδιον δὲ ὁ ὀρθὸς δρόμος. Vtvt ſe res habeat, certè ad metas qui propiùs, ſine ipſarum tamen contactu accederent, interiùs flectere in agitatione currus dicebantur: vnde ducta metaphora, de tranquillitate animi, Seneca [c]. Non in curſu tantùm (inquit) circique certamine, ſed in his ſpatiis vitæ interiùs flectendum eſt. Statius Papinius [d] de curuli certamine agens alicubi,

[b] *libro 2. de re gymn. cap.10. de curſu.*

[c] *cap.9.*

[d] *lib.6.Thebaid.*

*Sperauit flexæ circum compendia metæ*
*Interiùs ductis Phœbeius augur habenis*
*Anticipaſſe viam: necnon & Theſſalus heros*
*Spe propiore calet, dum non cohibente magiſtro*
*Spargitur in gyros, dexterq; exerrat Arion.*

Porrò quamuis nudos quoq; curſores, proinde ac pleroſque alios



alios athletas fuiſſe non dubitem; agitatores equorum agonalium, tamen è galero ſiue petaſo (cuius lib. Machabęo.2. cap 3. mentio fit) ſiue potiùs galea (nam de Hierocle aurigario, ſeu agitatore, cui ſe tanquam viro ſubſtrabat Heliogabalus monſtrum Imperatoris, agens Dio [a] κράνος nuncupat) & item è panno praſino, veneto, albato, & ruſſato (Romæ quidem) cum ſuis factionariis [b] diſtinguebantur, è quo confectæ tunicæ, Xyſtides à Græcis dictæ, ſic vt Suidas * retulit: quo loco, ξυστὶς λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον ὃ οἱ ἡνίοχοι μέχρι τοῦ νῦν φοροῦσι πομπεύοντες. χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς. In Bacchica igitur ſiue Bacchanali pompa illa, quam Ptolemæus Philadelphus Aegypti rex adornauerat, ſicuti Athenæus [c] refert; currus, quos elephantes, hirci, leones, oryges, bubali, ſtruthiocameli, & alia varij generis animalia traherent, conſcenderant adoleſcentuli cum petaſis, & aurigarum tunicis; quibus ſe comites addiderant puelluli, exiguis peltis, thyrſorumq; haſtis inſtructi; ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβεβήκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους, & ſtatim, ἐστεφάνωτο δὲ τὰ μὲν ἡνιοχοῦντα παιδάρια πίτυϊ, τὰ δὲ παιδισκάρια κισσῷ. Quo loco nihil potuit illuſtrandæ atque confirmandæ opinioni de Petaſo noſtrę, ad illum ex Machabæorum hiſtoria locum exponendum commodius atque aptius proferri. Ad horum Agoniſtarum ſimilitudinem non minùs, quàm ad Iudaicorum illorũ ſub lege Moſaica Pontificum exemplum; decertaturo pro Chriſti Domini religione, ipſaq; adeò Eccleſia ſacroſancta (quam veluti currum quendam agerent, atque gubernarent) Epiſcopos mitra tanquam galea inſignitos, ex Apoſtolica traditione iamdudum Orthodoxi & Catholicæ fidei aſſertores patres voluère: quali eos ornatu, cùm ſacra faciunt, vel deuotionis gratia in publicum procedunt, hodiéque fulgentes intuemur. Quamobrem & ipſos Agoniſtas nominatos in ea oratione myſtica ſcimus, quæ in imponenda

[a] *vide Xiphilinum in Auito Pſeudantonino Heliogab.fo.351. de Hierocle ἁρματηλάτης ἐγένετο κἀκ τούτου, καὶ παραδοξότατα αὐτῷ ἠρέσθη ἐν γάρ τοι ἱπποδρομίᾳ τινὶ ἐκπεσὼν τοῦ ἅρματος, &c. τότε κράνος ἐν τῇ πτώσει ἀπέρριψε, &c. Sic πέτασον, ſiue πῖλον, aut πιλίδιον θεσσαλικὸν à Sophocle in Oedipo Coloneo ἡλιοστερῆ κυνῆν θεσσαλίδα nũcupari dudum animaduertit Hadrian. Iunius cap.6.lib. 7. animad. Cùm Plato τὸν πῖλον ad pedũ integumenta, quæ noſter Vlpian. Impilia vocat, retuliſſe in Sympoſio videatur: ſicuti τὸ κράνος galeam pro perſona, tragicis comicisque actoribus Lucianus in Anacharſi ſiue περὶ γυμνασιων tribuit, vbi de Scenicorũ vario habitu atque veſtitu. De petaſo & galero vide cætera, quæ adfero in hanc rem lib.ſeq.c.28.*

[b] *de quibus vide Briſſon. Lexici appendicem in factiones & factionarij. De pannis vide Xiphilinum in Antonino Caracalla, fol.331. & in Auito, fo.350. Zonaram in Iuſtiniano ſub initium, & in Michaële Theophili filio, fol.128. Et Iſidor. Hiſpal.cap.41 lib. 18.Orig. & Lazium in comment. Reip. Rom.* * *in ξυστίς. Quod à ſcoliaſte Ariſtophanis deſumptum ad illud ex initio Nebularum ὥσπερ μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων.* [c] *lib.5. Deipnoſoph. circa initium in fol.60 & 61. Aldin. lib. quem locum habuit in animo Euſtath. in Theſauro Steph. citatus: in quo & hoc ex eodem Athenæi libro relatum reperias, quod huc quoque pertinet, εἶχε δὲ αὐτῶν ὁ μὲν πέτασον καὶ κηρύκειον χρυσοῦν. Vide alios locos, quos adfero lib. ſeq. cap. 28.*

imponenda capiti episcopi consecrati mitra de more ab Archiepiſcopo ſeu Metropolitano ex ordine Romano pronunciatur. In Pōtificalis enim orationis libro manuſcripto, quem habet Metropolitana D. Stephani apud Toloſam noſtram Eccleſia, ſic ſcriptum [a] : Imponimus Domine capiti huius Antiſtitis & agoniſtæ tui, galeam munitionis & ſalutis; quatenus decorata facie & armato capite, cornibus vtriuſque teſtamenti terribilis appareat aduerſariis veritatis, & te largiente gratiam impugnator eorum robuſtus exiſtat, & reliqua. Quo tamen loco (ne quid diſsimulem) aſpexiſſe auctorem illius orationis vetuſtum (quiſquis eſt) ad Beati Pauli locum iſtum ex epiſtolæ ad Epheſios, capite vltimo, qui τῆς περικεφαλαίας τῦ σωτηρίυ mentionem habet, atque à nobis extremo capite ſequentis libri proferetur, verius arbitror. Sanè non agitatoribus equorum, ſed ſaltatoribus viris in proceſsione, ſiue pompa ludorum, qui diebus feſtis Romæ ſuo tempore peragerentur κράνη χάλκεα λόφοις ἐπισήμοις κεκοσμημένα καὶ πτεροῖς, æreas galeas inſignibus criſtis, & pinnis exornatas Dionyſius Halicarnaſſeus [b] aſsignat: vbi agitatores illos, ſiue aurigarios, neque nudos non fuiſſe, neq; pannis coloratis vllis inuicem diſcretos, athletas verò nudos, ac ſubligaculo tantùm (de quo huius libri capite 2. ac 3. loquuti ſumus) accinctos fuiſſe traditur. Interdum tamen & manibus ipſis nonnihil, putà clypeum, aut facem ferebant (ſicuti Pauſania [c] docente intelligitur) aut vitis ramum vuis onuſtum, quem ὄσχον vocabant: vt in Sciriis prope Athenas ephebi à Bacchi templo, vſque ad Scirradis Mineruæ delubrum curſu certantes, quemadmodum Atheneus [d] eo loco ſcribit, ex quo verba hoc ipſo libro me attuliſſe, cùm de vetuſtis ludorum, aut agonum præmiis agerem, recordor. Sæpe autem pedibus (vt puto) quibus allaborandum curſores habuêre; ſicut ſaltatores plumbeum orbem, ſiue manipulum, μολυβδίνας χειροπλήθεις ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντες (vt Lucianus auctor Anacharſi) cæſtum pugiles manibus, auribuſq; ἀμφωτίδας (quomodo

[a] in cap. de examinatione, ordinatione & conſecratione Epiſcopi. Videſis & in Pōtificali excuſo Venetijs anno 1582. fol. 35. in cuius parte 3. fo. 231. pag. 2. vbi de miſſa Pontificali, hæc oratio ad ſumptionē mitræ dicenda proponitur: Mitram Domine & ſalutis galeam impone capiti meo, vt contra antiqui hoſtis omniumq; inimicorum meorū inſidias inoffenſus euadam.

[b] lib. 7. ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. fol. 475. & 476.

[c] Corinth. f. 42. Ald. exempl. De ſtadiodromis, diaulodromis, & dolichodromis iſtud accipe: à quibus alij fuêre hoplitodromi curſores armati. De his vidēdus Pauſan. Eliac. 2 in f. 147. Ald. lib. & Plato libr. 8. de legib. fol. 833. vbi ψιλὺς hoc eſt, inermes curſores reſpuit, & f. 834. Illos non item, vt pote ad rei militaris meditationem, atque adeò exercitationē pertinentes. Quamobrē ipſos Olympiade ſexta & ſexageſima primùm probatos & receptos fuiſſe Pauſanias refert 1. Eliacôn, fol. 121. primúmque cum clypeo curſorem victorem declaratum Heræum Demaratum, videſis & Pauſaniæ locum de Nerone ex lib. 1. Eliac. quem lib. 3. Agoniſt. cap. 15. proponam de clypeis: & quæ ſcripſi ſup. hoc Agoniſt. 2. c. 23. ad fin.

[d] lib. Deipnoſophiſt. 11. fol. 369. Latinæ verſionis, in Aldi. verò Græci, fol. 201.



(quomodo libro ſuperiore [a] oſtēſum fuit) quoddam calceorum genus ſuperinduxiſſe, quod ἐνδρομίδας dicerent; de ipſo Poliuce didici: qui hoc tradit [b], οὕτω δ' ἐκαλοῦντο τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα: quibus etiam Cnemîdum, id eſt, ocrearum nomen inditum fuiſſe Pauſania docente ſuperiùs [c] oſtendi. Vnde, mirum niſi ſandalia Epiſcoporum (quæ ordo Romanus * pedulia nominat) velut Agoniſtarum in ſtadio Eccleſiæ Catholicæ ac orthodoxæ ad honorem Chriſti Domini Deiq; Patris decurrentium (eo potiſsimùm tempore, quo ad altare vel in proceſsionibus vel in ſtationibus preces ad ipſum ſolenniter pro peccatis populi fundunt, mitram ſiue galeam geſtantes capite; ſicuti modò dicebamus) in vſum Eccleſiaſticum venerint. Nam tametſi quo loco [d] iubet Apoſtolus Paulus, eſſe Chriſtianis calceatos pedes in præparatione Euangelij pacis, ſic ferè: καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης: ſcutum quoque fidei & galeam ſalutaris gladiumq; ſpiritus aſſumi ſtatim præcipiat [e]; τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος: & quod antè dixerat [f] indui loricam iuſtitiæ, & armaturam Dei, ad reſiſtendum inſidiis diaboli; ἐνδύσασθε τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς, inquit, στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Attamen verum eſt armatos omni ex parte athletas nonnunquam Pythicis agonibus in ſtadio decurriſſe: cuius rei fidem non leuem facit Heliod. mentionē τῆς πανοπλίας Theagenis iniiciens init. libri 4. Æthiopicôn: quo ex loco verba, cùm de ſortitionibus athletarum loquerer, ſuperioris libri cap. 24. ad extremum attuli. De armatis etiam (curſoribus vtique, vt opinio mea fert) agentis Heliodori alia verba ex eodem loco in eiuſdem libri cap. 30. vbi de citationibus athletarum præconiis diſſeritur, conieci: de quibus ipſis ex profeſſo in extremo cap. 23. huiuſce Agoniſtici ſecundi, è Pauſania ſuper Heliodorum ipſum, & Pindaro. Vt autem ab athletis potiùs, curſoribus nimirum, quàm à militibus (quorum tamen imaginem quandam & imitationem athletas præferre, libri proximi cap. 6. demonſtrabitur) deductam ſimilitudinem, vbi D. Paulus de armatis loquitur, ſentiam: ea cumprimis ratione moueor, quod pales, id eſt, colluctationis (athletici ſcilicet agonis) ibidem ab Apoſtolo iniecta

[a] ſub init. vbi de pugilatu, & pancratio diſſeruimus extremo ca. 11. Agoniſt. 1.

[b] cap. 30. lib. 3. Onomaſt. ſub fin. in col. 191.

[c] hoc ipſo libro cap. 23. ad finem.

* In oratione quando electus in Epiſcopum induitur cambagis & ſandalijs, quæ dicitur ab Epiſcopis: fratrem ſcilicet noſtrum tua benedictione calceari fac pedulibus iſtis in præparationem Euangelij pacis.

[d] Epiſt. ad Eph. cap. 6. & vltimo verſ. 15.

[e] verſ. 16. & 17.

[f] verſ. 11. 13. & 14.

iniecta mentio [a]; dum ita ſcribit: ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, & reliqua. Ei autem eſſe in more, vt non modò tranſlationibus à re athletica deſumptis vtatur, familiaremque curſorum illam & veluti peculiarem habeat; verùm etiam ex variis agonibus deductas; vt ſimul alias aliis permiſceat: hoc ſanè cùm alibi, tum etiam præcedenti ſermone palàm feciſſe me arbitror. Huc accedat, quod ex eadem B. Pauli ad Epheſios epiſtola [b] hæc itidem verba (niſi me fallit animus) omninò ad rem athleticam pertinent: ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι: vt poſsitis reſiſtere, in die malo & in omnibus perfecti ſtare. Item, στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ: State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, hoc eſt (vt equidem interpretor) verè ac bona fide: quod Gallica lingua dicimus, *à bon eſcient, de bonne ſorte, entierement*: quem locum ita de militibus explicat B. Chryſoſtomus [c] vt ad pugiles quoque & luctatores referendum eſſe manifeſtiſsimum faciat; his omninò verbis, quorum nonnulla cap. 10. libri ſuperioris exhibui: οὐκ ἄρ' ἁπλῶς τινα στάσιν φησὶν ἀλλ' εὔτακτον καὶ ὅσοι πολέμων εἰσὶν ἔμπειροι ἴσασιν ὅσον ἐστὶν εἰδέναι ἑστάναι. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ παλαιόντων τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων παρεγγυᾷ τὸ ἑστάναι, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς πράγμασιν, &c. ὁ ἑστάναι εἰδὼς, ἀπ' αὐτῆς τῆς στάσεως ὥσπερ ἀπό τινος θεμελίου πάντα εὐμαρῶς ἐξεῖ τὰ τῆς πάλης. Atque hoc quidem de lumborum præcinctione (vt apparet ex iis quæ de cingulo lumbari ſiue ſubligaculo athletarum cap. 2. ac 3. huiuſce libri plena manu exhibui) quamuis ad membrorum mortificationem à noſtris referri vulgò ſoleat: ac inſuper à monachorum inſtitutoribus [d] accipi, quo magis ad cunctos vſus & opera monaſterij non ſolùm mente promptus aliquis, ſed etiam ipſo habitu ſemper expeditus incedat. E re athletica depromptum id quidem; quod περὶ τοῦ στῆναι ſuperiore ſermone ad extremum, explicandis D. Pauli aliis locis: & quæ de recta lucta & ſtando in gradu ad Papinium Statium cap. 10. atque 11. libri ſuperioris, diſſerui. Porrò autem illud πάντα κατεργασάμενοι, non aliunde commodiùs, atque adeò veriùs explicari poteſt, quàm ex iis, quæ de opere per patientiam perfecto atque conſummato, cùm per totam & inte-

[a] verſu 12.

[b] eodem capite verſ. 13. & 14.

[c] Serm. 23. fol. 199. Videſis & B. Baſilium Aſceticis, ἐν τοῖς ὅροις κατὰ πλάτος q. 22. περὶ ζώνης.

[d] vide Ioannem Caſſia. lib. 1. Inſtitut. monaſt. cap. vltimo.



grram diem ſacris in agonibus legitimè decertatum foret; περὶ τῆς κατασκευῆς καὶ τοῦ τελείου ἔργου, ad rem athleticam omninò pertinentibus (vt ipſe compertum habeo, licet à nemine adhuc traditum, quod ſciam) & rebus & vocabulis; à D. Iacobo, & Galeno per nos copioſè ac dilucidè diſſerentur libro [a] proximo, ſi Deus dederit. Ex quibus illud etiam Diui Pauli de die mala, vel potiùs laborioſa, περὶ τῆς ἡμέρας τῆς πονηρᾶς quod ſuperiùs attuli (perquam continuatis laboribus decertandum ad ſupremam vſq; horam is qui conſummandus eſſet, habuit) explicandum cenſeo: vt non ad totam præſentem vitam, vbi tentationum pugna imminet, quemadmodum Oecumenio & Lyrano viſum referatur: ſed ad id huius vitæ tempus extremum, ſcilicet, in quo quis pro Dei nomine perpeti varia tormenta & capitale ipſum (ſi opus ſit) ſupplicium, debeat. Et tamen ſi quis τὸ πάντα κατεργασάμενοι στῆναι, cuius interpretatio vulgata, & in omnibus perfecti ſtare, mihi nōdum ſatisfacere omni ex parte potuit: pro quo debuit verti, vt videtur, Et poſtquàm omnia confeceritis, aut expleueritis, ſtare (tametſi dici poteſt, ex hoc illud conſequi; nimirum perfecti vt ipſi ſint, qui omnia compleuerint atque confecerint; iuxta illud B. Iacobi eo cap. 1. Epiſtolæ Catholicæ, quod Agoniſtici ſuperioris cap. 5. & 10. exhibui & interpretem de ſententia magis, exemplo ſeptuaginta virorum, de quibus hoc notat apud Eſaiam D. Hieronymus [b], quàm de propria verborum ſignificatione laboraſſe.) Verùm ſi quis Græca illa D. Pauli quæ protuli modò, ad iſtud dictum ſolemne hieronicarum coronā ab athlothetis aut hellanodicis & agonum iudicibus venerabundè poſcentium retulerit (iuxta ea quæ initio capitis huius attigimus) quo ſe omnia facienda feciſſe prædicabant; quantum è Suetonij Nerone [c] colligitur, illiſq; Xenophontis & Horatij teſtimoniis, quæ ad ipſum illuſtrandum lib. 3. Semeſtr. cap. 23. indicaui; ab eo quod verum eſt aberraturum non eſſe crediderim. Quod enim Oecumenio τὸ κατεργάσασθαι conficere eſt & extinguere, ſiue opprimere; omnia verò ad paſsiones & concupiſcentias refert: nequaquam placet, ac ſubtilius, quàm verius arbitror; ἅπαντα, inquit, οἷον τὰ πάθη τὰς ἐπιθυμίας κατεργασάμενοι, οἷον καταπολεμήσαντες στῆναι νικηφόροι τινὲς καὶ λαμπροὶ τῷ τροπαίῳ. πολλοὶ γὰρ



μετ-

[a] lib. 3. cap. 6. & 10. ad finem, & initio cap. 15. & ſub finem. Attigi nonnihil ſuperioris libri cap. 32. in ipſo initio.

[b] lib. 6. ad cap. 13. fol. 142.

[c] in vita Neronis cap. 23. vbi: Iudices autem priuſquam inciperet reuerentiſſimè alloquebatur: Omnia ſe facienda feciſſe ſed euentum in manu eſſe fortunæ.

μετὰ τὸ νικῆσαι πάλιν ἔπεσον. Quæ omnia cùm ita ſe habeant; non improbabiliter equidem ſuperiùs originē Sandaliorum, quæ ſacra facientibus Epiſcopis cætero veſtitu myſtico & ſacro ſpiritualem armaturam illam, de qua Paulus præceperat, deſignante, amictis atque inſtructis, in vſu ſolemni ſint [a] : ab endromidibus curſorum per metaphoram, aut, quam antè memoraui, ſimilitudinem ( vt videtur ) petij : præſertim cùm de ſandaliorū huiuſmodi ſignificatione myſtica locutus Durandus Mimatenſis olim Epiſcopus [b] non aliter ſenſerit : cuius hæc omninò verba ſunt, quæ hoc magis referre iuuat; quoniam alioqui poſsit in controuerſiam à contentioſis hominibus adduci, vtrùm nudis potiùs pedibus incedere Apoſtolorum ſucceſſores, imitatores, & vicarij quidam Epiſcopi, quàm ſandalia ferre debuerint : cùm Dominus in Euangelio [c] diſcipulos ſuos ad eius prædicationem mittens ſine marſupio, pera, & calceamentis, & omnibus per viam inſalutatis ire præceperit, ſic ferè; μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν, μὴ δὲ ὑποδήματα, καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε : atque Pauli locus de induendis calceamentis, non ad epiſcopos aut Euangelij prędicatores, ſed ad fideles omnes Chriſtianos pertinere videatur. Verumtamen Durandi hæc verba ſunt, qui ſuperiora viderat; quia verò corrigiæ huc atque illuc manibus ducuntur ( inquit ) vt ſandalia firmentur & ligentur : ſignificant quod prædicator ſic firmo greſſu incedere debet, vt nulli oneroſus exiſtat, & ne in via miniſtrando deficiat: nam fruſtra velociter currit, qui priùs quàm ad metam perueniat deficit *. Myſticè enim ſandalia curſum prædicatoris ſignificant. Hactenus ille. Ac rectè quidem. Non enim Apoſtolis, neque adeò epiſcopis prohibita fuêre à Domino ſandalia ſiue ſoleæ (ſicuti hoc nominis à B. Auguſtino in de conſenſu Euangeliſtarum [d] exponitur) aut caligæ, quemadmodum D. Hieronymus [e] lib. 5. commentar. in Eſaiam cap. 20. interpretatur, & apud B. Lucam Actuū 12. vetuſtus interpres reddidit: ſiue caligulæ (quo militari vocabulo tegmen pedum manipularis ſeu gregarij militis, qui caligatus inde dictus, notabatur *) ſiue galliculæ, vt habet Græcolatinum gloſſarium Henrici Steph. vnde noſtrum *Galoches* deductum: tametſi aliis calceamentis vti vetarentur, totum vtique pedem è ſuperiore itidem parte obte-

gentibus,

[a] *vide in ordine Rom. vbi de conſec. Epiſc. fol. 99.*

[b] *in rationali diuinorum officior. lib. 3. cap. 8. De ſandalijs plurima Durandus (his tamē omiſſis) lib. 2. de ritibus Eccleſ. c. 9.*

[c] *Lucæ cap. 10 verſ. 4.*

* *cap. incaſſum. diſt. 3. de pœnit. apud Gratianū ex Gregor. lib. 1. cap. 40. ad cap. 1. in Iob.*

[d] *lib. 2. cap. 30. fol. 186.*

[e] *tomo 4. fo. 121.*

* *vide Tacitum lib. 1. Annal. fol. 12. edit. Antuer. & ibi Lipſium è Suet. in Caio Caligula, cap. 9. & Auguſto cap. 25. & alijs. Vide Briſſo. Lexico in Caligatus, & quæ ad ipſum adnoto.*



gentibus, vt B. Auguſt. in de conſenſu Euangeliſt. [a] atq; Tertullian. in lib. de pallio interpretantur: idq́, ex ipſo Euangelio iuxta B. Marcum [b] intelligitur, cuius hæc ea de re verba ſunt: καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον· μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν. ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια· καὶ μὴ ἐνδύσασθε δύο χιτῶνας. Quamobrem in Actis Apoſtolorum [c] exiturus è carcere D. Petrus ab Angelo iubetur accingi & ſandalia ſumere: εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν, (inquit B. Lucas) περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου : quod à vetuſto interprete ita redditum habet vulgata verſio, Præcingere & calcea te caligas tuas. Monachos Ægyptios Caſſianus [d] refert, calciamenta velut interdicta Euangelico præcepto recuſaſſe: cùm autem infirmitas corporis vel matutinus hyemis rigor, ſeu meridiani æſtus feruor exigeret, tantūmodò caligis ſuos pedes muniuiſſe. Quibus tamē caligis nunquam licitò vterentur, vtpote Domini mandato conceſsis, nequaquam tamen pedibus eas inhærere permiſiſſe, cùm accederent ad celebranda ſeu percipienda ſacroſancti myſteria. Sed hoc ſanè ſynodo ſub annum Chriſti 742. à S. Bonifacio & Francorum Epiſcopis ſub Carlomanno duce & principe Francorum habitæ, diſplicuiſſe reperias: cuius ſynodi capit. 209. ita cautum eſt *, vt vnuſquiſque presbyter miſſam ordine Romano cū ſandaliis celebret. Sandaliis hodie, ſolius ſcilicet honoris cauſa, vt cæteris ornamentis, vtuntur Epiſcopi: quæ compagos, aut campagos potiùs à Gregorio [e] nominari quidam exiſtimant, cuius verba Gratianus in decreti ſui compilatione retulit; & ſanè ita eſt, idq́; perſpicuè apparet ex iis quæ de conſecratione electi in Epiſcopum habentur in ordine Romano [f]. Adeò à ſimplicitate, abiectione ac humilitate illa Eccleſiæ primitiuæ, atque Chriſtiana ſiue Apoſtolica, poſteriores receſſêre ( hac quidem in re ) Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopi, ſeu Cardinales etiam presbyteri, quibus Campagorum itidem ferendorum ius eſt; quod genus fuiſſe Regij calceamenti forſitan ex eo quòd Imperatores iſto aut ſimili vterentur in campis & militia (φοινικᾶ πέδιλα & κοκκοβαφῆ Zonaras in Baſilio Porphyro genito nuncupat [g]; a quib. diuerſa quę τζάγγια Curopalates in de Officialibus Conſtantinop. [h] vocat in ambulationib. atq; adorationibus vſurpata)



[a] *lib. 2. cap. 30. fol. 186.*

[b] *cap. 6. verſ. 8. & vide Ianſen. in concordia in hiſtor. Euangel. cap. 55.*

[c] *cap. 12. Actor. Apoſt. verſ. 8.*

[d] *Ioan. Caſſia. lib. 1. Inſtit. Monaſtic. cap. 10.*

* *vide in Capitulario Caroli Magni lib. 5. fol. 161. editio. anni 1588.*

[e] *lib. 7. cap. 28. vnde ſumptus canon. peruenit. diſt. 93.*

[f] *fol. 99. vbi, Et induant ipſum electum, cambagos, ſandalia, manicas, &c.*

[g] *fo. 172. & 173.*

[h] *pag. 56.*

è Capitolino in Maximinis, & Trebellio Pollione in Gallienis cognoſcitur: vt amictu toto non coccineis modò calceis purpuratos ac trabeatos ſeculi Reges, tuendæ ſcilicet auctoritatis Eccleſiaſticæ gratia, vel amplificandæ Romanæ ac Pontificiæ dignitatis ergò, exprimendos ſibi potiùs; quàm ſequendam & imitãdam Apoſtolicam tenuis vitæ rationem, aut Chriſti Domini præceptis parendum eſſe duxerint. Clericis quidem Eccleſiæ Romanæ, proinde ac Senatui ſuo conceſſum à Conſtantino Imperatore, vt calceamentis vterẽtur, quæ vdonibus, id eſt, candido linteamine illuſtrata eſſent; ex palæa illa [a] cognoſcimus, quæ donationem Romano Pontifici ab Imperatore factam complectitur. Verùm, tametſi ornatus quidam & circa calceamenta & amictum cęterum, non modò non in vitio Epiſcopis, ſed & in præcepto eſt Apoſtoli: ornatum tamen talem eſſe debere qui deceat, hoc eſt, qui à proprio Chriſtiani hominis ſcopo non abhorreat, ſed paratu facilis ad ipſum cuiuſque neceſſarium vſum exigatur; D. Baſilius præclarè inter cæteros docet, in Aſceticorum quæſtionibus tractatis [b]: εἶναι τινὰ καὶ χριστιανοῦ ἰδιότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐσθῆτος εὐπρεπὲς καὶ ἀκόλουθον, σώζουσαν τὴν ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου παραδεδομένην κοσμιότητα· ποτὲ μὲν τὸν ἐπίσκοπον κόσμιον εἶναι διοριζομένου, ποτὲ δὲ τὰς γυναῖκας ἐν κατὰ στολῇ κοσμίῳ εἶναι διατασσομένου: τοῦ κοσμίου δηλονότι, ait, κατὰ τὸ ἴδιον τοῦ χριστιανοῦ σκοπὸν νοουμένου. ὁ αὐτὸς δέ μοι λόγος καὶ περὶ ὑποδημάτων ἐστίν. ὥστε τὸ ἀπερίεργον καὶ εὐπορισότερον καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς χρείας ἀρκοῦν, τοῦτο αἱρετὸν εἶναι ἐν ἑκάστῳ καιρῷ. Quod enim eò vſque mollitiei luxuſq; dilapſi homines forent B. Chryſoſtomi temporibus, vt & calceos exornarent; & omni ex parte, æquè ac faciem ſuam alij componunt, variare ſolerent: hoc adeò ipſe in quadam concione [c] improbat, vt animæ impuræ ac deprauatæ ſignum id eſſe dixerit; magnumq; perditæ mentis argumentum, atque ſignificationem. Calceis enim ſic vtendum, vt propter Deum in ipſis vſum dumtaxat quæramus. Sed hæc ſatis ſupérque.

[a] *Cap. Conſtantinus. 96. diſt.*

[b] *ad fin. quæſt. 21. in ijs quæ diffuſè explicatæ ſunt fol. 458.* ἐν τοῖς ὅροις κατὰ πλάτος.

[c] *in ea quæ Calendis habita cũ non veniſſet Epiſcopus Antiochiæ Flauianus. Operum eius to. 5. col. 830.*

*Libri huius & ſuperioris quoque accurata coronis: in qua tum Ariſtotelem de Hieronicis multos libros edidiſſe oſtendimus, tum etiam vindicamus nobis quæ libro ſecundo Semeſtrium duobus ſermonibus, cùm de gladiatoriis, & venatorijs ludis tradita longè anteà fuiſſent, ſibi alius poſteà tribuit. Poſtremò vbi de dolichodromis, & ſtadio in margine quidpiam traditum: breuis inſuper de ordine in his Agoniſticis libris non obſeruato & quibuſdam alijs apologia profertur.*



## CAP. XXXV.

HÆc de gymnicis agonibus, Muſicíſque omnia vndique cõquiſita exemplo Ariſtotelis (quem Diogenes Laërtius [a] libros de Olympionicis, vnum de Pythionicis, Muſicæ vnum, item Pythicum, & Pythionicarum elenchos, & victorias Dionyſiacas, ac de Tragœdis ſingulos edidiſſe libros retulit) ex promptuarij, & ſyllabi noſtri variis locis, in ſermonem vtrumque iſtum, & ſuperiorem, tanquam faſciculum, aut farraginem quandam properanter congeſsimus: præparandis oblectatione variatum obſeruationum ingenijs, tam Iuriſprudentiæ ſtudioſorum, quàm literis humanioribus huiuſmodi tinctorum iuuenum, quibus bene conſultum cupimus; ad ea cognoſcenda, quæ difficultatis aliquid ob librorum mendoſitatem aut ſermonis, vetuſtíque moris nondum indagati obſcuritatem; in ſcriptis veterum habere viſa ſunt: ad illa verò potiſsimùm aſſequenda & perſpicienda penitus, quæ veram atque intimam Principalis, quod explicandum ſuſcepimus, reſcripti ſententiam, propiùs contingunt. Nec abnuimus profectò, quin vt alia de gymnicis, eorúmque origine [b], aut vetuſto more plurima, quæ ſtudioſè (quoniam ad rem non facerent, vel ab aliis ſatis illuſtrata viderentur) omiſimus: ita hæc ipſa forſitan accuratiùs atque ſubtiliùs, ordine ac methodo meliore, maiore poſtremò ſermonis Latini puritate ab aliis (qui eadem etiam quæ à nobis coluntur, Muſarum ſacra ipſi feliciore, altiore quidem otio pertractant) ſi huc ſe animus eorum dederit, enarrari poſſint: quod ab ipſis præſtari, ac perfici magnopere cupimus, adeò ab omni alienæ gloriæ inuidia longè abſumus. Tantùm rogamus, vt quod vni cuipiam, eximio licet, optiméque (ſi quiſquam alius hoc ſæculo fuit) de hiſce literis alioqui merito nuper accidit, hoc nihilomagis à ſe (quod abominamur) admiſſum illi ac patratum velint: fuit enim qui vindicati olim à Ptolemæo Aegyptiorum Rege ſcriptorum alienorum ſeu furti, ſeu plagij [c], vt coactos

[a] *in Ariſtotelis vita fol. 174. lib. Græci à Stephano editi. De Philoſtrato Lemnio qui librum nomine χυμνασικῶν, de iis quæ peragerentur apud Olympiã ſcripſerit, loquimur infrà ad extremũ cap. 23. libri ſeq. è Suida Eratoſthenis locus ex lib. 1. Olympion. citatur ab Athenæo lib. 4. Deipnoſoph. fol. 115. oſtendens Tyrrhenos ad tibiã pugilatu olim contendiſſe.*

[b] *de qua videto apud Plutarch. Theſeo, ſub init. vbi ex Philocoro Minoa in Androgei memoriã ludos gymnicos feciſſe victoribuſq; præmio dediſſe pueros, qui tunc in Labyrintho aſſeruabantur iuxta Cretenſium. Videto & Strab. lib. 8. fol. 408. & 413.*

[c] *Vitruuius Pollio ſub initium lib. 7. de architectura. Qui veterum ſcripta furãtes pro ſuis prædicant ſunt vituperandi: quiq; non propriis cogitationibus nituntur ſcriptorũ ſed inuidijs moribus aliena violantes gloriantur, non modò ſunt reprehendendi, ſed etiam quia impio more vixerunt pœna condemnandi. Nec tamen hæ res non vindicatæ curio-*

ctos ipſa horum cum iis, quæ recitata fuerant, collatione admiſſum confiteri, omnes (excepto vno, qui minus populo tamen placuerat) cum ignominia dimitteret; ipſe non ſatis memor, ante annos aliquot, ea quæ duobus prope ſolidis libri Semeſtrium ſecundi ſermonibus [a] à me collecta circa ludos gladiatorios & venatorios fuerant: ita digereret ac in ſuccum ſanguinémque (quod dicitur) de noſtro ſuum conuerteret; vt ex iis aliiſq; pauxillulis bellum & elegantem Saturnalium librum, effingere ac pro ſuo in vulgus edere, nulla ne tenui quidem in eo noſtri mentione habita non ſit veritus: exemplo Chryſippi [b] ſcilicet quem totam Euripidis Medæam inſeruiſſe ſuis libris ferunt; vel etiam Eugamonis Cyrenæi qui ex Muſæo librum de Theſprotis integrum, aut Piſandri Camirei qui à Piſino Lydio Heracleam aut Panyaſidis Halicarnaſſei qui à Cleophylo Samio Oechaliæ captiuitatem ſurripuiſſe, ac pro ſuis omnes protuliſſe in publicum, traduntur à Clemente in Stromatum libris [c]. Quo Græcorum hominum exemplo, cæterorúmque Bibliothecæ veteris auctorum, qui ſe mutuò compilarunt (vt apud Macrobium [d] legitur) ſi non exiſtimationem tueri ſartam tectámque, quod dicitur; at velare tamen vtcumque ſe hac veluti nebula quadam linea ipſe apud nonnullos potuit: niſi ſe alio loco [e] Semeſtria noſtra non compilare profeſſus anteà fuiſſet. Nos hæc modò miſſa faciamus, quoniam grauiores alij (nam hic vtique leuior) dolores publici, priuatíque animum percellunt, atque ſollicitant. Cui tantiſper ſi poterit tamen reficiendo, quando ad metas, carceréſque ſpatio vno atque altero ſtadij confecto peruenimus: vt optatas denuò metas illas, ſi non dolichodromi [f] plus quàm diauli certè contingere valeamus; eadem alacritate animi qua decurrere cœpimus, reliqua de gymnicis ita vti conſtituimus (ſi placet) perſequamur; quæ nec minus iucunda, & aliquantò vtiliora fore auguramur: magis profectò ad

rem,

*ſius ab antiquis eſſe memorãtur: quorum exitus iudiciorum qui fuerint, non eſt alienum, quẽadmodum ſunt nobis traditi, explicare, & cæt. quæ hanc de Ptolem. hiſtoriam comprehendẽtia ipſe inferiùs propono lib.3.cap.27.*

[a] *cap. 10. & 11. lib.2.Semeſtr.*

[b] *de hoc prætereà narratur ab Athenienſi Apollodoro ſi de ipſius libris tollantur quæ aliena ſunt chartã vacuam relictũ iri.*

[c] *Clemens Alexand.lib.6.ſtromat.nõ longè ab initio in fol.264. exempla. Græci, vbi* περὶ ἑλληνικῆς κλοπῆς: *inter cætera* ὅτι ἕλληνες ἔθει αὐτοτελῶς τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν.

[d] *cap.1.lib.1.Saturnal.*

[e] *in Commentariis ad Tacitum.*

[f] *qui vt nonnullis viſum, ſexies curriculo ſtadiũ obibant, imò ſepties aut etiam ſæpius vt ſcripſi ſup.ad finem lib. proximi.de ſtadij diuerſa menſura, quod Græci ducentis pedibus metiuntur, quo maius herculeum fuerit: vnde Mathematici ex eo ſtadio, quod ipſe ſuis pedibus metitus fuerat, herois ſtatuam prodiderint. Italicum pedes continere 125.teſte Cenſorino. Pythicum pedibus mille, Olympiacum quadringentis tantùm conſtitiſſe Pier.Valerianus tradit hieroglyp.lib.36 in menſuris fol.265.& 266. quod ſumpſit haud dubiè (quamuis Italorum quorundam more diſſimulet aut oblitus ſit tradere) ab A.Gellio lib. 1. noct. Attic. cap.1.*



rem, hoc eſt, ad argumentum atque ſententiam imperatoriæ conſtitutionis (vti dictum eſt) facere, fidem quam licet damus, eámque numero præſtabimus; propterea quidem tertio tractatus iſtius libro reſeruauimus. Nam ſi ex arte omnia quæ tradimus, tractare animus fuiſſet, priore ſanè loco poni debuerant quę proximo ſermone proſequimur: ea præſertim quæ ad probationem athletarum pertinent. Verùm nec omnia quæ ad rem athleticam ſpectant pertractanda ſuſcepimus, ſed quæ ab aliis neglecta vel potiùs non ſatis intellecta reperimus: tum verò his quæ ſtatim narrabuntur præire illa ſuperiora, veluti præmuniendi ad hæc itineris cauſa (vt aſſolet) voluimus. Denique iſta cuicuimodi noſtra ſunt, quæ in hoſce tres ſiue ſermones ſiue libros contuli; à Semeſtrium libris nuper, cùm otium publica iſta Galliæ totius calamitas à iuriſdictione illa ordinaria, nimiúmque aſſidua tribuiſſet, excerpſi: quippe quod cùm auctiora ſenſim & per quandam alluuionem (vt ſic dixerim) aut eluuionem potiùs rerum frequenti meditatione agitatarum, & coarceruatarum in dies fierent; iamiámque cæteros libri tertij Semeſtrium (quem itidem abſolutum, Typis nunc etiam committi velim) ſermones mole quadam ſuperabant ſua. Dudum autem à libris huiuſmodi artem atque artificia omnia faceſſere, iam inde in ipſo eorum exordio iuſſi, cùm illam de vera Philoſophia [a] iuxta veterum Ethicorum gentilium opinionem ante hos quinque ac viginti plus minus annos non ineruditam (certè quidem laborioſam & luculentam) diſceptationem in vulgus emitterem. Sed morarum ſatis, excuſationum etiam plus nimio: quibus nihil opus apud ingenuos rectóſque alienorum laborum æſtimatores, ac noſtri denique ſtudioſos, non minùs quàm pietatis & eruditionis variæ diligentes homines. Horum etenim ſeu voluptati, ſeu ſtudio inſeruiendum, vtilitati conſulendum, & cauendum habui: de aliis eſſe me ſolicitum debere nequaquam cenſui. Quibus pro meo iure hoc inſuper dictum eſſe volo; quando neminem inuitum ad iſtud ipſe inuitaui epulum, aut compuli: deſinant legere, aut euoluere quod culpant, quódve ipſis moleſtiam, aut negotium faceſſit; aut in quo conſiderando ludere ſe operam, nullum fructum,

nullam

[a] *in tractatu altero ad Pompon. l. 2. D. de orig. iur. quẽ adiunxi comment. de reg. iur. non longè ab extremo illius tractatus, folio 770.*

nullam delectationem percipere poſſe iudicant. Poſtremò vt me iſto libro, eóque ἀπολογίας officio, quod ſubire volui, ſimul abſoluam; vnum hoc etiam addidero, quod ſuis de animalium hiſtoria commentariis adſcribendum in extremo, Ælianus ille Meliglosſus è re, ac pro bono habuit: ὅτι προσῆκον μὲν τὸ ἐμὸν ἴδιον οὐκ εἰμὶ τῆς ἄλλης κρίσεώς τε καὶ βουλήσεως δοῦλος, οὐδέ φημι δεῖν ἕπεσθαι ἑτέρῳ ὅποι μ' ἂν ἀπάγῃ· δεύτερον δὲ τῷ ποικίλῳ τῆς ἀναγνώσεως τὸ ἐφολκὸν θηρῶν οἷον εἰλειμῶνά τινα ἢ στέφανον ὡραῖον ἐκ τῆς πολυχροίας ᾠήθην δεῖν τήνδ' ὑφᾶναί τε καὶ διαπλέξαι τὴν συγγραφήν. Atque hæc quidem hactenus: quæ boni æqui conſuli ab omnibus, ita vti decet, cupio. Reliqua de athletis ſpicilegia, proximo (quod Deus opt. max. dederit) ſermone, qua fide ac diligentia cœpi, perſequar.





# AGONISTICON
## P. FABRI SAN-IORIANI PRÆSIDIS TOLOSANI,
*SIVE*
## Spicilegiorum de re Athletica Tractatus.
### LIBER TERTIVS.

*Legitimè decertare apud B. Paulum, & Galenum: apud quem error interpretis notatur. Heliodorus de citatione athletarum, & corona poſt certamen. Iſidorus de collatione Olympicorum certaminum & Chriſtianorum. Item alius Chryſoſtomi atque alius locus: vbi de athletica ciborum & continentiæ lege. Athletarum dormitatio & ex ea periculum apud Platonem & Galenum; itémque apud Ælianum, cuius verba ſeciùs ab interprete accepta. De athletarum voracitate in notis ad marginem, ex auctoribus melioris notæ compluribus. Galeni ſcomma in athletas ab etymo: de quo, Euſtathianus cum illo intereà (vt ſpes) caſtigato compoſitus illuſtratur locus, Æſchine adhibito. Monomachi nomen de athleta. Expoſitus præcipuè Clementis locus ex Apoſtolicis conſtitutionibus.*

### CAPVT I.

ATHLETIS priuilegia, legúmque ac principum beneficia concedi, qui meritò non corruptis æmulis coronati fuerint, reſcripto iſto continetur: atq; adeò qui legitimè poſt ſolemnem explorationem ac probationem in athletarum numerum relati per omnem ętatem decertauerint. Sic enim D. Paulus [a] diſertè ſcribit, quo nullus locupletior teſtis citari poteſt, ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. quod explicans D. Baſilius in aſceticis [b], ἀθλητικῷ νόμῳ δεῖ σε πολιτεύεσθαι: εἰ δὲ μή, οὐ στεφανοῦσθαι, καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος: καὶ ἐὰν ἀθλῇ τις, &c. quæ ab Apoſtolo attuli modò.

[a] *epiſt.2. ad Timoth.cap.2.verſ.5. Et ab eo vtiq; B. Hieronymus Comment. in Pſ. 119. Ad Dominũ. in verſ.1.*

[b] *in* παραινέσει περὶ ἀποταγῆς βίου καὶ τελειώσεως πνευματικῆς, *fol.376.*

Galenus id etiam ad Hippocratem [a], varietatem ciborum ab iis qui luctantur & qui legitimè certant, maximè deuitatam ſcribit: vbi acutior aliquis viderit, quamobrem præſtantiſsimus medicus, à legitimè certantibus, luctatores diſtinguat, ac ſeparet, quaſi verò non ipſos quoque luctatores, aut potuiſſe, aut verò etiam vt coronam adipiſcerentur, debuiſſe legitimè certare cenſeat: ego ſanè non video, niſi fortaſſe Galeni verbis iſtud ſupplendum, alio exercitationis genere quolibet. Quidni enim luctatoribus itidem vti cæteris, ſiue pugilibus & pancratiaſtis, ſiue curſoribus, diſcobolis, atque iaculatoribus ad coronam, palmámque aſpirantibus; legitimè, hoc eſt, obſeruatis per omnem ætatem, atque ad vnguem in ipſa victus ratione potiſsimùm athleticis omnibus legibus, contendendum fuerit? Galeni germana verba ſic habent, vti nulla luctatorum fiat mentio, ſed γυμναστῶν dumtaxat, eorum ſcilicet, qui athletas exercent: quos & pædotribas ſuperioribus libris, & aleiptas vocari diximus. Tum poſteà eorum qui legitimè certant, quo nomine cum luctatorib. cæteri quoq; athletæ ab optimo medico cõprehenſi: ὥστε καὶ οἱ περὶ πέψεως γράψαντες τὴν ποικιλίαν τῶν ἐδεσμάτων καὶ μάλισθ' ὅταν ἐξ ἐναντίων ταῖς δυνάμεσι σύγκειται, βλαβερωτάτην εἶναι φασὶ κωλύουσαν τὰ ληφθέντα πέττεσθαι καλῶς. φυλάττονται δὲ αὐτὸ μάλιστα καὶ οἱ γυμνασταί. καὶ οἱ γε νομίμως ἀθλοῦντες, ἐπὶ μὲν τοῦ ἀρίστου τὸν ἄρτον μόνον ἐσθίουσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ δείπνου τὸ κρέας. deceptus interpres Latinus [b] homonymia vocabuli γυμνασταὶ, quo athletæ interdum & παλαισταὶ (qui γυμναστικῶν vocabulo ab ipſo Hippocrate [c] atq; ad eum Galeno nuncupati) deſignantur, perperàm hunc locum reddiderat, nobiſque illum iniecerat ſcrupulum: qui verbis Galeni meris adhibitis, illico exemptus eſt. Tantum refert, ex fontibus ipſis haurire potiùs, quàm è caſtellis, aut riuulis, ne dicam puteis, & lacunis vulgarium interpretationum: quas non (vt fit plerumque) verſiones, ſed euerſiones meritò vocare poſsis. Bene eſt quod Galeni authenticum Græcum ruri præ manibus non habuerim, cùm iſta primùm admonente quopiam rei medicæ ſtudioſo, ſcribendi ſe obtulit occaſio; vt cùm illa mihi non ſatisfacerent, quæ tuendo ſi ſic ſcripſiſſet Galeno attuleram, eò poſtea inſpecto meóque deprehenſo errore, cauſam ipſius hoc loco aliis oſtẽderem: quò nimirum à ſimilib. in poſterum ſibi, authentico inſpiciẽdo, caueant; interpretib. etiam doctiſsimis (qui, cùm ſint homines, idẽtidem labuntur) temerè ne credant: illius Epicharmæi licet alîorſum prolati, memores, μέμνησο ἀπιστεῖν ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

[a] *ad aphoriſmũ 18. cuius initiũ πλεονάζει μὲν οὖν libri περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων in commentario Galeni primo, fo. 45.*

[b] *Ioan. Vaſſeus Meld.*

[c] *Aphoriſ. 3.*



Ad id redeo, quod cœperam de athletis dicere; decertandum legitimè ipſis fuiſſe, atque ita quidem, vti ne ante pręfationem præconis Olympici, ad certamen citantis antagoniſtas, exaudiiſſe, aut in porticibus meridianum præconium expectaſſe ſufficeret (qua de re apud Philoſtratũ [a] agitur) nec vnctum, aut delibutum oleo nudúmque in ſcamma prodiiſſe, depugnandi gratia: niſi cum aliquo congreſſus decertaſſet (hoc enim ipſa Pythici quidem certaminis expreſſum lege) atque cum illo quidem cui ſors eueniſſet, quam libro primo [b] diximus adhibitam, & qui deinde præconis voce citatus foret. Heliodorus [c] hoc aſſerit; quo loco, πρὸς δὲ τὴν κλῆσιν τοῦ κήρυκος (inquit) παρῆν τις εὐσταλῶς ὡπλισμένος, &c. τότε δὴ τὸν ἀνταγωνιούμενον οὐκ ἔχων οὐδενὸς οἶμαι θαῤῥήσαντος τὴν ἅμιλλαν. ἀπέπεμπον οὖν αὐτὸν οἱ ἀμφικτύονες. οὐ γὰρ ἐπιτρέπειν τὸν νόμον, οὐκ ἀγωνισαμένῳ στέφανον ἀποκληροῦν. ὁ δὲ καλεῖσθαι τὸν βουλόμενον ὑπὸ τοῦ κήρυκος εἰς τὴν ἀγωνίαν ἠξίου. ἐπέτρεπον οἱ ἀθλοθέται, καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ ἥκειν τὸν ἐπελευσόμενον: vel ſicuti capite triceſimo libri primi reſtituimus) τὸν ἐπιθελευσόμενον. Ideóque D. Baſilius [d] neminem athlothetam adeò carere iudicio (ait) vt iiſdem coronis eum qui non decertauerit honoris ergo donet, ac illum qui victor extiterit; τίς οὕτως ἄκριτος (ait) ἀθλοθέτης ὃς τῶν ἴσων ἀξιώσει στεφάνων τὸν νικητὴν καὶ τὸν μηδὲν ἠγωνισμένον. Itémque ad Iſidorum diaconum Iſidorus Peluſiota [e] eleganter in Olympiis Diabolicis, eos qui vulnera inflixiſſent, in Chriſti autem ſtadio qui vulnera & verbera excepiſſent, coronari ſcripſit; τὸ νικᾶν ἀπὸ τοῦ κακῶς ποιεῖν σατανικῶν ἐστι θεσμῶν, διά τοι τοῦτο ἐν τοῖς ἐκείνῳ τελουμένοις ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν οὕτω στεφανοῦνται οἱ ἀγωνιζόμενοι. ἀλλ' οἱ ἐν τῷ σταδίῳ τοῦ χριστοῦ ἐναντίος ἐστὶ ὁ τῶν στεφάνων νόμος· τὸν πληττόμενον γὰρ οὐ τὸν πλήττοντα στεφανοῦσθαι νενομοθέτηται. Et ad Ammonium Epiſtola 126. lib. 3. ἀγῶνα προὔθηκεν ἐναντίον τῷ ὀλυμπικῷ. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ τύπτων καὶ περιγινόμενος στεφανοῦται. ἐνταῦθα δὲ ὁ τυπτόμενος καὶ φέρων, ἀναῤῥήσεως ἀξιοῦται. ἐκεῖ ὁ ἀντιπλήττων: ἐνταῦθα δὲ ὁ καὶ τὴν ἄλλην παρέχων σιαγόνα ἐν τῷ τῶν ἀγγέλων θεάτρῳ ἀνακηρύττεται. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀμύνασθαι, ἀλλ' ἐν τῷ φι-

[a] *ad fin. lib. 5. de Apollonio fol. 34. & lib. 6. nõ longè ab init. in fol. 35. pag. 2. lib. Ald. vnde attuli nonnihil ad cap. 30. lib. 1. ſuprà.*

[b] *cap. 24. 25. 26. Agoniſtici 1.*

[c] *lib. 4. Æthiopicôn fol. 73.*

[d] *apud Stobæum in collectan. loc. cõmm. Ant. ſerm 121. vnde alium eiuſdem Baſilij locũ in hãc rem adfero infrà, cap. 21. cique alios à Seneca, Cypriano, Chryſoſtomo, atque Caſſiano adiungo.*

[e] *epiſt. 169. lib. 2. iuxta id ſcilicet quod continetur epiſt. D. Iacobi Cathol. c. 1. verſ. 4 5. ex quo verba ſtatim proferemus: facit quod B. Paulinus ad Seuerum ſcribit epiſtol. 2. fol. 43.*

λοσοφεῖν ἡ νίκη κρίνεται. καινὸς γὰρ οὗτος τῶν στεφάνων ὁ νόμος, ἐπειδὴ καὶ καινὸς τῶν παλαισμάτων ὁ τρόπος. Quod ipſum D. Chryſoſtomus eius præceptor in ſermone quodam [a] ita extulerat; velle namque alios malè agendo ſuperare,non diuinæ id legis eſſe, quin dæmoniacæ conſtat. Siquidem in Olympiacis certaminibus inferis dedicatis,hoc pacto gloria comparatur: quin & vincendi modus nullus eſt ſanè in Chriſti ſtadio ſimilis, quin longè diuerſus eſt ritus: ſancitum namque eſt percuſſum,non percuſſorem corona donari oportere. Talis eſt apud Deum exercitandi conſuetudo: cui & ſtatuta ſunt omnia cæteris longè diuerſa: adeò vt non ſolùm ipſa victoria, quin & vincendi modus admirationis habere plurimũ videatur: ſiquidem qui ſuccubuiſſe videntur, palmam retuliſſe creduntur. Hæc Dei eſt potentia, tale cœleſte illud eſt ſtadium, hoc angelorum ſpectaculum. Atque ad has quidem athleticas leges aſpiciens Pachymerius Dionyſij Areopagitæ paraphraſtes [b] ὁ τοίνυν Ἰησοῦς χριστὸς ὡς μὲν Θεὸς (καὶ σημειῶσαι τὸ ῥητὸν κατὰ νεστοριανῶν) δημιουργεῖ τὴν ἀθλοθεσίαν. ὁ γὰρ ὑπερέχων καὶ δυνάμενος ἀθλοθετεῖ, ὡς δὲ σοφὸς νομοθετεῖ. σοφοῦ γὰρ ἡ νομοθεσία, ὥσπερ ἐστὶν εἰ οὕτω τυχὸν περιγενήσεται ὁ ἀγωνιζόμενος οὔπω τεύξεται τοῦ στεφάνου εἰ μὴ οὕτω τὸ βραβεῖον οὐ λήψεται.

*[a] vt maledicamus benedicent, Chriſti & ſanctorum exemplo col. 692.*

*[b] in theoria c. 2. ex lib. eccleſ. hierarc. Dionyſij in fol. Pachymerij 153.*

Rurſus illum B. Pauli locum, ita vti diximus, idem Chryſoſtomus his admodum verbis explicauit; τί ἐστιν ἐὰν μὴ νομίμως; οὐκ ἐὰν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσέλθῃ ἀρκεῖ τοῦτο, οὐδὲ ἐὰν ἀλείφηται, οὐδὲ ἐὰν συμπλακῇ: quid eſt niſi legitimè (inquit) non huic ſufficit ſi in agonem deſcenderit, non ſi perunctus ſit, neque verò ſi compoſitus vel commiſſus fuerit manúmve cõſeruerit. Quid ergo? adiicit ſtatim, oportuiſſe inſuper, vt qui coronam conſequi vellet, is omnem agoniſticæ profeſsionis obſeruaſſet legem: tam circa ciborum, quibus veſcendum vel abſtinendum athletis fuit, quàm circa continentiæ, ac honeſtatis rationem, omnemque adeò legitimam (ſicuti Ioannes Caſsianus [c] hac de re agens loquitur) colluctationis ordinem, ἀλλὰ ἂν μὴ πάντα (inquit) τὸν τῆς ἀθλήσεως νόμον φυλάττῃ καὶ τὸν ἐπὶ τῶν σιτίων, καὶ τὸν ἐπὶ σωφροσύνης καὶ σεμνότητος, καὶ τὸν ἐν παλαίστρᾳ καὶ πάντα ἁπλῶς διέλθοι τὰ τοῖς ἀθληταῖς προσήκοντα οὐδέποτε στεφανοῦται: & quod ait περὶ τοῦ τῶν σιτίων νόμου, quod ſimiliter Fabius lib. Orator. Inſtitut. duodecimi capite 10. de lege ciborum, in hæc ferè verba;

*[c] lib. 5. Monaſticæ inſtitutionis, cap. 18.*



verba; Sicut athletarũ corpora etiam ſi validiora fiant exercitatione, & lege quadam ciborum, non tamen eſſe naturalia, atque ab illa ſpecie quæ ſit conceſſa hominibus, abhorrere: Sciendum ad illam quidem βίαιον τροφὴν καὶ ἀναγκοφαγίαν ab Ariſtotele [a] nuncupatam, bubularum ferè ac ſuillarum carnium itémque coliphij quibus athletæ ad ſaginationem robúrque corporis comparandum vtebantur [b]: qua de re Budæum [c], atque Mercurialem [d] clariſsimos viros conſulẽdos moneo, qui compluribus veterũ teſtimoniis hoc ipſum comprobant, vt eſſe non putem quod iis addi debeat, niſi ob illam victus rationem & ſomnolentos fuiſſe athletas vt vitam quaſi edormirent, & in magno, ſi victus præſcriptum excederent, vitæ diſcrimine quod in periculoſos morbos inciderent fuiſſe verſatos: cuius rei Platonem auctorem habeo, nam vbi de athletis [e], ἆρ' οὖν οἱ μὲν δὴ τῶν ἀσκητῶν ἕξις προσήκουσ' ἂν εἴη τούτοις; ἴσως. ἀλλ' (ἦν δ' ἐγώ) ὑπνώδης αὕτη γέ τις καὶ σφαλερὰ πρὸς ὑγίειαν ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι καθεύδουσί τε τὸν βίον καὶ ἐὰν σμικρὰ ἐκβῶσι τῆς τεταγμένης

*[a] lib. 9. Polit. 4. cap. Adde Galen. lib. ὑγιεινῶν 3. non longè ab init. in fol. 246. ὁ δὲ νῦν ἡμῖν ὑποκείμενος ἄνθρωπος οὐκ ἀθλητικὴν εὐεξίαν, ἀλλ' ἁπλῶς ὑγίειαν ἔχει τὸν σκοπὸν ὥστ' οὐδὲ πολλῶν αὐτῷ χρεία γυμνασίων ἐστὶν οὔτε περὶ ἀνάγκην ἐδωδῆς, ἀλλ' οὐδὲ πλήθους κρεῶν χοιρείων οὐδ' ἄρτων τοιούτων οἵους ἐσθίουσιν οἱ βαρεῖς ἀθληταί. & in protreptico περὶ τὰς τέχνας, fol. 4. lin. 54. οἱ δὲ τὰ γυμνάσια παρὰ τοῦ προσήκοντος ἑκάστης ἡμέρας διαπονοῦσι τροφάς τε προσφέρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐκτείνοντες τὴν ἐδωδήν. De pane quo veſcerentur athletæ agit idem ipſe lib. 5. fol 271. lin. 15. A coacta iſta ſaginatione athletarum deductum à veteribus iſtud prouerbium arbitror, quo ἀναγκοφαγῆσαι τὰ πράγματα dicebatur ἐπὶ τῶν αἰσχρῶς καὶ ῥυπαρῶς τλημόνως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἕνεκα πλεονεξίας καρποφορούντων, vt ex iis colligitur locis, quos Hadria. Iunius attulit Adagior. centur. 7. prouerb. 97. Neceſſitatem edere.* *[b] iuxta illud Senecæ initio cap. 3. de tranquill. animi. Suillis & bubulis carnibus veſci ſolitos athletas ex Diogenis dicto conſtat quod ſtatim proferetur, & ex ſup. dict. Galeni loco. De Herculis & athletarum aliquot enormitate ac ingluuie, videſis Athen. initio lib. 10. Deipnoſoph. in quibus Theagenem Thaſium & Milonem Crotoniatam nominat, & Aſtydamantem triolympionicem: tum addit Athletas pleroſque poſt certamen multo ſe cibo ingurgitare ſolitos, πάντες γὰρ οἱ ἀθλοῦντες μετὰ τῶν γυμνασμάτων καὶ ἐσθίειν πολλὰ διδάσκονται: citat & iſtud ex Achæo quodam in Athlis in eandem ſententiam, fol. 165. Aldini lib. πότερα θεωρεῖς εἴτ' ἀγωνιστὰς λέγεις πολλ' ἐσθίουσιν ὡς ἐπασκούντων τρόπος: meminit etiam Timocreontis Rhodij poëtæ atque athletæ voracis paulò pòſt, qui multos Perſas ſingulari certamine coram ipſorum rege poſt multum ſuperaſſet cibum. Sanè in farragine Græcorum Epigrammatum ad finem Anthologiæ addita, fol. 519. Dorici extat Epigramma de Milone Athleta qui quadrimam vitulam toto ſtadio humeris circumlatam Ioui mactarit, diſſectamq́; ſolus abſumpſerit. Solinus extremo cap. 4. polyhiſt. quod ictu nudæ manus taurum fecerit victimam, cúmque ſolidum qua mactauerat die ſolus abſumpſerit non grauatim pugilem Agonem octoginta placentas ſolum comediſſe Theocritus Idyl. 4. --ἆπερ ὁ πύκτας Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας. Vopiſcus in Aureliano Phagonis Mimi cuiuſdam meminit voraciſſimi. Ab hac athletarum voracitate & ſagina legimus apud Plautum Epidici Scena 1. pugilicè & athleticè valere. & Bacchidibus actu 2. Scena 3. pancraticè atque athleticè. De qua etiam videndus Plutarchi locus Arato quem attuli ſuperiore ſermone cùm de ſcammate & ſcaphio loquerer. Vbi & Luciani alterum locum à me adſcriptum ſcias. Addeſis & quod Galenus tradit de iſta Athletarum repletione in comment. ad 3. Aphoriſ. Hippocrat. & 15 cuius initium αἱ ἡλικίαι: οἵ τε ἀθληταὶ (ait) διότι τοῖς γυμνασίοις αὐξάνουσι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν διὰ τοῦτο καὶ τροφῶν ἀπολαύειν δύνανται πλειόνων, & quod Plato lib. 3. de Republ. fol. 410. οὐχ ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἀθληταὶ ῥώμης ἕνεκα σιτία καὶ πόνους μεταχειριεῖται.* *[c] in annot. ad Pandect. l. athletas, D. de iis qui not. infam. ex Quinctil. lib. 12. Iuuen. ac Celſo lib. 4.* *[d] cap. vlt. lib. 1. art. gymnaſt. ex variis auctor. & in his Baſil. homil. 52. & 54.* *[e] lib. 3. de Republ. fol. 403. & 404.*

πεπασμένης διαίτης μεγάλα καὶ σφοδρὰ νοσοῦσι, οὗτοι οἱ ἀσκηταί. Galenum [a] etiam ipſum περὶ τοῦ ὄγκου τε καὶ βάρους τούτων ἀθλητῶν σώματος; ita ſcribentem quodam loco; vt illum alterum Platonis velut exponere in animo habuiſſe videatur: ſcilicet his verbis: τὰ μὲν γὰρ τῆς φύσεως ἀγαθὰ προϊόντα τε καὶ ἐπιδιδόντα καὶ αὐξανόμενα γίνεται βελτίω. τὰ δ' οὐ φύσει πάντα (qualem eſſe athletarum ſaginam, vaſtitatémque ac robur ipſorum corporis dixerat) τοσούτῳ χαλεπώτερα ὅσῳ καὶ μείζω. Sequitur illa Platonica ſententia ὅθεν ἄφωνοι τινὲς αὐτῶν ἐξαίφνης, ἕτεροι δ' ἀναίσθητοι καὶ ἀκίνητοι καὶ τελέως ἀπόπληκτοι γίνονται, τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τοῦ δὲ καὶ τοῦ πλήθους ἀποσβέσαντός τε τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ἐμφράξαντός τε τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος, ὅσοι δ' ἂν αὐτῶν τὰ πρᾳότατα πάθωσιν ἀγγεῖον ῥήξαντες ἐμοῦσιν ἢ πτύουσιν αἷμα. Et quod περὶ τῶν ἀναισθήτων, ἀκινήτων, ἀποπλήκτων, ἀθλητῶν ſiue ἀσκητῶν à Galeno traditur, hoc exemplo illuſtrari poteſt athletæ Crotoniatæ: qui cùm Olympionica iamiam coronandus ad Hellanodicas accederet, arreptitius illicò è comitiali morbo interiit; ſtatimq; poſt lapſum è ſcammate, ſtadióve ad ſepulchrum elatus eſt: ſic enim iſtud Æliani [b] nomen athletæ illius proprium ſubticentis interpretor, ἀθλητὴς Κροτωνιάτης ὀλυμπιονίκης ἀπιὼν πρὸς τοὺς ἑλλανοδίκας, ἵνα λάβῃ τὸν στέφανον ἐπίληπτος γενόμενος ἀπέθανε: κατενεχθεὶς μετὰ πτώματος. Vbi Latinus interpres, Comitiali morbo mortuus eſt (ait) cum repentino lapſu: perperam & ineptè vt cenſeo. Quod ſi quis κατενεχθέντα eo loco ἀντὶ τοῦ ἀνενεχθέντος, vt recreatum aliquantiſper è caſu, interiiſſe tamen ſignificet, malit exponere, neutiquam repugnauero: qui ſcio iſtud quidem verbum ea ſignificatione à Plutarch. [c] vſurpatum eſſe. Ad ſuperiorum autem confirmationem atque illuſtrationem pertinet quod ipſe quoq; Hippocrates Aphoriſmo tertio, ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν (ait) αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. vbi Galenus [d] ὅταν γὰρ ὑπερπληρωθῇ τὰ ἀγγεῖα ποτῶν ἢ σιτίων τοῦ διαρραγῆναι κίνδυνος αὐτοῖς ἢ καταπνιγῆναι ἢ καὶ σβεσθῆναι τὸ ἔμφυτον αὐτὸ θερμόν. καθάπερ καὶ ἀπώλλοντό τινες ἐξαιφνίδιον ἤδη τῶν εἰς ἄκραν πλήρωσιν ἀφικομένων ἀθλητῶν, ad quem Galeni locum haud dubiè citatus [e] in iure Pontificio Hieronymus eo libri 2. aduerſus Iouinianum loco [f] aſpexerat, vbi ſic ſcriptum: Vnde & Galenus vir doctiſsimus, inquit, Hippocratis interpres athletas, quorum vita

& ars

[a] in li. πότε ἰατρ. ἢ γυμν. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, f. 297. ex quo & aliis Galeni, & item Ouidij ſcriptis cõplures περὶ ὄγκου de pondere moleq; corporis athletarum locos attuli ſuperius lib. 2. cap. 3. vbi videas licet.

[b] var. hiſt. lib. 9. cap. 31.

[c] in Pompeio, fol. 1152. vbi de ipſius vxore, θεασαμένη δὲ καθημαγμένην τὴν τήβενναν ἐξέλιπε καὶ μόλις ἀνήνεγκεν.

[d] comment. 1. fol. 222. videto & in protreptico πρὸς τὰς τέχνας, fol. 4. lin. 50.

[e] apud Gratianum in cap. nec talis. ad fin. de conſecr. diſtin. 5.

[f] col. 95. & 96. editio. Pariſ.



& ars ſagina eſt, dicit in exhortatione medicinæ nec viuere poſſe diu, nec ſanos eſſe: animaſq; eorum ita nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutas nihil tenue, nihil cœleſte, ſed ſemper de carnibus & ructu & ventris ingluuie cogitare. Poſtremò quod Plutarchus [a] de athletico corpore agens, ipſum ait poſt virium conſummationem, & repletionem, quæ ad ſummum peruenerit fatiſcere, priſtinumq; vigorem amittere, ὥσπερ ἀθλητικοῦ σώματος (inquit) τῆς δυνάμεως ὑπερτόνου γενομένης καὶ κατακόπου τάχιστα τὴν ἀκμὴν ἀποβάλλοντα. Quamobrem eleganter alicubi [b] Galenus διὰ τοῦτο ἂν ἔγωγε φαίην, inquit, ἄσκησιν, οὐχ ὑγιείας, ἀλλὰ νόσου μᾶλλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα: & ipſorum non ἕξιν, ſed διάθεσιν dictam ab Hippocrate obſeruat, ἀφαιρούμενον καὶ τῆς προσηγορίας αὐτοὺς ἣ προσαγορεύουσιν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ τοὺς ὄντως ὑγιαίνοντας. ἡ μὲν γὰρ ἕξις, inquit, ἐμμονός τις ἐστὶ καὶ δυσαλλοίωτος διάθεσις. ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπ' ἄκρον εὐεξία σφαλερά τε καὶ εὐμετάπτωτος. vrbanè autem, & ſcommaticè, hoc quoque ab etymo & notatione vocabuli deductum aliquantò pòſt, ὅτι σωματικῆς ὑγιείας ἕνεκα φανερόν, ὡς οὐδὲν ἄλλο γένος ἀθλιώτερόν ἐστι τῶν ἀθλητῶν, ὡς εἰκότως ἄν τις εἴποι εὐλόγως ὀνομάζεσθαι τῶν ἀθλητῶν προσαγορευθέντων ἢ ἀπὸ τοῦ ἀθλητοῦ τὴν προσηγορίαν τῶν ἄθλιον εἰληφότων, ἢ κοινῶς ἀμφοτέρων καθάπερ ἀπὸ γῆς μιᾶς τῆς ἀθλιότητος ὠνομασμένων. Scommaticè inquam, nec tam vrbanè tamen quod dixi, aut facetè (meo quidem animo) quàm etiam verè: vt nihil cùm ſit aut verò eſſe homine illo miſerius queat, qui ἀδήλως καὶ εἰς κενὸν (vt Pauli verbis vtar) adeò vt ſine vllo vero nec inani ſaltem præmio in perpetuo certamine ne dicam diſcrimine vitam agitet: idcirco non poſsit non ἀπὸ τοῦ ἄθλου (ἀγῶνος δηλαδὴ) deductum τὸ ἄθλιος videri, tanquam δυστυχῆ καὶ δυσάεθλον dixeris, κατὰ τὸν ὁμηρικὸν ὀδυσσέα, ὃς

Οὐδ' ἐν τῷ νόσῳ πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων

(inquit Euſtathius in ſuis ad Homericam Iliada parecbolis [c]) ἐξ ὧν ὁ ἄθλιος καὶ ἡ ἀθλιότης κεκέρανται: ἐξ οὗ παραχθεὶς καὶ ὁ ἀθλίας τὸ κύριον: εἰ καὶ ἐθέλει ἀπὸ τοῦ ἐπαινετοῦ ἄθλου κεκλῆσθαι: ὅμως κωμῳδεῖται ἄλλως ἐν τῷ, δι' ἀθλίου πρὸς ἄθλιον. Ac rectiſsimè hoc quidem Euſtathius, à quo illa in ſpeciem diſcrepant, quæ paulò antè protulerat eo loci, ferè ſic: ἐνταῦθα δὲ θεωρητέον ὡς εἰ καὶ ἐκ τοῦ ἄεθλον κέκρηται τὸ ἄεθλον, ὅθεν καὶ ὁ ἀθλοφόρος,

ἀλλ'

[a] in vita Fabij Maximi fo. 337.

[b] Protrepti. πρὸς τὰς τέχνας, fol. 5.

[c] ad illud ex Il. ι. Πηγεὺς, ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. fol. 740. lin. 53.

ἀλλ' οὐκ ἤδη καὶ ἐκ τοῦ περιγενέσθαι ἄεθλιος, ὡσαύτως ἐστὶ τὸ ἄθλιον. αὐτὸ γὰρ ἐπὶ δυστυχίας μόνης κεῖται. Reipſa tamen haudquaquàm diſsident; quæ ſcilicet aliò ſpectant: nempe illo, vt quamuis Athlon (quod per craſin fit ex Aethlon) idem cum iſto ſignificet, non idem tamen oſtendere Athlion velit Euſtathius, tametſi fortè per eandem craſin ab Aethlio deductum: ſed in malam ſemper ſonare partem, vel potiùs Athlion non tam ab Aethlion per craſin, quàm per paragogen aut anagogen ab Athlos deduci, iuxta id quod dixi anteà. In illo inſuper Galeni, per quem huc pellecti fuimus, loco piaculum fecerim; ſi, quod ſatis concoquere ipſe non poſſum, & ſpurcum fœdumque arbitror; tanquam noſtri quoque palati ſit tamen, hoc aliis vorandum velut boni quid ſucci præbeam. Quid igitur? Paucis quod ſentio eloquar. Iſtud τὸν ἄθλιον ἐσχηκότων, ad ſtomachum mihi neutiquam facit, nec ſanè vt Latino interpreti [a] potuerit; ſic ſatis ſcio: cuius videndi nondum facultas fuit; adeò me, cùm iſta retractarem, à typographo tabellarius vrgebat. Equidem auidiùs pro illo arripuerim quod proponam (ſi excuſus aliquis aut exaratus calamo liber præferat, aut leuiter ſaltem indicet) τοῦ ἀθλίου ἐσχηκότος: vel τοῦ ἄθλιον (vt loquutum in præcedentibus Euſtathium videas) ἐσχηκότος tanquam hoc ſentiat præſtantiſsimus; ſed athletis & palæſtritis aliquanto infenſior (vt aliquoties monui) medicus; adeò eſſe ἀθλίους (miſeros) athletas, vt vel ab athliis (miſeris) athletæ, vel ab athletis athlij dicti eſſe, vel potiùs vtrique ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος (à miſeria) quaſi ex eadem regione orti, nomen etiam inueniſſe videantur. Hanc profectò Athletę nominis notationem Æſchini probatam ex eo [b] intelligimus loco, in quo τῆς τῶν ἀθλητῶν ταλαιπωρίας mentionem habet; vbi poſteaquàm ea de pancratio aliiſq; grauiorib. exercitationib. athleticis enunciauit, quæ libro 1. ſub finem [c] protuli, ſubdit illicò; νῦν δ' οἶμαι διὰ τὸ σπάνιον καὶ τὸ περιμάχητον καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀείμνηστον ἐκ τῆς νίκης, ἐθέλουσί τινες τὰ σώματα παρακαταθέμενοι καὶ τὰς μεγίστας ταλαιπωρίας ὑπομείναντες διακινδυνεύειν. vnde τῶν μονομαχούντων inſuper vocabulum apud Poſidippum Comicum

[a] Eraſm. Roter. & Ludouic. Beliſarius huius libri interpretes (quos habui poſteà) videntur legiſſe τῶν ἀθλίων ἐσχηκότων, quod non improbo. Nã ille quidem ita reddidit Græca: Itaque quod ad bonam valetudinem attinet, palam eſt nullũ genus eſſe miſerius quàm athletarum. Vnde nõ iniuria quis dixerit eos generoſo cognomine notari dictos athletas, vel quòd ab athleta cognomẽ habeãt ἄθλιοι, id eſt, miſeri: vel quòd vtrique ab athliotate, id eſt miſeria velut ab vna terra cognomen ſortiti ſint. Alter verò ſic, ex quibus rebus patet, qui in ratione ſanitatis magis ſit quàm athleta miſer, reperiri neminem: vt eos nomine non degeneraſſe iure dixeris, ſiue à miſero, quem Græci athliũ dicunt, athletæ nominati ſint, ſiue athlij ab athleta ſiue cõmuni origine ambo à miſeria, quam athliotetа vocant, tãquam ab vno fonte nomen acceperint.

[b] κατὰ κτησιφῶντος folio 75. Aldini exemplar.

[c] in ipſo initio capitis 30.



cum Zenone citatum ab Athenæo [a], equidem ad athletas potiùs, quàm (quod ab aliis, etſi non ineptè [b] hoc quidem, fieri ſcio) ad gladiatores retulerim: vbi miſeriores ipſis illos eſſe ait, qui nauigant, ſic ferè;

Ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακεν κακόν.
Τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.

præſertim cùm apud Ariſtophanem Phœniſsis μονομάχου πάλης ἀγῶνα dictum legamus illis verſibus, quos ibidem Athenæus exhibuerat. Et verò cùm itidem ab Herodoto non minùs μουνομαχέειν, quàm πένταεθλον ἀσκέειν, atque ab Euſebio Pamphili τὸ μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ dictum conſtet, iis locis vnde verba primi Agoniſtici cap. 7. propoſui, & iſtius etiam 11. ſermone proferam: cùm denique monomachiæ agonem Olympiæ olim exhibitum ad necem vſque antagoniſtarum; eóſque qui inter ſe alibi publico certamine cõtenderent (ſiue pugiles, ſiue luctatores, aut pammachi) colluſoribus cædem intuliſſe pro explorato habeam (id quod inferiùs [c] commodiore quopiam loco demonſtrabitur) adeóque pyctis & pancratiaſtis ab Arriano in Epicteto adiunctos monomachos eo loco videre liceat, quem adferam & caſtigabo de paradoxis & paradoxonicis verba faciens cap 21. ſi Dominus dederit. Verumtamẽ (vt id quod res eſt ſedulò depromam) quando athletis & Circenſibus monomachos adiungit Epictetus Enchiridij cap. 31. [d] tanquam alios ab illis, vt gladiatores haud dubiè deſignet: tametſi ad vtroſque τὸ ζυγὸν μάχεσθαι & τὸ κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν referri, & inde ad milites commodè trãſferri extremo cap. 33. libri ſuperioris demonſtratum fuit; magis eſſe reor, vt monomachorum nomine iis Poſidippi apud Athenæum verſibus, gladiatores accipi debeant. Quidni etenim Athletis ipſis tanto ſint miſeriores monomachi, qui gladiatores; quantò certior iſtis quàm illis lethalium ictuum & cædis expectatio? cuius etiam imago & ſpecies quædam ipſis eorum oculis quotidie obuerſatur. Itaque D. Chryſoſtomus Ethico ſermone 12. in D. Pauli ad Romanos epiſtolam * καὶ τοὺς μονομάχους δὲ διὰ τοῦτο ταλανίζομεν, καίτοι γε ἐν καπηλείοις ὁρῶντες μεθύοντας τρυφῶντας γαστριζομένους, καὶ πάντων ἀθλιωτέρους φαμέν. ὅτι πολλῷ μείζων τῆς ἡδονῆς ἐκείνης, ἡ τῆς προσδοκωμένης τελευτῆς συμφορά. Sanè ad athletas xyſticoſq; non mi-

[a] lib. 4. Deipnoſophiſtarum, fol. 39. Aldini exemplaris, vbi ὁ δὲ κωμῳδοποιὸς Ποσείδιππος ἐν πορνοβοσκῷ φησιν, & cæt.

[b] ideò maximè quod apud Dionem eiuſq; Epitomatorem Xiphilinũ ita ſemper accipiatur id nominis, & in excerptis è vetere Lexico Græcolatino impreſſis ab Henr. Stephan. in gloſſar. col. 275. cap. de ſpectaculis περὶ θεωριῶν, ita ſit ſcriptum, gladiatores μονόμαχοι. Eraſmus Chiliadibus in Adagio, Miſerior monomachis, chiliade 4. centur. 7. prouerb. 26. Athenæi dũtaxat locum attulit.

[c] c. 7. huius libri.

[d] ὑμῖ μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν μὴ περὶ ἀθλητῶν.

* cap. 7. fol. 52. pag. 2.



niùs

nus quàm ad thymelicos, pantomimos, ſcenicoſq; omnis generis pertinet, quod de mercatibus nundiniſque ac cæteris conuentibus vitandis (in quibus ludorum dæmonibus dicata ſpectacula exhibentur) Apoſtolica cõſtitutione [a] quapiam earum, quæ à B. Clemente in literas relatæ ſunt, comprehenſum ſcimus: vbi & pomparum (quo nomine Circenſes præcipuè agones, in quibus illas vſurpatas fuiſſe teſtatur, vt & odioſas nominet Seneca; intelligendos reor) & monomachiæ prohibitę mentio iniecta: quo generali vocabulo ſingularia quoque athletarum certamina, non minùs quàm gladiatoria & beſtiaria contineri cenſeo. Nam inter cætera ſic ſcriptum: φεύγετε δὴ καὶ τὰ ἀπρεπῆ τῶν θεαμάτων τὰ θέατρα φημὶ καὶ τὰς ἑλληνικὰς πομπάς. & aliquãto pòſt φεύγειν δὲ αὐτῶν (népe τῶν ἑλλήνων ἀσεβῶν de quibus anteà) καὶ αἱ πανηγύρεις καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἐπιτελούμενα παίγνια. πιστὸν γὰρ ἐν πανηγύρει οὐ χρὴ παραβάλλειν πλεῖον τοῦ σωμάτιον πριάσθαι καὶ ψυχὴν περιποιήσασθαι καὶ ἕτερα τινὰ συνωνήσασθαι τῶν πρὸς σύστασιν ἁρμοζόντων· ἀπέχεσθε οὖν πάσης τῆς τῶν εἰδώλων πομπῆς, φαντασίας πανηγύρεως συμποσίων μονομαχίας καὶ πάσης θέας δαιμονικῆς. Ea tamen Apoſtolica conſtitutione hodie illos teneri nequaquam exiſtimandum eſt, qui corporis exercendi gratia ita inter ſe dimicãt, vt nullum mortis aut membrorum mutilationis periculum inuicem inferre poſſint: contra quàm in duellis & cataphractorum, haſtâque ſiue lancea, telíve alio genere inſtructorum equitum ludicris, at nimium ſæuis plerumque ac triſtibus inter ſe concurſibus vſuuenit; quæ ſub torneamentorum appellatione idcirco iure Pontificio [b] & conciliarib. decretis [c] indicta infamię, proſcriptionis, excõmunicationis pœna prohibentur. Hi me ſcrupuli quod aliquandiu malè habuerant, propterea viſum hicce (ne quem incautum læderent) vt eximerentur, operam dare: quam tametſi leuiuſculam Zoili ſi fortè quipiam præpoſteri cenſeant, atque deprædicent; non eſſe tamen aut aliis aut mihi certè perditam, quæ in rem bonorũ & ſtudioſorum iuuenum impenſa eſt (ita me Deus, ita me illi ament) ſemper duxero.

*Vetus athletarum ſaginatio & recens. Pythagoras gymnaſta. Pauſaniæ locus illuſtratus: alter Philoſtrati obiter caſtigatus: item alius apud Plutarch. expoſitus. Euſtathij vnus ad Galeni alterum comparatus de ſagina & ſomnolentia athletarum, Moles ponduſq; corporis athletis in ſtudio, ſed non*

[a] *lib. 2.* διαταγῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, *cap. 62. fol. 50. editionis Venetæ anni 1563. Sed & in cap. 61. fol. 49. pag. 2. Põparum Ethnicarum ſiue Græcarum meminit ſic ferè,* καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἀλλ' ἤδη καὶ πομπαῖς ἑλλήνων συντρέχεις καὶ ἐπὶ τὰ θέατρα ἐπείγῃ.

[b] *cap. 1. & 2. de torneamentis apud Grego. quod poſterius è Clemẽtis illo explicandum loco.*

[c] *Concil. Lateranen. cap. 10. & Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. decreti de reforma. fol. 492. Venetæ editionis, vbi de monomachia & duellis.*



*non vtique omnibus: & qualis in laude poſita pancratiaſtis atque luctatoribus moles.*

## CAP. II.

SEd hoc quoque forſitan ſcire allubeſcat, Dromeum Stymphalium non minus re quàm ipſo nomine curſorem præſtantiſsimum, bis periodonicam, primum fuiſſe ex Athletarum tanto numero cui ſe carnibus ſaginare in mentem venerit; cùm ante ipſum athletæ Talarico caſeo, (vt græcanicè loquar, id eſt, recenter educto è quallo, ſiue calatho vimineo) paſcerentur, eiq; ſtatuam erectam Olympię quam Pythagoras finxerit: qua de re Pauſan. [a] ἀνὴρ δὲ ἐκ Στυμφήλου δρομεὺς ὄνομα καὶ δὴ καὶ ἔργον τοῦτο ἐπὶ δολίχου παρεσχημένος, &c. λέγεται δὲ ὃς καὶ κρέας ἐσθίειν ἐπινοήσειε. τέως δὲ τοῖς ἀθληταῖς σιτία τυρὸν ἐκ τῆς ταλάρου εἶναι. τούτου μέντοι Πυθαγόρας τὴν εἰκόνα, &c. ἐστὶν εἰργασμένος. Atque ad ſtatuarium quidem quod attinet eo nomine quendam Rheginum fuiſſe, alterum Samium auctor in Pythagora philoſopho Diogenes Laërtius [b]. Iſtud etiam adnotandum duco præter Cyprianum de ſpectaculis [c] de athletarum illa ſaginatione Diogenem Laërtium in Pythagora [d], vbi primum omnium athletas ſaginaſſe carnibus refert Pythagoram, cùm anteà caſeis, caricíſq; ſiue nucibus aridis alerentur: quod è Plinij [e] quidem opinione non ad philoſophum ſed ad exercitatorem Pythagoram referri debet. Phliaſium nempe, quem σωμασκητὴν καὶ ἀλείπτην ex quorundam opinione Laërtius alterum ab illo itidem nominat, eo quem dixi loco: quamobrem facilè adducor, vt Pythagoræ potiùs ſculptori, ſiue ſtatuario, qui idem gymnaſta, & alipta, exercitator & vnctor fuerit athletarum, quàm athletæ, aut hieronicę Dromeo, illam ſaginationis athleticæ immutationem tribuiſſe Pauſaniam exiſtimem; atque illa verba eius τούτου μὲν δὴ Πυθαγόρας τὴν εἰκόνα quæ ſuperiùs adſcripſi, præpoſuiſſe iſtis λέγεται δὲ & quæ ſequuntur: quæ nimirum ipſa per parentheſim legi, vt ad Pythagoram referantur oporteat: atque ita vt ſuperiora illa τούτου μὲν δή, &c. commodè connecti cum iſtis quæ ſubiicit, queant; ita vt ibi leguntur: τὴν δὲ ἐφεξῆς ταύτῃ πένταθλον ἠλεῖον Πυθοκλέα Πολύκλειτός ἐστιν εἰργασμένος.

Addo & hoc, de iſta ſaginatione athletarum agere Philoſtratum [f] vbi de Sophiſta Rufo, ἐλέγετο δὲ καὶ γυμναστικῇ κρατύνειν

[a] *lib. 2. Eliacôn, fol. 145.*

[b] *lib. 8. fol. 325.*

[c] *eo loco quẽ ſuperiore ſermone attuli ex pagin. 417. col. 2.*

[d] *lib. 8. de vita philoſoph. fo. 313. vbi* λέγεται δὲ καὶ πρῶτος κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητὰς καὶ πρῶτόν γε, Εὐρυμένην, *&c.* τὸ πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυροῖς ὑγροῖς ἀλλὰ καὶ πυροῖς σωμασκούντων αὐτούς.

[e] *lib. 23. natur. hiſt. cap. 7. vbi de ficubus ſiccis: veſicæ ſemper vtiles & anhelatoribus ac ſuſpirioſis, &c. Corpus & vires adiuuat, ob id antè athletæ hoc cibo paſcebantur, Pythagoras exercitator primus ad carnes eos transtulit.*

[f] *lib. 2. de Sophiſtarum vita.*

τρώειν τὸ σῶμα ἀναγκοφαγῶν (ſic lego pro ἀναγκαιοφαγῶν, vt apud Arrianum Epicteto; eo loco vnde verba inferiùs in caput 7. ac 10. conferam) ἀεὶ καὶ διαπονῶν αὐτὸ παραπλησίως τοῖς ἀγωνιζομένοις. D. quoque Baſilius [a] in hæc ferè verba, τοῖς ἐν παλαίστραις διαπονουμένοις ἀκόλουθόν ἐστι τῇ δαψιλείᾳ τῆς τροφῆς καταςαρκοῦν ἑαυτοὺς, ὡς ἂν εὐτονώτερον τῶν πόνων ἀντιλαμβάνοιτο. Cice. ipſum in Tuſculanis quæſtionibus [b] cùm ait: Subduc cibum vnum diem athletæ, Iouem Olympium tum ipſum cui ſe exercebat, ferre ſe non poſſe clamabit. Tertullianum etiam [c] vbi ſic ſcribit, Saginētur pugiles, & pyctę Olympici. Illis ambitio competit, quibus & vires neceſſariæ: qui & ipſe propterea quodam loco [d] athletas altiles homines vocat. D. Hieronymum apud Eſaiam [e] de robore panis loquentem: vbi, Et quia fortitudinem perdiderunt & infirmi ſunt, propterea olera comedunt: Athletarum autem ſolidus cibus eſt (ait) qui & vitam ſuſtentat humanam & viuentibus præbet fortitudinem. Et in Iouinianum [f]: Audi iccirco ſues & apros & ceruos, & reliquas animantes creatas, vt milites & athletę, ſectores (ita Marianus repoſuit pro eo, Rhetores, quod Eraſmus maluerat non abſurdè, ob id quod ſequitur aliquanto pòſt de vociferatione) metallorumq; foſſores & cæteri duro operi mancipati haberent cibos, quibus fortitudo corporum neceſſaria eſt: qui portant arma & cibaria, qui pugnis & calcibus ſua inuicem membra debilitant, qui remos trahunt, quorum latera ad clamandum dicendumq; ſunt valida, qui ſubuertunt montes, & ſub dio & imbribus dormiunt. Cæterùm noſtra religio non πύκτην, non athletam, non nautas, non milites, non foſſores, ſed ſapientiæ erudit ſectatorem, & reliqua. Item poſteà: Si autem Milonis illius Crotoniatæ (ait) vires olera non miniſtrant, quę naſcuntur & aluntur carnibus, quid neceſſe eſt viro ſapienti & philoſopho Chriſti, tantam habere fortitudinem, quæ athletis & militibus neceſſaria eſt; quā cùm habuerit, ad vitia prouocetur? Clementem inſuper Alexandrinum [g] quo loco, ἰσχὺν ἄδικον ἢ σφαλερὰν καὶ ἀθλίαν τὴν τῶν ἀθλητῶν ἐξ ἀναγκοφαγίας περιγίγνεσθαι tradidit: ad ea interim percommodè ac feſtiuè alludens, quæ de notatione Athletarum nominis, ipſorumq; adeò conditione propemodum ſeruili atq; infelice dicebamus modò [h]. Plutarchum etiam

*[a] homil. 2. de ieiunio ſub initiū.*

*[b] lib. 2.*

*[c] ad fin. lib. de ieiunio.*

*[d] in de ſpectaculis cap. 10.*

*[e] initio lib. 2. cōment. in Eſaiam.*

*[f] lib. 2. col. 92. & 97.*

*[g] lib. 2. pæda. ſub initium.*

*[h] in extremo ſuperioris capitis.*



etiam de athletis in xyſto ſiue palæſtra verſantibus agentem, quos dum à libris arceantur, omnémque vitam in cauillis, & ſcurrilibus iocis peragere conſueſcunt, gymnaſiorum columnis ſimiles reddi (quēadmodum venuſtè ab Ariſtone dictum eſt) nempe, pingues, & ſaxeos refert: ſic admodum ſcribēs alicubi [a]; ἀπόντας ἐν τῷ ξυστῷ ταῦτα καὶ ταῖς παλαίστραις διαλέγεσθαι τοῖς ἀθληταῖς οὓς τῶν βιβλίων ἐξελόντες ἀεὶ διημερεύειν ἐν σκώμμασι καὶ βωμολοχίαις ἐθίζοντες ὡς ὁ κομψὸς Ἀρίστων ἔλεγε τοῖς ἐν γυμνασίῳ κίοσιν ὁμοίως λιπαροὺς πεποιήκασι καὶ λιθίνους: non enim dubito quin τὸ λιπαροὺς non tātùm ad vnctionem extrariam, ſed ad pinguedinem, atq; obeſitatem, imò & ad repletionem ex voracitate, vnde lautī atque vncti vulgò dicti, pertineat: ſicuti τὸ λιθίνους ad ſtupiditatem, atque ſomnolentiam illam de qua ex aliis paulò pòſt agetur. Euſtathium denique, qui athletas ſui temporis, quòd obeſo eſſent corpore, minus ingenioſos exiſtimatos, ac proinde ipſorum nomē deridiculo habitum refert [b], in hæc omninò verba: ἰστέον δ' ὅτι τῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀθλητῶν ἐπισυρομένων καί τι ψόγου εἴ τις ἐνθυμηθείη ὡς καὶ κρεάσιν ἀνοικοδομεῖσθαι σκώπτονται: διὰ τὸ καὶ εἰς εὐσαρκίαν τοὺς τοιούτους γυμνάζεσθαι, καὶ οὕτω σκωπτικῶς παχεῖς καὶ αὐτοὺς λέγεσθαι οἷα μὴ λεπτοὺς τὸν νοῦν καὶ ὀξεῖς μηδὲ οἵους ἀρέσκειν τῷ εἰπόντι ὅτι ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη ὅμως οἱ ὁμηρικοὶ ἀθληταὶ οὐ φαίνονται κατὰ τοὺς ἄλλους εἶναι: quò nimirum aſpiciens Galenus de [c] athletarum ſagina itidem agens atque dormitatione: καὶ τοῦτο παρὰ ἁπάντων (inquit) σχεδὸν ἀνθρώπων ᾄδεται, διότι πάντων ἐστὶν ἀληθέστατον, ὡς γαστὴρ ἡ παχεῖα τὸν νοῦν οὐ τίκτει τὸν λεπτόν. & alio loco [d] pluribus verbis idipſum explicans, vix ait ſcire ipſos vtrùm animam habeant, tantum abeſt vt rationalem ſe habere intelligant, qui carnium & ſanguinis copiæ coaceruandæ dumtaxat ſtudeāt, ipſiſq; ſint animalibus rationis ac mentis expertibus ſimiles; ὅτι μὲν τῶν ψυχικῶν ἀγαθῶν οὐδ' ὄναρ, ποτὲ μετειλήφασιν οἱ ἀθλοῦντες εὔδηλον παντὶ τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδ' εἰ ψυχὴν ἔχουσιν γιγνώσκουσι, τοσοῦτον ἀποδέουσι τοῦ λογικὴν αὐτὴν ἐπίστασθαι· σαρκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ αἵματος ἀθροίζοντες πλῆθος ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἔχουσιν κατεσβεσμένην οὐδὲν ἀκριβὲς νοῆσαι δυναμένην ἀλλ' ἄνουν ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις: quibus extremis hoc nimirum ſignificatur, quod ipſum Galenum exponens B. Hieronymus, eo loco qui ſuperiore ſermone à nobis allatus eſt, his

*[a] ἐν ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, f. 231.*

*[b] ad Homericū illud ex Iliad. ψ. ὑποδύσιν μὲν προῦ τῶ ποδάρκεσιν ἄλλοι ἄεθλα θῆκε:—*

*[c] ad Thraſybulum πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, fol. 208.*

*[d] ἐν προτρεπτικῷ λόγῳ ἐπὶ τὰς τέχνας, fol. 4.*

nimirum latinis reddidit; animas athletarum ita nimio ſanguine & adipib. quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cœleſte, ſed ſemper de carnib. & ructu & ventris ingluuie cogitare.

Poſtremò Philonem Iudæum [a] de his qui ſummum bonum non voluptate, ſed honeſtate metiuntur, vt Stoici, agentem: vbi alimentis ipſos cibiſque athleticis ait, ad vires robúrque non ad voluptatem vti, ſic ferè; οἱ δὲ ἕτεροι σκληροδίαιτοι πρὸς μὲν ἀνδρῶν κουροτροφηθέντες, ἄνδρες δὲ καὶ αὐτοὶ τὰ φρονήματα τὸ συμφέρον πρὸ τοῦ ἡδέος ἀσπαζόμενοι, καὶ τροφαῖς ἀθλητικαῖς πρὸς ἰσχὺν καὶ ῥώμην οὐ πρὸς ἡδονὴν χρώμενοι. quamquam non ad vires modò robúrque corporis, ſed ad molem pondúſque comparandum eniti ſolitos quo facilius antagoniſtas deiicere, ſibíque ſubmittere poſsint, à Galeno traditur: atque hunc huiuſmodi gymnaſticæ finem athletis propoſitum: βούλεται γὰρ οὐ τὴν ἰσχὺν αὐξῆσαι μόνον ἀλλὰ καὶ τὸν ὄγκον τε καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος· ὥστε καὶ ταύτῃ χειροῦσθαι τὸν ἀνταγωνιστήν. Quò nimirum iſtud de Agyllei & Tydei ſiue colluctatione, ſiue pancratio carmen apud Statium Papinium [b] pertinet:

[a] ἐν τῷ περὶ τῶν ὀνείρων, fol.128.

[b] lib.6.Thebaid. circa finem.

*Inſtat agens Tydeus, ictúmque in colla minatus*
*Crura ſubit: cœptis non eualuere potiri*
*Fruſtratæ breuitate manus, venit arduus ille*
*Deſuper, oppreſſumq; ingentis mole ruinæ,*
*Condidit*-- Et poſteà,
*Acrior hoc Tydeus, animíſque & pectore ſupra eſt.*
*Nec mora cum vinclis, onerique oppreſſus iniquo*
*Circuit errantem.*-- & ſtatim,
*Improbus horrendum viſu ac mirabile pondus*
*Suſtulit.*---

Et robur quidem ab omnibus athletis, molem autem illam corporis à ſolis luctatoribus & pammachis, ſiue pancratiaſtis (quando ea curſoribus quidem certè ac ſaltatoribus oneri potiùs atque impedimento, gracilitas autem ad agilitatem, leuitatem ac pernicitatem conducibilis adiumento iſtis & emolumento fuit) expeti ſolitum arbitror. Meam coniecturam confirmat prorſus elegantiſsimi Xenophontis [c] auctoritas, hac de re ſubtiliter ac diligenter diſputantis ſub perſona Socratis, vt dolichodromis crurum ſaginatio & craſsities, humerorum autem extenuatio; pyctis contrà ſiue pugilibus, humero-

[c] Sympoſio. col. 512. edit. Steph.



humerorum craſsities, crurum tenuitas curæ fuerit: γελᾶτε ἔφη [ὁ Σωκράτης] ἐπ' ἐμοί, πότερον ἐπὶ τούτῳ εἰ βούλομαι γυμναζόμενος μᾶλλον ὑγιαίνειν ἢ εἰ ἥδιον ἐσθίειν καὶ καθεύδειν ἢ εἰ τοιούτων γυμνασίων ἐπιθυμῶ: μὴ ὥσπερ οἱ δολιχόδρομοι τὰ σκέλη μὲν παχύνονται, τοὺς δὲ ὤμους λεπτύνονται, μηδὲ ὥσπερ οἱ πύκται τοὺς μὲν ὤμους παχύνονται τὰ δὲ σκέλη λεπτύνονται, ἀλλὰ παντὶ διαπονῶν τῷ σώματι πᾶν ἰσόρροπον ποιεῖν: ἢ ἐπ' ἐκείνῳ γελᾶτε ὅτι οὐ δεήσει με συγγυμναστὴν ζητεῖν οὐδ' ἐν ὄχλῳ πρεσβύτην ὄντα ἀποδύεσθαι, &c. Aliam ſanè ac aliam non luctatorum modò & pugilum, ſed curſorum inter ſe, nempe ſtadiodromorum, diaulodromorum, ac dolichodromorum vt ſaginam, ita fricationem & exercitationem olim fuiſſe, ab Arriani Epicteto didici; atque ita extremo Agoniſtico primo [a] expoſui. Verùm hoc ſuperioribus adhuc adiiciam circa molem illam athletarum quam dixi, quod nec ab ipſis luctatoribus & pammachis molem omnimodam quæſitam, & curatam cenſeo: ſed mediocrem & moderatam, quæ ad pulchritudinem in athletis (quemadmodum libro primo [b] demonſtraui) commendatam, hoc eſt, ad optimam habiti & robuſti corporis conſtitutionem faceret. Hoc adeò viſus mihi B. Gregorius [c] apertè ſatis indicare; vbi ſic ſcribit: Mos verò eſſe narrantium ſolet, vt cùm palæſtræ certamen inſinuant, priùs luctantium membra deſcribant; quàm latum validumq; ſit pectus, quàm ſanum, quàm pleni tumeant lacerti, quàm ſubter poſitus venter nec mole grauet, nec extenuatione debilitet: vt cùm priùs aptos certamini artus oſtenderint, tunc demùm magnæ fortitudinis actus narrent. Quia ergo athleta noſter (de Iobo loquitur) contra diabolum fuerat certaturus, quaſi ante arenæ ſpectaculum, ſacræ ſcriptor hiſtoriæ in athleta hoc ſpiritales virtutes enumerans mentis membra deſcribit, dicens: Erat ille vir ſimplex & rectus, &c. Rurſum inter athletici corporis laudes, illa quæ à magnitudine (iuſta vtique, hoc eſt, non vaſta ſed quadrata) ducebatur, præcipua fuit: eóque Laërtij de Menedemo pertinet locus, quem ſuperioris libri extremo cap. 8. attuli, & iſte itidem Arriani Epicteto *: οὐδέθερος οὐχὶ τῷ μεγέθει πεποιθὼς τοῦ σώματος ὥσπερ ἀθλητής. οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι.

[a] cap.31. lib.1.

[b] extremo c.13. & cap.14.

[c] lib.1. expoſitio. moral. in 1. cap. Iob. cap.3. fol.19.

* lib.1.cap.18.in fine.

*Athletarum*

*Athletarum abſtinentia & Xerophagia. Commentatoris Horatiani locus emendatus. Coliphium. Ædificare robur & vires corporis apud Tertullianum, Laërtium & Plutarchum. Chryſoſtomi locus ab interprete aliter acceptus, perperam appoſito Vigiliarum vocabulo. Militum atque athletarum diuerſa vitæ ratio ex Platone ac Plutarcho. Tentata apud Dionem Chryſoſtomum caſtigatio. Vigiliæ Eccleſiaſticæ. Quod monachorum veterum ipſisq́ue anteriorum Eccleſiæ naſcentis initio Chriſtianorum aſcetica ſeu exercitatrix profeſſio ab athletica vitæ ratione circa patientiam & continentiam parum diſcreparit; ex Eccleſiaſtica Euſebij hiſtoria: ex qua nimiam vincti pro Chriſto Alcibiadis, ab Attalo martyre caſtigatam, quæ minor iam ſatis afflicti eſſe debuit, victus abſtinentiam. Clementis Alexandrini locus de athletarum precibus, deq́ue operibus piorum ac libero arbitrio indicatur: qui à gloſſemate ſuſpectus.*

## Cap. III.

Verumtamen ad illam potiùs à ciborum tùm copia, tùm varietate certis vtique temporibus abſtinentiam id D. Chryſoſtomi verbum [a] pertinere, cum clariſsimo Budæo arbitror: quam athletis indictam ex more conſtat. Prandio ſiquidem panem, ſiue coliphium dumtaxat edebant, in cœna verò carnem, vt Galenus [b] refert: magíſque interpretationem iſtam ad mentem atque ſententiã D. Pauli [c] accedere, quando ita ſcripſit, πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. De hac verò abſtinentia Tertullianus eo quem antè indicaui loco [d], vbi de athletis; Et tamen alij quoque Xerophagiis (ait) inualeſcunt. Et quod ait de Xerophagiis, ita ex Horatij vetuſto commẽtatore [e] intelligendum: Athletas qui ad curule certamen (ad curſus ſcriptum malim, quamuis in cæteris quoque gymnicis idem obtinuiſſe arbitrer: nam curulis nomen ad currum potius pertinet) inſtruebantur, non edebant carnes elixas, ſed aſſas igni tantùm. Ante Pythagoram ficis vtebantur athletæ: ſed ille panes ἀζύμοις & aſſas carnes eos comedere docuit quæ κωλίφια vocabantur (atq; hoc quidem cum eo quod è Laërtio de Pythagora ſcripſi ſuprà, connectendum moneo.) Abſtinebant à Venere: & ne fortè per ſomnium noctu ludificarentur laminas plumbeas renibus appendebant. Xerophagias iſtas τῆς ſτερρᾶς τροφῆς τῆς ἀθλητικῆς firmi ac ſolidi cibi nomine, quo cibo athletæ veſci conſueſſent, haud dubiè Lucianus intellexit; quo loco [f], μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶδαι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον ἡ ſτερρὰ σοι τροφὴ

[a] ex comment. ad cap. 2. epiſt. 2. B. Pauli ad Timotheum vnde verba ſuperiùs prolata cap. 1. huius lib.

[b] in comment. 1. ad Hippocr. περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, Aphor. 18.

[c] epiſt. 1. ad Corinthios, cap. 9. verſ. 25.

[d] cap. 10. de munere.

[e] ad illud ex lib. de arte poëtica: Abſtinuit Venere & vino.

[f] Lexiphane ad extremum.



τροφὴ συνήθης ἔστω; quod verbum ea ſignificatione ab ipſo Baſilio vſurpatur de athletis agente illo quem ſtatim indicabimus loco.

Præthereà vt alios eiuſdem Tertulliani, Clementis Alexandrini, & ad Epictetum, Simplicij mittam, ac reliquos (ſi qui ſunt) à Mercuriale [a] doctiſsimo indicatos de athletis ad ſtrictiorem diſciplinam vt robori ædificando vacent (ſicuti Euſtathius illo quem antè attuli loco, cum Tertulliano ad martyres poſt Diogenem Synopenſem [b] adhibitis Plutarchi verbis, ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν [c], exponendum loquitur) ſegregatis quos contineri à luxuria, à cibis lætioribus, à potu iucundiore cogi, cruciari, fatigari tradunt, non alio quàm coronæ ſtudio. Plato [d] ſimplicem & commodam gymnaſticen, & eam maximè quæ in rebus bellicis verſatur collaudans; Homerum ait conuiuia heroum neq; carnibus elixis, neque exquiſitis aliis cibis inſtruere, ſed aſſas carnes tantùm illis exhibere quæ militibus paratu eſſent facillimæ: neq; verò dulcium aut condimentorum vllam mentionem facere; tum ſubiicit de aſcetis, ſiue athletis, hoc ipſum eos noſſe abſtinendum ab iſtis omnibus, ſiquidem futurum eſt vt corpus validius ac robuſtius reddatur; recteque hoc noſſe & conſultò abſtinere: οὐδὲ μὴν ἡδυσμάτων ὡς ἐγᾦμαι ὅμηρος πώποτε ἐμνήσθη. ἢ τοῦτο μὲν καὶ οἱ ἄλλοι ἀσκηταὶ ἴσασιν ὅτι τῷ μέλλοντι σώματι εὖ ἕξειν, ἀφεκτέον τῶν τοιούτων ἁπάντων καὶ ὀρθῶς γ' ἔφη ἴσασί τε καὶ ἀπέχονται. D. ipſe Ioan. Chryſoſtomus ad populum Antiochenum [e], Vides vbique tribulationem laudari (ait) paſsim aſſumi, tanquam nobis neceſſariam. Si enim in externis certaminibus (vbi mallem τὸ ἐν τοῖς ἔξω quod ſcripſerat, vt opinor, Chryſoſtom. ab interprete redditum, Ethnicorum vel Ethnicis pro Externis) abſq; hac (pro quo ſcribendum, niſi fallor, fuit; ob ea quæ ſequuntur, ad quæ iſtud pronomen videtur potius quàm ad Tribulationis præcedens pertinere vocabulum: abſque hoc) nemo coronam capere poteſt, niſi laborib. & ciborum obſeruatione viuendi norma, & vigiliis, & innumeris aliis ſemetipſum corroborauerit: multò magis hic, &c. Vbi quod de Vigiliis ait concoquere non poſſum: qui ſcio, non modò Vigilias non indictas fuiſſe athletis à gymnaſta vel gymnaſiarcho, aut Epiſtata; verùm etiã dormitationem

[a] ad fin. lib. de art. gymn.

[b] de quo Laërtius lib. 6. de vitis Philoſophorũ, fol. 216. ἐρωτηθεὶς διά τι, οἱ ἀθληταὶ ἀναίσθητοί εἰσιν. ἔφη ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνῳκοδόμηνται.

[c] Sic in vſu ſermonis Hebraici, ædificare de ſuſcipiendis & educandis liberis domóque, id eſt, familia dici notatũ ab elegãtiſ. Druſio Miſcellan. cẽtur. 1. cap. 84. eadem metaphora vſus non ad corpus, ſed ad animũ id verbi D. Paulus tranſtulerat epiſt. 1. ad Theſſalon. cap. 5. verſ. 11. vbi διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους (inquit) καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα καθὼς καὶ ποιεῖτε. fol. 225. vbi de vocis exercitatione ſanitati cõferente ac robori, οὐ μόνον πρὸς ὑγιείαν (inquit) ἀλλὰ καὶ πρὸς ἰσχὺν οὐ παλαιστικὴν οὐδὲ σαρκοῦσαν καὶ πυκνοῦσαν τὰ ἐκτὸς ὥσπερ οἰκοδομουμένου, ἀλλὰ τοῖς ζωτικωτάτοις καὶ κυριωτάτοις μέρεσι ῥώμην ἐνδιάθετον καὶ τόνον ἀληθινὸν ἐμποιοῦσαν.

[d] li. 3. de Repub. fol. 404.

[e] homil. 66. ſub initiũ in col. 366.

in ipſis nimium ſomnolẽtis (vt auctore Platone ſuperiùs docui) notatam: quam legumina, caſei, cæteraq; id genus excitarent, quibus in victus ratione vtendi mos ipſis fuit: τοῦ παρὰ φύσιν ἐμπίπλασθαί τε καὶ κοιμᾶσθαι, ſicuti Galenus [a] alicubi ſcribit; hoc addens inſuper carpendæ illorũ dormitationi, καὶ μὴν ἐγρήγορσις μᾶλλον καὶ φροντὶς οὐκ ἀμαθὴς ἢ ὕπνος ὀξεῖαν τὸν νοῦν ἀπεργάζονται. Et poſteà vbi quotidianam athleticæ vitæ rationem ſigillatim explicat; non vigiliarum, ſed dormitationis & poſt labores exercitatorios, aut exercitationes laborioſas, oſcitationis, & quietis, ac ſomni mentionem facit: ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ἀποπάτοις εἰκὸς ἐν οἷς διημέρευον ἀγχίνοιαν φύεσθαι καὶ μὴν παρὰ ταῦτα οὐδὲν ἄλλο πρότερον ἔπραττον· ὅλον γὰρ ἑωρῶμεν αὐτῶν τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ συστρεφόμενον ἢ ἐσθιόντων ἢ πινόντων ἢ κοιμωμένων, ἢ ἀποπατούντων ἢ κυλινδουμένων ἐν κόνει τε καὶ πηλῷ.

*[a] ad Thraſybulũ πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν. f. 279. lin. 58. & fol. 998. lin. 8.*

Qua re imprimis militarem viuendi rationem ab athletica diſtare Plutarchus Philopœmene [b] tradit: quando athletæ, multo ſomno, perpetua ſaturitate, ſtatis motionibus, & quiete augerent ac tuerentur habitum ſuum, qui ex quolibet momento & exceſſu conſuetudinis eſſet ad conuerſionem lubricus; quapropter ipſis διάθεσιν potiùs quàm ἕξιν conuenire Hippocrates exiſtimabat, vt ſuprà [c] monui: Milites autem omnem debeant variationem callere & inæqualitatem; maximè verò aſſuefacti eſſe, vt facilè ediã tolerent, facilè etiam vigilias. Sic enim Græca ſe habẽt, τῶν δὲ φαρμάκων ὅπερ ἦν ἀθλητικὸν στρατιωτικοῦ σῶμα καὶ βίον διαφέρειν τοῖς πᾶσι, μάλιστα δὲ δίαιταν ἑτέραν καὶ ἄσκησιν εἶναι. τῶν μὲν ὕπνῳ τε πολλῷ καὶ πλησμοναῖς ἐνδελεχέσι καὶ κινήσεσι τεταγμέναις καὶ ἡσυχίαις αὐξόντων τε καὶ διαφυλαττόντων τὴν ἕξιν ὑπὸ πάσης ῥοπῆς καὶ παρεκβάσεως τοῦ συνήθους ἀκροσφαλῆ πρὸς μεταβολὴν οὖσαν· τοῖς δὲ πάσης μὲν πλάνης ἐμπειρία καὶ πάσης ἀνωμαλίας προσῆκον εἶναι, μάλιστα δὲ φέρειν ῥᾳδίως μὲν ἔνδειαν εἰθισμένα, ῥᾳδίως δὲ ἀγρυπνίαν.

*[b] ſub initium in fol. 654.*

*[c] hoc ipſo lib. ad finem c. 1. à Gale.*

Quæ omnia è Platonis quẽ anteà citaui tertio de Repub. libro deſumpta monęo: nam vbi de athletis ea protulit quæ ſuperiùs, propoſui, vitam edormientibus ſuam: ſubiicit ſtatim de militibus quos ipſe militares athletas vocat; κομψοτέρας δέ τινος (ἦν δ' ἐγώ) ἀσκήσεως δεῖ τοῖς πολεμικοῖς ἀθληταῖς, οὕς γε ὥσπερ κύνας ἀγρύπνους τε ἀνάγκη εἶναι καὶ ὅτι μάλιστα ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ πολλὰς μεταβολὰς ἐν ταῖς στρατείαις μεταβάλλοντας ὑδάτων τε καὶ

τε καὶ



τε καὶ τῶν ἄλλων σίτων καὶ εἱλήσεων καὶ χειμώνων μὴ ἀκροσφαλεῖς εἶναι πρὸς ὑγίειαν. Eóque ſpectaſſe Thebanum illum Epaminõdam ſentio; cùm ad ſuos ciues aduerſus Meneclidis obtrectationes (Æmilio Probo ita narrante) diceret; qui pace (quæ bello pareretur) diutina frui vellent, bellò exercitatos eſſe debere: Quare ſi principes Græciæ eſſe vellent, caſtris eſſe vtendum ipſis non palæſtra. Quin & ipſum Herculem hac re imprimis diſsimilem athletis fuiſſe, quòd orbem totum vigilicius [a], atque gracilis macérve (ſic enim cum vetuſto, Græcolatino Lexico [b], hîc quidem malo τὸ λεπτὸς, quàm vt exilis tenuíſve diceretur Hercules, interpretari) leonũ more luſtrauerit, cùm è contrario athletæ obeſi carnib. ſaturarentur, & longo poſt crapulam ſomno vterentur, ab altero Chryſoſtomo Dione [c] in hæc verba traditum recordor: πλὴν ὅγε Ἡρακλῆς περιῄει τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν ἅπασαν οὐδὲν ὢν τούτοις ὅμοιος τοῖς ἀθληταῖς· ποῦ γὰρ ἂν ἠδυνήθη προσελθεῖν σάρκας τοσαύτας ἔχων ἢ τοσούτων κρεῶν δεόμενος (forſitan, γεμόμενος, aut δειπνούμενος, niſi quod ſuppleri poteſt πρὸς τὸ γέμειν, quo verbo de athletis agens idem auctor alibi [d] vtitur) ἢ βαθὺν οὕτως ὕπνον καθεύδων ἀλλὰ ἄγρυπνος καὶ λεπτὸς ὥσπερ οἱ λέοντες ὀξὺ βλέπων, ὀξὺ ἀκούων, & reliqua: & Galenus [e] ipſe vbi dixit athletas cœnæ vorationem ſuæ, ad mediam vſque noctem extendere ſolitos, adiicit de ſomno intẽpeſtiuo; qualem à Seneca in Epiſtolis notatum in iis quos lucifugas vocat memini) vt athleticam vitam huiuſmodi ſaginæ ſuillæ quadamtenus comparet, iſta quæ ſequuntur; ἀνάλογον τοίνυν τούτοις, καὶ ἡ τῶν ὕπνων αὐτοῖς ἔχει συμμετρία. ἡνίκα γὰρ οἱ κατὰ φύσιν βιοῦντες ἀπὸ τῶν ἔργων ἔχουσι ἐδεσμάτων δεόμενοι τηνικαῦθ' οὗτοι διανίστανται τῶν ὕπνων ὥστε ἐοικέναι τὸν βίον αὐτῶν ὑῶν διαγωγῇ, & cętera, quæ inferiùs adferam ſuo loco [f].

*[a] vetus & probum (vt puto) vocabulum, quo redditũ τὸ ἄγρυπνος reperi aliud cogitans in GræcoLatino veteri Lexico quod Henric. Stephanus edidit. f. 365.*

*[b] col. 527.*

*[c] in Diogene ἢ περὶ ἀρετῆς. fol. 94. pag. 2.*

*[d] in Diogene ſiue Iſthmico fol. 95. pag. 2. πρὸς τὸ πλῆ τῶν κρεῶν γέμοντα.*

*[e] προτρ. ἐπὶ τὰς τέχνας. fo. 4. lin. 154. ex qua verba ſuperiùs poſui.*

*[f] vbi de ſeruis ad agones non admiſſis.*

Ac auſim equidem affirmare tametſi athletam dormientem perdere victoriam B. Hieronymus [g] alicubi pronunciauerit (quod nimirum eò pertinet; vt exercitationem athletę bono, qui præmium victoriæ ſit ablaturus, neceſſariam eſſe doceat) nihilominus in eo quem ad huius capitis initium protulimus loco [h] ſcripſiſſe D. illum alterum Chryſoſtomũ νηστείαις non ἀγρυπνίαις; quæ duo tamen ſimul coniuncta quodam B. Pauli epiſtolæ ſecundæ ad Corinthios loco [i] videas licet, non Vigiliis inquam: ſed Ieiuniis, quæ ſub appellatione ciborum ob-

*[g] in comment. in Pſal. 107. Paratũ cor meũ, ad illud: Et non exibis Deus in virtutibus noſtris.*

*[h] ex homil. 66. ad pop. Antioch.*

*[i] epiſt. 2. cap. 6. verſ. 6. vbi de ijs quæ pertulit propter Chriſtũ diſſerit.*

 ſeruatio

ſeruationis minimè poſsis comprehenſa dicere; Vigiliarum autem nomine interpres ( vt reor [a] ) ideò ſignificari & exprimi non ineptè à ſe poſſe duxit, ob receptum ſcilicet in Eccleſia Romana morem, vigiliarum, aut peruigiliorum nocturnorum loco (quæ naſcentis eccleſiæ temporibus crebrò vſurpabantur ad memorias martyrum) ſubſtituendi ieiunia : quæ ipſa nihilominus hodie vulgò Vigiliæ, ſpectata ſcilicet origine dicuntur; ſicut ex aqua horaria, ſolaria Cenſorinus [b] ait à conſuetudine noſcendi à ſole horas & ipſa eſſe nominata. Vigiliis quidem hoc eſt inſomniis adeò non roboratur corpus, vt ſi vlla re alia, imprimis hac debilitari conſtet, ac minui.

*[a] diem quo ieiunamus à vetuſta peruigilatione hodie ſublata Vigilium dici à Speculatore lib. 6. Rational. diuin. offi. rub. de aliis ieiuniis adnotatum à Couarruuia lib. 4. variar. reſp. cap. 21. nu 8. in quem locũ incidi poſteaquàm iſto ea quæ vides mandarã literis. De Vigiliis ad feſta quæ hodie ſublatæ ſint, maximè poſt Elibertinum Concil. can. 35. Videſis apud eũdem Couarru. è variis auctorib. eiuſdem lib. cap. 19. num. 10.*

*[b] ex quo ad impreſſi vetuſti fidem caſtigato, id pridẽ docui cap. 25. & vlt. lib. 2. Semeſtr.*

Alioqui non negarim, quoniam à B. Hieronymo in ſupra dicto loco egregiè admonemur; quando laboramus tunc adiuuare nos Deũ, adeò vt ſi non voluerimus & cucurrerimus, Deus nobis nihil ſit profuturus; Noſtrum enim eſſe, velle, & currere, & poſtea Deus miſeretur: Athletam itaque dormientem perdere victoriam, ſi qua vlla exercitatione monachos in perfectæ vitæ ſtadio decurrentes B. Ioan. Baptiſtæ imitatores (de quorum patientia plus quàm athletica cęteríſque virtutibus cap. 6. ad finem agere certum eſt) vigiliis potiſsimùm, cum omni ſobrietate ſiue tenuitate victus ac veſtitus vilitate coniunctis, accendi atque permoueri. Ea propter Iſidorus Peluſiota qui ad Nilum ſcripſerat [c] ſic ferè; εἰ τοίνυν τὰ βρώματα καὶ ἐσθήματα τῆς κατὰ θεὸν τελείας ἀσκήσεως ἐν Ἰωάννῃ τῷ βαπτιστῇ ἐπαιδεύθημεν, δεῖξαι μὲν οἷόν τε πρὸς σκέπην ἀρκεσθησόμεθα, ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν καὶ δύναμιν καὶ ἀπέειρον: Abrahamum, vt vigilet, exhortatur alia quadam eiuſdem libri epiſtola [d] : in hæc omnino verba quæ ſubiiciam, χαῖρε παρ' ἡμῶν Ἀβραάμιε καὶ νῆφε γρηγορῶν εἰς τὸν πόλεμον· πόλεμον γὰρ καὶ νόμιζε καὶ πίστευε· τὸ στάδιον τῆς ἀσκήσεως χαλεπώτερον τῶν αἰσθητῶν ξιφῶν τοῖς νοητοῖς κυκλούμενον βέλεσιν. Quibus haud dubiè verbis ad iſtud B. Pauli ad Epheſios [e] ſcribentis aſpexit; vbi eos ad pugnam fortiter aduerſus principatus poteſtates tenebrarum harum, & ſpiritualia nequitiæ ſuſcipiendam exhortatus eſt Apoſtolus: καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ. διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων

*[c] epiſt. 5. lib. 1.*

*[d] epiſt. 308. lib. 1. fol. 109.*

*[e] cap. 6. & vlt. verſ. 17. & 18.*

Iuxta



Iuxta cuius præceptum Chriſtianos primicerios ( quorum imitatores vetuſti fuêre monachi) ſe ita ad patientiam laborum, ieiuniorum, vigiliarum, pernoctationum in Eccleſia, inſomniæ inediæq; per dies plurimos; à vino certè carnibuſq; ac plerumque ab oleo abſtinentiam comparaſſe; atq; ita exercuiſſe ſe viros fœmináſque, vt in orationibus ad Deum fuſis ſacrarum etiam literarum interpretationibus diuiniſq; inter hymnos laudibus, ſimul quò conuenerant vbi perdurarent; modici panis ſalibus & hyſſopo miſti eſu, & aquę potu atque chameuniis quod ſuſtinendo corpori ſufficeret interim vterentur (id quod ſuis etiam temporibus ſub feſtum Dominicę paſsionis à pleriſq; vſurpatum Chriſtianis refert) ipſe in hæc verba Euſebius Pamphili, Cæſarienſis Epiſcopus aduocatis aliquot Philonis Iudæi teſtimoniis (quæ tamen ad Eſſenos Iudæos potiùs Philo vtique Iudæus, quàm ad Chriſtianos primores, ὡς εἰκός, retulerat) pleniùs in Eccleſiaſtica hiſtoria [a] enarrauit; vnde pauca hæc, ad rem quæ facere videbantur, expreſsimus: τί δεῖ τούτοις ἐπιλέγειν τὰς ἐπὶ ταυτὸν συνόδους καὶ τὰς ἰδίᾳ μὲν ἀνδρῶν, ἰδίᾳ δὲ γυναικῶν ἐν ταὐτῷ διατριβάς, καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις; ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτὴν ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων ἐκτελεῖν εἰώθαμεν, &c. καὶ μάλιστα τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας, καὶ τὰς ἐν ταύταις ἀσκήσεις, τούς τε λέγεσθαι εἰωθότας πρὸς ἡμῶν ὕμνους, &c. ὅπως τε κατὰ τὰς δεδηλωμένας ἡμέρας ἐπὶ στιβάδων χαμευνοῦντες, οἴνου μὲν τὸ παράπαν, &c. οὐκ ἀπογεύονται. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐναίμων τινός. ὕδωρ δὲ μόνον αὐτοῖς ἐστὶ τὸ ποτὸν καὶ προσόψημα μετ' ἄρτου ἅλες καὶ ὕσσωπον. Suidas [b] ipſe ab Euagrio monachorũ eremitarum vitam integram celebrat, de ieiuniis continuis atque abſtinentia à vino, ab oleo, ab animatis, deq; colloquiorum raritate ac breuitate; egregio denique in mendicos mancipatóſve carceribus ſtudio atque charitate ( quas omnes virtutes imitatione Paulus Eremita conſectatur) ſic admodum ſcribens: τοιοῦτος γέγονεν οἵους ὁ Εὐάγριός φησι τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ διατρίβειν μοναχούς. πάντα γὰρ ἐκείνους μιμούμενος διετέλει τὴν συνεχῆ νηστείαν τὸ ὀλίγα φθέγγεσθαι τὴν ἀποχὴν, τῶν ἐμψύχων. τὰ πολλὰ δὲ καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου ἀπείχετο. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπὶ τοὺς πτωχοὺς σπουδαῖος εἰ καί τις ἄλλος ἐγένετο, τοὺς ἐν φυλακαῖς ἀόκνως ἐπεσκέπτετο. Ex quibus addiſcitur;

*[a] lib. 2. Eccleſ. hiſt. cap. 17. quo nixus potiſſimũ loco B. Hieronymus Philonem inter Eccleſiaſticos ſcriptores retulit.*

*[b] in Paulo.*



ſcitur;

ſcitur; qui beatæ illius vitæ ac æternæ quietis metam contingere ſtuderent Chriſtiani; eos multa ferre, facere in hoc iſtius ſecularis vitæ ſtadio, ſudare, Venere ac vino abſtinere ſolitos: quemadmodum ſermonibus proximis admodum tribus, adhibito Flacci Horatij carmine curſores olim aliosq; athletas ethnicos facere oportuiſſe, vt agonibus gymnicis vincerent, manifeſtè comprobabitur. Nec tamen abſtinentiam in victu nimiam, quę à vinctis Chriſti athletis vſurparetur, à Domino probatam; ex reuelatione Attalo martyri facta de Alcibiade (qui adſtricta illa diæta vteretur, vt in carcere, panem dũtaxat & aquam ſumeret, cætera repudiaret) intelligimus: quam Euſebij eiuſdẽ hiſtoria [a] his omnino verbis alio loco ſufficit: Ἀλκιβιάδης γάρ τις ἐξ αὐτῶν πάνυ αὐχμηρὸς βιοῦντος καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος ἀλλ' ἢ ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλῳ μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα, ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη, ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος. πεισθεὶς δὲ ὁ ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ εὐχαρίστει τῷ Θεῷ· οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι χάριτος Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς. Optimus namque in hac, vt cæteris

*Eſt modus in rebus: ſunt certi denique fines*
*Quos vltrà citraq; nequit conſiſtere rectum;*

quemadmodum Venuſinus poëta cecinit: & qui ſatis ipſo ſitu & ſqualore carceris affligebatur, non debuit tanta ſe non ieiunij dicam caſtigatione, ſed aliqua ſaltẽ neceſſarij prorſus ad vitam cibi abſtinentia macerare; atque ita martyrio pro Chriſtiani nominis confeſſione ſubeũdo minus fortaſſe idoneum reddere; aliisq; ſcandali atque offenſionis occaſionem, velut ſi Dei creaturas vſui hominum paratas auerſaretur, intereà offerre: ſiſtere namque ac exhibere corpora noſtra Domino debemus, hoſtiam viuentem & rationale ſiue rationabile obſequium noſtrum iuxta præceptum Apoſtoli ad Romanos *, quo loco, παρακαλῶ (ait, &c.) παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν εὐάρεστον τῷ Θεῷ τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. quod poſtremum tametſi Chryſoſtomus ita explicauit, vt cultus iſte noſter nihil corporale, craſſum, ſenſile habere: ſed potiùs omni virtutum bonorumq; operum genere

[a] *lib. 5. Eccleſ. hiſt. cap. 3. fo. 48. Græci exẽplaris vbi nulla ſalis mentio, quæ in Ruffini Latina interpretatione tamen extat, fo. 109. & apud D. Ioann. Chryſoſt. tomo 5. eius operum in ſermone: Quod diſpẽſatio rer. tuar. per teipſum exequ. eſt & de laudib. inſtitutiſque monach. colum. 819. Diſcumbunt pane dumtaxat plerique cõtenti & ſale, alij oleo his adiecto, & qui infirmiores fuerint oleribus & leguminibus veſcuntur. Diuinis intereà laudibus haud intermiſſis cũ paululum conſederint, ſingulis ſtoreis & humi cubãt ad quietem ſolùm, nõ ad delicias paratis.*

* *cap. 12. in prin.*



nere ſpiritualiter cumulatus eſſe debeat: Photius autem ita, vt ſit ex pietatis, & veræ in Chriſtum fidei ratione, puræque adeò & ſanctæ vitæ, rationem religionis ac fidem adiungi, eáſque inuicem congruere oporteat: attamen minimè improbabilis hæc quoque interpretatio futura eſt, ſi de externo, ſiue ieiuniorum, ſiue alio quolibet erga Deum obſequio; vtique moderato, & quod imbecillitatis humanæ conditio, ipſáque ratio admittat, accipias: vt nemo ſit qui ſupra humanas vires, aut cum certo præſentis vitæ periculo id præſtare, ne voti quidem exſoluendi gratia, teneatur: niſi quà ipſo Domini verbo diſertè comprehenſum atque prę ſcriptum fuerit. Veriſsimè profectò & ſanctiſsimè dictum alicubi à B. Athanaſio & in Antonij Collectaneis * relatum; ὅτι καλὸν ἡ ἄσκησις μετὰ συμμετρίας καὶ γνώσεως ἀληθοῦς: honeſtam eſſe rem exercitationem cum moderatione & cognitione vera. Et nihilominus conſtat hoc quidem (quod ad Eccleſiaſtici dogmatis de libero arbitrio atque operum commendatione omninò pertinet, aduerſus neotericos gnoſticos) cùm ideò mentem à Deo acceperimus, vt ſciamus quæ facimus, & quamobrem procreati ſumus; vt ipſius nimirum præceptis pareamus, ſi hoc elegerimus vt ſalui eſſe velimus: allaborandum nobis eſſe, vt neq; dormiendum, ſed vigilandum, ſed ieiunandum & alia multa facienda patienda, quæ iubet Dominus; vt de ſalute noſtra ſatagentes atque ſolliciti, ab optimo & præſtantiſsimo medico ſanitatem mentis, ab Agonotheta & munerario æquiſsimo, nempe à Deo Opt. Max. & ab ipſius vnigenito filio Domino noſtro, veluti brabeuta & aleipta quopiam, æternæ vitæ præmium conſequi poſsimus; iuxta ea quæ à B. Hieronymo ſuperiùs retuli: quibus hoc poſsis etiam addere, quod apud Clementem Alexandrinum [a] in eam ſententiam, ſic ferè ſcriptum memoria repeto: οὗτός ἐστιν οὗτος ὁ ἀθλητὴς ἀληθῶς, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ τῷ καλῷ κόσμῳ τὴν ἀληθινὴν νίκην κατὰ πάντων στεφανούμενος τῶν παθῶν. ὅτε γὰρ ἀγωνοθέτης ὁ παντοκράτωρ θεός. ὅτε βραβευτὴς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, θεαταὶ δὲ ἄγγελοι καὶ θεοί. καὶ τὸ παγκράτιον τὸ πάμμαχον (vbi horum nominum, quibus idem artificium ſignificari lib. 1. ad extremum 30. cap. oſtendimus; alterutrum atque illud potiùs quàm iſtud, quod minùs tritum cùm foret, ideò explicatione opus

* *apud Ioannem Stobæum ſer. 14. περὶ μοναχῶν χρηστῶν ἢ ὑγιεμένων ἀγαθῶν, fol. 54.*

[a] *lib. 7. Stromat. fol. 301. & 309. libri à Commelino editi anno 1592.*

opus habuerit, ab ipſo autem Clemente in ſecundo Pædagogi [a] vſurpatum, à gloſſemate ſcoliaſtis irrepſiſſe in contextum cenſeo) οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, &c. ἀπαραλόγιστος γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ ψῆφος εἰς τὸ δικαιότατον κρίμα. κέκληται μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ἀγώνισμα τὸ θέατρον. παγκρατιάζουσι δὲ εἰς τὸ στάδιον οἱ ἀθληταί· καὶ δὴ ἐκ τούτων περιγίνεται ὁ πειθήνιος τῷ ἀλείπτῃ γενόμενος· πᾶσι γὰρ πάντα ἴσα κεῖται παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ ἔστιν αὐτὸς ἀμεμφής. ἐλεεῖται δὲ ὁ δυνάμενος καὶ ὁ βουληθεὶς ἴσχυσε. ταύτῃ καὶ τὸν νοῦν εἰλήφαμεν ἵνα εἰδῶμεν ὃ ποιοῦμεν καὶ τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐνταῦθα εἰδέναι ἐφ' ᾧ γεγόναμεν: γεγόναμεν δὲ εἶναι πειθήνιοι ταῖς ἐντολαῖς εἰ τὸ βούλεσθαι σώζεσθαι ἑλοίμεθα, & quæ ſequuntur; itémque aliquantò pòſt: ὡς δὲ ὁ ἰατρὸς ὑγείαν παρέχεται τοῖς συνεργοῦσι πρὸς ὑγείαν, οὕτως καὶ ὁ θεὸς τὴν ἀΐδιον σωτηρίαν τοῖς συνεργοῦσι πρὸς γνῶσίν τε καὶ εὐπραγίαν, συνῷ δὲ τῷ ποιεῖν ὄντων ἐφ' ἡμῖν ἃ προστάττουσιν αἱ ἐντολαί, καὶ ἡ ἐπαγγελία τελειοῦται. Et adiicit ſtatim ſimilitudinem ab athleta quopiam è veteribus non ignobili deductam; qui poſtquàm diu multúmque corpus ad robur atque fortitudinem exercuiſſet, ac decertaturus deceſsiſſet, Olympiam ad ſignum Iouis Olympici obuerſis oculis ita preces cõcepiſſe fertur: Si omnia ita vti oportuit, ô Iupiter, comparaui ad agonem iſtum ſubeundũ commoda, tribue mihi pro tua æquitate victoriam: ex qua id concludit, ei qui pro ſua virili parte ac ex animi ſcientia innocenter vixerit, omniáque impleuerit ad diſciplinam & exercitationem, vt per bona opera Deo placeret; fieri aliter non poſſe quin omnia ipſi prorſus & abſolutè ad ſalutem conferant: καί μοι δοκεῖ κἀκεῖνο καλῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησι λέγεσθαι. ἀθλητής τις οὐκ ἀγεννὴς ἐν τοῖς πάλαι πολλῷ τῷ χρόνῳ τὸ σωμάτιον εὖ μάλα πρὸς ἀνδρείαν ἀσκήσας, εἰς Ὀλύμπι' ἀναβάς, εἰς τοῦ Πισαίου Διὸς τὸ ἄγαλμα ἀποβλέψας: Εἰ πάντα, εἶπεν, ὦ Ζεῦ, δεόντως μοι τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα παρεσκεύασαι, ἀπόδος, φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. ὧδε γὰρ καὶ τῷ γνωστικῷ ἀνεπιλήπτως καὶ εὐσυνειδήτως τὰ παρ' ἑαυτὸν πάντα ἐκπεπληρωκότι εἴς τε τὴν μάθησιν εἴς τε τὴν συνάσκησιν εἴς τε τὴν εὐποιΐαν καὶ εἰς τὴν εὐαρέστησιν τῷ θεῷ τὸ πᾶν συναιρεῖται πρὸς τὴν τελειότητα τὴν σωτηρίαν.

[a] *cap. 8. fol. 77. vnde verba protuli ſuperiore lib. cap. 22.*

*D. Baſilij locus de Ieiunio à re athletica. Eiuſdem locus alter de palæſtricis circa caſtitatem athletarum legibus: & item Paulini vnus de caſtitate athletica: qui leuiter emendatus. Sponſorum coronæ, itemq́; amantium, in margine. Alij nonnulli de athletica continentia loci: à qua Icchus & Eubata commendati ab Aeliano, cuius verba in tranſitu notantur. Maxia ſui copiam duobus Olympionicis vna nocte quòd feciſſet, qui excuſauerit. Aleiptę athletas vt curarent. De Amœbei citharœdi Diogenis tragœdiarum actoris & Clitomachi pancratiaſtæ auerſo ab omni Veneris vſu animo. Aſtyli & Criſonis athletarum continentia. De Ariſtotele athleta, eadem omnia circa ſpretam ab ipſo Laïdis conſuetudinem narrari à Clemente Alexand. quæ de Eubata Aelianus memorauerit.*



## Cap. IIII.

SANE' diuus etiam Baſilius [a] ab athletarum conſuetudine Ieiunium commendat, velut ab ipſis vtiliter vſurpatum; vbi, νηστεία προφήτας γεννᾷ, δυνατοὺς ῥώννυσι, νηστεία νομοθέτας σοφίζει, ψυχῆς ἀγαθὸν φυλακτήριον, σώματι σύνοικος ἀσφαλής, ὅπλον ἀριστεύουσιν, ἀθληταῖς γυμνάσιον· τοῦτο πειρασμοὺς ἀποκρούεται, τοῦτο ἀλείφει πρὸς εὐσέβειαν, &c. Ieiunium eſſe athletis exercitationẽ ſignificans: & eleganter poſteà de Chriſti Domini ieiunio ſic loquitur, vt omnia gymnaſtica vocabula vſurpet; ὁ κύριος ἡμῶν νηστείᾳ τὴν σάρκα ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβεν ὀχυρώσας, οὕτως ἐν αὐτῇ τοῦ διαβόλου τὰς προσβολὰς ὑπεδέξατο, ἡμᾶς τε παιδεύων νηστείαις ἀλείφειν καὶ παιδοτρίβειν ἑαυτοὺς πρὸς τοὺς ἐν πειρασμοῖς ἀγῶνας, καὶ τῷ ἀντιπάλῳ διὰ τῆς ἐνδείας οἷον λαβὴν ἐνδιδούς. Et ſub finem eiuſdem ſermonis, ὁ δὲ ἀγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὴν περίοδον τοῦ χρόνου κύριος παράσχοι ἡμῖν οἷον ἀγωνισταῖς εἰς τοὺς προαγῶνας (nota hoc nominis de quo inferius [b] dicturi ſumus) τούτοις τὸ στεῤῥὸν καὶ εὔτονον τῆς καρτερίας ἐπιδεξαμένοις φθάσαι καὶ ἐπὶ τὴν κυρίαν τῶν στεφάνων ἡμέραν, &c. De palæſtricis caſtitatis atque continentiæ ab athletis obſeruandæ legibus adeò ſeueris illis atque aſperis, vt eorum qui poſt certamen ad coronam cæteráque præmia aſpirarent, oculos etiam ipſos longè à ſpectandis puellarum formis; nedum à fœminarũ conſuetudine corpus animúmque athletarum abeſſe præciperet: idem ipſe D. Baſilius alio loco [c] in hæc omnino verba ſcribit; quæ non tam ex more meo, quàm pro ſuo merito & ſermonis noſtri huius illuſtratione locum in iſtum conferam. Etenim vbi de incontinentia & voluptate Venerea, quæ corpus effretum tradit ſenectuti (vt inquit Cicero [d]) ἀδρανέστερος γὰρ αἰσθάνεται γεγενημένος τοῦ σώματος (ait) καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων ἐργασίαν νωθρὸς καὶ παντάπασιν ἀσθενής· τοῦτο δὴ ἄρα τοῖς παιδοτρίβαις κατανοήσασιν σωφροσύνης ἐν ταῖς παλαίστραις γέγραπται νόμος.

[a] *1. homil. de ieiunio.*

[b] *cap. 7. 11. & 13. huius libri.*

[c] *ſub initiũ orationis περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς. fo. 221.*

[d] *in de Senectute.*

μένος, ἄσυλα παρὰ τῶν ἡδονῶν τοῖς νεανίσκοις φυλάττων τὰ σώματα, καὶ οὐκ ἐπιτρέπων ἀγωνιζομένοις αὐτοῖς οὐδὲ ὅσον προσβλέψαι ταῖς λαμπούσαις μορφαῖς, εἴγε ἐθέλοιεν στεφανωθῆναι τὴν κεφαλήν. ὡς τὸ ἀκρασίας γέλωτα αὔξοντος ἐν τῷ παλαίειν οὐ στέφανον. Tum verò ſanctus Paulinus [a] ad Seuerum. Confirmemus animam caſtitate, quam Apoſtolus docet: quam etiam carnales athletæ diligenter tuentur, quò, (ſic malo pro Quod) nobis impenſiore ſtudio ſeruanda eſt, pro immarceſsibili corona illa luctantibus, cùm etiam pro temporali & fragili corona decernentibus excolatur. Optimè Paulinus de caſtitate ab athletis obſeruata: propter quam nouos ſponſos tanquã fortiſsimos atque inuictiſsimos vtpote continentes, ac peritos artis gymnaſticæ athletas, die nuptiarum, olim etiam coronatos; qui ſcilicet caſtitatis, roborisq́; animi ſpecimen, atque documentum in palæſtra, ſiue gymnaſio paternæ domus de ſe dediſſent; ab illo ipſo Chryſoſtomo [b] ſcitè ſcriptum legimus in hęc verba: διὰ τοῦτο στέφανοι (ait ille) τῶν κεφαλαῖς ἐπιτίθενται, σύμβολον τῆς νίκης: ὅτι ἀήττητοι γενόμενοι οὕτω προσέρχονται τῇ εὐνῇ, ὅτι μὴ κατηγωνίσθησαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. εἰ δὲ ἁλοὺς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς πόρναις ἑαυτὸν ἐκδῷ, τίνος ἕνεκεν λοιπὸν στέφανον ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἡττημένος. Et poſteà, οὕτω γὰρ δεῖ ἐκ τῆς πατρικῆς οἰκίας ἐξιέναι πρὸς γάμον, καθάπερ ἀθλητὴν ἐκ παλαίστρας πᾶσαν δι' ἀκριβείας ἔχουσαν ἐπιστήμην. Petrus denique Chryſologus [c] eundẽ D. Pauli locum explicans, In agone iſto terreno (ait) qui vincere volunt abſtinent ſe à cibis quibuſdam, à potu nimio, abſtinent ab omni immunditia, ſub tanta caſtitate, vt etiã propria coniugia non requirant: nec aliter ſe vincere poſſe ſperent, niſi corpus ſuum caſtum, pudicúmque ſeruauerint: & poſt tãtum laborem, quid aliud quàm paruam, & corruptibilem, & vilem quidẽ coronam accipiunt? Ideò D. Ephrem [d] Ediſſenus diaconus virginitatem, aut caſtitatẽ corporis, mentiſq́; vt ſuadeat, ab athletis ſimilitudinẽ ducit, ſic ferè: Fac ſis continens animo, vigil ſpiritu, abſtinẽs corpore, continens habitu, continens ſpiritu, abſtinens cibo, abſtinẽs riſu: cogitationum quoq; continentiam ſeruans, vt per omnia veluti perfectus athleta innoteſcas: at de luctamine ſpirituali [e]. Continentiam habeto (inquit) in habitu, continentiam habeto in cibo, continentiam habeto in lingua, abſtinentiam in aſpectu, in cogitatu, in riſu, vt

*[a] Epiſt. 2.*

*[b] in commentar. in Epiſt. 1. B. Pauli ad Timo. c. 2. ſer. 8 fol. 19. pag. 2, qui non ignorabat ex paganico ritu coronatos inceſſiſſe olim amatores quoſlibet tãquam vinculis quibuſdã impeditos & illorũ quos amarent valuas itidẽ coronare ſolitos. Qua de re apud Athenæũ lib. 15. Deipnoſoph. ſub initium plurima videas licet.*

*[c] ſermo. 119.*

*[d] in ſerm. de virginit. f. 188 pag. 2.*

*[e] cap. 2.*



vt athleta pietatis perfectiſsimus in omnib. demõſtreris. Diogenes apud Stobæum [a] δεινὸν ἔλεγχον εἶναι εἰ οἱ μὲν ἀθληταὶ, καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ γαστρὸς καὶ ἡδονῶν κρατοῦσιν. οἱ μὲν τῆς φωνῆς χάριν, οἱ δὲ τοῦ σώματος. σωφροσύνης δὲ ἕνεκα οὐδεὶς τούτων καταφρονήσει. Euſtath. apud Homerum [b], τοῖς γὰρ πολεμοῦσιν οὐ τοιούτων [τῶν ἀφροδισίων δῆλον] ἀλλ' εὐτονίας χρεία φασὶ καὶ πνεύματος, ὡς καὶ τοῖς γυμναζομένοις. Et adiicit, quod huc propriè pertinet, διὸ καὶ οἱ ἀθληταὶ τὸν τοῦ ἀθλεῖν πάντα καιρὸν οὐκ ἀφίεντο πλησιάζειν γυναιξί: ſignificans toto certaminis gymnici tempore coniugalẽ congreſſum athletis fuiſſe prohibitum. Ab omni ingluuie, viniq́; ac Veneris intẽperantia multò magis, per totum certaminis tempus abſtinuiſſe athletas, vt ſolis exercitationibus agoniſticis occuparẽtur; omnium optimè ac diſertiſsimè D. Io. Chryſoſt. [c] ad verba illa B. Pauli, πάντα ἐγκρατεύεται, oſtẽdit; ſic ferè, τί ἐστι πάντα (inquit) οὐχὶ τοῦ δὲ μὲν ἀπέχεται ἐν ἑτέρῳ δὲ διαμαρτάνει, ἀλλὰ καὶ γαστριμαργίας καὶ λαγνείας, καὶ μέθης, καὶ πάντων ἁπλῶς κρατεῖ τῶν παθῶν. τοῦτο γὰρ φησὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων γίνεται. Et adiicit de tempore illius abſtinentiæ ab omni voluptate, per quod ſcilicet agonibus athletæ occupabantur: οὐδὲ γὰρ μεθύειν ἔξεστι τοῖς ἀγωνιζομένοις κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀγωνίας, οὐδὲ πορνεύειν, ἵνα μὴ τὴν δύναμιν ἐκλύσωσιν ἀλλ' οὐδὲ περὶ ἄλλο τι οὐδὲν ἠσχολῆσθαι, ἀλλὰ πάντων ἑαυτοὺς ἅπαξ ἀποστήσαντες τοῖς γυμνασίοις μόνον προσέχουσιν. Quãobrem alio quodam loco [d] idem Chryſoſtomus athleticæ huius conſuetudinis atque inſtituti memor, cùm de Ioſephi à domina Ægyptia Pharaonis vxore ad Venerem prouocati continentia diſſereret: iſtud omnino protuliſſe videtur, quod interpretis Latini fide (cùm exemplari Græco perinuitus caream) mox ſubiecturus ſum. Tantùm enim abundabat modeſtiæ & caſtitatis, vt & illius inſaniam ſoluere feſtinaret, ſed tamen quia ipſe exiuit intactus, &c. & caſtimoniæ magnus athleta probatus eſt, adamantis robur imitatus: videamus qualibus poſteà rebus frui meruit, & quid poſt coronandum virum illum ſuccedit. Placet autem in illo ſuperiore Chryſoſtomi loco, quod ſub certaminis tempus athletis vetitum fuiſſe ait ne Veneri aut Baccho indulgerent, ſed ſolis exercitationibus vacarent;

*Vno namque modo vina Venusq́; nocent,*

ſicuti Poëta cecinit: & placet addita ratio, ἵνα μὴ τὴν δύναμιν



*[a] ſermo. 54. loc. commun.*

*[b] ad illud ex Il. ω. μεμνημένος οὔτε τι σίτου, οὔτ' εὐνῆς.*

*[c] ſermo. 23. in c. 9. epiſt. 1. B. Pauli ad Corinth. fo. 170.*

*[d] epiſt. 7. ad Olympiam tom. 5. col. 927.*

ἐκλύσωσιν, ne robur ac vires, in Venerem ſoluti aut obruti vino amitterent: etenim circa ipſos athletas proditum; eos qui natura robuſtiores alioqui forent, imbecillioribus tamen qui ſeſe à Venere continuerint, cedere atque ſuccumbere: ac proditum ab Aretæo Cappadoce medico [a] in hæc verba, interpretis Latini fide, ſi quis autem vir & ſeminis profundendi abſtinens fuerit, robuſtus eſt, audax, neq; vel feras expaueſcens: teſtimonio ſunt ex athletis temperantes (inquit) Nam & illi qui natura quibuſdam præſtant ob intemperantiam deterioribus multò peiores fiunt (imbecilliores aut debiliores debuit vertere) contrà naturâ deteriores ex temperantia præſtantioribus longè meliores euadunt. Neque ſanè ab alio quopiam, quàm à genitura robuſtum animal generatur, &c. De Iccho quidem Tarentino luctatore narrat Ælianus [b] per totum exercitationis palæſtricę aut luctaminis tempus continentiſsimè vixiſſe; vt & cibis moderatè vteretur & prorſus Veneris inexpertus foret: ὅτι ἴκκος ὁ ταραντῖνος πάλης ὑπήρξατο (ait, vbi forſitan addendum aliquis cenſuerit τὸ νικητὴς, aut certè ἀσκητὴς; vel ἀθλητὴς: ſed illud potiùs aut ſimile quidpiam) σωφρονέστερον τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον διαζήσας. καὶ κεκολασμένῃ τρυφῇ διαβιώσας καὶ ἀφροδίτης ἀμαθὴς διατελέσαι. Idem ipſe [c] de Eubata Cyrenenſi, cum Lais famoſiſsima illa meretrix Ephyræa, ſiue Corinthia vbi primùm iuuenem aſpexit deperire cępiſſet, ac de congreſſu verba facere, fidem fœminę datam ab Eubata ſcribit: ſed ita vt promiſsi executio poſt certamen (Iſthmiacum vt reor) propinquum differretur: intra cuius tẽpus cùm vixiſſet ille continenter (more iſto athletico ſcilicet de quo agimus) & victoriam ex eo certamine deportaſſet; ne videretur nõ impleuiſſe quod promiſerat, pictam Laidis imaginem, ſecum Cyrenem abſtuliſſe, cùm ſe Laidem domum ducere, neque à pactis diſcedere profiteretur: quamobrem iuſta & legitima vxor Eubatæ, ipſum ob talem caſtitatem remunerata, grandem ei ſtatuam apud Cyrenem erexerit. Εὐβάταν τὸν Κυρηναῖον ἰδοῦσα λαῒς (inquit) ἠράσθη αὐτοῦ θερμότατα καὶ περὶ γάμου λόγους προσήνεγκεν: ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ἐξ αὐτῆς ἐπιβουλὴν ὑπέσχετο ταῦτα δράσειν, οὐ μὴν ὡμίλησεν αὐτῇ ὁ εὐβάτας σωφρόνως διαβιώσας· ἡ δὲ ὑπόσχεσις αὐτῶν μετὰ τὴν ἀγωνίαν ἦν. νικήσας οὖν ἵνα μὴ δόξῃ διαφθείρας τὰς ὁμολογίας τὰς πρὸς τὴν ἄνθρωπον, εἰκόνα γραψάμενος τῆς λαΐδος εἰς τὴν κυρήνην ἐκόμισε, λέγων ἄγειν λαΐδα καὶ μὴ παραβῆναι τὰς συνθήκας. ἀνθ' ὧν ἡ γυνὴ ἡ νόμῳ γημαμένη αὐτοῦ παμμέγιστον ἀνδριάντα ἐν Κυρήνῃ ἀνέστησεν, αὐτὸν ἀμειβομένη τῆς σωφροσύνης.

[a] *lib. 2. de cauſ. & ſign. acutor. morb. ad extremũ cap. 5. ex Iunij Pauli Craſſi Patauini interpretatione: cuius me loci Orontius eruditiſſ. & paternæ virtutis æmulus commodùm admonuit.*

[b] *lib. 11. variæ hiſt. cap. 3. de iſto Iccho & aliis Galen. lib 6. de locis affectis haud multò ante finē Ælian. lib. 6. c. 1. de natu. animal. & de var. hiſtor. lib. 3. c. 3. Simplicium commenta. in Enchir. Epict. cap. 43. Clemen. Alexand. lib. 2. pædag. cap. 10. & Stroma. lib. 3. Citat Andr. Tiraq. in 15. leg. Connubial. gl. 1. part. 15. fol. 312. num. 26. vbi & Platonis locum adfert ex 8. lib. de leg.*

[c] *lib. 10. var. hiſt. cap. 2.*



Quo ex loco apud Platonem, ἡ ἀσκήσεως ἀκμὴ, apud Ælianum, ὁ τῆς ἀθλήσεως χρόνος, ὁ περὶ τοῦ ἀθλεῖν χρόνος, apud Euſtathium, ὁ τῆς ἀγωνίας καιρὸς, denique apud D. Chryſoſtomum, non de certaminis modò tempore, ſed de longiore forſitan illo τοῦ προαγῶνος (quod decem minimùm menſium fuiſſe, vt per id tempus omne, agoniſticas leges obſeruatas, eáque de re iuſiurandum præſtari oportuerit, ſuo loco [a] docebimus) exponi debet: quando coniugibus viris non denegatum ad agones acceſſum, ſed in ipſis decertandi facultatem olim conceſſam inde cognoſcimus: & verò extra tempus agoniſticum conſuetudinem ſtupri cum fœminis habuiſſe in Græcia præſertim, quis dubitauerit. Sanè meretricem Maniam vna nocte cum Leontiſco pancratiaſta (qui concubinam iſtam iuſtæ propemodum vxoris loco habuit) & ſimul cum Antenore Olympionica fuiſſe, factúmque hoc Leontiſco illi perfacetè Machon apud Athenæum [b] excuſaſſe refert ſenariis hiſce Iambicis

Τῆς μανίας ἤρα λεοντίσκος ποτέ,
Ὁ παγκρατιαστὴς καὶ συνεῖχ' αὐτὴν μόνος
Γαμετῆς τρόπον γυναικός. ὑπὸ δ' Ἀντήνορος
Μοιχευομένην αἰσθανόμενος, αὐτὴν ὕστερον
Σφόδρ' ἠγανάκτησεν, ἡ δὲ μηθὲν φησί σοι
Ψυχὴ μελέτω. μαθεῖν γὰρ, αἰσθέσθαι θ' ἅμα
Ὀλυμπιονικῶν νυκτὸς ἀθλητῶν δυοῖν
Πληγὴν τί δύναται πότ' ἤθελον.

Diſcere ſe ac perſentiſcere voluiſſe, quis effectus, quæ vis ictuum foret, quos Olympionicæ duo per eandem noctem impegiſſent; vter eſſet in iſta clinopale valentior atque exercitatior. Voluntatis igitur, non neceſsitatis fuit illa (vt arbitror) à Venere alio quàm ludorum, aut eorum præparationis, & (vt ita loquar) præludij tempore continentia: præſertim hieronicarum, qui iam victores non ampliùs athleticis legibus, ad victus rationem pertinentibus ſeſe ſubiicerent. Quapropter athletas, remiſſa quibuſdam temporibus ciborum, atque exercitationum certa neceſsitate, otio & iucun-

[a] *cap. 23. huius lib. in ipſo initio.*

[b] *lib. 13. Deipnoſ. fol. 243. Aldini Græci & Latinæ verſionis quam Dalichāpius doctiſſ. edi iuſſit fo. 430. vbi ὅτι δὲ ἦν καὶ ἀστεία τις ἀποκρίνασθαι, τὰ δὲ περὶ αὐτῆς μάχων ἀναγράφει ait Athenæus, & cæt. quæ in contextum retuli.*

dioribus epulis refectos, à Quintiliano [a] proditũ: cùm alioquin aleiptis (ad quos non inungendorum modò ſed & exercendorum & verò in cætera omni vitæ ratione curandorum athletarum prouinciam pertinuiſſe, ſuperioris libri cap. 5. planum fecimus) hoc quoque onus incumberet ipſos ab ebrietate ac intemperantia prohibendi atque caſtigandi: quod qui facere omitterent, ob leuia quæpiam delicta nihilominus obiurgantes, ideò non leuiter notatos & reprehenſos: ipſiſq; comparatos adulatores improbos (qui quorum ſe amicos ſimulant, eorum, vt amicè ac liberè ſe gerere videantur, ad grauiora crimina conniuentes, puſilla quæpiam peccata reprehendunt) à Plutarcho [b] memini: cuius in cæteris & iſta ſunt, ὥσπερ ἀθλητὴν ἀλείπτης ἐῶν μεθύειν καὶ ἀκολασταίνειν, εἶτα περὶ λήκυθον χαλεπὸς ὢν καὶ στλεγγίδα, & quæ ſequuntur. Amœbeum ſanè citharœdum, qui tamen vxorem habebat formoſiſſimam; toto tempore quo in theatris cantu decertaturus verſabatur, ab ea ſe abſtinuiſſe: Diogenem verò tragœdiarum actorem abieciſſe prorſus intemperantem omnem Veneris vſum Ælianus [c] memorat. Clitomachum inſuper Pancratiaſtem ſi quando in canes Venereo complexu iunctos incideret, oculos auertiſſe; nec inter epulas verbum aliquod laſciuum ab vllo prolatum exaudiſſe, quin ſtatim exurgens abſcederet: καὶ μέντοι καὶ τὸν κιθαρῳδὸν Ἀμοιβέα (inquit) ἀκούω γήμαντα μὲν ὡραιοτάτην γυναῖκα, ἀποσχέσθαι δὲ αὐτῆς παρὰ πάντα τὸν χρόνον παρ᾽ ὃν ἀγωνιζόμενος ἐς τὰ θέατρα ἦει. Διογένης δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴς τὴν ἀκόλαστον κοίτην ἀπείπατο παντελῶς πᾶσαν. Κλειτόμαχος δὲ ὁ παγκρατιαστὴς καὶ κύνας εἴποτε εἶδε μιγνυμένους ἀπεστρέφετο: καὶ ἐν συμποσίῳ εἰ λόγον ἀκόλαστον ἤκουσε καὶ ἀφροδίσιον, ἐξαναστὰς ἀπηλλάττετο. Sed hæc quoque voluntatis fuêre, non neceſſitatis aut moris, vt antè diximus in athletis, ita in cæteris qui ſpectaculum de ſe populo præberent artificibus. Ex eo interim Aeliani loco explicandum quod de Amœbei citharœdi continentia narrat Alexandrinus Clemens in Stromatis [d]; Aſtylo Crotoniatæ Criſonique Himeræo athletis adiungens, qui ob exercitationem corporis vel potiùs (vtramq; enim habet ſignificationẽ articulus, διὰ, apud Græcos) quamdiu corpus exercerent ad certamen ſacrum ſeſe præparantes, à Veneris omni vſu abſtinuerint; itémque Cyrenæo Eubatæ illi

[a] *Bud. adnotat. ad d. l. Athletas ex eo loco vbi de ſcribendi exercitatione loquitur.*

[b] *in lib.* πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, *fol. 103. edit. Stephan.*

[c] *lib. 6. de varia hiſtoria cap. 1. ad finem.*

[d] *lib. 3. fol. 192. lin. 15. editi libri à Cõmelino nuper ad ann. 1592.*



illi à Laïde adamato, de quo ſuperiùs iniecta mẽtio ab Aeliano, & quem iſte noſter Ariſtotelem Cyrenæum nuncupat in hæc admodum verba: φασὶ δὲ καὶ ἀθλητὰς οὐκ ὀλίγους ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι διὰ ἄσκησιν σωματικὴν ἐγκρατευομένους καθάπερ τὸν Κροτωνιάτην Ἄστυλον καὶ Κρίσωνα τὸν Ἱμεραῖον. καὶ Ἀμοιβεὺς δὲ ὁ κιθαρῳδὸς νεόγαμος ὢν ἀπείχετο τῆς νύμφης. ὅ τε Κυρηναῖος Ἀριστοτέλης Λαΐδα ἐρῶσαν ὑπερεώρα μόνος. ὁμωμοκὼς οὖν τῇ ἑταίρᾳ, ἦ μὴν ἀπάξειν αὐτὴν εἰς τὴν πατρίδα εἰ συμπράξειεν αὐτῷ τινα πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστάς, ἐπειδὴ διεπράξατο, χαριέντως ἐκτελῶν τὸν ὅρκον, γραψάμενος αὐτῆς ὡς ὅτι μάλιστα ὁμοιοτάτην εἰκόνα ἀνέστησεν εἰς Κυρήνην, ὡς ἱστορεῖ Ἴστρος ἐν τῷ περὶ ἰδιότητος ἄθλων.

*Horatij locus de patientia laborum athletica. Itemq; aliorum tam Latinorum, quàm Græcorum; præſertim Senecæ, Æliani, ac vtriuſque Chryſoſtomi. Ἄπληστος pro ἄνιπτος legendum apud eorum alterum, Dionem ſcilicet: & item λειφθήσεσθαι pro ληφθήσεσθαι.*

## CAP. V.

EX quibus omnibus iſtud Horatij [a] explicandum περὶ τῆς ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης cenſco. quod ſic habet;

*Qui ſtudet optatam curſu contingere metam*
*Multa tulit fecítque puer, ſudauit & alſit,*
*Abſtinuit Venere & vino--*

Nam illa quidem verba (Multa tulit, fecítque puer) equidem [b] ſic accipio, vt in puerili ac iuuenili ętate perferre & pati cum plurima oportuerit; qui vbi ad virilem aut ſenilem ætatẽ fuerit progreſſus virtutis lauream promereri velit: athletico illo more ac exemplo ſcilicet, de quo ſic ferè apud Lucianũ [c] Socrates vbi de hieronicis qui ex laborib. gloriæ pręmium conſectantur potiùs, quàm tenuem è ramis & foliis coronam; ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσι. ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς θηρωμένοις δι᾽ αὐτὴν ἐκ τῶν πόνων· οὐ γὰρ (inquit) ἀπονητὶ προσγένοιτο ἂν αὕτη, ἀλλὰ χρὴ τὸν ὀρεγόμενον αὐτῆς πολλὰ τὰ δυσχερῆ ἀνασχόμενον ἐν τῇ ἀρχῇ, τότ᾽ ἤδη τὸ λυσιτελὲς καὶ ἡδὺ τέλος ἐκ τῶν καμάτων περιμένειν. Nam fuiſſe illa ex athletarum natione plurimos, qui ſine vlla ſolitorum laborum perpeſſione aut athleticarum legum obſeruatione ad Olympicam coronam, ſed fruſtra hoc quidẽ aſpirarent; Galen. [d] ipſe his

[a] *in Arte.*

[b] *cum priſco illo cõmentatore quẽ à Cruquio Antuerpiæ nuper Plantin. edidit, debent exemplo athletarũ (ait) à puero exerceri in ſcholis.*

[c] *Anacharſi.*

[d] ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, *fol. 8.*

his verbis initium libri cuiuſpiam ducens oſtendit: οἷόν τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν ἐπιθυμοῦντες μὲν ὀλυμπιονῖκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ πράττειν ὡς τούτου τυχεῖν ἐπιτηδεύοντες τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν.

Sed verum Horatianum illud, multa tuliſſe, feciſſeq; illum oportuiſſe, qui victoriam in agonibus huiuſmodi, præſertim Olympiacis, adepturus eſſet: quò illa etiam verba ex Hellanodicarum admonitione ad athletas Olympiacum agonem inituros pertinebant; εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, & cætera, quæ inferiùs exhibere certum eſt. & iſta Galeni [a], quibus indicat multis laboribus & ærumnis per totum certaminis tempus afflictos, qui & aſtricta victus ratione vterentur, athletas; vt non eſſet vnde vlla voluptate perfunderentur: & abſolutos, id eſt, perfunctos atque liberatos illa profeſſione agoniſtica, pleriſq; corporis partibus mutilos, vel debiles fuiſſe, εἰ δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν σώματός τις ἀγαθὸν (inquit) εἶναι φαίη οὐδὲ ταύτης αὐτῆς αὐτοῖς μέτεστιν οὔτ' οὖν ἀθλοῦσιν, οὔτε καταλύσασιν. εἴγε παρὰ μὲν τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον ἐν πόνοις τε καὶ ταλαιπωρίαις εἰσὶν οὐ γυμναζόμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίοντες ἡνίκα δὲ καὶ καταλύσαντες τύχοιεν ἀνάπηροι τὰ πλεῖστα μέρη τοῦ σώματος γίνονται. Eorum laborum partem facit hæc à potu, cibo, Venere abſtinentia, vnde laudes athletarum victorum ducendas componendo ipſorum protreptico docet in arte Dionyſius Halicarnaſſeus [b] καὶ ὅτι ἀπὸ σωφροσύνης (ait in cæteris) ἀπὸ ἐγκρατείας ἀπὸ ἀσκήσεως τοιοῦτοι ἐγένοντο: & quæ ſequuntur, à nobis allata ſuperiore libro, vbi de honoribus hieronicarum egimus: quod ipſum à Dione Chryſoſtomo [c] factum, vbi encomium Melancomæ pugilis perſcripſit, poſſum oſtendere; verbis iis quæ paulò pòſt commodiùs me prolaturum exiſtimo. Qua etiam abſtinentia poſt victorias coronáſque (adeò valet conſuetudo) interdum ad extremam vſque ſenectam hieronicæ vtebantur, vt in eodem exercitationis tenore perdurarent. Vnde Plutarchus de Marco Catone Cenſorio [d], εἰκότως οὖν ἐθαύμαζον τὸν κάτωνα (inquit & cæt.) ὑπὸ τῶν πόνων καὶ ἡδονῶν ὁρῶντες ἀήττητον, &c. γέροντα καὶ πολιὸν ἤδη μεθ' ὑπατείαν, καὶ θρίαμβον ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον ἐγκαρτεροῦντα τῇ τάξει τῆς ἀσκήσεως, καὶ διομαλίζοντα μέχρι τῆς τελευτῆς. Et poſteà, πᾶσιν (ὡς ἔπος εἰπεῖν) ἀντιπάλοις χρώμενος καὶ μέχρι γήρως ὥσπερ

[a] Protreptico ad artes ſub fin. in fol.6.

[b] in fin. περὶ τῶν ἀθλητῶν, fol.43.

[c] Melancoma 1. fol.197.

[d] in eius vita, f. 619. & 647. Stephan. libri.



ὥσπερ ἀθλητὴς ἀγωνιζόμενος ἁπλῶς τὰ διετήρησεν ἑαυτόν. Sed maximam, atque præcipuam laborioſa illa exercitatio; ἄσκησις inquam illa, vnde petendas hieronicarum laudes, eo quem antè attuli loco Dionyſius monebat: & quam ipſam eſſe tormentum Seneca [a] ſcribit, quo loco, Athletæ quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt: ferunt tamen omne tormentum gloriæ cupiditate: nec tantùm quia pugnant iſta patiuntur: ſed vt pugnẽt exercitatio ipſa tormentum eſt. Rectè verò, & iſta paſſos athletas ait, quia pugnabant, victoriæ ſcilicet gratia, cuius gloria præmium ipſiuſq; gloriæ indicium corona fuerit. Vnde ipſe alio loco Seneca, [b] in certaminibus ſacris pleroſque viciſſe ait, cædentium manus obſtinata patientia fatigando: quod feciſſe cùm cæteros pugiles ad ſtridorem vſq; dentium, ex his D. Ioan. Chryſoſt. [c] voluptatem in re venerea nullam aut quam minimam eſſe oſtendere ſatagentis addiſcimus; καὶ γὰρ οἱ πυκτεύοντες καὶ πληττόμενοι τοὺς ὀδόντας τρίζουσι, καὶ αἱ ὠδίνουσαι γυναῖκες διασπαρασσόμεναι τοῖς πόνοις τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσιν: tum verò ac multò etiam magis pugilem Cyrenæum Eurydamam Aelianus [d] narrat; cui cùm in certamine aduerſarius dentes excuſſiſſet, ne hoc ab ipſo animaduerteretur, eos deglutiuit, abſorpſitq;, atque ita victoriam pugilatu adeptus eſt: εὐρυδάμας ὁ κυρηναῖος (inquit) πυγμῇ ἐνίκησεν, ἐκκρουσθεὶς μὲν ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ τοὺς ὀδόντας. καταπιὼν δὲ αὐτοὺς ἵνα μὴ αἴσθηται ὁ ἀντίπαλος.

Sed & hoc amplius vt etiã pugnarent, hoc paſſos athletas ait illo loco Seneca: & paſſos quidẽ in gymnaſio & palæſtra, quò deinde inter legitimos athletas in ſtadio pro corona decertare poſſent; ſed non minus in ipſo etiam ſtadio. Rectiſſimè vtrumque horum ex iſto S Baſilij loco (quem Antonij collectanea [e] commodùm exhibent) intelligitur, & mirificè illuſtratur; in quo, καὶ γὰρ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν (ait) οἱ κατὰ τὰς παλαίστρας τοῖς πόνοις προσεθισθέντες οὐ πρὸς τὸ ἀλγεινὸν συστέλλονται τῆς πληγῆς ἀλλ' ὁμόσε χωροῦσι τοῖς ἀντιπάλοις· διὰ ἐπιθυμίαν τὴν τῆς ἀναρρήσεως, τῶν παραυτίκα πάντων ὑπερορῶντες. Cui congruit quod Ariſtides Rhetor in ipſo in Iouem hymni principio [f]; δεῖ δὴ ὥσπερ τῶν ἀθλητῶν (inquit) τοὺς ἀπογραψαμένους ἑαυτοὺς μὴ ἀναχωρεῖν, ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι καὶ πειρᾶσθαι τοῦ ἀγωνίσματος. Itaque Iobum ipſum ab athletico vitæ inſtituto tranſlatione



[a] epiſt.79. al. eſt 78. cuius initiũ, Vexari te.

[b] lib. 2. de tranquill. animi. cap. 9. vide & lib. 2. de ira, cap. 14. ex quo ſcripſimus ſermone præcedenti.

[c] ſerm.37. in cap. 15. epiſt. 1. D. Pauli ad Corinth. ad fin. in fo. 229. pag. 2. vbi τὸ γὰρ τοὺς ὀδόντας τρίζειν καὶ ἐξίστασθαι οὐχ ἡδονῆς· εἰ δὲ ἡδονῆς ἦν, οὐκ αὐτό σε εἰργάσατο ἂν οἱ ἀλογοῦντες ὑπομένουσι· καὶ γὰρ οἱ πυκτεύοντες, &c. ὥστε οὐχ ἡδονή τις ἀλλ' ἔκστασις μᾶλλον καὶ θόρυβος καὶ ταραχή.

[d] cap. 19. lib. 10. var. hiſtor.

[e] apud Stobæum ſermo.14. fol.52.

[f] fol.97. Florentini libri pag. 2. Cãterianæ verſionis, fol. 1.

[a] *ad Olymp. epiſ. 7. tom. 5. col. 920. Etſi placet maximum inducamus patiētiæ certatorem.*

[b] *in Melancomā 1. fol. 197. Aldini libri.*

ſumpta, B. Ioannes Chryſoſtomus [a] alicubi maximum patientiæ certatorē nominat: & verò Melancomam egregium illum pugilem à Chryſoſtomo Dione [b] propter laborum athleticorum patientiam laudatum reperias, ſic ferè, vt cùm in bello ignauiſsimi quique armis abiectis eorum gerendorum labori potiùs quàm vulnerum (quæ inermibus, vtique faciliùs, & promptiùs ingeruntur) dolori cedant; plurimas ipſe, maximáſque, ita, vt laboribus athleticis nunquam cederet omnium primus ab eo tempore quo Pythiis agonibus decertare cœpit, ſed inuictus in laboribus illis perduraret: de antagoniſtis non paucis, neque imbecillibus coronas reportarit, atq; ad ſummam laborum, quos athletam ſubire oportebat, ita peruenerit; vt nullis voluptatibus, atque deliciis quæ in hominum vitam incurrunt, non modò frangi, ſed neq; tentari potuerit. Verba optimi auctoris, vt eadem opera caſtigentur, proferam ſicuti ſoleo; præſertim verò quòd non paſsim auctor ille, alioqui caſtiſsimus & elegantiſsimus, manibus eruditorum hominum teritur: καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ οἱ φαυλότατοι τὰ ὅπλα ῥίπτουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι γυμνοὶ μᾶλλον ἂν τιτρώσκοιντο καὶ οὕτω μᾶλλον ἡττῶνται τοῦ κόπου, ἢ τῶν τραυμάτων, τοιγάρτοι εἶπεν ἀφ' οὗπερ ἤρξατο ἀγωνίζεσθαι: Πυθοῖ πρῶτος μὲν ὧν ἴσμεν ἀνίκητος διεγένετο, πλείστοις καὶ μεγίστοις στεφάνοις ἀνελόμενος καὶ ἀνταγωνισταῖς, οὔτε φαύλοις, οὔτε ὀλίγοις χρησάμενος, &c. Vbi non

[c] *in Melancoma 2. fol. 199. pag. 2. & fol. 200.*

dubito equidem, quin quum alibi [c] quoque de ipſo Melancoma ita ſcripſerit, vt ſignificaret ὅτι τοσούτοις ἀνταγωνισταῖς χρησάμενος καὶ οὕτως ἀγαθοῖς ὑπ' οὐδενὸς ἡττήθη αὐτὸς δὲ ἀεὶ πάντας ἐνίκα: itémque, ὅτι αὐτῷ ὑπῆρξε μὲν κάλλος σώματος ὑπῆρξε δὲ ἀνδρεία καὶ εὐψυχία: ἔτι δὲ σωφροσύνη, καὶ τὸ ἀήττητον γίνεσθαι: pro illo ἀνίκητος, quod nihili eſt, cùm nihil rei pugilib. cum equis fuerit; ἀήττητος Dio ſcripſerit: ſicuti ἀήττητον διαγίνεσθαι ἀντὶ τοῦ διατελεῖν apud Plutarchum quoq; reperire eſt, quod ipſis Lexicographis non ignotum. Sequitur aliquāto pòſt apud Dionem, de athleticis huiuſmodi laboribus: τοιοῦτος μέντοι ὢν ἀθλίως ἐτελεύτησεν τῶν μὲν πόνων τῆς ἀθλήσεως ἐπὶ πλεῖστον ἐλθὼν τῶν δ' ἐν τῷ βίῳ τερπνῶν οὐδενὸς πειραθείς. Et poſteà, quod noſtram illam caſtigationem aſſerit, & ſimul illuſtrat, reliqua quę antè propoſui; ad laudes Melancomæ fortis adeò pugilis, vt non modò non antagoniſtis, ſed neque laboribus & voluptatibus vllatenus





vllatenus cederet, formoſi alioqui non minùs quàm robuſti, ac nobili genere orti, omnia pertinentia: ᾧ καὶ γένους ὑπῆρξε λαμπροῦ τυχεῖν, καὶ κάλλους, ἔτι δὲ ἀνδρείας, καὶ ἰσχύος, καὶ σωφροσύνης, ἃ δὴ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν. τό γε μὴν θαυμασιώτατον ἐν ἀνθρώποις ἀήττητον γενέσθαι οὐ μόνον τῶν ἀνταγωνιστῶν, ἀλλὰ καὶ πόνου καὶ καύματος καὶ γαστρὸς καὶ ἀφροδισίων· δεῖ γὰρ πρῶτον τούτοις ἀήττητον εἶναι τὸν μέλλοντα ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἀνταγωνιστῶν λειφθήσεσθαι: ſic enim, non ληφθήσεσθαι, vt in impreſſo apud Aldum codice, legendum eſſe cenſeo: cur autem id faciam, inferiùs [a] commodiore loco, veterum adhibitis teſtimoniis demonſtrabitur.

[a] *cap. 19. ſimile eſt quod apud Ariſtidem Rhetorem in ipſo hymni in Iouē principio Canterus pro ὃ γὰρ ἐκληπτέον οὐδὲν σκεπτέον, proponit ἐκλειπτέον.*

*Adhuc de athletica patientia æſtus potiſſimùm, è variis auctoribus: ſed & frigoris ex Arriano. Dio Chryſoſtomus intereà explicatus & correctus. Athleticus ſudor. D. Iacobi vnus & D. Pauli alter illuſtratus locus. Similitudo athleticæ rei cum bellica, quam & illa imitatur. Athletarum appellatio ad milites producta à Platone, Polybio atque Diodoro. Militiæ etymon. Malè, laborioſè è Seneca. Monachorum veterum in toto vitæ aſceticæ genere humilitas, patientia, conſtantia, ſimilis athleticæ, ex Epiphanio & Caſſiano. De athletico æſtu cæteraq; patientia Chriſtianorum, quibus per martyrii conſummationem liberentur; B. Ioannis in Apocal. locus nunc primū oſtenditur. Quòd Martyrib. quibuſdā, tametſi ſanctis, illi Monachi ob laborum merita prælati à D. Baſilio & Euſebio Emiſeno.*

## Cap. VI.

[b] *ſub initiū homil. 67. col. 371.*

AD iſtos labores athleticos pertinet hoc quoq; quod B. alter Chryſoſtomus homilia quapiā ad populum Antiochenum [b]. Nullus athleta generoſus (ait) in ſtadio balnea quærit, aut menſam cibis aut vino redundātem hoc non eſt athletæ, ſed delicati: athleta namque pugnat puluere, oleo, ſolis ardore, ſudore largo, tribulatione, & anguſtia. Hoc eſt certaminis tempus & pugnæ, igitur & vulnerum & cruoris, & doloris: & in ſermone περὶ πραότητος ad extremum: διόπερ χρὴ καρτερεῖν (ait & cæt.) ἄτοπον γὰρ τοὺς μὲν γυμνικῶν ἀγώνων ἀθλητὰς καὶ κονιορτοῦ καὶ πληγῶν, καὶ τραυμάτων ἀνέχεσθαι πρὸς δόξαν κενὴν καὶ στέφανον οὐδενὸς ἄξιον βλέποντας. ἡμᾶς δὲ τοὺς ὑπὸ χριστοῦ στεφανοῦσθαι μέλλοντας μὴ καρτερεῖν ὀργῆς μηδὲ πάντα φέρειν γενναίως. Rurſum Seneca [c] vbi de iis qui corpora in ſtadio exercebant, quorumq; lacertos & humeros ſpectatores mirabantur; illud maximè reuoluo mecum (inquit) ſi corpus perduci exercitatione ad hanc patientiā poteſt, qua & pugnos pariter

[c] *epiſt. 80. Hodierno die.*

& calces non vnius hominis ferat, qua Solem ardentiſsimum in feruentiſsimo puluere ſuſtinens aliquis & ſanguine ſuo madēs diem ducat: quanto faciliùs animus corroborari poſſit, vt fortunæ ictus inuictus excipiat, vt proiectus & conculcatus exurgat. D. Auguſt.[a] aut in agone certando (ait) ſeu venando, ſeu theatricum aliquid plauſibiliter exhibēdo, magnos labores, doloréſque pertulerit; parum eſt quod populari vanitate nullis reprehenſionibus cohibetur, ſed inſuper extollitur laudibus. Vbi quod à Chryſoſtomo & à Seneca καρτέρησιν ſiue patientiam athletarum commendantibus de Solis ardore dicitur, hoc ipſe Cicero[b] expreſsit; ei perferendo impares fuiſſe inexercitatos athletas, oſtendens his omnino verbis: Pugiles inexercitati etiam ſi pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt, ſolem tamen ſępe ferre non poſſunt. Hoc autem in more poſitum, vt Panathenæis quoque inūcti athletæ ad Solem decurrerent, ex eo ſcoliaſtis Ariſtophanici loco intelligitur, vnde verba deſumpta proximo ſuperiore Agoniſtico[c] ſemel atque iterum exhibui. Iſtud ipſum quod de æſtu dixi, & ſimul de frigoris patientia, Epictetus ad eum qui Olympicis agonibus vellet vincere verba faciens apud Arrianum ita expreſsit; eo loco, vnde verba ex aſſe proferam huius libri cap. 17. δεῖ σε διατακτεῖν (ait & reliqua) γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην ὥρᾳ τεταγμένῃ ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, &c. Vnde illud Poëtæ illuſtratur, quod ſuperioris initio ſermonis à me allatum eſt de curſore

*--- ſudauit & alſit.*

Præterea huc aſpexit Diogenes Laërtius[d] vbi Menedemum Philoſophum iam ſenem eodem quo iuuenem ſtatu quodam corporis & habitu fuiſſe, firmum vtique ac robuſtū & aduſta facie (vt quidem interpres vertit; vel, quod ego malim, cute ac totius corporis ſpecie) ſed & obeſum atque attritum non minùs quàm athletæ ſolent: τὰ δ' ἄλλα μεγαλόψυχος ἀνὴρ ἦν καὶ ἐλευθέριος (inquit) κατά τε τὴν ἕξιν τὴν σωματικὴν ἤδη καὶ πρεσβύτης ὑπάρχων οὐδὲν ἧττον ἀθλητοῦ στερεός τε καὶ ἐπικεκαυμένος τὸ εἶδος, πίων τε καὶ τετριμμένος. Denique auctor ille quiſquis eſt, ſiue Chryſoſtomus, ſiue alius quiſpiam Chriſtiana philoſophia inſtructus, cuius alia quæpiam verba eodem ex loco, cùm de ſcammate agerem initio ſuperioris libri * à Stobęi collecta

[a] *in de patient. cap. 4.*

[b] *in lib. de claris oratoribus.*

[c] *cap. 3. ad fin. & cap. 22. lib. 2.*

[d] *lib. 2. de vitis Philoſoph. fo. 97. edit. Stephani.*

* *lib. 2. cap. 7. in princip.*



collectaneis protuliſſe me recordor, vbi ſic ſcribit *: ὁ γὰρ ἀθλητὴς μάχεται ἐν κόνει, ἐλαίῳ, ἀκτῖνος θερμότητι, ἱδρῶτι πολλῷ, θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ· ἀγῶνος ἐστὸς ἐστιν, καὶ οὐ πυκτεύειν, ὁ καιρός. οὐκοῦν καὶ τὰ τραύματα λαμβάνειν, καὶ αἱμάττεσθαι, καὶ ἀλγεῖν, & reliqua. Poſtremò idipſum longè anteà de ludicris ludorum apud Lacedæmonios exercitationibus, quas γυμνοπαιδίας vocant, Megillus Lacedæmonius apud Platonem[a] diſceptans pronunciarat, ſic ferè, ἔτι δὲ κἂν ταῖς γυμνοπαιδείαις δειναὶ καρτερήσεις παρ' ὑμῖν γίγνονται τῇ τῶν πνίγους ῥώμῃ διαμαχομένων καὶ παμπόλλα ἕτερα σχεδὸν ὅσα οὐκ ἂν παύσαιτό τις ἑκάστοτε διεξιών. Ad æſtum illum ardoremq; Solis in Olympico circa æſtiuum ſcilicet ſolſtitium celebrari (quemadmodum Benedictus Pererius[b] nuper oſtendit) ſolito agone tolerandum maxima opus athletis fuiſſe patientia olim ille profectò credidit homo Chius, qui ſeruo infenſus ſuo, non in piſtrinum ſe minabatur ipſum dediturum, ſed Olympiam deducturum eſſe, multò aſperiùs ſupplicium ratus (vt videtur) eius qui apud Olympiam ſpectandi certaminis gratia ſolaribus radiis vreretur, quàm qui ad molendū piſtrino addictus foret: id quod ab Aeliano[c] his verbis relatum inuenio: ἀνὴρ Χῖος ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε (ἔφη) οὐκ εἰς μύλωνα ἐμβαλῶ ἀλλ' εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω· πολλῷ γὰρ ᾤετο πικροτέραν ὡς τὸ εἰκὸς εἶναι τιμωρίαν ἐκεῖνος ἐν Ὀλυμπίᾳ θεώμενον ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος ὀπτᾶσθαι ἢ ἀλεῖν μύλῃ παραδοθέντα. Quod ſi erat in ſpectatoribus verum, vt veriſsimum fuiſſe, vel iſta B. Chryſoſtomi[d] verba fidem indubitatam faciunt; Abſurdum enim fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie à medio noctis vſque ad meridiem perdurare expectantes, vt videant cui ceſſura ſit corona, nudóque capite excipere ſolis radios, nec prius abſcedere quàm de certamine fuerit pronunciatum, nos verò nunc cùm certamen ſit non de tali corona ſed de corona immortali defatigari ac tædio affici: ſed & hoc Epicteti de illis ipſis Olympicis agonibus apud Arrianum[e]; ἀλλὰ γίνεταί τινα ἀηδῆ καὶ χαλεπὰ ἐν τῷ βίῳ ἐν Ὀλυμπίᾳ δ' οὐ γίνεται; οὐ καυματίζεσθε; οὐ στενοχωρεῖσθε; οὐ κακῶς λούεσθε; οὐ καταβρέχεσθε ὅταν βρέχῃ; & cæt. quæ cap. 30. Agoniſtici ſuperioris attulimus. ἀλλ' οἶμαι ὅτι ταῦτα πάντα ἀντιτιθέντες πρὸς τὸ ἀξιόλογον τῆς θέας, φέρετε καὶ ἀνέχεσθε. quanto magis laborare ab hoc æſtus ardoriſq; incommodo pugiles

 aliiq;

* *apud Stobæum ſerm. 304. collect. locor. commun. ex Antonio.*

[a] *ſub initiū lib. 1. περὶ νόμων, fol. 633. Stephani exempl. De gymnopædiis verò egit & Plutarch. apophthegm. Lacon. fol. 368. vbi de Ageſilao.*

[b] *in de communibus omniū rerum nat. princip. & affectio. lib. 4. qui eſt de antiquis philoſoph. cap. 3. ex Herodoto imprimis in lib. 8. vbi de Xerxe qui ineunte æſtate maria trāſmiſit ad debellandam Græciam quo tempore Græcos in celebrandis Olympicis ludis occupatos reperit. Reprehenſa Ioānis Lucidi opinione qui ludorum & Olympiadum quoque initiū ad æquinoctium autumnale reijcit.*

[c] *lib. 14. variar. hiſt. cap. 18.*

[d] *in Orat. 2. aduerſus Iudæos, col. 1002. vnde verba in rē aliā protuli libro huius Agoniſtici 1. cap. 30.*

[e] *lib. 1. cap. 6. περὶ προνοίας.*

aliiq; athletæ debuerint, nemo non videt; cùm ipſos in mediam arenā deſcendere oportuerit: tametſi cęteris parib. non nego, quin vehementiùs æſtu ſolis, atq; ardore ſedentes quàm qui exercentur affici atque vri ſoleant; cùm hoc diſertè Ariſtoteles [a] his verbis tradat: διὰ τί μᾶλλον καίονται ὑπὸ τοῦ ἡλίου οἱ καθεζόμενοι τῶν γυμναζομένων, ἢ ὅτι οἱ ἐν κινήσει ὄντες ὥσπερ ῥιπίζονται ὑπὸ τοῦ πνεύματος διὰ τὸ κινεῖν τὸν ἀέρα, οἱ δὲ καθήμενοι οὐ πάσχουσι τοῦτο. Plato igitur [b], vbi dixit pugilem vnum ab arte athletica optimè inſtructum & exercitatum, facillimè contra duos diuites homines & obeſos, ſed eius induſtriæ rudes & imperitos, depugnaturum; ſic ferè, εἷς πύκτης ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένος δυοῖν μὴ πύκταιν πλουσίοιν δὲ καὶ πιόνοιν οὐκ ἂν δοκῇ σοι ῥᾳδίως μάχεσθαι: hoc quoque de illa æſtus & ſolis perpeſsione ſubdit, οὐδ' εἰ ἐξείη ὑποφεύγοντι τὸν πρότερον αἰεὶ προσφερόμενον ἀναστρέφοντα κρούειν καὶ τοῦτο ποιοῖ πολλάκις ἐν ἡλίῳ τε καὶ πνίγει, ἆρά γε οὐ καὶ πλείους χειρώσαιτ' ἂν τοιούτους ὁ τοιοῦτος. Quò etiam pertinet, quod Melancomam ipſum ita fuiſſe ab animo comparatum libro primo [c] dixi (vt ea ne repetam, quæ ſuperiùs aliquantò [d] ad rem eandem pertinentia vel quæ 2. libri 8. & 20. cap. de pugilum iſtorum patientia & conſtantia protuli) non vt ferire, aut ictus perferre generoſi eſſe athletæ duceret, ſed durare aliquandiu, non frangi manuum ponderibus, nec defici ſpiritu, aut æſtui & ardori ſolis cedere, ſicuti Chryſoſtomus Dio [e] memorat: τὸ δὲ ἀνέχεσθαι τοῦ χρόνου καὶ μήτε τοῦ βάρους τῶν χειρῶν (de cæſtibus & meilichis forſitan intelligit quæ manibus aptabantur) μήτε τοῦ πνεύματος ἐνδεῆ γίγνεσθαι μήτε τῷ καύματι ἄχθεσθαι, τὸ δὲ εἶναι γενναῖον ὀρθῶς μέντοι ἔφην ὑπολαμβάνων (ſic enim malo quā ἀπολαμβάνων legere) & alio loco [f], τὸν δὲ ἐπειγόμενον ὡς οἷόν τε τάχιστα νικῆσαι καὶ παίοντα καὶ συμπλεκόμενον αὐτὸν ἡττῆσθαι τοῦ καύματος καὶ τοῦ χρόνου.

[a] problem. ſect. 38. quaſt. 6.

[b] lib. 4. de Rep. fol. 422.

[c] cap. 14. lib. 1. ſub initiū è Dione Chryſoſtomo.

[d] ad extremum cap. 5. huius lib.

[e] in Melancoma fol. 196. pag. 2. Aldini libri.

[f] Melancoma 2. fol. 200.

Eò inſuper eſſe referendum cenſeo, quod vehementiſsima tempeſtate, anni per totam diem à Melancoma ſæpenumero depugnatum, paulò antè dixerat: πολλάκις γὰρ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἠγωνίσατο ἐν τῇ σφοδροτάτῃ ὥρᾳ τοῦ ἔθους. Degeneres quidem animi athletas in gymnaſiis & palæſtris verſari ibique luctari ac ventilare & vmbratili pugna decertare ſolitos, in ſtadium autē ideò prodire pleroſq; noluiſſe quod ſolis æſtum ictúſque ac vulnera refugerēt, ab ipſo Dione [g] traditur his admodum verbis:

[g] in ſermone 32. πρὸς ἀλεξανδρεῖς.



verbis: καὶ ὁμοίων τοῖς ἀγεννέσι τῶν ἀθλητῶν οἳ τὰς παλαίστρας ἐνοχλοῦσι καὶ τὰ γυμνάσια χειρονομοῦντες καὶ παλαίοντες, εἰς δὲ τὸ στάδιον οὐκ ἐθέλουσιν ἰέναι τὸν ἥλιον καὶ τὰς πληγὰς ὑφορώμενοι. Quod enim de Sole ait, ad æſtum illum ardoremq; refero, quem idē auctor alibi τοῦ καύματος appellatione deſignauerat, ſicuti anteà oſtendi: tantum haud dubiè, vt eo non minùs quàm ipſa corpori membrorum inter feriendum aut decurrendum agitatione, ſudorem largum excitatum ex illo Chryſoſtomi loco intelligatur, quem iſtius capitis initio protuli: & ex illo altero Flacci, qui in ipſo ſuperioris limine fuit exhibitus; vbi ſudare illum oportuiſſe ait, qui curſu metam contacturus eſſet. Hoc verò proprium athletarum fuiſſe, qui præmij, non item eorum qui valetudinis ergò in ludo & palæſtra exercerentur ad ruborem vſque (ſicuti Diogenes Xeniadæ liberos voluit à pædotriba conciliandi cum rubore roboris boniq; habitus & valetudinis gratia) non ad ſudorē, ex iſto Diogenis Laërtij loco perſpicuè cognoſcimus, qui lib. 6. de vitis Philoſophorum [a] ſic ferè proponitur: Εὔβουλος δέ φησιν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Διογένους πρᾶσις, οὕτως ἄγειν τοὺς παῖδας τοῦ Ξενιάδου μετὰ τὰ λοιπὰ μαθήματα ἱππεύειν τοξεύειν σφενδονᾶν ἀκοντίζειν. ἔπειτα ἐν τῇ παλαίστρᾳ οὐκ ἐπέτρεπε τῷ παιδοτρίβῃ ἀθλητικῶς ἄγειν, ἀλλ' αὐτὸς ἐρυθήματος χάριν καὶ εὐεξίας. Itaq; ſudoris & aſceſeos ſiue exercitationis nomen laborib. monaſticis, ad exemplum athleticorum tribuitur à Zonara [b], vbi de Ignatio Michaëlis Rangabe filio; καὶ μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ἔκπτωσιν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ παρὰ τοῦ Λέοντος ἐκτομίας γενόμενος ἐκείρατό τε τὴν τρίχα καὶ ἐπὶ μακρὸν ἀσκητικοῖς ἱδρῶσι τὸ σαρκίον ἐδάμασεν. Itémque S. Maximo Epiſcopo & Abbati ab Euſebio Emiſeno *: Vobis enim iſte athleta Chriſti (ait) in illo agone ſudauit, vobis dum ſe extollit fructificauit, ſibi illic ferens vobis colligebat, & cæt. Et aliquantò pòſt: Et quia ſuperiùs memorauimus quàm magnificè inſulano illo ſtadio perfectionis vias cucurrit; plus eſt quòd hîc inſulam ipſam inſtitutis ac ſtudiis ſuis tranſtulit: & qui iamdudum in Abbate Pontificem geſſerat, poſtmodùm abbatem in Pontifice cuſtodiuit.

[a] in Diogene, fol. 110. De athletico ſudore, cætera infrà, cap. 22. vbi & περὶ ἀφῆς.

[b] lib. 3. Annal. in Michaële Theophili filio fo. 130.

* hom. de S. Maximo ſub initiū in fo. 296. pag. 2. edit. Pariſ. anni 75. & fol. 298. pag. 2.

Atque ad hāc athletarum in omni genere certaminis præſertim pugilatus, & pancratij, ſed & curſus patientiam, per quam ad victoriæ præmiū, cum gloria coronam peruenirēt. Equidem

Equidem valde fallor niſi D. Iacobus [a] aſpexerit, quo loco, poſteaquam de patientia in tentationibus diſſeruit, poſteà ſic infit, μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμὸν ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, &c. quod etiam ſuadet illud δοκίμου vocabulũ de quo ſtatim [b] pleniùs dicturi ſumus, cùm de athletarum probatione verba faciemus. De D. Paulo neutiquam dubitare iſta ipſius verba ſinunt, ex quodam Epiſtolę ad Hebræos loco [c], δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. Et poſteà, πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτοῖς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Vbi rectè εἰρηνικὸν pacificum fructum, ſeu præmium, tanquam exercitatio ipſa & patientia (ad quam illa δι' ὑπομονῆς λύπης & item γεγυμνασμένοις vocabula pertinent athletica) pugnæ cuiuſpiam bellicæ, ſiue militaris (quando à malo militiam veluti malitia κακία ſiue κάκωσις afflictio doloriſq́; ac laborum perpeſsio quædam ſit, appellatam ſcio: qua de re noſtram ante aliquot annos [d] opinionem togatis auditoribus explicando Vlpiano iuxta id quod Annæus Seneca [e], Malè à populo ſolere dici, durè, aſperè, laborioſè auctor eſt, manifeſtam feci) ſpeciem atque imaginem præferat. Et ſanè præfert; quamuis enim pleriſque rebus inter ſe militaris vitæ ratio ab athletarum inſtituto diſtet, ſicuti dictum à nobis affatim fuit huius libri cap. 3. attamen vel ob ictum, & laborum aſsiduam atque ab exercitatione inuictam (vt ita loquar) patientiam, inter vtroſque non parnam ſimilitudinem intercedere nemo non videt: quamobrem & agones coronarios ſacroſq́; illos non muſicos ſed gymnicos, quibus plerumque armati etiam athletæ inducuntur: imitationes quaſdam & exercitationes militarium certaminum velut preparatorias eſſe, dixit ille quem iſto tractatu laudaui ſæpe Plutarchus in Sympoſiacis [f]: ὅτι ταῦτα μοι πάντα μιμήματα δοκεῖ καὶ γυμνάσματα τῶν πολιτικῶν εἶναι. καὶ γὰρ ὁπλίτης ἐπὶ πᾶσιν εἰσάγεται, μαρτυρούμενος ὅτι τοῦτο τὸ τέλος ἐστὶ τῆς σωμασκίας καὶ τῆς ἁμίλλης, &c. Et aliquantò pòſt, ὧ δὴ μάλιστά φασιν ἐν λοχαγοῖς τοὺς σπαρτιάτας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων παλαιστρικῶν ὄντων καταβιβασθῆναι. διὸ καὶ παρ' αἰσχύλῳ τις τῶν πολεμικῶν ὀνομάζεται βριθὺς ὁπλιτοπάλας, &c. ac tandem ὅτι πυγμὴ μέν ἐστι μίμημα πληγῆς καὶ φυλακῆς, πάλη δὲ συμπλοκῆς καὶ ὠθισμοῦ. δρόμῳ δὲ μελετῶσι φεύγειν

καὶ

[a] Epiſt. Cathol. cap. 1. verſ. 1. 4. & 12.

[b] cap. 13. huius libri.

[c] ſub ini. cap. 12. verſ. 11. eiuſdem capitis.

[d] Anno Chriſti 1588. arreſtis generalibus in Curia ſuprema Toloſana ſub feſtũ Natalitiorum Chriſti pronunciatis in ſolenni purpura.

[e] epiſt. 82. cuius initium Deſij iã re: vbi, Malè mihi eſſe malo (inquit) quàm molliter. Malè nunc ſic excipe, quemadmodum à populo ſolet dici, durè, aſperè, laborioſè.

[f] lib. 2. Sympoſ. problem. quæſt. 5. pag. 1156.



καὶ διώκειν. Igitur hoc inſuper & à Platone milites, athletas bellicos, ſiue militares nuncupatos ibidem docui: quem imitatus Polybius [a] Romanis militibus propterea nomen athletarum & quidem verorum tribuit: quo loco ῥωμαῖοι τυῤῥηνοὺς μὲν καὶ σαυνίτας ὑφ' αὑτοῖς πεποιημένοι τοῖς δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν κελτοὺς πολλαῖς μάχαις ἤδη νενικηκότες. τότε πρῶτον ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Ἰταλίας ὥρμησαν οὐχ ὡς ὑπὲρ ὀθνείων ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον ὡς ὑπὲρ ἰδίων ἤδη καὶ καθηκόντων σφίσι πολεμήσοντες ἀθληταὶ γεγονότες ἀληθινοὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων, ἐκ τῶν πρὸς τοὺς σαυνίτας καὶ κελτοὺς ἀγώνων: Et poſteà [b] exercitatione perductos Romanos ad rei nauticæ peritiam laborumq́ue ipſius patientiam, nautas athletas effectos à Lutatio qui cum claſſe in Siciliam appulerat ſcribit, ἀλλ' ἀν' ἑκάστην ἡμέραν ἀναπείρας καὶ μελέτας ποιῶν τοῖς πληρώμασιν οἰκείως τῆς ἐπιβολῆς, τῇ δὲ λοιπῇ τῇ κατὰ τὴν δίαιταν ἐπιμελείᾳ προσκαρτερῶν ἀθλητὰς ἀπετέλεσε πρὸς τὸ προκείμενον ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ τοὺς ναύτας: & alio loco. [c] Romanos continuis aduerſus Gallos præliis, ac pugnis aſſuefactos, deinde aduerſus Pyrrhum atque Carthaginienſes fortiùs dimicaſſe, ſignificans perfectos bellicorũ operum athletas euaſiſſe tradit; his omnino verbis, οὐ γὰρ κατακόπτεσθαι συνήθειαν ἐσχηκότες ὑπὸ γαλατῶν οὐδὲν ἠδύναντο δεινότερον ἰδεῖν οὐδὲ προσδοκῆσαι τῶν αὐτοῖς ἤδη πεπραγμένων. ἐξ ὧν πρός τε πύῤῥον ἀθληταὶ τέλειοι γεγονότες τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων συγκατέστησαν, &c. Nec multo aliter Diodorus Siculus [d], niſi quod prætermiſſo τῶν ἀληθινῶν vel τελείων vocabulo Leoſthenem Athenienſiũ iuſſu conſcripſiſſe exercitum, milites autem, qui ex eorum numeris qui ſub Dario & Satrapis ſtipendia cum mererent multis magníſque præliis committendis interfuerant, lectos, bellicorum operum athletas extitiſſe, præclaráque in re militari facinora perfeciſſe memorat, ἐστρατευμένοι γὰρ κατὰ τὴν ἀσίαν πολὺν χρόνον καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγώνων μετεσχηκότες ἀθληταὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων ἐγεγόνεισαν. Poſtremò illorũ exemplo apud Heliodorum [e] Meroebus Ethiopem datum Hydaſpidi Regi & patruo (cui ob victoriam gratulabatur) bellorum & ſanguinum, hoc eſt, cædium vulnerúmque athletam inuictum nuncupat; quem propterea bellica virtute præſtanti & generoſo Principi donandum cenſuerit: ἐγὼ δέ σε τὸν ἐν πολέμοις γενναῖόν τε καὶ ἄριστον ἀναφανέντα (inquit) προσφόρῳ τε καὶ ἀπὸ τῶν ὁμοίων



δωρῇ.

[a] lib. 1. fol. 3.

[b] fol. 25. eod. lib.

[c] lib. 2. fol. 43.

[d] lib. 18. Bibliotheca fol. 632.

[e] lib. 10. Æthiopicôn fol. 230.

δωρήσασθαι διηγωνισάσας ἄνδρα σοι προσκομίζω πολέμων μὲν καὶ αἱμάτων ἀθλητὴν ἀνανταγώνιστον, πάλην δὲ καὶ πυγμὴν τὴν ἐν κόνει καὶ σταδίοις ἀνυπόστατον.

Vt athletæ gentiles, vt milites iſti ſeculares; ita Chriſtiani aſcetæ veri ac iuſti milites (quos à Theodoreto Cyrenſi ſermone de curatione Græcarum affectionum duodecimo [a], virtutis athletas nominatos; libri ſuperioris capite tertio & decimo indicaui) diutina in cœnobiis velut palæſtris quibuſdam aſceſi ſeu exercitatione (de qua ſuperiore libro [b] verba fecimus) iam inde ab ipſo eccleſię naſcentis initio [c], inediæ, ſitis, nuditatis laborumq; cum iniuria ſæuiētis ipſius anni tempeſtatis omnium tolerantiam, atq; in humilitate perfecta imperturbatæ mentis conſtantiam (vt cum Caſsiano loquar) immobilémque patientiæ firmitatem ſibi comparare; vt in eremo denique degere atque ad cœleſtem ex anachoretarum diſciplina & angelicam vitam peruenire poſſent, omni ratione nitebantur: qua de re ſuperiùs, & iſto & quarto huius libri capite actum eſt. Ideò Epiphanius in Phyſiologo [d] Aquaticę ranæ pſeudomonachum, qui ſe in iſta cœnobitarum palæſtra non exerceret, verum autem hoc eſt aſcetam monachum qui conſtanter omnia perferendo duraret, ranæ terreſtri comparans; poſteaquàm dixit, ὅτι ὁ ξηροβάτραχος δέχεται τὸ θερμὸν τοῦ ἡλίου (hanc rationem ſecutos generoſos athletas iſto ſermone comprobauimus) τούς τε πάγους ὄμβρους ἀνέμους καὶ χειμῶνας καὶ πάντα ὑπομένει οὐδαμῶς τε ἀπειρηκὼς ἐστιν: ſubdit illicò quæ ſequuntur, οὕτω καὶ οἱ μοναχοὶ οἱ μὴ ἀσκούμενοι οὐχ οἷοί τε ἐσὶν ὑπομένειν πεῖναν, δίψαν, γύμνωσιν, ἐγκράτειαν καὶ χαμαικοιτίαν· οἱ δὲ ἐνασχολούμενοι ἥδιστα νηστεύουσι καὶ πάντα φέρουσι. Sanè non otij velamētum aut laboris refugium, eſſe ſcopum pietatis exiſtimandum aiebat in Antonini collectaneis [e] Baſilius, agens præcipuè de monachis (vt opinor) ſed argumentum & occaſionem athleſeos ſiue exercitationis; & laborum ampliorum ac vehementiorum; ipſiúſque adeò in anguſtiis & perſecutionibus patientiæ; in hæc omnino verba, οὐ πρόφασιν ἀργίας οὐδὲ ἀποφυγὴν πόνου τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπὸν ἡγεῖσθαι χρή, ἀλλ' ὑπόθεσιν ἀθλήσεως καὶ πόνων περισσοτέρων καὶ ὑπομονῆς τῆς ἐν θλίψεσιν. Ideò Piamon abbas apud Ioan. Caſsianum in collationibus [f]. Quoniam de optimo genere monachorum (inquit) video

[a] de virtute actiua. fol. 170.

[b] cap. 28. lib. 2. de duritia & patientia vitæ monaſticæ præter quæ attigi ſup. cap. 3. ad extremum, etiam vide B. Ioan. Chryſoſt. homil. 13. in cap. 5. epiſt. 1. B. Pauli ad Timot. in Ethico fol. 31. & 32. Græci lib. & homil. 59. ad pop. Antioch. col. 339. Lat. verſionis. item de monaſtica tonſura & veſte vitaq; monachorum angelica multum egimus libro 3. Semeſt. cap. 21.

[c] videſis quæ ad Teleſphori pontificatū de Marco Euāgeliſta ex Hieronymo, de Chriſtianis primitiuis apud Alexandriam ex Philone Iudæo Genebrar. doctiſ. ſub anno Chriſti 139. ſcrib. in chronicis fol. 381. & ſub ann. Chriſti 426. fol. 442.

[d] cap. 22. περὶ τοῦ ξηροβατράχου.

[e] apud Stobæum ſermo. 4. fol. 52.

[f] collat. 18. cap. 11. fo. 487. & collat. 19. cap. 11.



video vos profeſsionis huius arripuiſſe principia, id eſt, de laudabili cœnobiorum palæſtra ad excelſa faſtigia anachoreticæ tendere diſciplinæ; humilitatis patientiæque virtutem, quam vos illic didiciſſe non dubito, vero ſectamini cordis affectu: & alio poſteà loco idem Caſsianus, Quo pacto (ait) imperturbatæ mentis conſtantiam & immobilem patientiæ poterimus apprehendere firmitatem; qui ipſas quodammodo ſcholas & exercitationis huius palæſtram, in qua ad plenum erudiri ac perfici principia noſtra debuerant; intempeſtiuè intermiſſa cœnobij conuerſatione dereliquimus? Eapropter Chriſtiani nominis confeſſores martyrio poſt magnam perſecutionem atque tribulationem (ſicuti cap. 10. diſcutietur) conſummatos, & idcirco ſtolis candidis in agni ſanguine tinctis & lauatis amictos, palmarumque ramos victricium (quibus itidē vt illis hieronicas donatos antiquitùs, libri ſuperioris cap. 12. ad finem & capite 25. diximus) manu tenentes, non ampliùs famem, ſitim, ſolem aut æſtum; vt anteà fecerant (more athletarum Græcorum ſcilicet, de quo ſuperiùs egimus) experturos, B. Ioannes in Apocalypſi tradidit, ad illum vtique morem (vt videtur, aſpiciens [a]; quo loco: μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς ὃν ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἐδύνατο, &c. περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς, καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Et poſteà, καὶ εἶπέ μοι οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου: quę verba extremo capite 12. Agoniſtici 2. expoſuimus. Et ſtatim: οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδ' οὐ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα. quæ poſtrema, quàm aptè cum iis connectantur, quæ iſto toto capite περὶ τοῦ ἡλίου καὶ καύματος ἐν ἀγῶσιν dicta ſunt, vel cæcus viderit: vt qui hæc abeſſe, idem τὸν εἰρηνικὸν καρπὸν, pacificum oleæ fructum, quietis & victoriæ inſigne ac præmium (de quo tum hic, tum lib. ſuperioris cap. 22. explicando Diuo Paulo habita mentio) adeſſe intelligat; καὶ τὸ ἀναπαύσασθαι τῶν πόνων καὶ τῶν ἀγώνων (ſicuti Beati Chryſoſtomi verbis continetur, quæ cap. 10. exhibebimus) à laboribus & agonibus ceſſationem, ſiue liberationem & quietem: quos longè maiores, longiores quidem à monachis plerumque (qui diutiùs in monaſterij palæſtra exercentur) quàm ab ipſis qui vno ſæpiùs horæ momento conſummantur martyribus

[a] cap. 7. verſ. 9. 14. & 16.

[a] *apud Stobæum locor. commun. ſermo.14. fol.54.*

ribus exhauriri, D. Baſilius in Antonij collectaneis[a] athletica omnia verba vſurpans, audacter tradit, ſic ferè; οἱ μὲν μάρτυρες πολλάκις καὶ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀγωνισάμενοι ἐτελειώθησαν. ἡ δὲ τῶν μοναχῶν πολιτεία καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀθλοῦσα διὰ τὸν χριστὸν μαρτυρεῖ, &c. ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὴν πάλην ἔχουσα καὶ ἀθλεῖ, καὶ στεφανοῦται τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ ἔχουσα. Quæ ſanè monachorum cum Martyribus comparatio, ad veros illos germanoſque monachos primores ac eremitas, omni ſanctitatis & auſteritatis genere ac meritis pollentes; non ad pſeudomonachos γαστριμάργους quoſpiam, ſui propudium ordinis, ſanctique inſtituti perniciem certiſsimam, pertinet. Latinis verbis in eandem ſententiam ab Euſebio Emiſeno * reddita, vbi de S. Romano martyre loquitur: Magnum quidem, chariſsimi (ait) atque laudabile eſt, ſi quando ſæua tempeſtas perſecutionis ingruerit, ſubitò quemcumque de populo pro Chriſto mori, & in ſacrificium pietatis aſſumi. Et ideò inſpirata deuotione de communis vitæ ſtatu & conuerſatione ſeculi, ad compendioſi martyrij gladio peruenire victoriam, ſine bello conſummatione iuncta principio, compendioſa beatitudo eſt. At verò per diutinam ſeruitutem veteremque militiam & emeritam deuotionem, gratiam laboribus comitari, & cooperante retributore munificentiam virtutibus præuenire, ac meritis inuitare quàm arduę difficultas, tam glorioſæ fœlicitas eſt. Beatus ergo Romanus non nouus ſectator religionis, neque in Chriſti militia rudis, palmam tantæ gloriæ conſecutus eſt: quandoquidem eleuata in ſe Chriſti cruce, ita vias eius cucurrit, vt carnis pericula perſequens; & in ſe occidens mortificatis illecebris, mori quotidie meditaretur, longúmque peragerct ſuſcepta contra diabolum congreſſione martyrium.

* *ſermone de S. Romano martyre ſub initium in fol. 324. pag. 2. edit. Pariſ. anni 1575.*

*Arida ſaginatio Athletarum apud Tertullianum, qui fortean caſtigatur. Exercitatio eorum in proagonibus & in ipſis ſtadijs. Perpeſſio ictuum periculoſorum athletica. Vlpiani animaduerſus locus & illuſtratus, Plutarcho, Euſtathio, Philoſtrato adhibitis. Monomachia agon olim apud Olympiam. Athleta poſt obitum coronatus. Chriſti Domini cum Arrichione comparatio, à Chryſoſtomo.*

CAP.



## CAP. VII.

FVISSE igitur quandam athletarum ſaginationem verum eſt, vt ſuperiùs dixi; ſed eam talem, vt aridam vocare Tertullianus[a] non dubitauerit: quo loco, vnde gētium in prouinciis meliùs exercitis, quas natura agro potiùs eluctando commodauit, ſtudia palæſtræ (vereor vt ſtadia potiùs hic auctor ſcripſerit, qui & in Scorpiaco ſtadij ſenectutem dixit, ac τὸ palæſtræ ſit à gloſſemate: quāquam vulgatam ſtare lectionem video) malè ſeneſcentia & caſſum laborantia & lutea vnctio & puluerea volutatio & arida ſaginatio. Ea talis fuit, vt & à frigida & à qualicumque potione (niſi prout Epiſtatæ ipſi viſum foret) atque à placentulis dulcibúſque abſtinerent, qui Olympicis agonibus decertare vellēt ac vincere: vt ab Arriano in Epicteto traditur, eo loco, quē poſteà huius lib.3. cap.17. exhibebo: ex quo iſta ſunt huc pertinentia, δεῖ σε εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, &c. μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶον ὅτ' ἔτυχεν ἁπλῶς· ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, & reliqua. Fuiſſe autem exercitationē valde laborioſam, qua propter gloriam, athletarum ipſorum corpora torquerentur: non tantùm ἐν τοῖς προαγῶσιν illis quorum eo quem antè citauimus loco D. Baſilius mentionem facit: aſpiciens (vt arbitror) ad exercitationes illas, quibus per dies admodum triginta in ipſa Elide, cùm inſtarent Olympia, ſoliti athletæ operam dare (qua de re apud Philoſtratum[b] ita ferè ſcriptum, ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητὰς ἐπειδὰν ἥκῃ ὀλύμπια γυμνάζουσιν ἡμερῶν τριακόντα ἐν αὐτῇ τῇ ἤλιδι καὶ ξυναγαγόντες αὐτοὺς ὁ μὲν δελφὸς ὅτε πύθια, ὁ δὲ κορίνθιος, ὅτε ἴσθμια, ἴτε φασὶν, &c. quæ antè retuli) verùm etiam in ipſo certaminis publici loco, vbi corporis tum aliis laboribus, tum verò etiam aliquo onere ferundo exercendi gratia, occupatos antiquitùs athletas, Mercurialem doctiſsimū[c] auctores alij, me inſuper B. Ioannes Chryſoſtomus docuit, quem ſæpe in hoc opere agoniſtico laudandum habui. Verba eius hæc ferè ſunt[d], Nam ſi aduerſitatem ſuſtuleris, & præmiorū cauſam tollas neceſſe eſt. Nónne & certatores ſpectaſti, qui exercendi ſe gratia vel vtres arena complent & geſtant? quod tamen vt agas, haud ſanè neceſſarium fuerit. Quò itidem referendum iſtud Epicteti verbū videtur, quod apud Arrianum[e] legimus;

[a] *in de pallio.*

[b] *extremo lib. 5. de Apollonio.*

[c] *lib.2. de re gymnaſt. vbi de alteribus.*

[d] *in ſermone de charitate quæ cuncta dirigit & perficit tom.5. co. 684. edition. Niuellia. ann. 81.*

[e] *lib.3. cap.19. ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς ἔστιν ὠφελεῖσθαι. & in fin. cap.24. πρὸς τοὺς ἀπεπιπτόντας ὧν προέθεντο.*

 καὶ

καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν λέγει, αἶρον ὑπὲρ ἀμφοτέρας· καὶ ὅσῳ βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελοῦμαι ἐγώ. Et alibi, οἱ πόνοι ἄρα, οἱ τῶν παλαιστηρίων, ἑκόντων ἢ ἀκόντων ἡμῶν ὠφέλιμοι. quamquam hic quidem, ſicut & ſuperior Arriani (ne aliquid diſsimulem) locus, ad προαγῶνας de quibus antè à D. Baſilio ſumus locuti, propiùs valdiúſque, quàm ad agonas ipſos pertinere videatur.

In ipſo quinetiam agonis articulo non pati modò illatos ictibus atque vulneribus dolores, ſed & obſtinatione quadam animi ſeu virtutis, ſeu gloriæ cauſa (ſicuti poſt Senecam noſter Vlpianus [a] loquitur) tum cicatricum deformitatem, dentium, oculorumq; excuſsionem, luxationem, effracturámque oſsium perferre: immò vitæ plerumq; ipſius diſcrimen athletas olim ſubire ſolitos, præſertim pugiles, atque pancratiaſtas Epei Homerici verba illa quæ ſuperiore tractatu propoſui manifeſtum faciunt; & inſuper iſta Euſtathij [b] ad Homerum eo ipſo loco adnotatio comprobat: τηρητέον δὲ καὶ τὸ ἐπικίνδυνον τῆς πυγμαχίας ἀεὶ τοιαύτης οὔσης· πολλοὺς γὰρ τῆς κατὰ φύσιν σωματικῆς ἁρμονίας παρέλυεν. Præterea iſti de crepantibus ſub pugno (vt verbo Senecæ [c] vtar) Amyci & Pollucis pugilatu decertantium dentibus apud Apollonium Rhodium verſus commonſtrant,

...ὣς τοῖσι παρήϊα ἀμφοτέρωθεν
καὶ γένυες κτύπεον. βρυχὴ δ' ὑπετέλλετ' ὀδόντων
ἄσπετος· οὐδ' ἔλληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες
ἔστε περ οὐλοὸν ἆσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε.

Et posteà,

κόψε μεταΐγδην ὑπὲρ οὔατος· ὀστέα δ' εἴσω
ῥῆξεν· ὁ δ' ἂμ' ὀδύνῃ γνὺξ ἤριπεν.—

Ac denique illo quod è Rhodiaco Dionis Chryſoſtomi, lib. 2. attuliſſe me de præmiis hieronicarum agentem memini ὅτι τῶν Ὀλυμπιάσι στέφανον ἐλάινον ὄντα πολλοὶ προτετιμήκασι τοῦ ζῆν, &c. ὅτι μὴ ῥᾳδίως μηδ' ἐπὶ μικρῷ δίδοται. Quamobrem ſi in colluctatione vel pãcratio, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit in publico certamine Vlpianus ceſſare Aquiliam reſpondit, hoc addito, Quia gloriæ cauſa & virtutis, non iniuriæ cauſa damnum datum videtur. Alioqui cùm iura de iis quæ ἐκ παραλόγου accidunt conſtitui non ſoleant,

*[a] l. qua actione, §. ſi quis in colluctat. D. ad l. Aquil. vnde alia quæpiam explicamus inf. c. 17.*

*[b] ad Iliad. ψ. fo. 1323.*

*[c] epiſt. 13. vnde verba proponam inf. cap. 14. huius libri. Videſis & quæ de excuſſis Cyrenæo Eurydamæ dentib. in pugilatu, ſcripſi ab Æliano ſuperiùs ad fin. ca. 5. hoc Agoniſtico 3.*



leant, ſed de iis quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον (τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν, οἱ νομοθέται), quemadmodum Theophraſto in teſtem adhibito [a] noſtri docuerunt) ſi perrarò, nec frequenter, ac facilè cædes in iſtiuſmodi certaminibus admittebatur, nihil fuit cur ea de re Iuriſconſultum ſcribere ad edictum & reſponſa dare oportuerit. Ac notum quidem eſſe Plutarchus alicubi ſignificat, olim ſingulare certamen apud Piſam fuiſſe celebratum: in quo etiam victus, aut ſe dedens, cedénſq; necaretur: cuius hiſtoriȩ licet auctorem prodere ſe non poſſe dicat; veram tamen illam eſſe fas eſt ex eo coniicere, quòd iſtam conſuetudinem ea quam antè memoraui lege tolli fuerit neceſſe: ſic etenim Plutarchus [b], ὅτι πάλαι καὶ μονομαχίας ἀγὼν περὶ Πίσαν ἤγετο μέχρι φόνου καὶ σφαγῆς τῶν ἡττωμένων καὶ ὑποπιπτόντων· μή με πάλιν ἀπαιτεῖτε τῆς ἱστορίας βεβαιωτὴν κἂν διαφύγῃ τὴν μνήμην ἐν οἴνῳ τὸ ὄνομα καταγέλαστος γένωμαι. Imò etiam Epicteti temporibus (qui ſub Adriano Principe Rom. floruit) ex ipſo certamine magnam plerumq; illatam athletis perniciem, hæc ipſius apud Arrianum [c] verba perſpicuum faciunt: καὶ ἔφη κεφαλαὶ οὐ μένετε; ἀλλ' ἀθλητῶν μὲν ὄλεθρον ἢ μάχην ὀψόμενοι ἄπιτε ὁδὸν τοσαύτην εἰς Ὀλυμπίαν πυρετοῦ δὲ καὶ ἀνθρώπου μάχην ἰδεῖν οὐ βούλεσθε.

De Arrichione igitur pancratiaſta, qui poſt mortem quam in ipſa victoria Olympiæ oppetierat, coronatus fuerit, Philoſtratus [d], ἐς αὐτὰ ἥκεις Ὀλύμπια (inquit) καὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ κάλλιστον· τουτὶ γὰρ δὴ ἀνδρῶν τὸ παγκράτιον. στεφανοῦται δὲ αὐτὸς Ἀρριχίων ἐπαποθανὼν τῇ νίκῃ· καὶ στεφανοῖ αὐτὸν οὑτοσὶ Ἑλλανοδίκης. Et posteà, μεγάλου γὰρ δὴ αὐτῷ ὑπάρχοντος τοῦ δὶς ἤδη νικῆσαι τὰ Ὀλύμπια μεῖζον τοῦτο νικᾷ ὅτι καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὰ κτησάμενος ἐς τὸν τῶν ὀλβίων πέμπεται χῶρον αὐτῇ κόνει. Et ad finem, ὁ δὲ Ἀρριχίων ὅσα οἱ νικῶντες γέγραπται· καὶ γὰρ τὸ αἷμα ἐν τῷ ἄνθει καὶ ὁ ἱδρὼς ἀκραιφνὴς ἔτι καὶ μειδιᾷ καθάπερ οἱ ζῶντες ἐπειδὰν νίκης αἰσθάνωνται. Verus Arrichion atque perfectiſsimus athleta Chriſtus (liceat enim mihi Deum verum, cum bona ipſius quam humiliter imploro venia, quâ homo eſt, cum homine licet pagano comparare; qui ſe ſub ſerpẽtis & hirci brutorum animalium figuris à digito Dei ſancto ſpiritu ſignificari atque oſtendi in ſacroſanctis vetuſti teſtamenti libris voluit) morte ſua lethiferum vulnus diabolo forti armato illi aduerſario inflixit, deiectum

*[a] l. 4. §. 6. D. de legibus.*

*[b] in fin. quæſt. 2. lib. 5. Sympoſ. problem.*

*[c] lib. 3. Epicteti cap. 21. περὶ κυνισμοῦ.*

*[d] lib. 2. εἰκόνων in Arrichione: de quo cætera protulimus libro 1. ſub init. vbi de pancratio in cap. 8. & vide quæ in hanc rem ipſam è Pauſania ſcribo inferiùs cap. 22. ad finem.*

deiectumq; turpiter atque afflictum ſolo pancratiaſtes optimus ſuperauit: quemadmodum ſimilitudine ab athletis deducta B. Ioan. Chryſoſtomus [a] his omnino verbis explicat; ἐκεῖ τὴν πληγὴν ἔλαβεν ὁ θάνατος ὑπὸ σώματος νεκροῦ τὴν καιρίαν λαβών. καὶ καθάπερ ἀθλητὴς νομίζων τὸν ἀντίπαλον βεβληκέναι καιρίαν λαμβάνει πληγὴν οὕτω δὴ καὶ ὁ σταυρὸς δείκνυσιν ὅτι τὸ μετὰ παῤῥησίας ἀποθανεῖν ἀσχημοσύνη ἐστὶ τοῦ διαβόλου: quibus vtiq; verbis illa D. Pauli exponuntur καὶ αὐτὸ (τὸ χειρόγραφον) ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισε παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

*[a] homil.6.in cap. 2.epiſto. D.Pauli ad Coloſſ. Idem Chryſoſt.homi.1. in ſymbolū apoſtol.629.col.Mortem morte occidit, leo de tribu Iuda, Rugientem leonem ſuperauit.*

*Nudos athletas decertaſſe. Leges Athleticæ. Æliani de Oricadmo locus cuius interpretatio notatur in marg. Lex de non occidendo aduerſario. Platonis de ipſa expenſus locus & fortè caſtigatus. Qui morderent in decertando eos κακομαχεῖν dictos. Plutarchus de pugilatu expoſitus, interpretibus notatis. Agonibus Muſicis ſuæ leges. Athletæ liberi nec famoſi aut notati, ſed & exploratæ virtutis. Quàobrem athletis tributa immunitas. πάλη apud Platonem, notato ipſius interprete. Ioannis Caſſiani de athletis locus, vnde legis vnicæ C. de athletis petita explicatio. Puerorum certamen etiam in ſtadio. Plutarchi locus illo Caſſiani adhibito expoſitus, eiúſque interpres Xylander notatus. Equorum agitatores pueri cum viris commiſſi curulibus ludis, ſicuti gymnicis Pythiis athletæ.*

## CAP. VIII.

PRÆTER iſtas continẽtiæ tam à cibis, potuq; quàm à Venere laudes, ſine quibus coronari athleta non potuit, decertare ipſum nudum quidem ex lege, aut more ſacri agonis oportuit: vnde illa ἀποδῦναι & ἀπογυμνάσασθαι apud Thucydidem ſicuti Pollux Onomaſtico [b] notat: ſed ita vt pudor & honos oculis ſeruaretur: non ſine ſubligaculo igitur, quod antè [c] admonui. Nec dubito quin aliæ præterea quæpiam gymnici [d] certaminis leges fuerint ſecundum quas agonem ipſum obiri oportuerit. Quamobrem apud Cornelium Celſum ita ſcriptum [e]. Ac ne his quidem athletarum exemplo, vel certa eſſe lex, vel immodicus eſſe labor debet. Atque ab iis legibus celebratum in veterum libris Oricadmum quendam reperio, cui Siculi qui dicitur luctæ modi, ac rationis inuentio tribuitur: de quo ita Ælianus [f] alicubi, ὅτι ὀρίκαδμος πάλης ἐγένετο νομοθέτης καθ' ἑαυτὸν ἐπινοήσας τὸν Σικελὸν τρόπον καλούμενον τοῦ παλαίειν. In lucta quoddam fuiſſe mo-

*[b] d. cap. 30. col. 190. lib.3.*
*[c] libri proximi ſuper. c. 2. & 4.*
*[d] de gladiatorij & item muſici ſiue citharœdici certaminis legibus, vide apud Suetonium Nerone cap. 24. & Tacitū initio libri 16. Prætereà Leuin. Torrentium ad illū Suetonij locum.*
*[e] lib.1.c.2.fo.19.*
*[f] lib.11.var.hiſt. cap.1. vbi pro lucta interpres pugilatum neſcio quamobrem reddidit.*

tuum



tuum aut ligaturarum, hoc eſt nexuum genus legitimum, quod iuxta leges athleticas ad victoriæ adeptionem vſurpari poſſet; iuxta illud B. Ambroſij teſtimonium libri primi capite viceſimo à me allatū; vbi ait in hoc ſeculari agone quoſpiam eſſe qui ſimplici quodam & legitimo genere luctantur, & ligaturis tantùm corporis certant, qui palæſtæ vocantur: aliud verò quod imperitorum oculos falleret & fauorem intereà laudémq; ſpectatorum cum vulgi admiratione atq; applauſu commoueret; à B. Gregorio Nazianzeno pereleganter in quopiam aduerſus Eunomianos ſermone * traditum recordor: quo loco hæc legas, ἐπεὶ δὲ πᾶσαν εὐσεβείας ὁδὸν καταλύσαντες, πρὸς ἓν τοῦτο βλέπουσι μόνον, ὅτι δήσουσιν ἢ λύσουσι τῶν προβαλλομένων· καθάπερ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τὰ παλαίσματα δημοσιεύοντες, καὶ τῶν παλαισμάτων οὐχ ὅσα πρὸς νίκην φέρει κατὰ νόμους ἀθλήσεως, ἀλλ' ὅσα τὴν ὄψιν κλέπτει τῶν ἀμαθῶν τὰ τοιαῦτα καὶ συναρπάζει τὸν ἔπαινον: καὶ δεῖ πᾶσαν μὲν ἀγορὰν περιβομβεῖσθαι τοῖς τούτων λόγοις: πᾶν δὲ συμπόσιον ἀποκναίεσθαι φλυαρίᾳ καὶ ἀηδίᾳ, &c. Cùm autem luctæ, cæteræq; itidem palęſtræ (quam πάλης appellatione deſignatam alibi vt pugilatum, & alias etiam exercitationes comprehendat lib. 1. admonui) legibus quid non facere, aut pati victorẽ oporteret, eius præfecti aut etiam agonothetæ conſtituerent: quódque legitimum palæſtritæ, athletæ, ſiue agoniſtæ opus eſſet, aut contrà. ſicuti Plato [a] me docuit, his verbis, ἃ δὲ τὸν μὴ παθόντα ἢ ποιήσαντα (ſic malo cum ſcoliaſte abſque abnutiuo legere) δεῖ νικᾶν καὶ εἰς ὁπόσα καθάπερ νῦν ἐν τῇ πάλῃ διενομοθετήσαντο οἱ περὶ τὴν πάλην αὐτήν, τί τοῦ καλῶς παλαίοντος ἔργον καὶ μὴ καλῶς, ταὐτὸν δὴ καὶ τοὺς περὶ ὁπλομαχίαν ἄκρους παρακαλοῦντας χρὴ τούτους συννομοθετεῖν κελεύειν, τίς νικᾶν ἄρα δίκαιος περὶ ταύτας αὐτὰς μάχας ὅτι μὴ παθών, ἢ δράσας. & ſtatim διαθεμένοις αὖ περὶ τούτων νόμοις, τῷ κάλλιστα ἀποδιδόντι τὰ περὶ ταῦτα νόμιμα τὰ γέρα καὶ τὰς νίκας διανέμειν. In iis, præter illam continentiæ, qua de actum eſt huius libri ſermone quarto; hæc fortaſſe fuit, vt ne quis in colluctatione vel pugilatu antagoniſtam ſtudio, deditáque opera conficeret, ac peremptum vellet; alioqui ne victor coronaretur: etiam ſi cędis illatæ argui aut damnum datum ſarcire cogi (tradente hoc ipſum, vti dixi [b], Vlpiano) minimè potuerit. Iuxta quam legem Hicco Epidaurio ſuperato & interempto in pu-

** ἐν τῷ κατὰ Εὐνομιανῶν προδιαλέξει, ſub initium in fol.195.*

*[a] lib. 8. de legib. fol. 833. libri à Stephano excuſi. & fol.834.*

*[b] lib.1. Agoniſt. cap.6.*



gilatu,

gilatu, damnatum ab Hellanodicis Aſtypalæeum Cleomedem, atq; victoriæ præmio mulctatum præ dolore deſipuiſſe, hoc eſt, è poteſtate mentis exiiſſe, circa Olympiadem 71. à Pauſania [a] relatum eſt. Atque hanc quidem Platoni [b] legem placuiſſe video, vt qui in publico certamine, vel alioqui in bello exercitationeve bellica, quæ iuſſu magiſtratus fieret, amicum antagoniſtam nolens interfeciſſet, is ab illatæ cædis culpa, & crimine immunis eſſet: vbi cùm de pœna fuerit dubitatum, & lege ad dubitationem tollendam opus fuiſſe legiſlator viderit, qui de præmio victoriæ nihil cauit, ipſum omnino interfectori denegaſſe, ac velut abiudicaſſe cenſendus eſt. Cuius hæc in eam rem verba eſſe memini, quæ conſiderari, vt oportet, cupio, εἴ τις ἐν ἀγῶνι καὶ ἄθλοις δημοσίοις ἄκων εἴτε παραχρῆμα εἴτε καὶ ἐν ὑστέροις χρόνοις ἐκ τῶν πληγῶν ἀπέκτεινέ τινα φίλον (hîc Amici verbum nequaquàm ocioſum exiſtimes, cùm eius coniectura fraudis, inſidiarum, maleuolentiæ, omníſque inferendæ cædis voluntatis excludatur ſuſpicio) ἢ κατὰ πόλεμον, ὡσαύτως ἢ κατὰ μελέτην τὴν πρὸς πόλεμον ποιουμένων ἄσκησιν, τῶν ἀρχόντων ψιλοῖς σώμασιν, ἢ μετά τινων ὅπλων ἀπομιμούμενοι τὴν πολεμικὴν πρᾶξιν, καθαρὸς (vbi hunc equidem articulum ſuperuacaneum, & è ſequentibus deſumptum crediderim) κατὰ τὸν ἐκ Δελφῶν κομισθέντα περὶ τούτων νόμον ἔσω καθαρός.

Nec tantùm interficere, ſed vel mordere aduerſariū (quod leoninum, atque adeò belluinum, aut ferinum fuit) prohibebant athleticæ, ſiue gymnici certaminis leges; ſiue quis pugilatu, ſiue lucta, ſiue ipſo pancratio decerneretur: & qui hoc faceret is adeò κακομαχεῖν dicebatur. Lucianus Demonacte [c] ἐπεὶ μέντοι πολλοὺς τῶν ἀθλητῶν ἑώρα κακομαχοῦντας καὶ παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας, οὐκ ἀπεικότως ἔφη τοὺς νῦν ἀθλητὰς οἱ παρομαρτοῦντες λέοντας καλοῦσιν. Quod autem ita cęſtibus armatas pugilum & reuinctas manus, vt non modò lethale vulnus inferre non poſſent, aduerſariumq; perimere: verùm etiam quo mollior, leuiórve ictus minus lęderet atque offenderet, quiſpiam ex eo colligere ſe meritò poſſe duxerit, quod Plutarchus [d] in hæc verba ſcribit, τῶν μὲν γὰρ ἐν ταῖς παλαίστραις διαμαχομένων ἐπισφαίροις περιδέουσι τὰς χεῖρας ὅπως εἰς ἀνήκεστον ἡ ἅμιλλα μηδὲν ἐκπίπτῃ μαλακὴν ἔχουσα τὴν πληγὴν καὶ ἄλυπον, non ita eſt. Equidem ipſum de pugilatu in palæſtricis

[a] lib.2. Eliacôn, fol.146.Ald. lib.
[b] lib.9. de legib. fol.865.
[c] in eius vita. vide quæ ſcribo inf.cap.21. & li. 1. cap.12.
[d] ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμασι ad extremum, fol. 1476.lib.Stephan. tom.3. opuſc.



palæſtricis exercitationibus; non in ſtadiis, vbi coronæ cauſa decertabatur, exhibito loquutum, verius arbitror, quod in Phorbante Philoſtrati citans ipſum Viginarius doctiſsimus, minimè viſus aduertere: ſicuti Latinus etiam interpres, qui verba Plutarchi Græca his Latinis olim reddidit; Iam lucta, cæſtibúſque certantium manus loris vinciri leniter, & pauxillum prohiberi cōſueuit, &c. vbi cùm iſta leniter & pauxillum prohiberi, de ſuo addiderit, tum illud iam lucta peſsimè ſcripſit, pro in palæſtris quippe, aut quid eiuſmodi: non enim cæſtuum, aut meilicharum vſus in lucta etiam publica quemadmodū libro primo [a] docui. In curſura etiam proditorium exiſtimatum, atque adeò prohibitum coniicio; ſi quis aduerſariū præcurrere ſineret, ita vt ipſum à tergo perſecutus, quapiam ratione læderet. Pollux etenim alicubi [b], τὸ μέντοι προδρομεῖν ἐάσαντα ἐπιδιώκειν ὅπως ἐν ταῖς σφοδρομαχίαις γίγνεσθαι προδοσία ἐγένετο: qua de re inferiùs [c] vbi de athletarum probatione diſſeretur è Cicerone, Luciano atq; Homero, etiam, & ad ipſum Euſtathio, Ambroſio, aliis dicturi ſumus, ſi Deus dederit. Nam & in agone Muſico certas fuiſſe itidem leges Tacitus [d] indicat, vbi de Nerone, Ingreditur theatrum (ait) cunctis cytharæ legibus obtemperans ne feſſus reſideret, ne ſudorē niſi ea quam indutui gerebat veſte detergeret, vt nulla oris, aut narium excrementa viderentur: poſtremò flexus genu, & cætum illum manu veneratus ſententias iudicum operiebatur ficto pauore. Suetonius [e] quoque de illo ipſo: In certando verò ita legi obedierat (inquit) vt nunquam excreare auſus, ſudorem quoque frontis brachio detergeret.

Tum verò eſſe liberum athletam, bonæq; exiſtimationis, non famoſum, aut notatum oportuit: Sed & antequam coronaretur multas victorias in gymnaſij Ephebæo ita de iuuenibus æmulis reportaſſe, vt exploratæ virtutis haberetur. Quò aſpexiſſe iſtius reſcripti [f] auctores principes videntur; cùm hoc exigunt, vt immunitatem conſequuturus, ita per omnem ætatem cum coæuis decertauerit, ſuæq; virtutis ac roboris præ illis à puero ſpecimen apud athlothetas ediderit, ſeſeq; approbauerit: vt ſi non periodo victorem ſe poſsit dicere, attamen tribus agonibus ſuperior extiterit; & poſt multas in gymnaſio victorias deinde in amphitheatro, circo vel ſtadio, in

[a] c.9. Agoniſt.1.
[b] d. cap. 30. col. 188. vbi περὶ δρόμου.
[c] cap.19.
[d] ſub initium li. 16. Annal. f.177.
[e] Nerone c.24. vbi Torrentius Lauinus de gladiatoriis etiā legibus.
[f] l. vnica. C. de athlet. lib.10.

in totius populi, ludorúmque curatoris, & ſacerdotum prouincialium, atque athlothetarum conſpectu, non ambitioſè, aut corruptis antagoniſtis, ſed ſuo merito tertiùm coronatus fuerit. Nempe qui exercitationem iſtam athleticam tandiu ſuſtinuerit, viriliterque ac ſtrenuè ipſa ſit perfunctus; huius non modò corpus ſed animum quoque ad patientiam, virtutémque omnem bellicam, egregiis militibus pro Repub. depugnaturis maximè neceſſariam, erigi atq; incrementum accipere; ipſo Plutarcho ita prædicante, ac teſtimonium præbente, creditur: è cuius Sympoſiacis quæſtionibus [a] iſta ſuperiore tractatu protuliſſe me recordor; ὅτι οἱ ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασι ἐπαίρονται καὶ αὔξονται: quam eſſe huius reſcripti rationem (vt vulgò noſtri legum magiſtri vocant) decidendi aptiſsimam, atque veriſsimam; quatenus certè athletis immunitatis priuilegium conceditur, equidem cenſeo. Nam luctæ quidem genus, cùm ex omnib. motibus, maximè bellicæ pugnæ cognatum, atque affine ſit: ideò non pugnandi quidem rationi propter luctam dare operam; ſed è contrario luctæ, propter pugnam oportere ab Athenienſi hoſpite illo apud Platonem [b] traditur: ſic ferè, ὅτι τῇ πολεμικῇ μάχῃ πασῶν κινήσεων ὄντως ἐστι ξυγγενὴς πολὺ μάλιστ' ἡμῖν ἡ τοιαύτη πάλη, καὶ δὴ καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἐκείνης χάριν ἐπιτηδεύειν. ἀλλ' οὐκ ἐκείνην ταύτης ἕνεκα μανθάνειν. Vbi equidem πάλης vocabulo & pugilatum, & pancratium, latiſsima ſignificatione, immò multò etiam potiùs quàm luctam deſignari cenſeo; idq; mihi denegauerit nemo, qui potiſsimùm eos expenderit locos, quos in eam rem primo huius tractatus libro [c] attuli: & verò qui aduerterit apud Platonem eo loco poſteà παλαίστραν dici, quam antè vocauerit πάλην: vbi νῦν δὴ τὸ μὲν περὶ παλαίστραν δυνάμεως τὸ μέχρι δεῦρ' ἡμῖν εἰρήσθω. Cùm tamen vtrobique luctam interpres alioqui eruditiſsimus reddiderit: quamobrem factum, vt hoc quoque obiter adnotatum voluerim.

Ad cætera eo reſcripto comprehenſa & à nobis modò explicata quod ſpectat; nihil magis aptum atque perſpicuum, quàm quod de more gymnicorũ certaminum Ioannes Caſſianus [d] omnium optimè in hæc verba ſcribit, adferri poſſe à quoquam arbitror: In illis enim certaminibus (inquit) quæ ſecundum

[a] *lib. 8. Sympoſ. problem. quæſt. 4*

[b] *lib. 7. de legib. fol. 814. ſic & fo. 795. eiuſdem lib. Generaliter πάλης nomen accepit.*

[c] *cap. 10. & 11.*

[d] *cap. 12. lib. 5. monaſt. inſtitut. videſis & cap. 16. 17. 18. Ac in 16. quidem, Itaque ventris & gulæ concupiſcẽtia hoc intuitu ſuperata nec ſerui carnis, nec infamis vitiorum nota pronũciati, velut in Olympiacis diſciplinis iudicabimur ſuperiorum quoq; certaminũ digni eſſe conflictu.*



ſecundum eundem Apoſtolum corruptibilem coronam vincentibus parant, mos iſte ſeruatur, vt is qui ſe ad glorioſam coronam, & Immunitatis priuilegio decoratam (vide vt hic locus ad reſcripti quod interpretamur ſententiam, quæ de Immunitate eſt, faciat) præparare contendit, & perfecta cupit agonis ſubire certamina: prius in Olympiacis, ac Pythiis certaminibus indolem ſuæ iuuentutis, ac rudimentorum robur oſtentet (hinc rurſum illa reſcripti eiuſdem verba, per omnem ætatem certaſſe, omnino explicanda ſunt) in his ſiquidem iuniores qui has diſciplinas cupiunt profiteri, vtrũ mereantur vel debeant ad eas admitti, tam eius qui iſtis certaminibus præſidet, quàm totius populi iudicio comprobantur: cúmque diligenter examinatus qui primùm repertus fuerit nulla vitæ aſperſus infamia: deinde non ſeruitutis iugo ignobilis, & ob hoc indignus diſciplina hac vel congreſſu eorum qui hanc profitentur fuerit iudicatus (hoc quoque de quo plenius poſteà dicetur, quando in controuerſiam, ab eruditis viris adduci video, ad illud Vlpiani noſtri pertinet [a] quo ingenuos demum in publico certamine ſolitos depugnare oſtenditur: cui congruit quod de Alexandro Seuer. Imper. Lampridius narrat; curſorem nunquam niſi ſeruum ſuum habuiſſe, cũ diceret: Ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere) tertiò ſi artis, ſi fortitudinis digna præferat documenta & iunioribus coæuiſq; decertans peritiam pariter, ac virtutem ſuæ demonſtrauerit iuuentutis: ac proficiens de Epheborum luctamine, perfectis iam viris & experientia longa probatis congredi, permiſſus fuerit præſidentis examine: ſeq; non ſolum parem virtuti, eorum aſsidua colluctatione probauerit; verùm etiam frequenter inter hos quoq; victoriæ palmam fuerit conſecutus: tum demùm ad agonis præclara certamina merebitur peruenire, in quibus non niſi victoribus tantùm & his qui multarum coronarum ſtipendiis decorati ſunt, facultas conceditur decertandi. Si intellexerimus carnalis agonis exemplum, ſpiritalis quoque certaminis, quæ diſciplina vel ordo ſit, comparatione huius debemus agnoſcere. Hactenus ille. Qui quod ait de victoribus pueris ac iuuenibus antequam ad iuſtum & legitimum inter viros agonem, immunitatis adipiſcendæ gratia recipiantur, multarum coronarum ſtipendia

[a] *l. qua act. 7. §. 1. D. ad l. Aquil.*

conſecutis (qua de re nihil equidem antè quàm Caſsianum legerem ipſe inaudieram, nec vulgare profectò eſt) ſic accipito: ſi me audis, non in gymnaſio tantùm inter pueros ephebos, & ipſos etiam viros, quod antè dixit, ſed in ipſo etiam ſtadio & circo. Etenim Plutarchus ipſe [a] hunc ſacrorum agonum fuiſſe ordinē narrat: Pythicorum quidem, vt cum pueris luctatoribus primùm, deinde verò cum pueris pugilibus pugiles viros, & ſimiliter cum pancratiaſtis pueris, viros committerent; iuxta illud Caſsiani ſcilicet, Ac proficiens de epheborum luctamine perfectis iam viris, &c. Olympicorū etiam non alium, niſi quòd non pueri cum viris dimicarent, ſed vtique poſt pueros inducerentur viri, qui ſeparatim (vt illi quoque) inter ſe, non permixtim cum pueris viri contenderent: quamquam in gymnaſio illo ad Elidem, eiuſque illa regione quę πλέθρον dicta; exercendorū puerorum gratia, priuſquàm ad publicum Olympiæ ſpectaculum, hoc eſt, totius Græciæ theatrum deducerentur, ad luctam vtique componi ſolitos ab Hellanodicis ætate impares; itemq; diuerſis non iiſdem agonibus omnes exercitatos, nihilominus tamen ſimul commiſſos ex Pauſania [b] intelligitur: quo loco poſteaquàm de iis verba fecit, qui in eius gymnaſij Elæenſis xyſto, id nomen ob Herculis factum quod ibi exprimitur conſecuto, itémque de iis, qui in altero eiuſdem gymnaſij loco qui à ſacro curſu nomen ἱερὸς δρόμος habuit, ſeparatim curſores ſcilicet pentathliq; exercerentur, eaq; omnia præſtarent athletæ quæ in ipſo conuentu Olympico aſſolent: iſtud illicò ſubiicit, quod dixi modò, ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ καλούμενον πλέθριον. ἐν δὲ αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ ἑλλανοδίκαι τοὺς καθ' ἡλικίαν ἢ καὶ αὐτῷ διαφέροντας ἐπιτηδεύματι συμβάλλουσι δ' ἐπὶ πάλῃ: quo etiam genere circa literarios (vt ita dixerim) agonas quoſdam vſurpato apud Plutarchum Sympoſiacis [c] neglecta ſortitione, geometram cum grammatico, cum Rhetore muſicum comparatos atque compoſitos fuiſſe, libro primo [d] enarraui.

Verùm intereà ipſius Plutarchi eam, quæ à me ſuperiùs propoſita fuit, altero quodam Sympoſiacorum loco ſententiam eſſe pronuntio; quam vt aſſequerer, Caſsianus fecit: Xylander qui Caſsianum (opinor) haudquaquam legerat, Plutarchum Latinum faciens, minimè gentium intellexit.

[a] *lib. 2 Sympoſ problem. quæſt. 5.*

[b] *Eliacôn 2. non longè ab extremo in fol. 158. & 159. Ald. exempl.*

[c] *lib. 9. Sympoſ. quæſt. 3 in princ.*

[d] *initio cap. 25.*

Nam



Nam cùm hæc optimi auctoris verba ſint, αὖθις ὁ Λυσίμαχος ἔφη, ποῖον οὖν φαίη τις ἂν τῶν ἀγωνισμάτων γεγονέναι πρῶτον ἢ τὸ στάδιον ὥσπερ ὀλυμπιάσιν, ἐνταῦθα δὲ παρ' ἡμῖν (nempe in Pythicis apud Delphos ludis, de quibus egerat pręcedenti quæſtione) καθ' ἕκαστον ἄθλημα τοὺς ἀγωνιζομένους εἰσάγουσιν ἐπὶ παισὶ παλαισταῖς ἄνδρας παλαιστὰς, καὶ πύκτας ἐπὶ πύκταις ὁμοίως καὶ παγκρατιαστάς. ἐκεῖ δὲ ὅταν οἱ παῖδες διαγωνίζωνται τότε τοὺς ἄνδρας καλοῦσιν. Interpres alioqui non ineruditus ita vertit, Huc enim apud nos in ſingulis concertationibus introducunt poſt pueros luctatores viros luctaturos: & pugilibus ſufficiunt pugiles, itidemq; pancratiaſtis pancratiaſtas: ibi autem vbi decertauerunt pueri viros vocant. Quo equidem modo, verbum verbo (quod fidi eſſe interpretis [a] non nego, ſed ita ſi ſententiæ nihil officitur) fortaſſe reddidit; quamquam ſingula expendere volenti contrarium videri non immeritò queat: ambiguæ quidem ſignificationis articulum ἐπὶ, cùm hîc valeret, τὸ σὺν; ſeciùs accepit pro temporis, aut ordinis articulo; nedum vt ſententiā auctoris negantis Olympico agone (Olympico inquam non Elæi gymnaſij certamine) commiſſos viris pueros, ſicuti Pythico vſurpatum erat, vllatenus (animo quidem meo) expreſſerit: cùm tamen in Græcorum interpretatione, ita rem ipſam qua de agitur, Latinis verbis ſignandam eſſe conſter, ſecundùm Senecæ opinionem [b], vt appellationis Græcæ vim habeant, non faciem. Addam & iſtud huius ſermonis concludendi gratia, quod ad ea pertinet, quæ de commiſsione puerorum gymnico Pythiorum certamine cū viris, modò diximus. In curulibus quoque ſiue Circenſibus Pythiorum, immò etiam Olympiæ, aliiſq; ſacris aut recentioribus forſitan apud Conſtantinopolim agonibus, permiſtim viros, & pueros in curruum agitatione comparatos, qui præmij obtinendi cauſa decurrerent. Cuius obſeruationis meæ teſtem aſsiduum atque adeò auctorem Leontinum ſcholaſticum Epigrammatarium poëtam habeo. Huius enim hexaſtichon iſtud eſt, quod ex Epigrammatum Græcorum Anthologia [c] decerpſimus in Calliopen, ideò laudatum, quòd ſenes puer, pueros ſenex & quidem ſexagenarius ſuperarit:

Πρεσβυτέρους κοῦρος μὲν ἐὼν, πρέσβυς δέ τε κούρους
Νικᾷς τεθρίππων κέντορας ἀθλοφόρων

[a] *iuxta iſtud Horatij de imitatore in arte poëtica ad Piſones Nec verbū verbo curabis redde re fid[us] interpres, hoc eſt, tanquam ſis fid[us] interpres.*

[b] *lib. 1. de tranquillitate animi cap. 2.*

[c] *lib. 5. fol. 403. editio. Stephan.*

Ἓξ

Ἐξ δ' ἐτέων ἀνύσας δεκάδας, στήλην ἐπὶ νίκαις
Εἷλες Καλλιόπα νεύματι κοιρανίης
Ὄφρα μένοι. καὶ ἔπειτα τεὸν κλέος αἴθε τοι εἴη
Ὡς κλέος ἀθάνατον, καὶ δέμας ἀθάνατον.

Itémque diſtichon iſtud ex altero in eundem Epigrammate [a] quod libro primo [b] attuli.

[a] eodem Anthol. lib. fo.403.epigr. ſequ.
[b] cap.15.

Πρέσβυς ὅτι σφριγόωντας ἐν ἱπποδάμῳ πλέον ἀλκᾷ
Νικήσας, γεραρὸς δ' ὢν νέος ἐν σοφίῃ

& ſimiliter illud in Fauſtinum indidẽ deſumptũ tetraſtichon,

Πρίν σε νέον Φαυστῖνε νόος προφέβητο γερόντων
Νῦν δέ σε πρεσβυτέρη κάρτος ἔφειξε νέων
Δεύτερα δ' εὕρετο πάντα τεὸς πόνος ὅς σε γεραίρει
Πρέσβυν ἐν ἠϊθέοις, ἐν δὲ γέρουσι νέον.

Denique iſtud inſuper ex epigrammate in Conſtantinum agitatorem [c]

[c] in eodem Anthol.lib.5.f.406. epigramm.cuius initium σοὶ τόδε.

Ἀλλ' ἔτι κουρίζων τε καὶ ἄχνοος ἄνδρας ἐνίκας
Ἥλικας ἡβήσας, γηραλέος δὲ, νέους.

*Adhuc de puerorum agonibus. Caſtigatus Solinus. Laërtius expoſitus. Plutarchus illuſtratus, atque à gloſſemate purgatus. Dionyſius Halicarnaſſeus aliter atque ab interprete intellectus. Item Agellius: apud quem, Ætas ambigua quid ſit, exponitur. Expenſus Ariſtotelis locus de puerorum agonibus, vnde Plutarcho & Pauſaniæ allata lux.*

## Cap. IX.

CÆTERVM ad pueros athletas vt reuertar, & mittam quod de pueris in ceromate rixantibus, eorumq; ſpectatoribus citato Seneca in libro de breuitate vitę, tractatu ſuperiore oſtendi: & verò quod Plato leges in ſua Repub. ciuibus præſcribens trifariam certamina curſus diſtribuenda cenſuit, vnum puerorum, alterũ imberbium, tertium virorum, quo loco [d] τριττὰ δὴ ταῦτα ἀθλήματα διανοηθῶμεν ἓν μὲν παιδικῶν, ἓν δὲ ἀγενείων, ἓν δὲ ἀνδρῶν. quod denique Teletiam puerum Pythiis ludis coronatum, cùm eſſet Cleonenſis, velut ſuum Sicyonij ſecum abduxêre; vt Apollo Pythius maſtigonomorum, ſiue deſignatorum caſtigationem ipſis opus eſſe ob commeritam hanc malam noxiam pronunciauerit: quemadmodum à Plutarcho [e] in hæc verba ſcriptũ; Σικυωνίοις δὲ καὶ διαῤῥήδην ὁ Θεὸς προεῖπε μαστιγονόμων δεῖσθαι τῇ πόλιν, ὅτι

[d] lib.8. de legib. fol.833.
[e] περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων, f.981. edit. Steph.



ὅτι Τελεσίαν παῖδα στεφανούμενον ἐν Πυθίοις ἀφαιρούμενοι Κλεωναίων ὡς ἴδιον πολίτην διέσπασαν. Olympiæ quidem antiquitus pueris qui curſu luctáve coęuos ſuperaſſent, ſub 37. Olympiadem, & pugilibus pueris ad primam & quadrageſimam conſtituta præmia, ex Pauſania [a] quoque intelligimus; vbi, δρόμου μὲν δὴ καὶ πάλης ἐτέθη παισὶν ἆθλα, &c. & ſtatim πύκτας ἐσεκάλεσαν παῖδας: qui etiam Damareto Meſſenio puerorum pugilum victori, ſicut & Xenodico, Eualcidi Elæo, Pyttalo Lampidis, Butæ Mileſio Polynicis, & Antipatro itidem Mileſio Clinopatræ filio, ſtatuas Olympiæ in luco Ioui ſacro poſitas & ſtadiodromo puero Zenoni Callitelis filio, Emantioni Arcadi, & Elæo Timoſtheni, Cratino etiam Ægienſi inter ſuos præſtantiſsimo: cui conceſſum inſuper ſpeciali beneficio ab Elæis, vt ipſi lucta cum pueris decertanti pædotriba poſſet aſſurgere: hoc eſt (vt arbitror) ipſi è victoria poſt aduerſarium deiectum & humo afflictum excitanti ſeſe, manum adiuuãdi cauſa (cùm alioqui aleiptæ pædotribæ ac magiſtri palæſtrici, ſpectatores duntaxat, in ſacris ludis, non adiutores eſſe potuerint, ſicut à Chryſoſtomo libri ſuperioris quodam loco [b] docui) porrigere: καὶ παλαίσαντι δὲ αὐτῷ (inquit ille [c]) τοὺς παῖδας προσαναστῆναι καὶ τὸν παιδοτρίβην ὑπὸ Ἠλείων ἐδόθη. Ananchidam autem Philij & Ferenicum Elæos coronã inter luctatores pueros abſtuliſſe ab eodem ipſo [d] traditur, itémque Damiſcum (quod valde mirãdum eſt tamen) anno ætatis duodecimo fuiſſe Olympionicam ſtadio, Chæream Sicyonium, Agametora, Mantinæum, atq; Athenæum Epheſium inter pueros pugilatu. De Polymneſtore Mileſio puero Solinus [e] narrat, cùm à matre ad paſtus caprarios locatus eſſet, ludicro conſecutum eſſe leporem, & ob id ſtatim productum à gregis domino, Olympiade ſexta & quadrageſima (vt Bocchus auctor eſt) victorẽ in ſtadio coronam meruiſſe: vbi vocabulum (τὸ Ludicro) ſede mutandum, vt cum illo, Productus, connectatur, crediderim. Vt vt ſit Pythagoram Samium, primùm ex arte, ac peritè pugilatu dimicaſſe ad Olympiadem 48. & viciſſe viros, illicò poſteà quàm comatus & purpuratus, hoc eſt, admodum impubes, & (quod Romani aiunt) prætextatus & bullatus, puerorum ludo eiectus ac irriſus fuiſſet; ex Eratoſthenis & Fauorini ſcriptis Diogenes

[a] lib.1.Eliac.fol.121.Aldi. exẽpl. Hac de re Natalem comitem poſteaquàm iſta exſcripſeram, & ipſum locutum nõnihil animaduerti. lib.5. Mythol. c.1. de certam. Olymp. ſed ita vt nullũ tamen auctorẽ citet, nobis diuerſus vſque adhuc mos fuit: cuius nondum nos pœnitet, multò minus lectorem cui conſulimus pigebit, vt ſperamus.
[b] cap.31. lib.2.
[c] ſub init. lib.2. Eliacôn, fol.140. Ald. lib.
[d] Pauſan. d. lib. 2. fol. 140. 141. 142. 145. 146. 147.150. & duobus ſeqq.
[e] Polyhiſt. cap.5. ſub initium.

Laërtius in Pythagora [a] narrauit. Nec enim ita ipſe intelligendus, quaſi ob ætatem, quæ nimis immatura pleriſque videretur, ſed quod veſtem ponere, nudúſque dimicare nollet, pulſus agone Pythagoras fuerit. Tantùm quippe abeſt, vt ob immaturam ætatem, ab agone repellerentur pueri, vt in ipſorum probatione puerorum athletarum, ea reiiciendi cauſa iuſta exiſtimaretur, quod ætate grãdior, aut corpore aliquis, rudiórve, ac illiberalior foret: quamobrem Pharnabaſi filius pro puero Athenienſi à ſe adamato Ageſilaum rogaſſe fertur, veritus, ne ab Olympiacis iudicibus ad certamen minimè admitteretur. Perſæ gratificari volens Ageſilaus, vix tandẽ iſtud ipſi confecit, nec ſine maximo negotio, ac difficultate ab Hellanodicis impetrauit: ſicuti Plutarchus [b] in hæc verba ſcribit: καί τι καὶ τῶν ἐρωτικῶν αὐτοῦ συνέπραξεν, ἠράσθη γὰρ ἀθλητοῦ παιδὸς ἐξ ἀθηνῶν ἐπεὶ δὲ μέγας ὢν καὶ σκληρὸς ὀλυμπίασιν ἐκινδύνευσεν ἐκκριθῆναι καταφεύγει πρὸς τὸν Ἀγησίλαον ὁ πέρσης δεόμενος ὑπὲρ τοῦ παιδός. ὁ δὲ καὶ τοῦτο βουλόμενος αὐτῷ χαρίζεσθαι μάλα μόλις διεπράξατο σὺν πολλῇ πραγματείᾳ. In quibus verbis, τὸ ἐκκριθῆναι ad probationem athleticam qua de agere cœpimus, propriè pertinet: vltima verò illa σὺν πολλῇ πραγματείᾳ, interpretis & ſcoliaſtis videntur eſſe; qui margini ea vel gloſſæ interlinearis vicem ad τὸ μάλα μόλις adſcripſerit. Et quod impubes inter pueros Olympiæ pugil ipſe de quo dixi Pythagoras decertarit; Epigramma iſtud euidenter docet, quod ibi Laërtius protulit,

τόνδε πυκτεύσοντα ἐς ὀλύμπια παισὶν ἄνηβον
ἤλυθε πυθαγόρας ὁ Κρατέω Σάμιος.

Quemadmodũ celebratus olim à poëtis pugil inter pueros Pythagoras, ſic inter eoſdẽ pueros, non pauci luctatores: in his Theocritus, de quo iſtud extat [c] Simonidis Epigrammatarij perelegans diſtichon;

Γνῶθι Θεόκριτον προσιδὼν τὸν ὀλυμπιονίκαν
Παῖδα παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον:

& item Epharmoſtus. Pindarus [d] denique victorias Epharmoſti Opuntij luctatoris enumerans, eam non prætermittit, quam παῖς ἐν ἀθάναις puer Athenis celebritate illa Panathenaica, non modò non virilem (quod quidam tamẽ ſcoliaſtes, aut commentator nuperus interpretatur) ſed ne iuuenilem quidem

[a] *lib. 8. fol. 325. lib. Stepha.* τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοστῆς ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἁλουργίδα φοροῦντα· ἐκκριθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων καὶ χλευασθέντα αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι.

[b] *Ageſilao, fol. 1101.*

[c] *lib. 1. Antholo. cap. 1. epigram. 2.*

[d] *Olymp. Odyſſ. 5. Stroph. 4.*



quidem ætatem ingreſſus, & adhuc puer conſecutus fuerit: ſicuti Pancratio victorẽ fuiſſe Panathenæis magnis Autolycum puerum à Callia Hipponici filio adamatum narrat Xenophon [a] in hæc verba, ἦν μὲν γὰρ παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία. καλλίας δὲ ὁ ἱππονίκου ἐρῶν ἐτύγχανεν αὐτολύκου παιδὸς ὄντος, καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἧκεν ἄγων ἐπὶ τὴν θέαν. Et poſteà, σοί γε μὴν ὦ Καλλία δοκεῖ μοι ἄξιον εἶναι χάριν εἰδέναι ὅτι σοι αὐτολύκου ἔρωτα ἐνέβαλον, ὡς μὲν γὰρ φιλότιμός ἐστιν οὐ δῆλον ὃς τοῦ κηρυχθῆναι ἕνεκα νικῶν παγκράτιον. πολλοὺς μὲν πόνους πολλὰ δ' ἄλγη ἀνέχεται. De Meliſſo, etiam Thebano ita loquitur in Iſthmiis [b] Pindarus, tanquam inter pueros victor, Herculaneis fortaſſe ludis, extiterit: quo loco ſic eſt,

ἔνθα λευκωθεὶς κάρα
μύρτοις ὅδ' ἀνὴρ διπλόαν
νίκαν ἀνεφάνατο, παίδων
τὴν τρίταν πρόσθεν, &c.

vbi perperam à Melanchthone, τὸ παίδων, reddi Latino iſto, Adoleſcentum, ea quæ antè dixi ſatis oſtendunt; vt ſatis mirari non poſſim, quid eum mouerit: præſertim cùm, etſi non nego quin παίδων nomine, grandiores etiam pueri, quos imberbes vocabant, deſignarentur; quoniam hoc diſertè Pauſanias [c] docuerit. Qua etiam ſignificatione pueri nomen alicubi [d] de Olympicis agonibus agens, accepit Statius Papinius: Dionyſius tamen Halicarnaſſeus lib. 7. ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. [e]. In pompæ ludorum qui Romæ dicti Maximi, deſcriptione, imberbes, vt à viris, ſic à pueris (vt hoc nomine impuberes deſignentur) diſertè ſecreuerit: & ſi hoc non ſatis ab interprete (vt de ſaltatoribus agens 11. libro monui) animaduerſum fuit, quo loco ille, πρῶτοι μὲν ἀνδρῶν (ait) δεύτεροι δὲ ἀγενείων, τελευταῖοι δὲ παίδων: quemadmodum Sudas de Panathenæis agens, in ipſis decertaſſe puerum, vt in Iſthmiis imberbem & virum, eo loco refert, quem libro ſuperiore proximo exhibui. Et verò idem ipſe Pindari ſcoliaſtes eruditus præ cæteris in Odes Olympiorum decimæ inſcriptione (quæ talis eſt, Ἀγησιδάμῳ.

[a] *initio Sympoſij fol. 509. Stephan. edit. quem dialogum in Autolycum athletam à Xenophonte conditum. Plut. Lyſandro, fol. 808. retulit. Vide & eundem Xenoph. in fine Sympoſ. f. 524.*

[b] *Od. 4. in fin.*

[c] *Eliac. 2. fo. 150. de Artemidoro Tralliano qui cũ eſſet inter Pancratiaſtas pueros Olympicos ſuperatus* διὰ τὸ ἄγαν νέον: *apud Smyrnam poſteà factus robuſtior eodem die ſuos illos æmulos Olympicos & pueros, qui imberbes dicti pãcratio ſuperauerit* ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε ἐξ ὀλυμπίας ἀνταγωνιστὰς καὶ ἐπὶ τοῖς παισὶν οὓς ἀγενείους καλοῦσι.

[d] *lib. 2. Syluarũ in Epicedio Pileti vrſi,*
*& obſeſſæ nondum primoq; micantes Flore genæ, talem Ledæo gurgite pubem. Educat Eurotas, teneri ſic integer æui Elin adit, primóſq; Ioui puer adprobat annos.*

[e] *ſub finem in f. 476. Vvech. editi. Sic* νεανίσκους, *id eſt Iuuenes, ſiue adoleſcentes* ἀπὸ τῶν παιδίων *à pueris ſiue puerulis, ſiue filiolis ſeparat D. Ioan. epiſt. 1. canonicæ cap. 2. verſ. 13. & 14. vbi* γράφω ὑμῖν νεανίσκοι ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν. γράφω ὑμῖν παιδία ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα. ἔγραψα ὑμῖν νεανίσκοι ὅτι ἰσχυροί ἐστε, *& quæ ſequuntur.*

σιδάμῳ λοκρῷ ἐπιζεφυρίῳ παιδὶ πύκτῃ) ſicuti oportebat verterit, Puero pugili. Deniq; non ſimpliciter dicebatur quiſpiam ſacris agonibus viciſſe, verum hoc plerumque addito, viros, vel pueros, ſub puerorum quippe nomine intelligebantur impuberes, ſub virorum etiam iuuenes: ſed qui plenam fortaſſe pubertatem attigiſſent, atque adeò militarem ætatem, quæ à ſeptimo & decimo anno inchoatur. Puberes ambiguæ ætatis exiſtimati, quia non amplius pueri nequedum viri: ſolis autem viris aut pueris ad certamen (vt puto) gymnicum aditus, in antiqua Græcia. Atque hoc quidem tum ex iis colligitur, quæ iſto ipſo ſermone hactenus, de Pythagora præſertim pugile ad Laërtium diximus: tum verò ex eo quod Agellius de Euripide [a] retulit, cùm ipſo nato reſponſum eſſet patri eius à Chaldæis eum puerum vbi adoleuiſſet victorem in certaminibus fore, id ei puero fatum eſſe: patérque interpretatus athletam debere eſſe, roborato, exercitatoq; filij ſui corpore Olympiam certaturum eum deduxiſſet, in certamen per ambiguam ætatem receptum non eſſe: Adiicit deinde iſtud, quod poſterius explicabitur ſuo loco [b], poſt Eleuſino & Theſæo certamine pugnauit & coronatus eſt.

Ex illo autem quo pueros, aut viros viciſſe pronunciarent (vt antè monuimus) loquendi more, nata Cynico Diogeni Sinopenſi occaſio, eius deludendi, qui viros viciſſe Pythiis gloriabatur: Immò ego viros (inquit ille) tu verò mancipia, ſic enim Laërtius [c], πρὸς τὸν εἰπόντα πύθια νικῶ ἄνδρας: ἐγὼ μὲν οὖν εἶπεν ἄνδρας, σὺ δὲ ἀνδράποδα. Atque ita intelligendum admoneo, quod ſtadiodromus Iſthmiis victor Diogeni Cynico apud Dionem Chryſoſt. [d] eo, quem ad extremum libri ſuperioris attuli, loco reſpōdit, νικῶ μὲν διόγενες τὸν ἀνδρῶν τὸ στάδιον, tanquam ſi ſcriptum foret τοὺς ἄνδρας τῷ σταδίῳ: & viros quidem ad puerorum differentiam ſcilicet, præſertim cùm ille ipſe Dion ſermone Olympiaco [e] manifeſtè puerorum victoriam à virili, quarum vtramque præco renunciaret ſeparauerit, his verbis, ἄλλο δὲ οὐδὲν χρὴ πολυπραγμονεῖν, οὐδ᾽ ἀκούειν οὐδενὸς, ἀλλ᾽ ἢ μόνον σάλπιγγος ἱερᾶς καὶ τῶν μακαρίων κηρυγμάτων, ὡς ὅδε μὲν νικᾷ πάλην παίδων ὁ δὲ ἀνδρῶν ὁ δὲ πυγμὴν, ὁ δὲ παγκράτιον, ὁ δὲ πένταθλον, ὁ δὲ στάδιον, ἐνὶ βήματι σχεδὸν οὐδαίμων γενόμενος αὐτόν τε καὶ τὴν πατρίδα ἐς τὸ σύμπαν ἀποφῆναι γένος ἀοίδιμον, &

[a] lib. 15. Noctiū Attic. cap. 20.

[b] cap. 29. huius libri.

[c] lib. 2. de vita Philoſophor. f. 13. & 14.

[d] in Diogene ſiue Iſthmico, fol. 96. Aldinæ edit.

[e] 12. περὶ τῆς πρώτης τοῦ θεοῦ ἐννοίας, fol. 134. pagin. 2. Aldini libri.



& reliqua. Milonis profectò illius Crotoniatæ [a] ſex luctatu victoriæ fuêre apud Olympiam, itémque Pythiis ludis, quarum ſingulas vtrobique puerorum, ſenas virorum, fuiſſe narrat Pauſanias [b] ἐγένετο δὲ τῷ Μίλωνι ἓξ μὲν ἐν ὀλυμπίᾳ πάλης νίκαι, μία ἐν παισὶν δὲ αὐτῶν, πυθοῖ δὲ ἔντε ἀνδράσιν ἓξ, καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν. Verùm intereà non negligendum illud Ariſtotelis pronuntiatum, quo à grauioribus exercitationib. arcebat impuberes: quorum videlicet corporis incrementum, atque adoleſcentiam illa impedirent. Itaque inter Olympionicas reperiri duos, tréſve admodum, qui & pueros primùm, & poſteà viros etiā gymnicis ludis ſuperare potuiſſent: adeò violenta & coacta puerorum exercitatio vires in poſterum, quibus vti ac valere iam viros oporteret, infringit prorſus ac eripit. Quo illuſtrari ſummoperè, non modò firmari arbitror, illam noſtram de puerorum in ſacris, & luſtralibus ludis aſſertionem, ſiue is ex leuiorum numero, ſeu contrà grauiorum foret: quamquam illos potiùs in pueris Ariſtoteles [c] laudauerit, cuius hæc omnino verba eſſe memini, μέχρι μὲν γὰρ ἥβης κουφότερα γυμνασία προσοιστέον τὴν βίαιον τροφὴν καὶ τοὺς πρὸς ἀνάγκην πόνους ἀπείργοντας ἵνα μηδὲν ἐμπόδιον ᾖ πρὸς τὴν αὔξησιν· σημεῖον γὰρ οὐ μικρὸν ὅτι δύναται τοῦτο παρασκευάζειν. ἐν γὰρ τοῖς ὀλυμπιονίκαις δύο τὶς ἂν ἢ τρεῖς εὕροι τοὺς αὐτοὺς νενικηκότας ἄνδρας τε καὶ παῖδας. διὸ τοὺς νέους ἀσκοῦντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δύναμιν ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων. Quapropter idem ipſe Ariſtoteles paulò antè in ipſo illius capitis initio, τὰς μάλιστα δοκούσας τῶν πόλεων ἐπιμελεῖσθαι τῶν παίδων, ἀθλητικὴν ἕξιν ἐμποιοῦσι λωβώμεναι τάτε εἴδη καὶ τὴν αὔξησιν τῶν σωμάτων. Sanè Olympicis agonibus cùm alia multa ſenſim fuiſſe commutata Plutarchus in Sympoſiacis [d] prodit: tum verò ſublatam deniq; coronam quæ pueris quinquertio certantibus fuerat propoſita, ἀνῃρέθη δὲ καὶ παισὶ πένταθλοις (ait) στέφανός τε θεὶς, καὶ ὅλως πολλὰ περὶ τὴν πανήγυριν νενεωτερίσθαι: idq; ob eam fortaſſe, quam ex Ariſtotele protulimus, rationem. Quod ipſum ita enarratum à Pauſania [e] reperio, vt cùm ſub octauam, ac triceſimam Olympiadem inductum fuiſſet circa pueros pentathlum, eo victor Eutelidas Lacedæmonius oleaſtrum meruerit; tum denique placuerit Elæis, ne in poſterum pueri pentathli Olympiam inducerentur decertandi gratia: κατελύθη δὲ ἐν ὀλυμπίᾳ καὶ ἀγωνίσματα μὲν

 δόξαν

[a] de quo plurimum egimus li. 1. cap. 27.

[b] lib. 2. Eliacōn, fol. 150. ex quo citaui ſuperiore libro vbi de Milone.

[c] Politic. 9. lib. 4.

[d] lib. 5. Sympoſ. problem. quæſt. 2. ad fin.

[e] Eliac. lib. 1. fol. 121. Aldini lib.

δόξαν μηκέτι ἄγειν αὐτὰ Ἠλείοις πένταθλόν τε γὰρ παίδων ἐπὶ τῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος καὶ τριακοστῆς ἐτέθη, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸν κότινον Εὐτελίδα Λακεδαιμονίου λαβόντος, οὐκέτι ἀρεστὰ Ἠλείοις ἦν πεντάθλους εἰσέρχεσθαι παῖδας.

*Perfecti athletæ. Caſſiano Ephremo & Platone adhibitis, D. Paulus illuſtratus aliquot locis. & item D. Iacobus.* Καταρτίζειν. *Locus D. Pauli ad Heb. expenſus atque aliter quàm à recentiore quopiam ſit factum, expoſitus, defenſa vulgata verſione. Alius D. Pauli ad Epheſios, & item Iſidori Peluſiotæ locus* περὶ τοῦ τελείου *aliter explicatus: Billio interprete notato. Inæqualia puerorum & virorum in agonibus præmia. Perfecta quæ perfectis darentur dicta, & quibus tributis conſummati athletæ oſtenderentur. B. Paulo illuſtrato aliquot Epiſtolar. ad Hebræos, & ad Philippenſes locis: Oecumenij atq; Gregorij tum Nyſſeni tum Nazianzeni citatis teſtimoniis. Conſummatio Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum poſt deſcenſum Chriſti ad inferna, ſed & in vltima carnis reſurrectione. Euſebij Pamphili atque B. Ioan. Chryſoſtomi de martyrum & monachorum obitu velut athletarum teleioſi, hoc eſt, conſummatione ſingulares loci. Alius Emiſeni Euſebij correctus. Coronæ & præmij nomina de iis quæ viris concederentur ſpecialiter ac propriè accepta.* Κα[illegible]ὴ *perfectum integræ diei certamen: Linacro Galeni interprete notato, allatis Chryſoſtomi Dionis teſtimonijs. Petri Chryſologi caſtigatus locus,* Καλῶς ἀγωνίζεσθαι, τελέως [illegible] *apud Ælianum. Apud Plutarchum* ἐπιτελείωσις, *cuius interpres notatur.*

## CAP. X.

RVRSVM quod ait Caſsianus, Proficiens de Ephæborum luctamine, perfectis iam viris experientia longa probatis congredi permiſſus fuerit præſidētis examine: ex eo iſtud D. Ephremi [a] Ediſſeni Diaconi exponendum ſic habet, Feſtinemus autem magis, vt cum perfectis, ac fidelibus coronemur: ſin verò vel cum multis placentium laudem præconij mereamur. Beatus qui in agone certauerit, vt cum perfectis, victoriæ coronam accipiat. Miſerabilis verò qui hoc tēpus vitæ ſuæ negligenter conſumpſerit, vt indignus ſit etiam cum minimis collaudari. Item quod duobus aliis locis quos paulò antè attuli, perfectiſsimorum nomen athletis tribuit: ſicut & illud quod alibi [b] ad ſanctos martyres, Hæc ſunt, ô formoſi milites Chriſti (ait) inſignia veſtræ victoriȩ, iſta, ô athletȩ probatiſsimi, perfectiq; diuini prælij bellatores, veſtræ fidei, ac fortitudinis præmia. Perfecti athletæ erant qui perfectè omnes exercitationes, aut vnam aliquam adhibita

[a] *de compunctio. cordis lib. 2. cap. 3. ad extremum & cap. 4. in prin.*

[b] *in ſerm. de laudibus Sanctorum martyrũ, fo. 194.*



adhibita laborum perpeſsione, continentia, & legitima victus ratione, percolendo, vt non incompoſitè aliorſum pertraherentur, ſed ad omnem partem qua traduxiſſet aduerſarius, ipſi prȩſto eſſent, & eo quoque ipſi manus operámque transferre ſcirent, addidicerant: τέλειοι οἱ τελέως ἠσκηκότες. Hoc adeò etymon aſpectans, aut ad hoc alludens Plato [a] διαφέρει δὲ πάμπολυ μαθὼν (ait) μὴ μαθόντος καὶ ὁ γυμνασάμενος τοῦ μὴ γεγυμνασμένου καθάπερ γὰρ ὁ τελέως παγκράτιον ἠσκηκὼς ἢ πυγμὴν ἢ πάλην, οὐκ ἀπὸ μὲν τῶν ἀριστερῶν ἀδύνατος ἐστὶ μάχεσθαι· χωλαίνει δὲ καὶ ἐφέλκεται πλημμελῶν ὁπόταν αὐτὸν τὶς μεταβιβάζων ἐπὶ θάτερα ἀναγκάζῃ διαπονεῖν. Vnde quod D. Paulus ad Corint. [b] (apud quos Iſthmij agones tum etiam, ſicut antiquitùs celebrati: quamobrem athleticis & gymnaſticis verbis lubenter ipſos compellare ſolet, vt ex iis etiam apparebit, quæ inferiùs proferam) ſic ſcripſit: τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα τὴν ὑμῶν κατάρτισιν. Et poſteà, λοιπὸν ἀδελφοὶ χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, cùm τὸ καταρτίζειν etiam athleticum eſſe verbum, vel ex eo diſſertationũ Epicteti apud Arrianum loco, intelligatur: quem ex eius lib. 3. cap. 19. poſteà paulò [c], vbi de proagonibus diſceptabitur; ob oculos proponemus. Hoc à B. Iacobo in Epiſtola Catholica [d] ita prolatum, ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. Nec vtrobique ad perfectionem, & conſummationem quandam athleticam, per laborum patientiam, in qua conſolatio capiatur; viri ſancti ſuos velut aleiptæ quidam aut pædotribȩ ἀπήλειφον diſcipulos, & Chriſti fideles exhortabantur atque incitabant; τοὺς κατηρτισμένους δηλαδὴ iam inſtitutos & compoſitos, hoc eſt, ad rem athleticam factos atque formatos: qui quò ſæpius adierant certamen, fortiores erant; ſolidiſsimaq; pars eorum corporis, quam frequens vſus agitauerat, quemadmodum Seneca [e] loquitur. Quamobrem cùm vt agilia membra curſoribus, ita id quoque ſolidiſsimum eſſet quod exercuerat; per exercitationes multas, atque certamina, & in ipſis patientiam, perficiebantur ſiue conſummabantur probati athletæ; vt μήτε πλημμελήσαντες qui non peccaſſent in decertando, μήτε ἀπειπάμενοι & qui non defeciſſent, coronas, cæteraq; hieronicarum prȩmia indipiſci poſſent. Vnde B. Chryſoſtomus aut alius è veteribus illis eruditis ſanctíſq; patribus quiſpiam, in

[a] *lib. 7. de legib. fol. 195.*

[b] *epiſtol. 2. c. vlt. verſ. 9. & 11. ſic & cap. 4. epiſt. ad Epheſ. verſ. 12.* πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων *ac forſitã. Et ad Galat. cap. 6. ver. 1. Ita lubẽtius exponerem (quamuis & aliter poſſe reddi non negarim) quo loco,* ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, *vbi Latina verſio habet, inſtruite: vt ſit, Inſtruẽdo perfectum reddite. ſic & Luc. 6. cap. verſ. 40.*

[c] *cap. ſequenti.*

[d] *verſ. 4. cap. 1.*

[e] *in lib. Quare bonis viris mala accidant cùm ſit prouidẽtia: paulò ante finem.*

in Antonini collectaneis * apud Stobæum; πάντα τὸν βίον ἐναγώνιον εἶναι νομίσωμεν, οὐδέποτε θλιβόμενοι ξενοπαθήσωμεν: εἴπερ μηδὲ τύχης, ὅτε ἐν ἀγῶνι ἐστὶ, ξενοπαθεῖ. ἕτερός ἐστιν ὁ τῆς ἀνέσεως καιρός. διὰ θλίψεως ἡμᾶς τελειωθῆναι δεῖ· εἰ καὶ μὴ διωγμός ἐστι, μηδὲ θλίψεις αἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμῖν συμπίπτουσαι. Quapropter indidem ducta ſimilitudine (vt equidem opinor) D. Paulus ad Hebræos [a] Deum ſcribit qui multos iam filios in gloriam adduxerat, auctorem, ſiue principem ducémve ſalutis eorum per afflictiones conſummaſſe, ſic enim malo vt in vulgata tranſlatione, quàm quòd recentiori (erudito licet) interpreti aliunde tranſlatum verbum exiſtimanti placuit, Conſecraret [b]; vt conſummare idē ſit quod perficere: ſicuti iuſtum fides à B. Hilario [c] cōſummare alicubi dicitur, ſecundū illud: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Vnde conſummatos gladiatores alicubi legiſſe me recordor (etſi locum memoria nō ſatis fideliter nunc quidem ſuggerit) & conſummatiſſimum iuuenem in Epiſtola Plinij ſecundi quadam [d] ad Macrinum: apud Quintilianum [e] ei cuius adoleſcit profectus (hunc προκόπτοντα Græci dicunt) illum opponi video, qui cōſummatus eſt & iam in foro clarus. Conſummaſſe dignitatem alicuius, ſed patrimonij nihil cōtuliſſe apud Senecam [f]: qui & alibi, Conſummatæ ſapientiæ viros nominat: ſicuti Moderatus etiam Columella [g]; quo loco, Nam nec oratoria diſciplina deſeritur (inquit) quis perfectus orator nuſquam repertus eſt; nec philoſophia, quia nullus conſummatæ ſapientiæ. Euſebius etiā Emiſſenus [h] S. Maximum Epiſcopum & Abbatem cùm à prima ætate nouis virtutibus vſque ad finem quaſi ſemper incepiſſet, inter ipſa primordia conſummatum, apparuiſſe. Prætereà Beatum martyrem Romanum, virum per omnia conſummatum, quem quia iam in hac vita quò aſcenderet non habebat; per mortem quæ inter hanc & illam vitam media erat, ad ſummum cœli culmen euaſiſſe ſcribit. Ibi verò Græca ſic habent τὸ δέχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι: quibus adiuncta iſta Diui Iacobi [i] tranſlata indidem ab athletis (vt reor) dabunt mutuam lucem atque accipient, quæ anteà exhibui: vbi patientiam opus perfectum habere iubet, vt ſimus perfecti & integri, nec vlla in re defeciſſe comprobemur.

Nec

* ſermo. 304. qui eſt περὶ ἀμελῶν καὶ ῥαθύμων, fol. 952.

[a] cap. 2. verſ. 10.
[b] hoc tamē vtique non nego, τὸ τελειοῦν τὴν τελείωσιν ad conſecrationem, ſiue inaugurationem pleriſq; locis referri debere, vt apud Dionyſ. Areopag. Eccleſia. hierar. ca. 5. περὶ τῶν ἱερατικῶν τελειώσεων, fol. 179. & 180. & 184. & in §. cuius inſcriptio μυστήριον ἱερατικῶν τελειώσεων, fol. 192 & 193. vbi ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὴν τοῦ τελοῦντος αὐτὸν ἱεράρχου δεξιὰν τελειούμενος ὑπ' αὐτοῖς. & poſteà τελειωτικὸς ἀσπασμὸς.
[c] li. 10. de trinit. fol. 215.
[d] epiſt. 7. lib. 2.
[e] lib. 10. Inſtitut. orator. c. 5. circa medium.
[f] li. 3. de ira, c. 31.
[g] ſermone de S. Romano martyre in ipſo initio in f. 324. pag. 2. libri Pariſiis editi an. 1575. niſi potius hic ſermo & alij Latini oēs Fauſto Rhegiēſi tribuendi ſunt, cùm Euſeb. Græcè ſcripſerit.
[h] lib. 2. de re ruſtica cap. 1. f. 359.
[i] ex c. 1. verſ. 4.



Nec à ſuperioribus abhorret, immò ad ſententiæ in iis noſtræ confirmationem, maiorem in modum facit (vt opinio mea fert) quod alio quodam loco [a] D. Paulus varia nobis miniſtrorum Chriſti officia data eſſe ſcribit in Eccleſia, donec occurramus in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei; εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι: in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli, &c. ſed veritatem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, &c. quamquam hîc quidem iniecta τῆς ἡλικίας καὶ νηπίων vocabula, iſtud τοῦ τελείου nomen, ad perfectam potiùs ætatem (virilem ſcilicet, vt paſſim apud auctores claſſicos [b]) quàm ad conſummationem vllam athleticam, eſſe referendum facilè mihi perſuadēt: ſicut apud ipſum Iſidorum Peleuſiotam [c], B. Pauli ad Timotheum de legis obſeruatione verba interpretantem, oportet accipere; quo loco, ἀλλ' ὃν ἀφῆκεν [νόμον] ὡς τέλειος νηπίοις μᾶλλον ἁρμόζοντα οἰκονομικῶς δι' ἐκείνους ἐδέχετο ἵνα γένωνται τέλειοι: ſicut & illo altero [d] alia eiuſdem Pauli verba exponentem, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζειν ταῖς δὲ φρεσὶ τελειοῦσθαι. Et ſtatim, οὐκ ἔστι μὴ νηπιάσαντας πρὸς ἁγνείαν, ἢ φρεσὶ τελειωθῆναι, ἢ εἰς ἄνδρα τέλειον ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον ἀναβῆναι: quæ poſtrema peſſimè ab interprete, alioqui doctiſſimo Billio Prunæo accepta video, tanquam ἀνεπαίσχυντον paſſiuam non item actiuam ſignificationem habeat: & inter τέλειον & ἐργάτην inſerit, coniunctiuum articulum, qui à Græco autographo abeſt, ac rectè quidē. Nam cùm ille Gręca illa ſic reddiderit, Neque enim fieri poteſt, niſi improbitatem abſtergamus atque ad puritatem; & caſtitatem repueraſcamus, vt aut meritis perfectionem aſſequamur, aut ad virum perfectum atque operarium inconfuſibilem ſubuehamur: Iſto nihil à mēte Iſidori alienius reperire quicquam (opinor) queas; cùm hoc potiùs ſenſerit Iſidorus, fieri non poſſe vt aut mente ſit perfectus, qui malitiam non abſterſerit, & quantum ad caſtitatem attinet, ad infantiam redierit; aut vt inuerecundus operarius, hoc eſt, qui impudenter ſe gerit, nihil non audens perpetrare, is in virum perfectum vllo euadat modo.

Porrò diuerſa pueris, atque iuuenibus, viriſq; athletis, qui

[a] ad Epheſios c. 4. verſ. 13. & 14. & 15.

[b] vide loco à Stephano citatos in theſauro Græco ex Plutarcho in Lycurgo, Laërtio in Heraclito, Platone lib. 5. de Republ. Strab. li. 14. quibus duob. vltimis, τὸ τελεοῦσθαι, dici ait ex Budæo περὶ τῶν ἀνδρουμένων καὶ δοκιμαζομένων τῶν εἰς πατριαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφομένων quod admodū placet. Addeſis Euſeb. Pamphil. in appendic. lib. 8. eccleſ hiſt. fol. 95. ἄλλους δ' αὖ πάλιν (ait) τελείαν ἀνδρῶν φέροντας ἡλικίαν εἰς σύγχυς ἐκτεμῶν, &c.
[c] epiſt. 407. lib. 1. fol. 141.
[d] eiuſd. lib. epiſt. 442. fol. 151.

τέλειοι dicti, hoc eſt, ætatis perfectę, præmia, vtpote in agonibus ſimilibus potius, quàm iiſdem propoſita; adeò quidem, vt ea quæ virorum forent, pueri ſperare, aut conſequi nondum quirent: quò nimirum aſpiciens Philo [a] noſter (nam hic nobis dudum præ manibus, perliberalem operam præbet) ita quodam loco ſcribit; vbi περὶ τοῦ ἀσκητικοῦ τρόπου καὶ νέου, vt φιλίας ἄξιον εἶναι dicat, παρὰ τοῦ τελείου, ſubdit ſtatim, ὁ δὲ τοιοῦτος ἱκανὸς μὲν ἐστι τὰ προτιθέμενα παισὶν ἆθλα ἀρᾶσθαι, τὰ δὲ ἀνδράσιν οὐδέπω δυνατός. ἀνδρῶν δὲ ἄριστον ἆθλον ἡ θεοῦ μόνου θεραπεία. Quæ perfectis hoc eſt viris darentur præmia, perfecta nominata, τέλεια τὰ τελείοις διδόμενα, reperio, apud Philonem ipſum [b], vbi de Iacobo quem paſsim athletam, ſiue aſcetam, ex vi nominis, quo ſupplantator oſtenditur; & ex re ipſa quod cum angelo luctatus ſit, nuncupat; ad ſacros de quibus à nobis ſermo habetur, agones aſpiciens: αἰσθητὸς δὲ καὶ νεώτερος [λόγος] ὁ ταῖς πέντε ἰσάριθμος ὢν αἰσθήσεσι, τούτῳ καὶ ὁ ἔτι γυμναζόμενος ἀσκητὴς ἐξετάζεται μηδέπω δεδυνημένος ἐνέγκασθαι τέλεια τὰ νικητήρια. λέγεται γὰρ ὅτι ἦσαν αἱ πᾶσαι ψυχαὶ ἐξ ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. τότε γὰρ ἀθλοῦντος καὶ τὸν ὑπὲρ κτήσεως ἀρετῆς ἱερὸν ὄντως ἀγῶνα μὴ διαφθείροντος, ψυχαὶ μὲν πρὸς σωμάτων γεννήματα, οὔπω δὲ κεκτημέναι τὸν λόγον: ἀλλ᾽ ἔτι τὸν αἰσθήσεως ὄχλον ἐφελκόμεναι. παλαίοντος γὰρ καὶ κονιωμένου καὶ πτερνίζοντος ἰακὼβ ἐστὶν ὄνομα, οὐ νενικηκότος. Quin & præmia illa τέλεια viris debita conſequentes, tanquam tunc demum conſummarentur, cùm iis perfectorum afficerentur præmiis, & conſummati oſtenderentur, τελειοῦσθαι ac perfici dicebantur: & ita quidem accipiẽdum hoc verbi apud D. Paulum [c] auſim aſſeuerare; ſi doctiorib. Theologis & Catholicis orthodoxis viſum intellexero: vbi ſic ferè ſcriptum, de iis quos varias tentationes, atq; afflictiones conſtanter pro fide in Deum pertuliſſe, vt iis mundus dignus non eſſet, antea ſcripſerat, τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι: ſicuti paulò antè alio eiuſdem ad Hebræos epiſtolę loco [d], vbi ante aduentum Chriſti domini, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν ſcribit, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν. & quod hoſtiæ quæ iuxta legem olim offerebantur, non poterant, ſecundum conſcientiam perfectum facere vel oſtendere oblatorem; ibidem adiicit paulò pòſt [e], vbi τὸ τελειοῦσθαι ſimiliter vſurpauit: καὶ θυσίαι προσφέρονται μὴ δυνάμεναι

κατὰ

[a] περὶ φυγάδων, fol. 310.

[b] in lib. 1. περὶ ἀποικίας, fo. 286.

[c] ad Hebræos c. 11. in fin.

[d] cap. 9. verſ. 8.

[e] verſ. 9. vbi pro Perficere, quod eſt in vulgata verſione, Calu. in ſua illius loci explicatione mauult ſanctificare: ſed fallitur vt è ſuperiorib. apparet, quiq; ipſum ſequitur magiſtrum Th. B.



κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. Et poſteà [a] de legalibus illis hoſtiis, ſiue ſacrificiis, ὅτι ὁ νόμος κατ᾽ ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. Conſummatio namq; illa ſiue perfectio, ad ſanctificationem pertinet, quæ per Chriſti veram illam oblationem, cuius figuram aut vmbram potiùs vetuſtæ Iudaicæ oſtentarant; credentibus in eum adquiſita fuit, vt cum ipſo ad dexterã patris ſeſſuro, ſanctificati etiam Hebræi tunc demum introirent in ſancta. Sequitur enim [b], ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν, οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ. Et poſteà [c], μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους: vbi etſi non negarim, quin aliquoties prolatum τελειοῦσθαι ad ſacra referri poſsit non incommodè, quibus initiati vel ſymmyſtæ ſacris operantes τελειοῦσθαι dicebantur; quando ibi præcipuè de oblationibus diſſeritur: attamen mihi magis placet, vt vbi certè de patientia in afflictionib. (ex qua probatio) diſſeritur; ab agonibus athleticis ducta eſſe tranſlatio cenſeatur: de quibus nimirum agens aliquantò pòſt [d], πολλὴν ἄθλησιν ὑπομείνατε παθημάτων τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες. Vnde paulò pòſt, certam eſſe afflictionis & patientiæ quæ cum fide ſit, remunerationem fidelibus athletis promiſſam in altero nimirum ſeculo immarceſsibilis illius coronæ [e], vitæ ſcilicet beatæ, ac æternæ, ſcribit: μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν (inquit [f]) ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην, ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν ἵνα τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ποιήσαντες κομίσασθε τὴν ἐπαγγελίαν. Quamobrem & in illo etiam eiuſdem ad Hebræos epiſtolæ loco [g], vbi filium Dei cùm didiciſſet ex iis quæ paſſus fuerat obedientiam, deinde conſummatum omnibus obtemperantib. ſibi cauſam ſalutis æternæ factum eſſe Apoſtolus tradit, ſic ferè, καίπερ ὢν υἱὸς ἔμαθεν ἀφ᾽ ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν. καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. Conſummati nomen à re athletica tranſlatum dicerem, niſi de Pontifice iuxta ordinem Melchiſedech illico [h] ſubiiceret, προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ: quæ faciunt vt illud τελειωθεὶς ad myſticam, ſacramq; oblationem atque conſecrationẽ referri commodiùs poſſe (vt nunc quidem eſt) cenſeam.

Rrr 2 Planè

[a] cap. 10. verſ. 1.

[b] verſ. 10. Addè Pſalmiſtam, verſu 8. Pſal. 23. Domini eſt terra, vbi Genebrardus.

[c] verſ. 14.

[d] Heb. 10. verſ. 32. & 33.

[e] vide in epiſto. Iacobi c. 10. ver. 12.

[f] verſ. 35. & 36.

[g] cap. 5. verſ. 8. & 9.

[h] eo. cap. ver. 10.

Planè in ſuperioribus locis noſtrã à re athletica deductam interpretationem verã, æquè ac nouam, illis ipſius Pauli verbis ex eiuſdem epiſtolæ cap.12. à me ſuperiùs prolatis, valdè ſtabilitam exiſtimo; in quibus περὶ ἀγῶνος καὶ ὑπομονῆς καὶ τελειωτοῦ Ἰησοῦ agitur. Itemq; iſtis quæ in eodem illius epiſtolæ capite, paulò pôſt leguntur, & ad aſſerẽdum dogma illud Eccleſiaſticum, de quo ſtatim agetur, adferri ſolent [a]: καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων καὶ κριτῇ θεῷ πάντων καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων. vbi (quod cum bona cæterorum interpretum eius loci venia dictum volumus) vtroque verbo ἀπογεγραμμένων πρωτοτόκων καὶ τετελειωμένων prophetarum & patriarcharum animas ab Apoſtolo ad Hebræos ſcribente intellectas (ſi quid mei tamen de tam grauibus, ſanctiſque myſteriis videbitur eſſe iudicij) ſentio: quàs τετελειῶσθαι poſt Chriſti demum ad inferos deſcenſum, ſupernis ſedibus donatas, atque ita, quaſi nunc perfectas cum præmiis coroniſque perfectorum, & conſummatorum athletarum honorantur, Apoſtolus oſtenderit. Quam in rem (vt equidem reor) ſummopere facit, quod ſanctos Innocẽtes, Martyres & ipſos, ſed poſtquàm Chriſtus Dominus ad inferna deſcendiſſet demum coronatos; quãuis ante annum trigeſimum peremptos; Eccleſia ipſa Romana ſatis ſignificat: iuxta cuius ritum & obſeruationem, de feſto & celebritate ſanctorum illorum ſcribens, auctor Micrologi de eccleſiaſticis obſeruationibus (qui ante annos quingentos & quod excurrit, ſub Gregorio VII. Romano Pont. florebat) hoc memoriæ mandauit, quod fide Pameliani libri Coloniæ impreſsi [b] exhibebo. Meritò autem paſsio (inquit) ſanctorum Innocentium minùs feſtiuè quàm aliorum ſanctorum celebratur; quia licet martyrio coronati, nondum tamen ad gloriam, ſed ad infernalem pœnam [c] diſceſſerunt. Nam ante deſcenſum Chriſti ad inferos, nullus ſanctorum (non igitur Prophetæ, aut Patriarchæ, vti dixi) ad illam gloriam peruenit, ad quam Chriſtus antiquos ſanctos perduxit, & deinceps ſuos ſequaces perducere non deſinit: ſed quia ipſi in reſurrectione Dominica cum reliquis ſanctis liberari & conglorificari meruerunt, conuenientiſsimè & ipſi iuxta ordinem, ſolitam gloriam in officiis cum reliquis ſanctis obtinebunt, ſi natalis eorum, vſque ad diem reſurrectionis id eſt

*[a] vide Bellarminum in diſputat. controuer.7. lib. 1.cap.3.col.1479. ex cap,12. epiſto. ad Hebr. ver.23. Idem controuer. 2.generali lib.4. c.11. animas piorum non fuiſſe in cælo ante Chriſti aſcenſionẽ plurimis ſcripturæ locis allatis docet, & in iis illo è Zachariæ cap.9. Tu autem in ſanguinẽ teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua. iuxta Hieronymi & Rupperti expoſitionem.*

*[b] an.1568. ſimul cum vetuſtis aliis auctorib. qui de diuinis eccleſiæ catholicæ officiis ſcripſerunt, fol. 454. cap. 36. de innocentibus.*

*[c] de pœna damni temporalis accipe.*



id eſt Dominicam peruenerit. Octauam quoque eorum eodem modo, vt aliorum ſanctorum celebramus: quia iã trãſacta die reſurrectionis, non dubitamus eos gloriari cum aliis ſanctis. Hactenus Micrologus. Cuius verbis illa conſentanea, quæ à B. Bernardo proferam, qui aliquot annis poſt eum in Gallia ſub Eugenio III. Pont. & Ludouico IX. Francorum Rege XXXVII. miraculis claruit. Nam in quadam de Macchabæis epiſtola [a], quibus annuam celebritatem pari cum noſtris martyribus veneratione in Eccleſia exhibendam ſolis ex omnibus antiquis iuſtis, ſingulari quodam priuilegio patres decreuerunt; cùm alios tamen nonnullos ex veteribus pari zelo pietatis occubuiſſe conſtet, qui non pari & tripudio recoli meruerint, eorum vtroſque poſt Chriſti demum ad inferos deſcenſum, ad ſupremas beatorum ſedes euolaſſe manifeſtè profitetur: quo loco, Quod ſi illis (ait) non immeritò huiuſcemodi negatur ſolennis celebritas, quia nimirum quod præbuit virtus præripuit tempus; cur non & eadem fuit in Macchabęis conſideratio? Siquidem & ipſi pro tempore, non ad cœli mox & gaudia, ſed ad inferni tenebras deſcenderunt: ne tunc quippe apparente primogenito ex mortuis, qui aperiret credentibus regna cœlorũ, agno videlicet de tribu Iuda, qui aperit & nemo claudit, &c. Tum aliquantò pôſt; Itaque plus cõtulit Macchabæis in hac parte martyrij genus, quàm virtus: quando, ne hos quidem ex patribus quos pari conſtat virtute illo in tempore pro Iuſtitia decertaſſe, pari etiam honore concelebrat præſens dumtaxat Eccleſia. Puto quod arbitretur indignum, quantumlibet laudabili morti quæ Chriſti mortem præcederet, diem feſtum impendere: præſertim cùm ante illam ſalutiferam paſsionem non feſtiua gaudia, ſed clauſtra tenebroſa quoſque morientes exciperent. Sanè Macchabæos ideò, vti dictũ eſt, excipiendos iudicauit eccleſia, &c. nec ſolùm ipſos ſed & qui fortè vitæ iam in carne manifeſtatę mortem ſua morte præuenerunt, & cæt. quos (de Simeone Ioanne Baptiſta & innocentib. loquitur) alia ratione licet ad inferos & ipſi deſcenderint, ritu nihilominus ſolemni veneramur. Noſtram inſuper interpretationem ad illud B. Pauli: ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν, adiuuare ac illuſtrare videntur, iſta Oecumenij ad eum locum; in quibus perfici ſiue cõſummari, eſſe,

*[a] epiſt.98.f.1283. & 1284.*

eſſe, Coronari oſtendit, cùm τὸ τελειοῦσθαι per τὸ στεφανοῦσθαι explicat: ἵνα γάρ φησι μὴ πλέον ἡμῶν ἔχωσιν ἐκεῖνοι ἐν τῷ πρότεροι στεφανωθῆναι, ἕνα καιρὸν ὥρισεν ἀνταποδόσεως, ἵνα καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτοῖς στεφανωθῶμεν. Et addit poſteà, οὐκ εἶπε στεφανωθῶσιν, ἀλλ᾽ ὃ μείζονα ἔμφασιν ἔχει, τελειωθῶσι φησί, τουτέστι τὸ πέρας τῶν ἀγαθῶν, καὶ ὑπὲρ οὗ πᾶσα σπουδαίου κίνησις ἀπολάβωσι. Quibus nimirum verbis Oecumenius, per conſummationem, ſiue perfectionem, ipſam coronam omnemq́; retributionem, quæ conſummatos expectat, ſignificari docuit; exemplum aut ſimilitudinem ab athletis duxiſſe D. Paulum indicans: qui cùm præmia victoriæ præſtituta conſequerentur, & in his palmam, & coronam; quaſi tunc demùm cõſummari videbantur, cùm per adeptionem coronæ, ac renunciationem illam præconiam, victores atque conſummati apparebant. Quo ſcilicet loquendi genere, virtutem Chriſti, ſeu diuinam in infirmitate perfici, hoc eſt, perfectam oſtendi, & palmam elucere tunc demum, vt ſuam laudem habeat, clariuſq́; agnoſci; facta, id quod ante nos alij notarunt, ad humanum ſenſum relatione (quamuis in ſe aliòqui non minus olim perfecta fuerit) ab ipſo D. Paulo [a] ſcriptum alibi recordor, his admodum verbis: καὶ εἴρηκέ μοι, ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται: ſicuti etiam exaltari ſuper cœlos à Pſalmiſta Regio [b] Deus dicitur cùm excelſior apparet, aut in oratione Dominica nomen ipſius ſanctificari, quando ſanctum eſſe in nobis oſtenditur.

Denique non dubito, quin Gregorius Nyſſenus, τελείωσιν τοῦ ἀθλητοῦ dixerit, de peracto martyrio agens, & victoria de tentationibus atq; ſuppliciis reportata: quo loco interpres flammeam fornacem depictam in tẽplo, & beatiſsimam conſummationem athletæ, ac certaminum præſidis Chriſti effigiem expreſſam à pictore ſcripſit. Preſertim cùm Nazianzenus ſermone de Macchabæis [c] id verbũ ea ſignificatione vſurparit, ſic admodum ſcribens: μηδένα τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας τελειωθέντων

[a] *epiſt.2.ad Corint.cap.12.verſ.9.vbi Arias Mõtan. & cognoſcetur apertè nõ ex tua fortitudine ſed ex virtute mea effici vt perferre tolerareq́ poſſis tantam afflictionum vim.*
[b] *Dauide in pſ.50.ver.8.exaltare ſuper cœlos Deus.vbi Theodor.fol.158.prioris tomi. Cæterũ hoc verbũ exaltare videlicet oſtende omnibus hominibus altitudinẽ tuam. & ad verſum vltimum pſalmi eadem verba continentem, veritate (inquit) exorta vniuerſorũ Dominus altiſſimus declaratus eſt, cœli & terræ creator, & in omni terra & mari ab hominib. celebratur.*
[c] *ſub initium in fol.143. & circa medium in fol.147. citatũ Nazianzenũ in hãc rem ſcias ab Hẽrico Stephan. in Theſauro linguæ Græcæ vbi hæc etiam verba profert ab Euſebio hiſtor.eccleſ.li.5.* τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις ἐπανακομισθῆ τὰ λείψανα. *Itémque iſtis datiuum præferentibus, quo cædes inflicta martyribus fuerat,* λίθοις παρ᾽ αὐτῶν τελειωθέντες κατὰ τὸν μαρτυρικὸν στέφανον. *& ſimiliter iſtis Demetrij Chomatiani (quem penes me habeo manu exaratum) in quæſtione iuris Canonici Græci octaua, vbi de Patriarcharum creatione,* εἶδες καὶ αὐτὸς ὁ χειροτονήσας μετὰ ταῦτα ξίφει ἐτελειώθη μισηθεὶς παρὰ τῶν βουλγάρων διὰ τὸ ἔλεγχον τὴν πρὸς τὴν ῥωμανίαν ἐπάνοδον. *Georgius Pachymerius in Paraphra. cap.6. de eccleſ. hierar. differentiam inter* τοὺς τελουμένους *&* τελειουμένους *conſtituit, vbi videſis præſertim fol.174.*



δίχα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τούτου τυχεῖν. & aliquantò pòſt de matre Macchabæorum in ſupplicio conſumptorum ἐπεὶ δὲ τετελειωθέντας εἶδεν, καὶ τὸ ἀσφαλὲς εἶχεν ἐκ τῆς συμπληρώσεως, διάρασα τὴν κεφαλὴν μάλα φαιδρῶς ὥσπερ τις ὀλυμπιονίκης (valde me iſtud vocabulum in illa mea, τοῦ τελειοῦσθαι interpretatione confirmat, & ſimul ea quę ſequuntur) ἐν ὑψηλῷ τῷ φρονήματι, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνασα μεγάλῃ καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, εὐχαριστῶ σοί φησι, πάτερ ἅγιε καὶ σοὶ παιδοτρίβα νόμε καὶ σοὶ πάτερ ἡμῶν, καὶ προαγωνιστὰ τῶν τέκνων σῶν Ἐλεάζαρ, ὅτι τῶν ἐμῶν ὠδίνων καρπὸν παρεδέξασθε, & cæt. ἀπέχω τὰ τροφεῖα, ὦ παῖδες εἶδον ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγωνιζομένους ὑμᾶς, πάντας στεφανίτας ἐθεασάμην, &c. καὶ καθέκαστον τῶν παίδων ἀθλήσασα οὕτως ἐπανέλθω σὺν ἀσφαλείᾳ τελεία τελείοις θύμασι. Et de confeſſoribus in martyrio, qui tamen ſe dici martyres nolebant, antequàm eſſent conſummati: vita ſcilicet pro Chriſti nomine profuſa Euſebius agens in eccleſiaſtica hiſtoria [a], hoc verbi ea quam diximus ſignificatione vſurpauit: καὶ ἔλεγον, ἐκεῖνοι ἤδη μάρτυρες (inquit) οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν: ἡμεῖς δὲ ὁμόλογοι μέτριοι καὶ ταπεινοί, καὶ μετὰ δακρύων παρεκάλουν τοὺς ἀδελφοὺς δεόμενοι, ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται πρὸς τὸ τελειωθῆναι αὐτούς. Quin & ipſe D. Paulus maniſeſtiſsimè iſto epiſtolæ ad Philipp. [b] loco ducta ſimilitudine ab athletica curſorum in ſtadio conſummatione: οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω: ἐφ᾽ ᾧ καὶ κατελήφθην ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Nam ſubiicit ſtatim (quod ad curſores pertinet) cũ ipſa proſecutione antagoniſtæ, Scopi mentionem & brabij ſiue præmij κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Item poſteà ὅσοι οὖν τέλειοι τοῦτο φρονῶμεν, & cæt. & ſtatim πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Et verò quod hæc τοῦ φθάσαι καὶ τοῦ κανόνος vocabula vſurpanda duxit, in tranſlatione à curſoribus ducta ipſum perſtitiſſe, apparet ex iis quæ de canone ſiue regula & lineis in ſtadio, ſuperioris lib.cap.7. attulimus: & ſimiliter tanto magiſtro & gentiũ Apoſtolo dignus diſcipulus & Galliarũ doctor Dionyſ. Areopagita [c] vbi de precib. & ex

[a] *cap.2.lib.5.fol.48. & cap.5.fol.49.ſic & lib.7.c.15.in extremo de Marino milite martyre,* ἀπαχθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ τελειοῦται. *& cap.16.de Aſturio Senatore Romano,* ὃς παρὼν τιμωμένῳ δὲ τελειουμένῳ τῷ μάρτυρι. *& lib.6.cap.5.fo.48.pag.2.de Potamiana & Marcella ipſius matre per ignẽ martyrio conſummatis,* καὶ τέλος μετὰ δεινὰς *(inquit)* καὶ φρικτὰς εἰπεῖν βασάνους, ἅμα τῇ μητρὶ Μαρκέλλῃ διὰ πυρὸς τελειωθείσης. *& lib.8.f.88.pag.2.* τῶν δ᾽ ἐπ᾽ Ἀλεξανδρείας καθ᾽ ὅλης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος διαπρεπῶς τελειωθέντων. *& ſtatim,* τέλειοι Χριστοῦ μάρτυρες. *& appendic. libr.8. folio 94.pag.2.* ὧν εἷς μακρῷ ὕστερον ἐπισκοπῇ τιμηθῆναί τε καὶ μαρτυρίῳ συνέβη τελειωθῆναι, *& reliq. videſis & fo.97. ſemel atque iterum, & 98. itémque lib.5.cap.4.fol.48.pag.2. & alibi ſæpe.*
[b] *cap.3.verſ.12.14.15.*
[c] *in de eccleſiaſt. hierar.cap.7.vbi* περὶ μυστηρίων ἐπὶ τῶν ἱερῶς κεκοιμημένων, *fol.218. Pariſ. edit. anni 1562. & item paulò pòſt* ἐν τῇ θεωρίᾳ. *fol.220.* τῶν μακαριωτάτων λήξεων εἰς ἃς οἱ θείαν ἐσχηκότες τελείωσιν αἰωνίως καταχθήσονται, *&c.* τὸν βίον δὲ ζώντων προτρεπτικὴν πρὸς τὴν ὁμοίαν τελείωσιν.

& extrema vnctione morientib. in Chriſto tanquam athletis conſummatis adhiberi non ſine laudatione, ac præconio tam ipſorum quàm aliorum in Chriſto mortuorum ſolitis ita diſſerit; vt quemadmodũ è ſuperiorib. apparet, omnia rei athleticæ vocabula ſtudioſè vſurparit, de quibus affatim ſuperiorib. libris à me diſceptatum & explicatum eſt: eo τῆς τελειώσεως vocabulo ita vtitur, vt quamuis alibi ad conſecrationem potiùs retuliſſe videatur, hîc tamen, à re athletica mutuandam nobis eius explicationẽ haud dubiè reliquerit: quo loco ſic ſcriptum εἶτα τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος ἀπολύει τοὺς κατηχουμένους καὶ ἀνακηρύττει τοὺς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους. μεθ' ὧν ἀξιοῖ τὸν ἄρτι τελειωθέντα τῆς ὁμοταγοῖς ἀναῤῥήσεως, καὶ προτρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν τελείωσιν. Et paulò pòſt [a], ἔσται γὰρ αὐταῖς ἴσως ὄφελος ὁρώσαις τὸν ἱερῶς τελειωμένον ὑπὸ τῆς λειτουργικῆς ἀναῤῥήσεως ὡς κοινωνὸν ὄντως ὄντα τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, ἱερῶς ἀνακηρυττόμενον. & ſtatim, ἐκδιδαχθήσονται μακαρίαν ἀληθῶς εἶναι τὴν ἐν Χριστῷ τελείωσιν: Rectè verò ipſius eruditiſsimus paraphraſtes Pachymerius [b], cùm ait de pretioſa in conſpectu Domini morte ſanctorum eius iuxta Pſalmiſtam, τίμιος δὲ ἐναντίον κυρίου ὁ τῶν ὁσίων θάνατος οὐ καθ' ἁπλῶς θάνατος καὶ διάζευξις ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἀλλὰ καθ' ὅτι οἱ θεῖοι ἄνδρες τελειοῦνται ἐν ὁσιότητι. ideò illam eſſe pretioſam quod diuini viri, in pietate perficiantur, moriendo ſcilicet, atque conſummentur: qui eo itidem ſenſu τῆς τελειώσεως vocabulum in paraphraſi ad caput ſeptimum euidenter expoſuit. Ac meritò quidem, quando vel ipſius Chryſoſtomi temporibus, quemcumque Chriſtianum, monachum certè qui diem ſuum obiiſſet, non mortuum ſed conſummatum dicebant. Sic enim ipſe Chryſoſtomus [c] ad populum Antiochenum de vita monachorum agens, & ſi nunciatum fuerit quòd ille mortuus eſt (inquit) multum vbique lætitiæ, voluptatis multum: quin verò nec vllus audet dicere, Ille mortuus eſt, ſed ille cõſummatus eſt. Adiicit deinde quod nominis rationem ab athletica (cui monaſticam eſſe maxima ex parte aſsimilem antè [d] docuimus) deductam planè demonſtrat: tum gratiarum actio, lætitia, gloria multa, vno quoque talem habere finem orante: ita certamen hoc exire à laboribus

[a] ἐν τῇ θεωρίᾳ, f. 222. & 228. vbi δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ κατὰ θεσμὸν ἱερὸν ἐξαιτούμενα πάντως ἔσται τοῖς κατὰ θείαν ζωὴν τετελειωμένοις, & fol. 231. ἤδη γάρ ἐστι καὶ τίμιος ἅπασι τοῖς θεοειδέσιν ὁ κατὰ θείαν ζωὴν τετελειωμένος. Similiter Zonaras tomo 2. Annal. in Nerone, fol. 189. de Petro & Paulo principib. Apoſtolorum, ἕτεροι δὲ κατὰ τὴν αὐτὴν μὲν ἡμέραν φασὶ τελειωθῆναι τοὺς ἄμφω τοὺς ἀποστόλους & cæt.
[b] in cap. 3. Theoria. fol. 146.
[c] homil. 59. col. 339. Ergo Euſeb. Emiſenus in extremo quinta ad monachos homil. fol. 309. Ideóque in quantum poſſumus (inquit) ſtabiles ſimus: in hoc tranquilliſſimo ſinu quamlibet negligẽs, quãlibet tepidus non in vacuum currit qui ad palmã conſummationis perſeuerãdo peruenerit. Et paulò antè in fol. 308. Nemo ergo ſecurũ debere eſſe ſe indicet, antequã ad finem felici conſummatione perueniat. Et ſtatim: Quia ſpes noſtra omnes in conſummatione atq; in fine conſiſtunt. [d] cap. 6. huiuſce libri & ſuperioris lib. cap. 28.



laboribus & certaminibus quieſcere, videre Chriſtum. Quæ omnia his totidem Græcis ab eodem Chryſoſtomo, vt illud quo de agimus τὸ τελειοῦσθαι non omittatur, alibi [a], tradita recordor: μεθ' ὕμνων προπέμπουσι τοὺς ἀπελθόντας προπομπὴν τὸ τοιοῦτον καλοῦσιν, οὐκ ἐκφοράν, κἂν ἀπέλθῃ ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκε, πολλὴ εὐφροσύνη, πολλὴ ἡδονή. μᾶλλον δὲ οὐδὲ τολμᾷ τίς εἰπεῖν, ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκεν, ἀλλ' ὁ δεῖνα τετελείωται. εἶτα εὐχαριστία, δόξα πολλή, εὐφροσύνη: ἕκαστος εὐχόμενος τέλος τοιοῦτον λαβεῖν, οὕτω τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐξελθεῖν, ἀναπαύσασθαι τῶν πόνων καὶ τῶν ἀγώνων, ἰδεῖν τὸν Χριστόν.

Nec aliter eos qui pro fide in Chriſtum mortem oppeterent, & ἀγωνισαμένους τελειωθῆναι à Sancto Baſilio, eo loco, quem ad extremum ſexti capitis hocce libro indicaui, dictos eſſe; & Latino vocabulo, Conſummatos martyrio ad palmam apud probatiſsimos quoſq; Orthodoxæ Eccleſiæ ſcriptores legimus. Cyprianus martyr ad Fortunatum [b], Inſiſtendum potiùs eſſe & perſeuerandum in fide, & virtute, & cœleſtis, ac ſpiritalis gratiæ conſummatione, vt ad palmam & coronam poſsit perueniri ſcribit. Beatus Auguſtinus de innocentibus agens [c], Aliorum quidem precioſa mors martyrum laudem in confeſsione promeruit, horum in conſummatione complacuit. Petrus denique Chryſologus ſermone 133. [d] Petrus namque crucem, arborem conſcendit Andreas, vt qui Chriſto compati geſtiebãt, in ſemetipſis figuram formámque ipſius exprimerent paſsionis, & redempti ligno conſummarẽtur ad palmam: ſed & B. Martyrem Romanum Euſebius Emiſſenus [e] dudum famulum nunc etiam amicum Dei fide eruditum conuerſatione perfectum, conſummatione glorioſum: ſub hac die manum ſummam (ſic enim, pro ſuam, legendum reor) pretioſis laboribus impòſuiſſe, ſimiliter ſcribit, & enauigatis huius mũdi periculis felici periculo, (malim martyrio vel damno ſcriptum vel ſupplicio) ſalutarem æternæ quietis portum per iacturam ſalutis intraſſe.

Qua

[a] in Ethico ſermone 13. in cap. 5. epiſt. 1. B. Pauli ad Timoth. f. 32. pag. 2.
[b] in de exhortatione martyrum, fol. 331. Idem in de laude martyrij, fol. 425. vnde omnis cõſummatio & ſtatus vitæ in martyrio eſt collocatus. Sic in Martyrologio Romano ad 26. Ianuar. de Polycarpo agitur, cũ quo etiã alij duodecim ex Philadelphia venientes in præfata vrbe (Smyrnã anteà nominarat) martyrio cõſummati ſunt. Et ad diem 5. Februar. de ſancta Agatha virgine, quæ poſt alapas, carcerem, equuleũ, torſiones, mammillarum abſciſſionem, poſt volutationẽ in teſtulis, & carbonibus tandem in carcere Deũ precando cõſummata eſt. Et ad diẽ 15. Febr. de Cratone martyre, qui à B. Valentino Epiſcopo baptizatus nõ multò pòſt martyrio cõſummatus eſt. Nec aliter de B. Symeone ad 18. Februar. Martyrium verò conſummare ibidem ad 25. & 28. Ianua. & 4. Februa. & alibi tam ſæpè, vt locos notare ſit laboris minimè neceſſarij: ſed & conſummare agonem ibid. ad 1. diem Iulij. [c] in ſermo. 3 de ſanctis vnde ſumpta lectio 6. in breuiario Rom. ad feſtum Innocentium. [d] in D. Andræam Apoſt fo. 345. Sic palmam conſummationis dixit Euſeb. Emiſenus eo quem ad marginem antè attuli loco. [e] ſermo. de B. Romano martyre in princ. Et ſimiliter in homil. de S. Maximo ſub initiũ in fo. 296 de qua quidem ara (Lyrinenſi) multa piorũ animæ in holocauſtum & in odorem ſuauitatis aſſumi inuidẽda conſummatione meruerunt.

Qua ſignificatione acceptum hoc verbi τελειῶσαι, primo illo Pauli loco, vnde ad iſta proceſsimus, mirum quantum ad confirmandam veram illam Eccleſiæ Orthodoxæ Apoſtolicæ ac Romanæ fidem [a], faciat, de ſinu Abrahæ [b], veróque animæ Chriſti deſcenſu ad Inferos; ſi huic Pauli [c] verbo ad Epheſios, per quod aſcendens in altum Chriſtus, captiuam duxiſſe captiuitatẽ dicitur; & alteri eiuſdem Epiſtolæ [d] loco περὶ τῆς τοῦ χριστοῦ κυρίου καταβάσεως εἰς τὰ τῆς γῆς κατώτερα μέρη adiunxeris, quem locum vt à recepta & probata non Origenis [e] tantùm, aut Occumenij [f], ſed vetuſtorum cæterorum Patrum [g], ipſiúſque adcò Catholicæ Eccleſiæ ſententia in ſuam

[a] de quo dogmate videſis diſputationes Bellarmini controuerſ. 2. cap. 9. 11. & 14. & B. Thomã in ſumma Theolog. par. 3. tota q. 52. [b] in quo apud Inferos Eleazarum fuiſſe cõſecutum refrigeriũ, Tertull. in de Idololatria ſcribit, & in 3. ad libr. de Anima, cap. 32. vt inferius adnoto, & in lib. 3. aduerſ. Marcion. quamuis in lib. 4. aduerſ. Marcion. localem determinationem fuiſſe memoret ad recipiendas animas filiorum Abrahæ, &c. Si non cœleſtem, ſublimiorem tamen Inferis, temporale (inquam) aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago ac candida quædã vtriuſque iudicij proſpiciatur. Sinum Abrahæ in inferno fuiſſe fatetur ipſe Auguſtinus tractatu in Pſalm. 85. citatus in hanc rem à Corn. Ianſenio & lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 15. quam omniũ patrum & totius Eccleſiæ ſententiam eſſe Bellarminus tradit in diſput. controuerſ. 2. generali. lib. 4. cap. 13. col. 419. poſt Corn. Ianſen. comment. in concord. Euangel. cap. 97. fol. 697. De limbo Patrum vide Supplem. Summæ B. Thom. quæſt. 69. art. 4. vbi & de ſinu Abrahæ. Addeſis & quæ in quinta poſt hanc adnotatione ſcribimus è Petro Chryſologo. Euſebius quidem Emiſenus, fol. 67. editionis Pariſinæ anni 75. Euangelium quod feria 5. poſt ſecundam quadrageſimæ Dominicam legitur, explicans: Nam & Abraham (ait) ſicut & cæteri Patriarchæ & Prophetæ in inferno erat, Inferni tamen pœnas non patiebatur. Sinus Abrahæ igitur ille locus intelligitur in quo ſimul collecti Sancti quieſcebant. De doloribus ſanctorum Patrum in limbo ſiue ſinu Abrahæ intra inferiores terræ partes exiſtentiũ per Chriſti deſcenſum ad inferna ſolutis ipſoq; Adamo ex limbo patrum tunc temporis educto, multa è vetuſtis patribus diligenter attulit Bened. Pererius Commentar. in Geneſ. lib. 9. in 3. diſputat. nu. 85. vſque ad 88. [c] epiſt. ad Epheſ. cap. 4. verſ. 8. ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. [d] ad Epheſ. cap. 4. verſ. 8. vbi videndus B. Hieron. & in c. 13. Oſeæ. Cui loco rectè adiunxeris alterũm ex Eccleſiaſt. cap. 24. vbi penetrabo omnes inferiores partes terræ, &c. & alium ex Act. 2. Non relinques animam meam in inferno. Sic enim habet Authenticum Græcũ, verſ. 27. ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. & Dauidis verſ. 13. è Pſal. Inclina Domine. 85. & eruiſti animam meam ex inferno inferiori, vbi Genebrardus. & quod B. Cyril. Hieroſol. Catecheſi. 4. fol. 10. & 11. κατῆλθεν εἰς τὰ καταχθόνια ἵνα κἀκεῖθεν λυτρώσηται τοὺς δικαίους. ἐβούλου γὰρ εἰπέ μοι τοὺς μὲν ζῶντας ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος καὶ ταῦτα τῶν πλείστων οὐχ' ὁσίων ὄντων, τοὺς δ' ἀπὸ Ἀδὰμ πολυχρονίως ἀποκεκλεισμένους μὴ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας. [e] in 6. cap. epiſto. ad Rom. [f] in cap. 9. epiſt. Pauli ad Hebræos. [g] Etiam ipſius Tertull. quamuis alioquin circa corporalitatem animæ (quam vocat) lapſi, in lib. de Anima, quo loco. Quid eſt autem illud (ait in cap. 2.) quod ad inferna trãsfertur poſt diuortium corporis: quod detinetur illic, quod in diem iudicij reſeruatur, ad quod & Chriſtus moriendo deſcendit, puto ad animas Patriarcharum, ſed quamobrem ſi nihil anima detinet ſub terris? videſis & poſtea cap. 32. de Chriſto quod formæ humanæ mortis apud Inferos functus, nec antè aſcendit in ſublimiora cœlorum, quàm deſcendit in inferiora terrarum, vt illic Prophetas & Patriarchas compotes ſui faceret. Habes & regionẽ inferum ſubterraneam credere, &c. Et lib. 2. aduerſ. Marcion. cap. 4. poſt vbi ſecretas inferni venit ad vndas, &c. Addeſis Irenæum lib. 5. aduerſ. hæreſ. cap. 31. quem & alios ſuper iſto fidei articulo citatos, videas apud Pet. Caniſium Operis Catechiſtici de fide & ſymbolo quæſt. 13. Auguſtinum inprimis epiſt. 99. ad Euodium, et iſto. 57. ad Dardanum, fol. 104. Antuerp. libri. lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 15. & ſerm. 137. de tempore. Quibus tum ille ipſe Auguſtin. in Pſal. 85. ad illud: Eruiſti animam meam ex inferno inferiori, citatus in hanc rem à Corn. Ianſen. in ſup. d. loco. Pet. etiam Chryſologus ſerm. 60. fo. 158. ad illud, Et ſepultus, & ſerm. 123. fol. 321. & 322. ad illud, de Lazaro & diuite, Nunc autem hic conſolatur. Et Euſebius Emiſenus homil. 1. de Paſcha. fol. 260. edit. Pariſ. an. 1575. & homil. 10. de Paſcha. fol. 274. adiungendi ſunt: tum verò B. Greg. epiſt. 5. lib. 5. col. 874. & lib. 13. Moral. cap. 20. circa finem. Ioan. deniq; Damaſcen. de fide Orthodoxa lib. 3.



ſuam opinionem detorqueant recẽtiores Gnoſtici, non ignoramus, vt non maiorem verbis illis tanquam ſuperuacuis, quàm ſi κατέβασιν εἰς τὴν γῆν D. Paulus dixiſſet, ipſi tribuant: quamobrem licèt nõ abs re tentari queat, κατ' ἐξοχὴν id nominis hoc loco poſitum videri, ſicuti μεταφορικῶς à Dauide ſubſtantiam ſuam in inferioribus terræ ſcriptũ alicubi iuxta ſeptuaginta virorum explicationem legimus; quo loco [a], οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς: nihilominus tamen optimo iure notatos ipſos ac reprehenſos, vt iamdudum ab aliis, ita nunc nuper à Bellarmino reperias diſputationum controuerſia 2. lib. 4. [b] tametſi quod ſcribit ad Hebræos Apoſtolus de Prophetis & Patriarchis qui per fidem probati, aut accepto fidei teſtimonio nondum repromiſsionem reportarunt, ne ſine nobis conſummentur, ac perficiantur, ſic potiùs exponendum aliquis

cap. 29. & vlt. Sed & ij quos Bellarmin. citat 2. controuerſ. lib. 4. cap. 8. col. 404. nimirum Cyrill. in 14. catecheſi. Ambroſ. de myſter. Paſchæ, cap. 4. Hilar. ipſe lib. 10. de Trinit. fol. 200. & 201. Naturæ huius poteſtatem iam non dico metus, ſed nec infernæ ſedis regio eſt concludens quæ deſcendens ad inferos à paradiſo non deſit, &c. Non habet hunc metus corporalis penetrantem quidem inferos, ſed vbique naturæ ſuæ virtute diſtentum, &c. Futurus enim in inferis dominus, & in paradiſo eſt futurus. & fol. 214. Nunquid deſcendiſſe ad inferos corpus quod in ſepulchro iacuit, dicetur? Si itaq; qui deſcendit ipſe & aſcendit, vt neque corpus deſcendiſſe ad inferos credatur, & reſurgẽs ex mortuis corpus aſcendiſſe in cœlos non ambigatur, &c. Quòd animæ piorum in cœlo ante Chriſti aſcenſionem non fuerint, indicat D. Ioan. Chryſoſtom. in ſermone: Ne ſcrutemur pauperes curioſè, tomo 5. ipſius operum col. 822. vbi de latronibus cum Chriſto crucifixis, horum tamen alteri (ait) paradiſum nondum cuiquam patefactum peruium fecit: prætereà tractat Bellarmin. ille in diſput. controuerſ. 2. generali lib. 4. cap. 11. colum. 412. & 413. vbi Patrum veterum authoritates non prætermittit: ſicuti cap. 12. vbi de vero Chriſti ad inferos deſcenſu, & cap. 13. 14. 15. 16. quem ipſum D. Ambroſ. in illo hymno celebrat qui in feſto Aſcenſionis Domini ab Eccleſia Catholica ad veſperas canitur: vbi ſic eſt: Inferni clauſtra penetrans, Tuos captiuos redimens, Victor triumpho nobili, Ad dextram Patris reſidens. Idem D. Ambroſ. in cap. 4. epiſto. Pauli ad Epheſios, fol. 347 edit. Germa multa ſimiliter de deſcenſu Chriſti ad inferos, & liberatis inde tum patribus haud ſanè pœnitenda, quæ longum hic eſſet adſcribere. Et is quem antè citaui Chryſologus Epiſcopus Rauennas alio in loco, nimirum ſermone 57. qui eſt de ſymbolo Apoſtolorũ. Et in ſerm. 123. qui eſt de diuite & Lazaro, in fol. 323. ad illud: Nunc autem hic conſolatur (ait) tu verò cruciaris. Videtis, fratres, intelligitis, fratres, quia iuſtos ex his quæ dicta ſunt etſi diſcretio locorum, vna tamen & inferni adhuc regio continebat: atque eos etſi chaos iam magnum, nondum tamen cœleſtis habitatio ſeparabat: etſi diuidebat illos hiatus triſtis, nondum tamen deputata ſupernis (ſic lego pro ſuperiùs) angelis altitudo. Et poſteà, Ad inferos tota poteſtate deſcendit, vt accenſa extingueret, clauſa protinus aperiret, protoplaſti facinus abderet. Hinc eſt quod arietem ſuæ crucis portat, aggreſſurus infernum, vt conterat & confringat ipſas tartari ianuas ære munitas & ferro, &c. Et poſteà, Poſt triumphum Chriſti, ſanctorum cuſtodiam diſſolutam & in ſanctos vltrà inferno (ſic lege, pro inferni) nil deberi: quando Chriſtus vt iuſtos non iniuſtos abſolueret ad inferos vſque penetrauit. Intelligamus, fratres, quantum Chriſtus profuerit, immò quod ſine Chriſto in nullo fuerit ſalus cùm præter iſtam corporum ſolutionem, ſanctorum quoq; animæ apud inferos tenebantur aſtrictæ. Per Chriſti ad inferos deſcenſum ereptos fideles duntaxat, non etiam tartareis pœnis damnatum quempiam: citatis veterum SS. Patrum teſtimoniis comprobat Bened. Pererius Comment. in Geneſ. lib. 9. diſputat. 3. num. 66. & ſeq. vſque ad 78. Chriſtum non amplius quàm biduo apud inferos fuiſſe, teſtatur Lactant. Firm. lib. 4. Inſtit. cap. 27. ad finem. Irenæus autem in ſup. dicto loco commoratum vſque ad tertiam diem in inferioribus terræ, & conuerſatum tribus diebus vbi erant mortui. [a] Pſal 138. verſ 15. vbi matris vterum per inferiora terræ ſignificatum Genebrardus admonet. [b] cap. 12. col. 416. videto & in cap. 7. col. 401.

aliquis meritò dixerit, vt de illa cōſummatione quam Sancti expectant, quorum animæ iam cœleſtibus illis bonis fruuntur, corpus verò ſibi ſuum in generali carnis reſurrectione atque in ipſius mundi conſummatione ἐν τῇ συντελείᾳ (ἐν ᾗ λυθήσεσθαι τὴν γῆν τῆς ἐκ καταρᾶς φθορᾶς καταργουμένου θανάτου, in qua terram, id eſt, corpus hominis extinctis mortis viribus ea corruptione, quàm diuina in Adamum intulerat maledictio, liberatum iri Procopius ad Eſaiam [a] eruditè tradit) cōiungi cupiunt; vt nimirum ita perfectam corporis ſimul cum anima coniuncti beatitudinem adipiſci queant, οἷς ἐδόθη ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον ἕως οὗ πληρωθῶσι, καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί: ſicuti Apocalypſeos B. Ioannis [b] quodam loco ſcriptum eſt. Nam ſanè (ad animam quod attinet) conſummati iam erant Prophetę, ac Patriarchæ, vtpote poſt mortem, deſcenſum ad Inferos, reſurrectionem, atque in cœlum Aſcenſionem τοῦ πρωτοτόκου ἐκ τῶν νεκρῶν [c], primogeniti ex mortuis Chriſti Domini; cùm ad Hebræos Apoſtolus ſcriberet: qui prioris etiam ad Corinthios Epiſtolæ quodam loco [d] ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων, primitias dormientium ipſum nominat; quod tam animæ illius beatiſsimæ quàm puriſsimi, atq; ſanctiſsimi corporis habita ratione [e], primus adyta illa cœleſtia poſt cōſummatam ſua

*[a] cap. 26. ad illud, Delitеſce parumper dum pertranſeat ira Domini, fol. 336. lib. Somniani, excuſi Lutet. anno 1580. [b] cap. 6. verſ. 10. & 11. [c] ſic loquitur B. Ioann. Apocalyp. cap. 1. verſ. 5. quò aſpiciēs D. Amb. in cap. 7. epiſt. B. Pauli ad Roma. ad illud: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Eſt & primogenitus ex mortuis (inquit) cuius natura ignoratur. Eſt & primogenitus poſt victoriā aſcendens in cœlos. Aſcenſionē Chriſti eſſe directè cauſam aſcēſionis noſtræ: quaſi inchoando ipſam in capite noſtro. Cui oportet membra coniungi: traditur à D. Tho. in ſumma Theolo. tertia parte quæſt. 57. art. 6. ad ſecundum argumentum. [d] cap. 15. epiſto. 1. B. Pauli ad Corin. ver. 20. vbi νυνὶ δὲ χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. Vbi D. Amb. explicat, Initium dormientium. [e] Licèt Chriſti Domini mortui corpus per triduum ab anima ſeparatum fuerit, inſeparabilem tamen ab vtroq; permanſiſſe diuinitatem à Io. Damaſceno (quem B. Tho. ſequitur in ſumma, parte 3. quæſt. 50. art. 3. vbi vide ſi vacat) eruditè ac perſpicuè definitur lib. 3. de fide Orthodoxa c. 27. his verbis, εἰ καὶ τέθνηκε (de Chriſto loquitur) τοιγαροῦν ὡς ἄνθρωπος καὶ ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ τοῦ ἀχράντου διῃρέθη σώματος, ἀλλ' ἡ θεότης ἀχώριστος ἀμφοτέρων διέμεινε τῆς τε ψυχῆς φημὶ καὶ τοῦ σώματος, &c. καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ἀλλήλων διαιρεθέντα ἕκαστον αὐτῶν ἔμεινε τὴν μίαν τοῦ λόγου ὑπόστασιν ἔχοντα, &c. εἰ γὰρ καὶ τὸ τοπικῶς τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ κεχώριστο, ἀλλ' ὑποστατικῶς διὰ τοῦ λόγου ἥνωτο. Cæterùm excitatæ ab inferis per deſcenſum Chriſti ad ipſos ſanctorum animæ, poſt ipſius reſurrectionem ad cœlum euolarunt, poſt quam (vt eſt Actor. c. 1.) per quadraginta admodum dies, cùm hic inter homines Dominus moratus ſit: licèt quib. locis intermedio tēpore fuerit (qui non continuè cum diſcipulis, vt ſcriptum Euang. B. Ioan. cap. 20. conuerſabatur) incognitū eſſe: quoniam hoc ſcriptura non tradat, & in omni loco ſit dominatio eius. D. Tho. docuerit in ſumma, parte 3. quæſt. 55. artic. 3. in ſolutione 2. argum. Ipſum tamen comitatas ſanctorū animas: ſi non pro explorato, pro veriſimili tamen & probabili habemus, quando animas ſanctorum quas de inferno eduxerat, in cœlum traduxiſſe, eóſque qui fuerant à diabolo captiuati ſecum duxiſſe in cœlum, quaſi in locum peregrinum humanæ naturæ, bona captione captiuos, vtpote per victoriā acquiſitos: aſcenſionem deniq; Chriſti, directè cauſam eſſe aſcenſionis noſtræ, ab illo ipſo angelico Doctore oſtenditur quæſt. 57. eiuſd. 3. part. art. 6. In corpore. & ad 2. arg. Non immeritò igitur, ante aſcenſionem cum beatorum animabus in paradiſo terreſtri plerumque, vt & viſibiliter in Iudæa cum diſcipulis identidem verſatum, à pleriſque Scholaſticis creditur. Ideóque poteſt beata ipſius humanitas per mirificam illam aſcenſionem eas in cœlum videri præcurriſſe. Verùm hæc μυστικώτερα. Itaque abſtineo.*



ſua morte humani generis redemptionem, admirabiliter penetrarit. Quamobrem in paradiſum Patriarchas & Prophetas appendices Dominicæ reſurrectionis iam tum ab inferis migraſſe Tertullianus alicubi [a] ſcribit. Quod verò nonnulli de articulo iſto fidei, Deſcendit ad inferna vel ad inferos, (de quo per æquè vt de morte ac ſepultura Chriſti, crucifixioni reſurrectionem illicò adiungens Tertullianus in Regula fidei [b] omnino tacuit; hac nimirum fini vt breuitati conſuleret, dum mortem ipſo crucis extremo ſupplicio comprehenſam; atq; ſepulturam, ſubſecutæ reſurrectionis verbo ſatis expreſſam aut deſignatam iudicat) ita loquuntur poſt Ruffinum Aquileienſem, aut ſentiunt, tanquàm nihil aliud his verbis, niſi quòd ſepultus fuerit oſtendatur, aut quòd cruciatum & animi ærumnas in cruce ſuſtinuerit; vtrumque falſum æquè eſt [c], vtpote allegoricum, atque à ſymbolo, eóque perbreui alienum: quando ſic fit, vt quod ſimpliciter & apertè ſemel dictum ſit, hoc veluti perobſcurius contra philoſophorum [d] præcepta exponatur. Etenim de paſsione in Cruce ſatis, & de ſepultura manifeſtè comprehenſum anteà fuerat. Non minùs vanum, quod aiūt articulum illum à Romano & Orientalium Eccleſiarū ſymbolo abeſſe: nō minus futile argumentum, quo moueri alios [e] non indoctos ſcio, articulū de Chriſti deſcenſu ad inferos cauſa patrum facto, qui apud illos inferos tum eſſent iuxta opinionem Catholicam Orthodoxam & vetuſtam, conuelli tamen vt putent verbis illis; Hodie mecum eris in paradiſo: cùm aliud ſit hodie aliud ſtatim dicere; Denique cum latronis anima ſeruatorem in inferna comitari, perq; ipſius miſericordiam deinde in cœlúmne an potiùs paradiſum (terreſtrem ſcilicet, quod illo probabilius arbitror) euehi, cum aliis præcurrentem Chriſti viæ ducis animam

*[a] in de Anima, cap. 32. Auguſt. quidē in de Symbolo lib. 3. cap. 7. circa princ. tom. 9. Totum filium apud patrem, totum in cœlo, totū in terra, &c. totum in inferno, totum in Paradiſo, quò Latronē introduxit, fuiſſe ſcribit. Vnde B. Tho. in ſumma. par. 3. quæſt. 52. art. 3. cùm nunquam fuerit caro vel anima Chriſti à perſona filij Dei ſeparata, fuiſſe totū Chriſtum in ſepulchro: in inferno, & vbiq;. Cæterùm animam Chriſti tamdiu fuiſſe in inferno credēdū: quamdiu corpus in ſepulchro fuerit, ab ipſo traditur ead. quæſ. art. 4. Quod verò aſcēdiſſe Chriſtum pandentem iter ante ſanctos, Micheæ cap. 2. traditur, hoc ſic explicat B. Thom. quæſt. 49. art. 5. ſolut. 4. argum. vt qui ſua paſſione nobis introitū regni cœleſtis meruerat, in eius poſſeſſionem per ſuam aſcenſionem nos introduxerit. Videſis & in quæſt. 57. art. 6. in Corp. [b] quam tradit in lib. de præſcriptio. aduerſ. hæret. fol. 73. editio. Pariſ. ann. 1580. [c] videſis quæ Bellarmin. diligentiſſ. doctor ad hanc rem pertinentia profert in diſput. 2. Controuerſ. generali lib. 4. cap. 67. & 8. col. 400. 401. & 402. Et quidem in d. cap. 6. auctorum veterum aſſert nomina qui hunc fidei articulum vel exponunt vel prætermittunt. Vide illum ipſum in cap. 10. eiuſdem lib. col. 411. & 412 De inferni nomine in ſacra ſcriptura quòd ſit ſubterraneus locus, ex veterum authoritate. Vide & in cap. 12. col. 416. vbi de deſcenſu Chriſti ad inferiores partes terræ ex 4. cap. epiſt. Pauli ad Epheſ. aduerſus Bezam & Marloratum: videſis & in cap. 14. col. 421. & 422. de iſta patrum traditione. [d] ſed & rhetorum. Nam Quinctilia. cap. 3. lib. 8. Inſtit. orator. Debet enim quod illuſtrandæ alterius rei gratia aſſumitur, ipſum eſſe clarius eo quod illuminat. [e] Ioann. Druſium cap. 23. lib. 4. obſeruat.*

mam ( quę ab inferis eadem die vel hora & momento potiùs quomodo poſt Chryſoſtomũ Nicephoro [a] viſum euolarit) ſecutis beatorum animabus; vel ante illas eodem ipſo die potuerit. Poſtremò cùm tametſi B. Auguſtinus alicubi [b] non ſecundum id quod homo erat, ſed ſecundum quod Deus, id verbi prolatum accipi debere exiſtimauerit (quod ne non ſatis verum ſit vereor) ſumma tamen cum ratione non in cœlo dumtaxat, ſed vbicumq; Deus fuerit, ibi paradiſum eſſe, ipſius B. Auguſtini [c] ad Dardanũ auctoritate defendi poſsit. Quod autẽ iidem ipſi alio loco [d] verbis iſtis, Deſcendit ad inferos, mortuorum ſtatum ſignificari, adnotant; & ideò diſtingui ab illis, Sepultus eſt, quæ ad eum quoq; referri poſsint qui viuus è ſepulchro extractus fuerit; cauteq; in ſepulchrum intelligi debere quod apud Moſem Iacobus [e] audito de Ioſephi filij morte fratrum eius teſtimonio, pronunciauit, Deſcendam ad filium meum lugens in infernum: in eundem ſcopulum in quem illos alteros anteà diximus, hos quoque impingere, vt ſimplicem locutionem adhibita inutiliter figurata, cũ anteà dictum fuiſſet, Mortuus; & quidem illicò interpretentur: nimis profectò manifeſtũ eſt. Idq; ſimiliter aduerſus alios quoſpiam de iſto fidei articulo in explicatione aliorũ apud Moſen verborum diſputantem Hieronymum ab Oleaſtro accuratiſsimum

[a] *Niceph. Caliſt. lib. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 31. vbi ipſe enim Iuſtitiæ ſol Chriſtus anima ſola (inquit) per mortem à corpore ſegregata apud inferos iuſtorũ animis præſto fuit & dux itineris ad paradiſum ferentis præiit, lucis princeps viæq; ductor eis perinde ac latroni fact⁹. eadem namque die ac potius eadem hora ab inferis rediit, vt quidem cùm alij nonnulli tùm is cui aurea lingua nomen indidit in primis hæc accuratius certiusq; expoſuere. Nec enim rationi cõſonum erat animam eius apud inferos retineri, qui nihil prorſus à primi parentis maledictione & exitio, ſecum attuliſſet. Subitò verò & vt ita dicam fulgetri celeritate dignos atq; idoneos, luce ſummè coruſcantis Deitatis illuſtrans, &c. ἀχρόνως ϗ ἀκόπως, atque vt ſemel dicam eo qui ſolum Deum decet modo in momento vno ad ſacra immenſaq; luce relucentia paradiſi tabernacula traduxit. Verba verò Chryſoſt. à Niceph. citati hæc ferè ſunt ex tom. 3. hom. 1. de Cruce & latrone. Hac enim die, hac hora latronem Chriſtus in paradiſum introduxit, & eius amœnitates oſtendit. Et in fine: de Cruce ſubitò euolauit ad cœlum. quæ forſitan ſecius à Nicephoro accepta ex cõmuni tum B. Auguſt. tum Theologorum ſcholaſticorum ac B. præſertim Thomæ ſententia exponi debuerant.* [b] *Tractatu 3. in Ioan. fol. 216. vbi, Secundum autem id quod Deus erat vbique & in paradiſo erat (inquit) & ideò latronis anima à priſtinis facinoribus abſoluta, & illius munere iam beata, quamuis vbique ſicut ille eſſe non poterat, tamen etiam ipſo die cum illo in paradiſo eſſe poterat, vnde ille qui vbique ſemper eſt non receſſerat. Item epiſt. 57. ad Dardanum ad quæſt. 1. hunc ſenſum multò expeditiorem putat & ab omnibus ambiguitatibus liberum: Homo quippe Chriſtus illo die (inquit) ſecundum carnem in ſepulchro, ſecundum animam in inferno futurus erat, Deus verò idem ipſe Chriſtus vbique ſemper eſt.* [c] *epiſt. 57. ad quæſt. 1. videto & B. Tho. in ſumma, 3 par. quæſt. 52. art. 4. in ſolut. 3. arg. vbi ait latronẽ loco quidem cum Chriſto deſcendiſſe ad inferos, ſed præmio fuiſſe in paradiſo: quia ibi diuinitate Chriſti fruebatur, ſicut & alij ſancti. Idem ipſe ait quòd ſicut corpus Chriſti manſit in ſepulchro per diem integrum & duas noctes ad comprobandum veritatem mortis ſuæ, tantundem credendum eſt animam eius in inferno fuiſſe, vt ſimul anima eius educeretur de inferno, & corpus de ſepulchro. Quo nihil magis contrarium opinioni Nicephori, & qui ab hoc citatur Chryſoſtomi ſiue de Chriſti anima in cœlum, ſeu potius in paradiſum terreſtrem euolante. Ipſaq; latronis anima in paradiſum eo die ſubſecuta, intelligatur: cùm ait nullo penè momento illam apud inferos perſtitiſſe, vt ſuperius monui: Videſis & B. Thom. in Catena aurea.* [d] *Miſcellan. centur. 2. cap. 76.* [e] *Geneſ. cap. 37. verſ. 25.*



ratiſsimum & eruditiſsimum Moſaici Pentateuchi enarratorem nuper tradidiſſe comperio. Rurſum ſomniare illos alteros quos antè dixi, cum Scoto ſuo quamlibet ſummo (vt quidem ipſi autumãt) Theologo, totoq; (vt dicitur) cęlo aberrare non dubito: cùm iſtius argumenti tanquã ſcopuli alicuius euitandi gratia, nouam & à nemine hactenus ex eruditiſsima & ſanctiſsima vetuſtorum Theologorum claſſe iſti quidem loco aptatam interpretationem adferunt [a]; vt ſepulti nomen non ad ſepulturam, quæ ταφὴ, ſed ad pollinctorum propriam curationem, hoc eſt, lauationem vnctionemque ac aromaticam cadaueris condituram (quæ græcanico vocabulo ἐνταφιασμὸς vocatur) debeat referri; & τὸ ταριχευθέντα ſignificet: nã quid (quæſo) attinuit, hoc in ſymbolo exprimi, quod neutiquam ad fidem Chriſtianam (de qua ibi quæ ad ſalutem hominum cognitu neceſſaria fuêre dumtaxat, cùm ipſum per ſe nomen eius breuitatem indicet, proferri oportuit) vllius eſſe ponderis aut momenti appareat? Certè non vſque adeò, vt illud de Chriſti Domini latere, vnde aqua & ſanguis exierit, lancea icto & aperto: nec peræquè vt illud alterum de tradito ſpiritu, quod ipſa ſacroſancti Euangelij enarratione pleniùs atque accuratiùs oſtenditur, cum aliis ex eodem genere plurimis? Sed hac de re aliquando fortaſſe pleniùs (ſi otium Dominus dabit, quod ſperamus atq; omnib. votis expoſcimus) diſſeretur; in illis quos paramus obſeruationum ſiue σημειώσεων ſacrarum libris: quamquam piget iis reſpondere, qui in re fidei (qua nihil ſerium magis) in plana & dudum recepta patrum traditione, velut in ſcirpo nodos quærunt, vt ingenium ſcilicet oſtentent ſuum: ambitione nimium ſtulta, & væſana.

Intereà conſiderandum illud (quod ſatíſne verum ſit addubito, ex ſuperioribus tamen Ephremi, & Philonis etiam nonnihil ipſius verbis colligi videbatur) perfectos τελείους, hoc eſt, integrę, iuſtę, perfectę ætatis (vt arbitror, quãdo iſtud ipſis equis epitheton ad differentiam τῶν πώλων, id eſt, equuleorum, Iulius Pollux [b] poſt Platonem vtiq; lib. de legib. 8. [c] de agonib. equeſtribus & præmiis ipſorum loquentem tribuit) ſiue poſt certamina per omnem ætatem obita probatos * coronari, ac præmia τέλεια, hoc eſt, perfecta & eximia, indipiſci; cæteros qui decertaſſent, laudari tãtùm ſolitos: cùm

[a] *Ioan. Druſius Miſcellan. cent. 2. cap. 8.* [b] *Onomaſt. lib. 1. cap. 2. in princip. colum. 54.* [c] *fol. 834. editio. Stephanicæ, vbi τελείους τελείον τε ϗ ἀβόλων τοὺς μέσους diſtinguit ἀπὸ τ πώλων τε ϗ ἀβόλων.*
* *vtraque iſtius τελείων vocabuli expoſitio à nobis allata, vno B. Pauli loco mirificè comprobatur ex cap. 5. ad Hebr. ver. 13. & 14. vbi tum τοῖς νηπίοις τοὺς τελείους opponit paruulis ſiue infantib. perfectos, ſicuti epiſtol. 1. ad Corinth. cap. 2. verſ. 6. & cap. 3. verſ. 1. ipſoſque adeò ſpirituales carnalibus τοὺς πνευματικοὺς ὡς τελείους τοῖς σαρκικοῖς ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ: tum verò ſenſus exercitatos habentiũ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων mentionem habet. In ipſo autẽ initio cap. 6 perſtans in eadem metaphora, monet vt intermiſſa Chriſti ſermonis inchoatione ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα feramur, hoc eſt, tẽdamus & curramus ad perfectionem.*

ex iis quæ antè protuli, pueros quoque victores agonibus ſacris, coronam, non modò laudem, meruiſſe intelligatur. Sed coronam vtique minoris præmij meruiſſe verum eſt: non legitimam illam quæ perfectis viris & inter ipſos, ſuis quoque ſed minoribus donis honeſtatos (quemadmodū poſteà [a] dicturi ſumus) præſtantiſsimo cuipiam conceditur, veræq; virtutis indicium præbet, ac iuſti pleniq; præmij loco eſſe creditur. Hæc autem idcirco, vt certaminis, itemq; quod ſuperiore libro [b] admonui) virtutis à D. Chryſoſtomo [c], ita nullo alio addito, ſed κατ᾽ ἐξοχὴν corona propriè ac ſpecialiter appellatur: ſicuti ἄεθλον ab Homero quod ſummum eſt, ac præcipuum, quamuis alia ſecunda ſint, ac tertia, quo loco [d],

-- ἵνα μήσε παρεκπροφύγῃσιν ἄεθλα:

ſed & δώρημα τέλειον à B. Iacobo [e] nominatur, ab athletarum præmiis tranſlationem ducente, niſi me animus fallit, coniicientem è ſuperioribus, quibus de patientia, probatione atq; corona loquutus fuerat: & verò ex eo quod μετὰ τῆς δόσεως ſiue cum dote (de quibus verbis ad athletas & ipſis pertinentibus ex Alexandrino Clemente ac Tertulliano ſuperiore tractatu [f] diſceptaui) non quidem vt rem eandem prorſus, ſed vti magna ex parte diſsimilem, tanquam δόσις minus quidpiam ac leuius ſignificet, coniunxerit: quo loco πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φωτῶν. Hoc adeò ita interpretari non incommodè videor, vt athletas ſuos Dominus, quos variis tribulationibus & afflictionibus exercet, nonnullos tāquam iuuenes inchoatos proficientes (quos προκόπτοντας in philoſophia nominabāt Stoici [g]) ſed imperfectos illos, licèt ad ſumma procedentes, minoribus præmiis: perfectos autem & virtutis exactæ, atq; conſummatæ viros, τελείοις denique, τελείοις δωρήμασι, perfectis donis, hoc eſt, coronis (illuſtrioribus vtique ad gloriam in altero præſertim beatæ illius vitæ ſeculo largitionibus) ſecundum vniuſcuiuſque patientiam, opus perfectum habentem (per quam perfecti, & integri fuerint, vt in nullo deficerent, ſicut idē ipſe Iacobus [h] dixerat) Iuſtiſq; adeò præmiis proſequatur. Huc aſpiciens (opinor) Euſebius Pamphilus, vbi de Timothei apud Gazam Palæſtinæ lento igne poſt varia tormenta conſumpti, martyrio ſuæ in Deum pietatis probatio-

nem

[a] *cap. 20. infrà.*
[b] *cap. 27. ſub initium in 2 Agon.*
[c] *homil. ad Neophytos tom. 5. col. 633. & homil. ad baptizandos, col. 641.*
[d] *Iliad. ψ.*
[e] *epiſt. cathol. c. 1. verſ. 17.*
[f] *cap 9. lib. 2.*
[g] *vide quæ ſcripſi cap 19. lib. 3. Semeſt. è Seneca vbi de afflictionibus pioru. Vide ipſum Senecam epiſto. 71. 72. & 94. in quibus virum inchoatum προκόπτοντα proficientem, procedentis ſapientiæ, ſtudioſum ſapientiæ, imperfectum opponit perfecto, ſapienti exactæ virtutis & conſummatæ ſapientiæ. Atq; ita ipſorum Chriſtianæ diſciplinæ ſectatorum tres gradus, vnum Incipientiū, alterum Proficientiū, tertiū Perfectorum, Benedict. Pererius facit ad ſuperiora percommodè, quamuis ab ipſo prætermiſſa li. 9. in Geneſ. vbi explicat verſic. 9. & 10. cap. 6 Geneſ. in 2. diſputatione. Vera namque primorum Chriſtianorum & à veterib. meritò nūcupata (vt alibi demonſtro) philoſophia.*
[h] *verſic. 4.*



nem veriſsimam per illorum aduerſorum omnium tolerantiam ipſum præbuiſſe; ac hieronicarum circa Dei cultum athletarum coronam abſtuliſſe, his totidem Græcis in hiſtoria eccleſiaſtica [a] memorat: τιμόθεος ἐν γάζῃ πόλει τῆς παλαιστίνης μυρίας ἀνατλὰς βασάνους, ἐπὶ πάσαις λεπτῷ καὶ μαλθακῷ πυρὶ παραδοθεὶς, δοκιμὴν γνησιωτάτην τῆς περὶ τὸ θεῖον γνησιωτάτης εὐσεβείας διὰ τῆς πρὸς πάντα ὑπομονῆς παρασχὼν τὸν τῶν θεοσεβείας ἀθλητῶν στέφανον ἀπηνέγκατο. Nempe martyres ſiue confeſſores in cataſta eculeo vel ſiquo alio ſupplicij loco, tanquam cum carnificibus ipſóque Diabolo colluctantur, velut athletæ in palæſtra: quò deinde conſummati & per patientiam illam perfecti coronam accipiant. Itaque Aurelius etiam Prudentius in hymno Vincentij Cæſarauguſtani [b], hæc profert in cæteris:

*Ventum ad palæſtram gloriæ*
*Spes certat & crudelitas*
*Luctamen anceps conſerunt*
*Hinc martyr illinc carnifex, &c.* & ſtatim,
*Hunc ſponte conſcendit rogum*
*Vir ſanctus ore interrito:*
*Ceu iam coronæ conſcius*
*Celſum tribunal ſcanderet.*

Enimuero quod de opere per patiētiam perfecto vel (quod idem eſt) de patientia perfectum opus habente ſeu exhibente (nam apud Græcos quoque τὸ ἔχειν vim habere τοῦ παρέχειν certum eſt) verba fecimus, negare nemo poſsit, quin à re athletica petierit, D. Ille Iacobus Apoſtolus, à quo [c] ipſa deſumpſimus: quando poſt multos labores, ſi non per omnem ætatem annóſve complures, certè per decem menſes in proagonib. (de quibus diſſeretur poſteà [d]) exanclatos, interdum eo quod perfectum & perfectiſsimum ab ipſis athletis vocabatur, exercitationis athleticæ genere ad coronam perueniebant; cùm per integrum diem in illo puluere ac luto decertaſſent: καλούμενον ὑπ᾽ αὐτῶν τέλειον, ἢ τὸ τελεώτατον ἐκεῖνο γυμνάσιον ὃ δὴ καὶ κατασκευὴν ὀνομάζουσι δι᾽ ὅλης ἡμέρας μετὰ τῶν ἐν τοῖς ἄθλοις πόνων ἀμέτρων γυμναζόμενοι, ſicuti Galenus illo (quem ſingularem ducimus) loco ſignificat: ex quo verba inferiùs [e], vbi de gymnaſiis, & ad ipſa oleo agetur, exhibere certum eſt: qui

Tt 2 vel

[a] *in appendicib. ad lib. 8. fol. 92. pag. 2. libri Pariſienſis à Stephano editi ſub ann. 1544. ſic & poſteà fol. 93. Apſianū ex Pagis vrbe Lyciæ, γενναῖον τῆς θεοσεβείας ἀθλητὴν vocat & ſimiliter Agapiū martyrem in fol. 94. pag. 2. & fol. 96. οἱ θαυμάσιοι (ait) τῆς εἰς χριστὸν ὁμολογίας ἀθληταὶ & poſteà, ἡ θειοτάτου σωτῆρος ἡμῶν δύναμις τοῖς αὐτῆς ἀθληταῖς θάρσος τοσοῦτον ἐνέπνει, &c.*
[b] *hymno περὶ στεφάνων 5. fol. 136.*
[c] *d. cap. 1. ver. 4. epiſt. cathol.*
[d] *capite ſequen.*
[e] *ad extremum cap. 15.*

vel vnus noſtram περὶ τοῦ τελειοῦσθαι interpretationẽ non ita vulgarem, in ſuperioribus illis Diuorum Apoſtolorum locis, minimè ab vllo adhuc aſſertam, etſi à nonnullis dubitanter allatam comprobat, & admirabiliter illuſtrat. Ex quo etiam exponendum, quod περὶ τῶν καταϲκευαϲτικῶν γυμναϲίων, idem Galenus aliquantò poſt eodem libro 3.[a] tradit, ſolis athletis ea in vſu eſſe: quæ perperam interpres Linacer, præparatoria expoſuit, cùm abſolutoria potiùs, conſummatoria, vel perfectoria (quæ ipſa perfecta ſunt, atque athletas perfectos poſtquàm ea ſubierint, ſcilicet demonſtrantia) dicere debuerit: quo loco de Theone loquutus, ſic ferè, ἀθλητὰς ἐγύμναζε τοὺς μετὰ τὸ τέλειον γυμνάσιον εἰς τὴν τετάρτην διάθεσιν ἑτοίμως ἐμπίπτοντας: ſubiicit ſtatim, ἢ τοῦτο μὲν καὶ λέγειν ἴσως περιττὸν, αὐτὸς γὰρ ὁμολογεῖ μετὰ τὰ κατασκευαστικὰ γυμνάσια χρῆσθαι τῇ ζεστολουσίᾳ· τὰ δὲ τοιαῦτα γυμνάσια μόνοις ἀθληταῖς ἐπιτήδειά ἐστι, καίτοι φησί τις ὡς ἐκείνοις μὲν ἥκουσι καὶ κατὰ περίοδον. ἄλλοις δὲ πολλοῖς ἢ δι' ἀνάγκην ἢ φιλονεικίαν ἤτι τοιοῦτον ἕτερον. ἀλλ' ἐπείγε τῶν τοιούτων ἐπὶ τοῖς ἀμέτροις γυμνασίοις ἀνάγκη πρότερον ἢ καὶ μίαν ἢ καὶ πλείους συστῆναι κόπων διαθέσεις. Ad perfectam autem illam athletarum exercitationem hic quoque locus eiuſdem Galeni ad Thraſybulum[b] pertinet de Theonis & Tryphonis gymnaſtarum libris agentis, in quibus diſceptabatur de athleticis gymnaſiis: παρασκευὴν τέ τινα γυμνάσιον ὀνομαζόντων καὶ αὖθις ἕτερόν τε μερισμὸν ἔπειτα ἄλλό τι τέλειον ἀποθεραπείαν δὲ ἄλλο. καὶ ζητούντων εἴτε κατὰ τὴν τοιαύτην περίοδον ἀσκητέον ἐστὶ καὶ γυμναστέον τὸν ἀθλητὴν. εἴτε ἀμφισβητούντων ἀκούσω μέρος εἶναι τῆς ἑαυτῶν τέχνης τὸ ὑγιεινόν, & cæt. Huc ſpectans forſitan D. Auguſtin. lib. 14. de ciuitate, ex quo verba ſuperiore libro retuli, B. Paulum athletam Chriſti de ipſo vnctum, legitimè magno agone decertaſſe ſcripſit. Atque ad id quod è Galeno anteà dixi de certamine quod per integrum diem obiretur, περὶ τῆς γυμναζομένης κατασκευῆς δι' ὅλης ἡμέρας (quod iccircò τέλειον perfectum exiſtimatum atque nuncupatum) non incommodè ὡς τε ἀπὸ σκόπου referendum aliquis exiſtimauerit, quod de pugilis Melancomæ antagoniſta Iatrocle, cùm per integrum diem depugnaſſet ſuperato à Melancoma, Dio Chryſoſtomus[c] recitat ſic ferè; ἡττᾶτο γὰρ ἀεὶ ἐνίοτε δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἀγωνισάμενος ἤδη μέντοι ἀπειρηκώς: & quod de ipſo Melancoma idem auctor alio loco

[a] fol. 121. lin. 53. & ſeq. De cataſceue iſta inferiùs etiã loquemur, & cap. 15.

[b] ad finem libr. πότερ. ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιειν. fol. 301.

[c] Melancoma 1. ſub initium in f. 196.



loco[a] (ex quo verba ſuperiùs, cùm de patientia laborũ athletica loquerer, ſub initium huius libri protuliſſe me recordor) ipſum ſcribit grauiſsima tempeſtate anni ſępenumero δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἀγωνίσασθαι per diem integrum depugnaſſe in agonibus; non tantùm vt vinceret id agens, ſed vt in pugna ipſa diu laborem tolerando perduraret: quẽadmodum Petrus Chryſologus[b] noſter alicubi pereleganter (vt ſolet) ſicut virtutis eſſe in acie, in conflictu pro Regis (ſic lego vbi mendoſè ſcriptum in excuſis pro re) amore ſuccumbere, ita perfectæ virtutis eſſe diu agere & conſummare certamina, nec tam morte quàm fide & deuotione martyrem fieri tradidit. Denique quod Galen. ipſe[c] alibi de athletis robur ſuum illud iactantibus ac deprædicantib. ἐν τίνι τοίνυν ἔτι τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξωνται, ἢ ἐπὶ τίνα μέγα φρονήσουσιν, οὐ γὰρ δήπου ὅτι ἐπὶ τοὺς σκυτοτόμους, ἢ τέκτονας, ἢ τοὺς οἰκοδόμους οἷοί τ' εἰσὶ καταβάλλειν ἐν παλαίστρᾳ τε καὶ σταδίῳ ταχ' οὖν ἐπὶ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι δικαιοῦσιν. ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς ὄρτυξι καὶ τοῖς πέρδιξιν ὑπάρχει. καὶ εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα χρὴ φρονεῖν ἐπὶ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας βορβόρῳ λούεσθαι.

Athletarum exemplo, καλῶς ἀγωνίσασθαι, dicebantur à Lacedæmoniis, qui in ipſa pugna occubuerant; quamobrem oliua & aliis ramis redimiti laudib. euchebantur ad ſuperos. Alij verò inſuper quippiam, τελέως ἀριστεῦσαι, perfectum virtutis exemplum præbuiſſe, qui egregium aliquid, hoſte putà cæſo peregiſſent, ac demum eſſent perempti: quos iniecta purpura honeſtiſsimè tumulatos Ælianus[d], ſic ferè narrat, οἱ δὲ καλῶς ἀγωνισάμενοι, καὶ ἀποθανόντες, θαλλοῖς ἀνεδοῦντο, καὶ κλάδοις ἑτέροις, καὶ δι' ἐπαίνων ἤγοντο. οἱ δὲ τελέως ἀριστεύσαντες, καὶ φοινικίδος αὐτοῖς ἐπιβληθείσης ἐνδόξως ἐθάπτοντο. Nec alia ratione Lycurgus mortem inedia ſibi conſciuiſſe dicitur, vitæ quoq; exitum virtutis & actionis eſſe debere participẽ ratus: quàm quòd rebus pulcherrimis perpetratis interitum ſuum reuera conſummationem fore felicitatis cenſuit, ſicuti Plutarchus in eius vita ſcribit, vſus ἐπιτελειώσεως vocabulo: quod admodum placet, vel ideò quòd ſuperiora quæ περὶ τοῦ τελειοῦσθαι καὶ περὶ τελειώσεως anteà diximus, mirificè illuſtrat atque confirmat. Quamobrem verba ipſa eius loci omnia proferam, & verò quod præclaram ſententiam & philoſopho excellente dignam cõtinent, ἐτελεύτησεν οὖν (ait[e]) ἀποκαρτερήσας ἡγέμενος

 χρῆναι

[a] Melancoma 2. fol. 200.

[b] ſerm. 128. in D. Apollinarem, fo. 336.

[c] προτρεπτ. λόγῳ περὶ τὰς τέχνας, fol. 5. lin. 43.

[d] lib. 6. var. hiſt. cap. 10.

[e] Lycurgo f. 105. edit. Stephani.

χειρῶσαι τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν μηδὲ τὸν θάνατον ἀπολίτευτον εἶναι. μηδὲ ἀεργὸν τὸ τοῦ βίου τέλος. ἀλλ' ἐν ἀρετῆς μερίδι καὶ πράξεως γινόμενον. αὐτῷ τε γὰρ ἐξειργασμένῳ τὰ κάλλιστα τὴν τελευτὴν ὡς ἀληθῶς ἐπιτελείωσιν εἶναι τῆς εὐδαιμονίας. καὶ τοῖς πολίταις ὧν διὰ τοῦ βίου παρεσκεύασε καλῶν καὶ ἀγαθῶν φύλακα τὸν θάνατον ἀπολείπειν. & quæ ſequuntur. Vbi perperam in Latina interpretatione Cruſerij habet editio Stephanica, Sibi enim perpetratis pulcherrimis rebus conſummationem interitum fore fœlicitatis: corrupta prorſus, per vitioſam vocabuli vnius traiectionem, eximia ſententia; quæ, interitum conſummationem fore fœlicitatis, vt reponatur, omnino exigit: ideò mihi faciendum non putaui, vt huius rei lectorem admonere omitterem.

*Aemuli nomen. Athletarum probatio. Progymnaſiæ ac proagones ſeu μελέται, vt athletarum, ita eorum qui pœnæ cauſa pugilatus agoni addicebantur ſub Romanis Impp. & item eorum qui intra domum valetudinem curabant: ſed & eorum qui baptiſmo ſacro initiabantur, & ſophiſtarum: Euſebio, Seneca, Eunapio, partim caſtigatis, partim explicatis: Piorum denique Chriſtianorum omnium. Illuſtratis ex re athletica, D. Pauli aliquot locis.*

## CAP. XI.

SEQVITVR apud Caſsianum aliquantò pòſt, de athleta Chriſti: Et quia hæc certaminum genera ſuperarat, & ditatus multarum coronarum ſtipendiis incedebat, non immeritò robuſtiorum incipit hoſtium ſubire luctamina, ac prioribus æmulis triumphatis, cum fiducia proclamat, &c. In quibus Caſsiani verbis, placet illud Æmuli vocabulum, in extremo adpoſitum, quod cùm antagoniſtas ſignificet, eo ipſo ſenſu à principibus reſcripti noſtri auctoribus vſurpatum fuit: ſicuti à Nerone apud Tacitum [a] vbi de muſico tamẽ luſtrali certamine, non de gymnico ſic ferè ſcriptum: Intereà Senatus propinquo iam luſtrali certamine vt dedecus auerteret, offert Imperatori victoriam cantus, adiicit facundiæ coronam: qua ludicra deformitas velaretur, ſed Nero nihil ambitu, nec poteſtate Senatus opus eſſe dictitans, ſe æquum aduerſus æmulos, & religione iudicum meritam laudem aſſequuturum: ſicuti denique nomen æmuli, ad equos diuerſæ factionis iunctos quadrigis & curulibus ludis in circo, ſiue ſtadio decertantes, Plin. [b] atque Solinus [c] iis locis retulere;

[a] *ſub initium li. 16. Annal.*

[b] *cap. 48. lib. 8. natur. hiſtor.*

[c] *polyhiſt. ca. 47.*

tulere;



tulere; vnde ſumpta verba libro ſuperiore, de ſepultura equorum agonalium agens exhibui. Illud præterea in iis Caſsiani verbis admodum arridet, quod circa probationẽ athletarum memorat, antequàm ad decertandum pro corona ſacri agonis admitterentur, non ſolùm τοὺς ἀθλοῦντας προγυμνάζεσθαι, (ſicuti D. Baſilius [a] ait) verum etiam iuniores indolem virtutémque ac peritiam ſuam cum coæuis exercẽdo ſeſe, in ephebæo nempe gymnaſij, ſed & in ſtadio, tam ipſi populo quàm Gymnaſiarcho atque athlothetis hellanodicis, ſiue Amphyctionibus olim (poſteà verò prouincialibus ſacerdotibus, ludorúmque curatoribus ſeu præfectis) approbare oportuiſſe. Itaque de gymnaſio & ephebia, ſecundum leges nationum, immò κατὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν id eſt, Græcorum gentilium more, Hieroſolymis conſtituẽda, Iudæos olim ab Antiocho Rege licentiam poſtulaſſe, in ſacris libris [b] oſtenditur. Rurſum quod ibidem Caſsianus ait, antequàm ad præclara ſacri agonis certamina peruenire quiſpiam mereretur, in quibus decertare victoribus modò licuerit, multarum coronarum ſtipendiis decoratum eſſe debuiſſe; hoc ipſum ille quem ſuum ipſe magiſtrum vocat, D. Ioannes Chryſoſtomus anteà docuerat quodam loco [c], vbi, Athletæ quoque poſt plurima (inquit) certamina & victorias, cùm pro corona certandum eſt (quæ nimirum viris in luſtralibus agonibus decernitur, & poſt quam hieronicæ immunitas denique cum annonis præſtari ſolet, vt ſuperiore tractatu [d] oſtendimus) maiore niſu omnia faciunt, vt coronati abeant. Item alibi [e], Nam in palæſtra (inquit) athletis ſemper ceſſante periculo exercitatio eſt, & lapſus facilè veniam promerentur. Nam ſuis certatur, & magiſtrorum corporibus meditantur. Sed quando agonis dies, quando certaminis tempus aduenerit, quando ſtadium patet, quando omnes ad ſpectaculũ fuerint congregati, quando agonotheta præſidet, quando monſtratur corona virtutis: tunc neceſſe eſt aut lapſum pudore infamatum pœnas dedecoris ſuæ negligentiæ ſuſtinere, aut ſolertiæ palmam ſuſtinere (puto iſtud à librario perperàm è ſuperioribus repetitum cùm Chryſoſtomus ſcripſerit auferre aut quid ſimile) vincentem.

[a] *in ſermo. ſiue homil. 1. de ieiunio.*

[b] *lib. 1. Machab. cap. 1.* καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν ποιῆσαι τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν καὶ ᾠκοδόμησαν γυμνάσιον ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν, *li. 2. cap. 4. ex quo agam & verba proferã inferiùs: vbi de variis locis in quib. olim gymnaſia fuere, diſſeretur ca. 27. & 28. Videſis & quæ ſcripſi lib. 1. cap. 22.*

[c] *homil. 30. ſub initium in ca. 10 Geneſ.*

[d] *cap. 17. & 18. Agoniſt. 2.*

[e] *in homil. ad baptiſandos colum. 641. tom. 5. operũ editorum à Niuellio Pariſ. ann. 1581. ſic & in homil. ad Neophytos, fol. 633. Etenim tranſactum tempus palæſtra fuit atque concio & lapſus facilè veniam merebatur: ab hodierna verò die campus patet virtutum exercitationibus dedicatus. Agon inſtat Theatrum præparatur, &c. Angeli ſpectant, Angelorum Dominus præſidet, corona certaminis: hoc non tantum honor ſed et magna cautela, quando is qui pro nobis animam ſuam poſuit, ipſe ſit probamentum iudiciúmque certaminis.*

tem. Ita & vobis horum dierum triginta ſpatium exercitatio & meditatio eſt ( baptiſandos alloquitur, de quorum cætera probatione inferiùs ad extremum 18. capitis dicetur, de inunctione in athletas Chriſti, cap. 5. lib. ſuperioris abundè actum eſt: ſequitur de ipſorũ athletico agone apud Chryſoſtomum) ſed exhinc diſcamus euincere, & aduerſarium dæmonem ſuperare properemus. Nam cõtra illum magnum nobis eſt certamen. Poſt lauacrum igitur, cum iam ſupplantare diſcamus: & vnde nobis inſidiatur, inuenire curemus, & vnde facilè poterit ſuperari: vt in agonis ipſo certamine; nulla nouitate terreamur, ſed eius inſidiis agnitis, arte fraudeq; cõperta, ſecuri cum omni fiducia dimicare poſſimus. Quibus ex locis, & illo etiam Baſilij colligitur, fuiſſe προγυμνασίας & προαγῶνας τινὰς τελειοτέρου ἀγῶνος præparatorias quaſdam ad perfectius digniúſque certamen exercitationes & agones illud præcedentes: quos Philo [a] ipſe huc quoque aſpiciens προαγῶνας nominat, quo loco per vitam actuoſam velut proagonẽ quendam, exercendos eſſe nos & præparandos ad perfectius contemplatiuæ certamen admonet. τὸν γὰρ πρακτικὸν τοῦ θεωρητικοῦ βίον προαγῶνά τινα ἀγῶνος τελειοτέρου καλὸν πρότερον διαθλῆσαι.

Ad hos proagonas referre poſſis, primùm quod Epictetus apud Arrianum ſic diſſerit lib. 3. [b] τί δ' ὠφελεῖ τὸν ἀθλητὴν ὁ προγυμναζόμενος; τὰ μέγιστα. καὶ οὕτως ἐμοῦ προγυμναστὴς γίνεται. τὸ ἀνεκτικόν μου γυμνάζει, τὸ ἀόργητον, τὸ πρᾶον. οὔ. ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ τραχήλου καθάπτων καὶ τὴν ὀσφύν μου, καὶ τοὺς ὤμους καταρτίζων, ὠφελεῖ με. καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν, λέγει αἶρε ὑπὲρ ἀμφοτέρας. καὶ ὅσῳ βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελοῦμαι ἐγώ. εἰ δέ τις πρὸς ἀοργησίαν με γυμνάζει, οὐκ ὠφελοῦμαι; & reliqua. Deinde quod B. martyr Cyprianus ad Fortunatum [c], Neque enim idoneus poteſt eſſe miles ad bellum qui non exercitatus priùs in campo fuerit, aut qui agoniſticam coronam quærit adipiſci in ſtadio coronabitur, niſi vſum & peritiam virium antè meditetur. Aduerſarius vetus eſt & hoſtis antiquus, cũ quo prælium gerimus, &c. omnia genera tentandi & artes atque inſidias deiiciendi vſu ipſo vetuſtatis edidicit. Prætereà id quoq; quod Euſebius Pamphili in eccleſiaſtica hiſtoria [d] de martyrio Apſiani apud Cæſaream conſummato agens his verbis, ducta ex eo (vt videtur) tranſlatione ſic protulit: γενόμενος ἤδη

ἡμῖν

[a] περὶ φυγάδων, *fol. 309. Sic* προαγῶνος *nomẽ pro præfatione ac procemio actionis ſiue orationis vſurpauit Eunapius in Proæreſio, fol. 136.*

[b] *cap. 19* ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς ἐστὶν ὠφελεῖσθαι.

[c] *de exhortat. martyrij, fo. 330.*

[d] *in appendicib. lib. 8. fol. 93. pa. 2.*



ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα, καὶ ὡς ἐν μάλιστα τοῖς θείοις λόγοις ἐπὶ ὀλίγον συλλεξάμενος, ἀσκήσεσί τε περιεσπουδασμέναις ἐνθυμότατα παρὰ σκιᾷ ἀσκάμενος τέλος, οἷον ἐπιδέδεικται, τοὺς μὲν πάλαι τὸ ἔθνος ἐκκατέπληξεν, & reliqua. Poſtremò quod Plato de legibus [a], ita ſcriptum reliquit: ἢ πύκται γε ὄντες παμπόλλας ἂν ἡμέρας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγῶνος ἐμανθάνομεν τε ἂν μάχεσθαι καὶ διεπονούμεθα μιμούμενοι πάντα ἐκεῖνα ὁπόσοις ἐμέλλομεν εἰς τότε χρήσεσθαι περὶ τῆς νίκης διαμαχόμενοι καὶ ὡς ἐγγύτατα τοῦ ὁμοίου ἰόντες ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας ἂν περιεδούμεθα ὅπως αἵ πληγαί τε καὶ αἱ τῶν πληγῶν εὐλάβειαι διαμελετῷντο εἰς τὸ δυνατὸν ἀκριβῶς. Atque hos quidem proagonas, hæc progymnaſmata, per decem (minimùm) menſes, ante iuſtum de corona certamen, continuos fieri, cæteráſque aſcpticas leges omnes obſeruari debuiſſe; vt priuſquàm ad illud admitterentur, ea de re præſtari iuſiurandũ oportuerit, inferiùs [b] demonſtrabitur: μελέτας συνεχεῖς vocauit Philo quodam loco [c], vbi ſic ſcriptum; εἰ δέ τις τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἄθλους ἐγνωκὼς διαπονεῖν μελέταις ῥέγχεται συνεχέσιν ἐνδοῦναι ἔχειν ἀρέσκοντα.

Iſtarum meletarum ſiue proagonum tempore fuiſſe velut in caſtro quodam athletas, vt multa facerẽt, ferréntque abſtinentiæ, patiẽtiæ, atque caſtitatis legibus addicti, Horatianum carmen explicãs ſuperiùs [d] docui. Ergo cùm Chriſtiani nominis confeſſores Palæſtini agoni pugilatus apud Cæſaream ſubeundo pœnæ cauſa ſub Galerio & Maximino Impp. ab Vrbano Palæſtinæ præſide mancipati (de quibus Agoniſtici primi cap. 7. actũ eſt) neque famem aut inediam (quos principalibus amonis ſuſtinere apo(tuit) neque verbera, quibus per iniuriam cruciabantur aut ipſas pugilatus meletas id eſt exercitationes penè contumelioſas tolerare ampliùs quirent; non modò agonum curatoribus, ſed ipſi Maximino ſupplicarunt: cuius iuſſu deinde orbati oculis, ob ſudm in confeſſione Chriſtianæ fidei cum aliis pleriſque martyribus cõſtantiam. Hanc ſanè rem ita Euſebius Cæſarienſis in hiſtoria Eccleſiaſtica [e] enarrat, οὐ τούτοις δὲ ἄρα μόνον τὰ τηλικαῦτα παθόντας ἤρκει παραλωβεῖν (ſic lego pro παραλαβεῖν) ὀφθαλμούς, ἀλλὰ καὶ παλαιστικῶν τοὺς ἐπὶ πυγμῇ εἰς μονομαχίας καταπεκρίσθαι μικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένους, ἐπεὶ μήτε τὰς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου τροφάς, μήτε μὴν τὰς ἐπιτηδείους τῇ πυγμῇ μελέτας ὑπέμενον. ἤδη δὲ οὐκ ἐπιτρόποις αὐτὸ μόνον οἱ δηλούμενοι ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Μαξιμίνῳ

τούτου

[a] *lib. 3. fol. 830.*

[b] *cap. 23. huius libri.*

[c] περὶ τῶν εἰς τὰ προπαιδεύ. συνο. *fol. 290.*

[d] *cap. 4. & 5. huius libri.*

[e] *in appendicib. ad lib. 8. hiſt. eccleſ. fo. 95. pag. 2.*

τούτου γε ἕνεκα παραστάντες γενναιοτάτην ἔνστασιν ὁμολογίας διὰ λιμοῦ καρτερίας καὶ μαστίγων ὑπομονῆς ἐνδειξάμενοι, τὰ ὅμοια τοῖς δηλωθεῖσι πεπόνθασι μεθ' ἑτέρων προστεθέντων αὐτοῖς ὁμολογητῶν ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας. Vnde nunc primùm intelligimus, quemadmodum gladiatores & venatores olim vel inſtitutos (ſicuti purricharios atq; geſticulatores) vel pœnæ cauſa factos (qui ſcilicet in alteruttum ludum gladiatorium aut beſtiarium ſeu venatorium damnati forent) quo è numero poſteriores ſoli capitis diminutionem maximam, in ſeruitutem pœnæ redacti patiebantur, quam vtiq; ob rem ab inſtitutis fuiſſe diſtinctos Vlpianus [a] noſter lib. 10. de officio proconſul. docet: ſic etiam è pugilibus inſtitutos quoſpiam, qui ſponte ſcilicet virtutis & honoris ergo, huic ſe artificio dederent (de quibus iſto trino tractatu ſæpiùs actum eſt) alios ei labori ad populi voluptatem ſuámque pœnam damnatione iudicum fuiſſe mãcipatos. Quę dixi, de progymnaſmatibus & proagonibus in palæſtra & gymnaſio publicè habitis antequàm in iuſtũ ac legitimum pro corona ſacra certamen deſcẽderetur accipienda ſunt. Sed & intra priuatos parietes exercitationes variæ, pila potiſſimùm, diſco, lucta & huiuſcemodi à ſanis hominib. cum domeſticis aut amicis olim valetudinis ergò, non minùs quàm vnctiones & lauationes in laconicis balineorum labris & Euripis vſurpari apud veteres Romanos Gręcóſq; ſolitę (quemadmodum à clariſſimo Mercuriale in libris de arte gymnaſtica [b] demonſtratum fuit, & ex iis etiam cognoſcetur quæ inferiùs cap. 15. dicturi ſumus) quas progymnaſias, quod per eas ad ſacros agones & quæuis publica certamina ſine dubio aptiores, paratiores adeóque firmiores ac habitiores ipſi fierent: & verò illarum (nempe publicarum) præfectos pueros non pædotribas & gymnaſtas modò, ſed & ſyngymnaſtas, & à Platone atque Xenophonte progymnaſtas nuncupatos Iulius Pollux Onomaſtico [c] tradit: quo loco: τὰ δὲ χωρία τῆς ἀσκήσεως (ait) ἀποδυτήριον, γυμνάσιον, παλαίστρα, κονίστρα. καὶ ὁ ἐφεστηκὼς παιδοτρίβης τε καὶ γυμναστής. παρὰ δὲ Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι, προγυμναστὴς συγγυμναστής: ita priuatarũ exercitationũ vel ſocios vel moderatores progymnaſtas nominatos, ex eo quem eruditiſ. Muretus probè reſtituit, Senecę loco [d] intelligitur. Cuius omnino hæc verba ſunt, Hodiernus dies ſolidus eſt, &c. Minimũ

exercita

[a] *l. aut dãnum, 8. §. quicunque, D. de pœnis.*

[b] *vide lib. 1. cap. 12. & toto lib. 2.*

[c] *lib. 3. cap. 30. & vlt. col. 190. §. vl.*

[d] *epiſt. 83. Singulos dies.*



exercitationi corporis datum, & hoc nomine ago gratias ſenectuti, non magno mihi conſtat, cùm me moui, laſſus ſum: hic autem exercitationis etiam fortiſſimis finis eſt. Progymnaſtas (ſic lego cum Mureto, vbi vulgò Progymnaſios excuſum) meos quæris, vnus mihi ſufficit Earinus, puer (vt ſcis) amabilis, ſed mutabitur. Nomen autem iſtud meletarum atque proagonum, ab agoniſtis corporum ad ingeniorum agoniſtas, ab athletis inquam ad ſophiſtas & ipſos, τῆς δοκιμασίας neceſſitati ſubditos tranſlatum eleganter, atque vſurpatum ab Eunapio [a] recordor; ſed ita, vt proœmium aut exordium ſignificari poſſe non diffitear: quo loco, cùm Proconſul dicere Proæreſium iuſſiſſet, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς καθέδρας (inquit) εἰς προαγῶνά τινα διαλεχθεὶς οὐκ ἀχαρίστως καὶ τὸ σχέδιον ὅσος ἐστὶν ἐξάρας λόγον ἀνέση θαρραλέως ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. Et alibi de Nymphidiano magiſtro Græcarum epiſtolarum Iuliani principis, γεγονὼς δὲ εἰς ῥητορικὴν καὶ οὐ τοῦ σοφιστῶν ὀνόματος ἄξιος, &c. κρείττων δὲ κατὰ τὰς καλουμένας μελέτας, καὶ τὰ ζητήματα. τὰ δὲ ἐν προαγῶσι καὶ τὸ διαλεχθῆναι, οὐκ ἔθ' ὅμοιος. De Aphthonij ſophiſtæ progymnaſmatis, de Philoſtratorum [b] aliorúmque Græcorum rhetorum meletis [c], éſtne quiſquam è tanto philologorum numero, tam iacenti aure, vt vel in ſcholis non multa inaudierit? Hæ nimirum illæ ſunt exercitationes Græcæ: quibus ingenia meliùs ali, Tullius quodam loco pronunciauit.

Talibus ad pietatem Chriſtianam & prædicationem verbi potiùs quàm corporalibus atque athleticis quibuſdam etſi ad carnis domationem ac ſuggillationem ſiue contuſionem corporis pertinẽtibus (de quibus capite 13. & 14. pleniùs agetur) exercitationibus; vtpote ad omnia vtilioribus illis, & non modò præſentis ſed etiam futuræ cum infinita felicitate ac æterna gloria, vitæ promiſſionem ſibi coniunctam habentibus excoli, & ædificari D. Paulus animi robur in Timotheo volebat [d]: his verbis ipſum aleiptæ aut pædotribę veteris more, ad exercendum ſeſe, per literas adhortatus & excitans; γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Quibus videri poteſt ſpirituales animi exercitationes, æternæ cum gloria vitæ ratam firmámque ſpem faciẽtes, cum iis quæ ad corpus hoc roboran-



dum,

[a] *Proæreſio, fol. 136.*

[b] *tres Philoſtratos conſcripſiſſe μελέτας narrat in ipſorum vitis Suidas quẽ vide. itemq; de Paulo Tyrio Rhetore, quem legatione functũ apud Adrianum Imper. Tyrometropoleos dignitatem impetraſſe tradit: ſcripſiſſeq; artem Rhetoricam, progymnaſmata, meletas.*

[c] *in vetuſto igitur gloſſario Latino Græco, col. 61. & 62. Declamatio μελέτη ῥήτορος, Declamat μελετᾷ ῥήτωρ, & in Lexico Græcolatino veteri, co. 535. μελέτη ῥήτορος, Declamatio.*

[d] *epiſt. 1. ad Timoth. cap. 4. ver. 7. 8. 15. & 10.*

dum, vitámque ſecularem iſtam ad tempus aliquod prorogandam adiuuant (quibus crebrò, ac tantùm non quotidie vtebantur Ethnici) eodem modo, quo ad Corinthios extremo capitis 9. epiſtolæ prioris, pro corona corruptibili decertantes cum iis qui captarent incorruptam contulerat, hîc itidem comparaſſe: præſertim quòd à meletis & veluti proagonibus athleticis vel etiam rhetoricis (de quibus diſceptatum ſuprà) ſimilitudinem ducens aliquantò pòſt adiiciat, ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν. ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ. Meletis huiuſmodi, quas & ipſe τὰς ἐν τοῖς γυμνασίοις διατριβὰς Galenus alicubi [a] nuncupat, ipſiſq; adeò proagonibus aduerſæ illæ ſunt quas διαπαρατριβὰς (ἀντὶ τῶν παραδιατριβῶν vt reor) Beatus ipſe Paulus [b] in ſequentibus nominat: quas vbi fugiendas, illas verò perſequendas & continuandas monuit, productà quòd ipſis ad veros & perfectos agonas præmuniamur; Timotheum ſpiritualis aleipta Paulus ad legitimè perfecto agone fidei decertandum excitat; vt quaſi per cataſceuen καλῶς ἀθλεύσας ex confeſsione fidei conſummetur, iuxta ea quæ cap.10. pleniùs expoſui: atque ita coronam æternæ vitæ propoſitam & paratam piis tanquàm veris hieronicis apprehendat, vel potiùs (quãdo regnum cœlorum vim patitur) arripiat. Hoc enim D. Paulus ad extremum eiuſdem epiſtolæ [c] in metaphora de agonib. perſtans, ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως (inquit) ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. Nec enim dubito, quin iſtud de apprehendenda poſt certamẽ æterna vita, quod in extremo admonet, referendum, ex ipſa Pauli (ſimilitudinem inde ducentis ſcilicet) cogitatione, ad illa ſit; quæ de hieronicis coronã virtutis apprehendentibus, libri ſuperioris cap.27. diligenter (ſi non etiam luculenter atque perſpicuè) à nobis enarrata ſunt: præſertim cùm ipſe quoque ſe præſtare alio loco [d] dicat, quod hîc Timotheum iubet facere; nimirum ſe perſequi ſi quo modo poſsit comprehendere, itémque ad ſcopum, vel (ſicuti vetus Noui fœderis interpres reddidit) ad deſtinatum perſequi, ad brabium ſupernæ vocationis in Chriſto Ieſu: tametſi ad metæ potiùs contactum hoc referre, quàm ad coronæ ipſius apprehenſionem eiuſdem libri cap.33. placuerit.

[a] *ad tertiũ apho. Hippocrat. eo loco vnde verba proferã infr. ſub initium cap. 15. περὶ τῆς ἀλόγου τριβῆς, Quinctilian. cap.7. lib.10. Inſtitu. orato. quod aliò pertinet.*

[b] *cap.6. eiuſdem epiſt. verſ.5. vbi Complut. & Antuerp. editio habet διαπαρατριβαὶ, Stephanica verò an. 80. παραδιατριβαὶ, quod magis placet.*

[c] *eod. c.6. ver.12.*

[d] *epiſto. ad Philipp. cap.3. verſ. 12.13.14.*

*Anno*



*Anno 35. athletas artem deſiiſſe, ex Macrobio & Plutarcho; ſed vt interim ante hoc ætatis ex cauſa dimitterentur ac reuocarentur, prolata in eam rem vetus inſcriptio. Hieronicas non deſiiſſe. Athletarũ in probatione circumductio & accuſatio è Chryſoſtomo, qui fortaſſe caſtigatur Caſſiano, & Dionyſio. De probatione ordinandorum in diaconos, preſbyteros & epiſcopos clericorum, adhibito ſcilicet ipſius etiam plebis teſtimonio atque aſſenſu ad marg. Hellanodicarum ad athletas cùm probarẽtur admonitio. Viles etiam homines (ſi modò ingenui nec infames forent) ad certamen admiſſos. Iſocratis interpres obiter notatus. Ad Olympicum agonem non alios decertandi gratia quàm Græcos admiſſos videri: expoſito Herodoti loco.*

## CAP. XII.

SANE qui ab annis puerilibus ad annum vſque quintum atque trigeſimum, ſine vllius victoriæ præmio in palæſtra & ſtadio decertaſſent, ij veluti deſperata corona, cùm iam ad iuſtum corporis robur illaudati perueniſſent, artem deſinere ſolebant annorum hebdomade quinta; vt Macrobius [a] auctor eſt, ſic ferè ſcribẽs, Quinta omne virium (quantum ineſſe vnicuique poſſunt) complet augmentum, nullóque modo iam poteſt quiſquam ſe fortior fieri. Inter pugiles denique hæc conſuetudo ſeruatur, vt quos iam coronauêre victoriæ, nihil iam amplius in incremento virium ſperent: qui verò expertes huius gloriæ vſque illò manſerunt, à profeſsione diſcedant. Honeſtam itaque ab athletica profeſſione miſsionis occaſionem, ipſam ſenectutem olim exiſtimatam. Sed & hoc exemplo poſtremum tanquàm à ſacra linea [b] hoc eſt præcipuũ vacationis & excuſationis à curſu adminiſtrationis Reipub. colorem ignauiæ à pleriſque ſuæ, atque ad retundendam aliorum ambitionem prætendi, Plutarchus [c] in hæc verba refert; ἐπειδὴ γὰρ πλεῖσται αἱ πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας ἀποκνήσεις καὶ μαλακίαι, προφάσεις ἔχουσαι, τελευταίαν, ὥσπερ τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἐπάγουσιν ἡμῖν τὸ γῆρας· καὶ μάλιστα δὴ τοῦτο τὸ φιλότιμον ἀμβλύνειν καὶ δυσωπεῖν δοκοῦσαι, πείθουσιν εἶναί τινα πρέπουσαν οὐκ ἀθλητικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πολιτικῆς περιόδου κατάλυσιν. Hieronicas autem etſi nihil amplius de virium incremento poſt id ætatis ſperarent, non tamen ab athletica profeſsione, ac exercitatoriæ vitæ præſcripto recedere ſolitos, iſtud eiuſdem Plutarchi verbum (quod paulò antè protuli) de Marco Catone Cenſorio agentis [d], apertè comprobat, quantum iudico:

[a] *in ſomn. Scipio. lib. 1. cap. 6. vbi de ann. hebdom.*

[b] *vide quæ de linea ſacra cap.33. inferiùs adfero ad illud Senecæ hieram facere.*

[c] *init. li. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, fol. 1402.*

[d] *in eius vita, fol. 619.*

 dico:

dico: inuictum enim fuiſſe à voluptatibus & laboribus, etiam tum ſenem, & canum poſt conſulatum, ac triumphum, ὥσπερ ἀθλητὴν (ait) νικηφόρον ἐγκαρτεροῦντα τῇ τάξει τῆς ἀσκήσεως καὶ ὁμαλίζοντα μέχρι τῆς τελευτῆς: velut aliquem athletam, qui poſt victoriam quoque in eodem exercitationis genere ac ordine ad obitum vſque perduret, ſolitóſque labores nihilominus quàm anteà ferat. Vt verò militi apud Romanos cauſariæ miſsionis rationem non ætas modò, verùm etiam morbus legitimam nec inhoneſtam præbuit: ſic & apud Græcos etiam athletæ tanquam imaginario, ne dicam ludicro militi cuipiam, vitium corporis aut vitæ diſcrimen à xyſto abſcedendi & athleticæ renunciandi facultatem. Vnde M. Aurelius Aſclepiades (qui & Hermodorus) in vetuſta inſcriptione quapiam * libro ſuperiore ** à nobis aliam in rem citata, & inferiùs *** etiam citanda; intermiſiſſe iſtam artem athleticam, cũ iam 25. attigiſſet per totos ſex annos profitetur; propter pericula in quæ incurrerat, & inuidiæ metu: quib. occaſionib. ſublatis poſt pluſculum tẽporis in ludum hunc athleticum ita fuiſſe reuocatũ, ex neceſsitate aliqua in patria Alexandria; vt & Olympiæ pãcratio victor Olympiade ſexta renunciatus fuerit. In ea inſcriptione ita eſt in cęteris: ἀθλήσας τὰ πάντα ἔτι ἓξ παυσάμενος τῆς ἀθλήσεως ἐτῶν ὢν κε. διὰ τοὺς συμβάντας μοι κινδύνους καὶ φθόνους· καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι μετὰ πλείονα χρόνον ἀναγκασθεὶς ἐν τῇ πατρίδι (ſic lego cum clariſs. Lipſio, pro παίρδι) ἀλεξανδρείᾳ καὶ νικήσας ὀλύμπια παγκράτιον ὀλυμπιάδι ἕκτῃ. Denique quòd diligenter examinatũ olim ac prouiſum Caſſianus ait, ne fortè qui ad dimicandum in ſtadium prodiret, vlla eſſet vitæ infamia reſperſus, hoc ita fieri ſolitum ex eodem Chryſoſtomo alio in loco [a] intelligimus, vti decertaturus per totum ſtadium à præcone circumduceretur ac publicè inquireretur, vtrum eſſet quiſpiam, qui vellet in eum dicere. Cuius moris ſimilitudinẽ quandam & μίμησιν præfert illa in ordine Romano [b], Epiſcoporum inaugurandorũ circumductio,

*quæ extat Romæ in palatio Cardina. Farneſij, relata in Auctariũ inſcriptionum veterum à Lipſio poſt Smetianas à Raphelẽgio in offic. Plãtin. impreſſas in pag. 57.
** lib. 2. Agoniſ. cap. 7.
*** huius Agoniſtic. 3. cap. 13. quod iſti proximum.
[a] homil. 21. ad pop. Antioch. col. 161.
[b] in cuius libro Coloniæ impreſſo cum aliis vetuſtis auctorib. de officiis diuinis, f. 88. cap. Qualiter in Romana Eccleſia Sacri ordines fiãt. Poſt collectam aſcendit lector in ambonem, & eleuata voce legit breuẽ in auribus populi ſic continentẽ: Cognoſcat caritas veſtra, quia ille & ille aduocatur in tali officio vel in tali: Siquis habet contra hos viros aliquam querelam exeat confidẽter propter Deũ, & ſecundũ Deum, & dicat: Quod ſi nullus contradictor extiterit, ſequitur lectio et reſpõſorium. Poſt hæc aduocantur ſurſum & ſtatuũtur in ſiniſtra parte altaris, &c. & cap. Qualiter in Rom. eccleſ. preſbyt. diac. vel ſubdiac. fiant, fol. 91. data oratione annunciat Pontifex in populo dicens: Auxiliante Domino, Deo & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto eligimus in ordinem ſubdiacony, diacony, ſeu preſbytery, acolytum, ſubdiaconum, diaconum de titulo illo ad titulum S. Martini ad eccleſiam quæ eſt in pago illo, vel ad monaſterium N. Siquis autem habet aliquid contra hos viros, pro Deo, & propter Deum, cum fiducia



ductio, ac ipſa de promouendis initiatis presbyteris ſolemnis apud nos inquiſitio: quam & in Africa B. Cypriani temporibus obſeruatam, ipſius epiſtolæ [a] certiſsimum teſtimonium præbent: iuxta præceptũ D. Pauli ſcilicet Timotheo datum, atque his verbis inter cætera comprehenſum [b]: δεῖ δὲ αὐτὸν (de Epiſcopo agit) καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. & ſtatim de Diaconis, καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον (vbi Probandi verbum perplacet mihi, cùm de athletarum examine ac probatione orationem inſtitui, & maiorem in modum probatur) εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες. Sic enim D. Chryſoſtomus, In illud theatrum tradi debentes (inquit) non priùs deſcendunt in certamina, donec ipſos aſſumens præco, ſub omnium oculis circumducat clamans & dicens, Num quis hunc accuſat? & quidem illic non animæ, ſed corporis pugnæ ſunt. Quare igitur generoſitatis rationes requiris? (Atque hoc quoque ad id quod de ſeruo in certamẽ publicum non admittendo dictum eſt, vt puto ſpectat.) hic verò nihil tale, ſed totum contrarium cùm non in manuum collationibus ſint nobis certamina, ſed in animi diſciplina & in mentis virtute: contrarium agonotheta noſter facit, nõ ipſum aſſumens circumducit & dicit, Num quis hunc accuſat? ſed clamat, licet omnes homines, licet dæmones, cum Diabolo conſtituti

exeat & dicat. Verumtamẽ memor ſit conditionis ſuæ, &c. & f. 93. vbi alloquitur populum pro preſbytero ordinando, hæc inter cætera profert. Nec fruſtrà à patribus reminiſcimur inſtitutum, vt de electione eorum qui ad regimẽ altaris adhibendi ſunt, cõſulatur populus qui de actu (pro quibus in manuſcripto iſtius Eccleſiæ Metropolitanæ libro, qui ordinem pontificalem cõplectitur, quod magis placet, ſic ſcriptum, quia de vita) & cõuerſatione præſentãdi, quod nõ nunquam ignoratur à pluribus, ſcitur à paucis, &c. Itaque quid de eorum actibus aut moribus noueritis, quid de meritis ſentiatis, Deo teſte conſulimus, &c. vel (ſicut ille quem laudaui modò manuſcriptus codex Eccleſiæ D. Stephani habet) quid de merito ſentiatis, libera voce pandatis & his teſtimoniũ ſacerdotij magis pro merito quàm affectione aliqua tribuatis. Sed & ſi quis habet aliquid contra illos, &c. vt ſup. ſequitur in impreſſo, quod non habet manuſcriptus, & ideò electionem veſtram debetis publica voce profiteri. [a] Epiſt. 61. ad preſbyteros & diaconos & vniuerſ. pleb. vbi in ordinandis clericis fratres chariſſ. ſolemus vos ante conſulere & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare, &c. Item epiſto. 68. ad Fœlicem preſbyter. & alios fol. 163. de plebe: Quando ipſa (inquit) maximè habeat poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus de diuina auctoritate deſcendere, vt ſacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur & dignus atque idoneus publico iudicio ac teſtimonio comprobetur. Et poſteà: Coram omni ſynagoga iubet Deus conſtitui ſacerdòtem, &c. Et plebe præſente, vel detegantur malorum crimina vel bonorum merita prædicentur: & ſit ordinatio iuſta & legitima quæ omnium ſuffragio & iudicio fuerit examinata. Has promouendorum ad ordines, ſacerdotia, ipſoſq; adeò Epiſcopatus, clericorum accuſationes ſiue delationes, quæ à populo fierent, Laodicenæ ſynodi quinto canone improbatas exiſtimat Zonaras, quo ſancitum, non oportere chirotonias in audientium præſentia fieri: ſic enim ille in interpretatione canonum Apoſtolicorum, ad primum canonem περὶ τῆς χειροτονίας diſſerens, ſcribit: ἡ γὰρ ἐν λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν πέμπτῳ κανόνι φησί. Μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασαν· ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τῶν ἀρχιερέων, μᾶλλον ἔθος πολλοὺς συνέρχεσθαι. ἐν δὲ ταῖς ψήφοις διὰ τὸ εἰσάγεσθαι τινὰ αἰτιάματα τῶν ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπηγόρευται τὸ παρεῖναί τινας, καὶ ἀκροᾶσθαι τούτων. De inquiſitione ac probatione promouendorum ad ordines clericorum idem Zonaras iſtud ἤτοι ἄδεκτος ex canone 12. Apoſtolorum explicans agit ſat multis verbis, vbi videre eſt, & canone 33. [b] Epiſt. D. Pauli ad Timoth. 1. cap. 3. verſ. 7. & 10.

conſtituti ipſum accuſent de turpiſsimis & occultis criminibus, non reiicio, nec abominor: ſed ab accuſatoribus ipſum liberans, & ab iniquitate abſoluens, ſic ad certamina duco. Nec immeritò, Illic enim agonotheta nihil certantibus confert ad victoriam, ſed medius [a] conſtitutus eſt: hic autē agonotheta pietatis propugnatoribus commilito fit, & auxiliator, cum ipſis contra Diabolum pugnam attingens. Hactenus Chryſoſtomus.

[a] *videſis quæ ſcripſi cap.27.lib.ſuperioris, de loco Agonothetarum.*

Atque huius quidem accuſationis in athletis probandis fieri ſolitæ, mentionem alicubi habitam à Dionyſio Halicarnaſſeo [b] reperi: ſic admodum ſcribente, ϗ ἂν μὲ δούλων αἰσθάνωνταί τινα τῶν ἀγωνιζομένων εἰς κατηγορίαν αὐτοῦ, καὶ ὡς ἀναξίου τοῦ ἀγῶνος ἐκκρίνειν. de quo loco quid ſentiam, poſteà dixero, vbi de ſeruis in athletarum numerum non admiſsis diſſeram. Intereà ſciendum ante circumductionem illam & præconis denuntiationem, atque adeò ante probationem & examen illud athletarum, de quo cœpi dicere, ipſos Eleos iudices Hellanodicas, hac de re athletas admonuiſſe, cùm in Olympiam procederent; vt ſiquis eorum ſibi conſcius foret præclarè actæ, ſine vlla infamia, & deſidia vitæ, impenſique in rem athleticam laboris, hic ad certandum audenter accederet: ſin contrà quiſpiam indignum aliquid ſeq; atq; Olympiorum acceſſu forſitan egiſſet, is abiret aliò quò vellet: quod quidem ex iſtis Philoſtrati [c] verbis cognoſcitur, ἠλεῖοι δ᾽ ἐπειδὰν ἴωσιν ἐς Ὀλυμπίαν διαλέγονται πρὸς ἀθλητὰς ὧδε. εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, ϗ μηδὲν ῥάθυμον μηδὲ ἀγεννὲς εἴργασθε, ἴτε θαῤῥοῦντες, οἷς δὲ μὴ ὧδε ἤσκηται, χωρεῖτε οἷ βούλεσθε. Poſteà verò manum in altum ſublatam (ſilentij nempe faciendi gratia, vt opinor) imponens præco athletæ depugnaturi capiti, eúmque circumducens, quærebat publicè, non vtrum ſibi ipſe vllius eſſet malæ noxiæ conſcius, ſed amplo boatu proclamabat, eſſétne quiſquam qui vellet in eum dicere: quò magis tanquàm ſceleratus aut ſeruilis conditionis, à certamine arceretur. Idq; cū ex illis Chryſoſtomi locis, quos indicaui modò, tum ex iſto potiſsimùm intelligitur, cuius verba, boni & ſtudioſi lectoris gratia in medium proferam. Dic mihi quæſo (inquit eccleſiaſtes optimus [d]) in Olympiacis certaminib. nónne adſtat præco magnum clamans & altum, Num

[b] *ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς ad finem in f.43.*

[c] *extremo lib.5. de Apollonio.*

[d] *Chryſoſt. hom. 61. ad populum Antiochenū videto & homil. 7. epiſt. ad Hebr.*



Num aliquis hunc accuſat, dicēs? Num fur eſt & ſeruus? Num prauorum eſt morum? cùm tamen illa certamina non animæ ſint, neque bonorum morum, ſed roboris & corporis: ſi igitur vbi corporum eſt exercitatio, multa fit voluntatis inquiſitio, multò magis vbi totum anima decertat. Stat igitur apud nos & præco, non capite quémque tenens & producens, ſed omnes pariter interiori detinens capite: non apponit illis alios accuſatores, ſed ipſis ſemetipſos, non enim dicit, Numquid aliquis hunc accuſat? Sed quid? Si quis ſe ipſum accuſat: Cùm enim dixerit ſancta ſanctorum (mallem ſcriptum [a], vt in pleriſque veterum leturgiis, ſancta ſanctis τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις) hoc dicit; Siquis non ſanctus, non accedat. Hæc ille pius & ſanctus Epiſcopus, à probationis athletarum more in gymnicis agonibus obſeruato deſumpta ſcilicet ſimilitudine.

Ex quo id fuit, vt quilibet (qui modò liber eſſet, famæque integræ) inter athletas decertandi cauſa reciperetur, neq; ob generis vilitatem ſolam, ab eo repelli poſſet. Quo exemplo in Academiis pleriſque, certè in huius Occitanæ (vt vocant) prouinciæ duabus præcipuis Toloſana & Monſpeſſulana à literario certamine, quod graduum per quos ad ciuiles honores aſcenditur conſequendorum gratia iniri ſolet: vt ſcilicet, aliquot annos (hoc enim athletarum vocabulo eum qui in Iuris ciuilis ſtadio decurrerit, atque ad quinti anni metas peruenerit; ſicut Imperator Iuſtinian. conſtitutione illa Pandectis præfixa [b] deſignauit) inter lytas & prolytas quiſpiam hoc eſt in Licentiatorum & Doctorum numerum referatur, ſpurios & hæreticos omnéſque famulos arceri conſtat; idq; ita ſtatutis Academiarum ipſis eſſe cautum didici: quamuis ad illud aditus aliis omnibus non inhoneſtis eruditionis ſuæ periculum facere volentibus pateat; ſicut vilibus quibúſque, non tamen infamibus (quemadmodum octauo huius libri capite admonui) aut ſeruis ad ſacros agones antiquitùs patuit, id quod 17. capite demonſtrabitur. Atque hoc ſimiliter in clericorum ad Ordines promotione obſeruari certum eſt; vt ab ipſa ſerui adſcriptitiíve non accedente dominorum conſenſu, infames & ignominioſi & qui de legitimo matrimonio non fuerint procreati, non minùs quàm interdicti, ſuſpenſi, excommunicati, Epileptici & grauiorum criminum rei arceantur

[a] *ſicut etiam legit Claud. de Sainctes in collectaneis de Euchariſtia ad Liturgias è Chryſoſtom. cap. 24. fo. 288. & ita apud ipſum Chryſoſto. legitur in d. homil. 17. ad Hebr. col. 1618.*

[b] *ad antecesſores: Omnē Reip. in §. ſed quia, in fin. & §. ſcripta, cuius initiū, Diſcipuli: vbi ſic ſcriptum: Iudiciorum optimus tam athleta, quā gubernator in omni loco euóque fœlix futurus: quæ verba de togatis ſiue aduocatis atq; iudicibus ſiue magiſtratib. accipienda ſunt.*

ceantur. Sic enim ſcriptum extat in ipſa monitionis ante promotionem clericorum ad ordines faciendæ formula, quam in peruetuſto manuſcripto Metropolitanæ huius Eccleſiæ libro Pontificalium officiorum rationem continente [a] legimus; de his quorum ordinatio prohibetur: quod nullus ipſorum excommunicationis vel ſuſpenſionis aut interdicti ab homine vel à canone ſententia innodatus aut irregularis, vel qui non ſit de legitimo matrimonio procreatus niſi ſecum ſuper defectu natalium fuerit diſpenſatum per eum qui poteſtatem habuerit diſpenſandi: non profeſſus obſeruantiam regularem, vel habens vxorem ſeu alteri matrimonialiter obligatus vel bigamus, ſeu qui maritus viduæ extiterit; vel qui ſeruus exiſtat vel adſcriptitius ſine ſui domini licentia ſpeciali, vel qui homicidium perpetrauerit per ſeipſum, aut mandauerit vel conſenſerit ſeu conſuluerit perpetrari; vel qui ſit ſymoniæ ſeu periurij, adulterij ſeu inceſtus, vel nota infamiæ publicæ crimine irretitus, aut morbo caduco laborans, vel etiam ebrioſus, ſeu aliàs à iure prohibitus, cum quo ſuper illo defectu diſpenſatum nõ fuerit, ſe aliquatenus ingerat vel accedat ad aliquem ordinem Eccleſiaſticum aſſumendum. Primum quidem eorum qui ludis Olympicis decertarũt, non artificio aliquo magno præſtitiſſe, ſed coquum fuiſſe Corœbum Elæum ex Athenæi libris Euſtathius ad Homerum [b] literis prodidit, ſic ferè, ὅτι δὲ τὰ καὶ ἐν τῷ καταλόγῳ μνημονευθέντα ὀλύμπια οὐκ ἀεὶ μεγάλοις τινὰς εἶχον ἀγωνιζομένους δηλοῖ ὁ πρῶτος τῶν Ὀλυμπιάσι ἀναδησάμενος ἀγῶνα (vbi στέφανον equidem, vel pro ἀναδησάμενος, Euſtathium ſcribere νικήσας, ſed illud potiùs voluiſſe crediderim) Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος, οὐ μεγάλης τέχνης ἄνθρωπος ὤν, ἀλλὰ μάγειρος ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται. Igitur Iſocrates [c] patris ſui proauum Alcibiadem, quamuis nec ingenio nec robore corporis vlli cederet, gymnica tamen certamina deſpexiſſe ſcribit; cùm ſciret athletarum (ſic malo quàm quòd Vvolfius pugilum, ſpeciem pro genere ponens, vertendum duxit) nonnullos & ſordido genere ortos, & minimè liberaliter inſtitutos eſſe, & in obſcuris oppidulis habitare: ταῦτα δὲ διανοηθεὶς (inquit) οὐδενὸς ἀφυέστερος οὐδ' ἀῤῥωστότερος τῷ σώματι γενόμενος, τοὺς μὲν γυμνικοὺς ἀγῶνας ὑπερεῖδεν. εἰδὼς ἐνίους τῶν ἀθλητῶν καὶ κακῶς γεγονότας καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντας καὶ

[a] ſub initiũ ſub titulo Forma ſiue modus examinãdi clericos ordinãdos ante librũ ordinis pontificalis.

[b] ad illud Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι ex Iliad. Homer. λ. fol. 879. num. 38.

[c] in περὶ ζεύγους colum. 522. edit. Oporin. an. 1570.



καὶ ταπεινῶς πεπαιδευμένους. Itaque tametſi Philoſtratus [a] inde Iſocratem αὐλοποιὸν tibiarum fabrũ non fuiſſe colligat, quòd ſtatuam olympiæ meruerit, quam conſequutus non foret, ſi vllas viles operas feciſſet, αὐτὸς δὲ οὔτε αὐλοὺς ἐγίνωσκεν (ait) οὔτε ἄλλο τι τῶν ἐν βαναύσοις· οὐδὲ γὰρ ἂν οὐδὲ τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ εἰκόνος ἔτυχεν εἴ τι τῶν εὐτελῶν εἰργάζετο: nihilominus tamen agricolas ipſos & paſtores in athletarum albo apud Olympiam aſcriptos ibíque decertaſſe, ſubindicat Theocritus [b] ἐν τοῖς νομεῦσιν, vbi Corydon inducitur vaccas paſcens bubulci agonis, quem dicit quod robuſtus foret, à luctatore Milone Olympiam adductum certandi cauſa: ὅν φησιν (vt eſt in argumento ipſo) εἰς ὀλυμπίαν ὑπὸ Μίλωνος παλαιστοῦ ἀχθῆναι ἰσχυρὸν ὄντα ὡς ἀγωνίσοντα. Nam apud Theocritum quidem ita Batto de Ægone quærenti,

ὠὐτὰς δ' ἐς τίν' ἄφαντος ὁ βωκόλος ᾤχετο χώραν;

Reſpondet Corydon,

Οὐκ ἀκούσας; ἄγων νιν ἐπ' Ἀλφεὸν ᾤχετο Μίλων.

Et rurſum Battus,

καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄπωπε;

Cui Corydon,

φαντί νιν Ἡρακλῆι βίην καὶ κάρτος ἐρίσδειν.

Quibus addeſis id quod antè, de coquo illo Corœbo diximus. Græcis autem ſolis, non vtique peregrinis, hoc eſt, aliunde quàm è Græcia mera & antiqua oriundis, aditũ ad Olympicum agonem, decertandi quidem gratia & præmia conſequendi, patuiſſe; quamuis alioqui ſpectatæ virtutis ac notæ familiæ, immò etiam Regiæ iuuenibus: inde colligas licet, quod narrat Herodotus Terpſichore [c], non antè admiſſum illo Alexandrum, quàm ſe Argiuum eſſe comprobaſſet: ὡς δὲ καὶ οἱ τὸν ἐν ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα ἑλλανοδίκαι οὕτω ἔγνωσαν εἶναι. Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀεθλεύειν ἑλομένου καὶ καταβάντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο οἱ ἀντιθευσόμενοι ἑλλήνων ἐξεῖργόν μιν, φάμενοι οὐ βαρβάρων ἀγωνιστέων εἶναι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ ἑλλήνων. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπειδὰν ἀπέδεξε ὡς εἴη ἀργεῖος, ἐκρίθη τε εἶναι ἕλλην καὶ ἀγωνιζόμενος στάδιον, συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ. ταῦτα μέν νυν οὕτω κῃ ἐγένετο. vbi quod ſcriptum συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ, ad commiſsionem ſortitò fieri ſolitam pertinere non immeritò quiſpiam duxerit, iuxta ea quæ libro primo [d] abundè diſſerui, vt primam ipſius & antagoni

[a] in eius vita.

[b] εἰδυλλίῳ 4.

[c] lib. 5. hiſtoriæ, fol. 186.

[d] cap. 24. & 25. libri primi.

tagoniſtæ ſortem exiiſſe optimus auctor ſignificet vel ad præmiorum illam varietatem, de qua inferiùs [a] dicturi ſumus, referri oportere; vt qui primo exciderat, ſecundum nihilominus adipiſci potuerit, quod eſſe potius reor: tametſi enim coniunctio, à qua τὸ συνεξέπιπτε initium habet, ad priorem opinionem non abſq; re traducere fortaſſe alium queat; ſic mihi ſtat nihilominus ſententia: hoc præcipuè perpendenti, cùm vni ſoli (nec enim plurib. poteſt) prima fuerint addicta præmia; ſi plures quàm duo antagoniſtę decertarint, omnes vno illo excepto cæteros τῷ δεύτερῳ vel δευτερείῳ συνεκπεπτωκέναι propriè ac verè dici, ab ipſo vtique ſuperatos: etiam ſi horum vnus aut alter ſecunda vel tertia ſibi abſtulerit.

[a] *cap. 20. huius libri.*

*De illa probatione athletarum locus D. Pauli, cuius lectio aduerſus Budæum aſſeritur.* Ὑπωπιάζειν. *Præconis munus in certamine. Aëris verberatio.* Σκιαμαχία. Προχειρισμός. Δόκιμος *&* ἀδόκιμος *apud DD. Paulum & Iacobum.* Ἀδόκιμος *apud Iſidorum Peluſiotam notato eius interprete. Tentatur alicuius apud B. Iacobum loci eadem opera explicati caſtigatio. Sybillinum carmen emendatum & expoſitum.* Θέμα *in agonibus.*

## CAP. XIII.

AD illum verò quem dixi ſuprà, pugilum aliorúmque athletarum probationis aut reprobationis morem, Diuus quoque Paulus aſpiciens (vt quidem auguror ipſe, quod ab aliis nequaquam traditum video) & in metaphora, ſiue alluſione atque allegoria perſtans; propterea dicebat ſe corpus ſuum ieiuniis illis aſceticis & continentiæ cæſtibus, non ὑπωπιάζειν (quod obſeruandi verbo Budæus [b] reprehenſo Lyrano ipſe magis fortaſſe reprehendendus expreſsit, quanquam ita ſcriptum & vulgo & in Complutenſi vetuſto & in Baſilienſi Græco Latino anni L I. & in Antuerpiano per Plantinum, & in Pariſienſi apud Benenatum nuper edito noui teſtamenti codice) verùm ὑπωπιάζειν per ω, ſicuti D. Ioannes Chryſoſtomus habet [c], quod eſt pugnis in os ductis cæſtibúſque impactis ſuggillare liuidúmque reddere, hic autem afflicto & verberato continentiæ cæſtibus (ſicuti Ioannes Caſſianus loquitur) id eſt in acerato corpore, atque in ſeruitutem, legum videlicet Chriſti Domini athleticarum obedientiam redacto: ne, qui præconis inſtar (eius

[b] *in annot. ad d. l. athletas 4. D. de iis qui notāt. infam. pro quo videtur B. Auguſtinus facere (quamquam ab ipſo non citatur in ſermone de Cataclyſmo.) ſed res aliter ſe habet.*
[c] *in commen. ad illa B. Pauli verba ſiue in ſermo. 23. ad cap. 9. epiſ. 1. ad Corinth. fo. 170. pag. 1. & 2. Græci exemplaris. Et ſimiliter Oecumenius quoque in ſuis ad eũ expoſitionibus. fol. 430.*

nempe



nempe quem ſuperiùs [a] docui, ſolitum ad certamen in ſtadij ſcammate ſubeundum ex athletis ſuo quemque ordine citatum agoniſtam proclamare, vocéque ſua populi delationi, & iudicum examini circumductum ſubiicere, ac legum inſuper ipſarum epiſtatæ, agonothetæ, aut hellanodicæ iuſſu omnes commonefacere, victores deniq; poſt legitimam dimicationem in ipſo ſtadio pronuntiare) aliis prędicarat, vti ſe gerere deberent ſuis, velut alcipta quidam inungens, hoc eſt excitans atque inſtruens, præceptis, vel potiùs victores illos, qui præclarè in virtutem ſtadio decertaſſent, renuncians (quod quidem ipſum pręconij fuiſſe muneris anteà [b] oſtendi) poſtmodum ipſe cùm ad coronam ſuſcipiendam procederet, ob non ſeruatas athleticas illas, ſiue aſceticas, circa continentiam potiſsimùm (de qua dictum ab eodem ipſo ibi iam fuerat [c], Omnem certamini addictum athletam omnino continentem eſſe vel ab omnibus abſtinere) Domini noſtri leges, reprobaretur: hoc eſt indignus æternæ vitæ brabio, ſeu præmio reperiretur: aut verò etiam (vt ad ea commodiùs aptetur hæc interpretatio, ſiue paraphraſis quæ iuxta Ioannis Caſsiani ſententiã, de athletica certaminis ratione dicta ſunt) ad agonem pro corona illa iuſtitiæ ac beatitudine cœleſti adipiſcenda ſubeundum, admitti non debere cenſeretur. Verba quippe B. Pauli [d] non peræquè ab aliis expenſa vt oportuit, hæc omnino eſſe commemini, de quibus iamdudum apud me cogito: οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. In quibus illa quidem ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, iámque ab aliis [e] obſeruatum eſt ad σκιαμαχίαν pertinere, de qua præter locos ab ipſis aut à nobis [f] etiam (vbi περὶ χειρονομίας quoque actum eſt) indicatos habeto iſtum ab Euſtathio [g] ad Homerum ἀναβάσεις καὶ καταφορὰς χειρῶν, ὡς εἰ καὶ ἀέρα (ὃ δὴ λέγει) ἔδαιρεν ἢ καὶ σκιαμαχοίη πολεμικῶς. Atque hunc alterum à Virgilio [h] vbi de Darete pugile,

*—alternáque iactat*
*Bracchia protendens & verberat ictibus auras.*

Atque hæc quidem χειρῶν ἀνατάσιν & σκιαμαχίαν velut προοίμιον quoddam pugilatus, & προπύλαιον fuiſſe libro primo [i] cùm de arte athletica, conſtituendæ lectionis veritati quo-

[a] *lib. 2. Agoniſt. cap. 9. ad fin. & lib. 1. cap. 23 paulò poſt initium, & hoc lib. 3. c. 1.*
[b] *dicto cap. 9. lib. 2. & cap. 13.*
[c] *cap. 9. epiſto. 1. B. Pauli ad Corinth. ver. 24.*
[d] *dict. cap. 9. ver. 26. & 27.*
[e] *Mercurialis li. artis gymnaſt. 3. c. 4. Vide & extremo cap. 6. lib. 5. ex Dionyſio de diuin. nomin. cap.* περὶ δυνάμεως. *Pauſan. 2. Eliac. Gal. 2. de tuenda valetud. cap. 11. 12. & vltim. Videto quæ* περὶ τῆς σκιαμαχεῖν *adfert Eraſm. prouerb. 48. centur. 6. chiliad. 4. ex Plato 8. li. de legib. Apologia Socratis, & 7. de Republ. & aliis, & quæ Hadria. Iunius adag. centur. 6. prouer. 81. Minis occidit: è Cratino, Hermia, & Ariſtide.*
[f] *lib. 1. Agoniſt. c. 24. & hoc ipſo lib. 3. cap. 11. ſup.*
[g] *ad illud ex Ili.* ψ. χερσὶ λαβὼν ὤρθωσε. *fol. 1324.*
[h] *lib. 5. Æneidos.*
[i] *dicto cap. 14.*

 dam

dam Ariſtotelis loco, diſſererem, oſtēdiſſe me recordor. Iſtud verò περὶ τοῦ ὑπωπιάζειν καὶ δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα, ad progymnaſmata illa referendum cenſeo, quæ à D. Baſilio προαγώνων vocabulo deſignantur eo loco, vnde verba ſuperiùs [a] protuli, & altero iſto τῶν προπειρῶν nomine, in antiqua illa inſcriptione Græca, quæ Romæ in Palatio Farneſij Cardinalis extat, vnde alia quępiam verba deſumpſi vt ſuperiori libro [b] de ſcammate agens infererem. Quibus adiuncta iſta quæ ad rem faciunt ſcias, ἀλλὰ πανταχῶς ποτε ἀπειράμην (lego ἀπεξευξάμην, quemadmodum in præcedentibus eiuſdem inſcriptionis verbis à me in illum coniectis locum) ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάμμασιν στεφανωθεὶς, καὶ ταῖς προπείραις τούτων πάσαις δοκιμασθεὶς, ἀγωνισάμενος ἐν ἔθνεσι τρισὶν Ἰταλίᾳ, Ἑλλάδι, Ἀσίᾳ, νικήσας ἀγῶνας τοὺς ὑπογεγραμμένους πάντας παγκράτιον, & cætera: in quo etiam loco τὸ δοκιμασθεὶς, oſtendit apud B. Paulum τοῦ ἀδοκίμου vocabulum ex illa τῆς ἐγκρίσεως καὶ ἀποκρίσεως, quam Philo vocat eo quem ſtatim [c] proponemus loco, ἤγουν δοκιμασίας (quam D. ipſe Paulus δοκιμὴν alibi [d] nominat, ad probationem iſtam athleticam ibi quoque aſpiciens, vt videtur: quando ἐπ' ἀγῶνι ἐξετάζοντο, vt cum Pauſania [e] loquamur; & verò non aliter niſi poſt labores athleticos, eorúmque patientiam, probatio, ſine qua ſpes nulla eſt coronæ) καὶ ἀδοκιμασίας conſuetudine agonothetica exponendum eſſe: quemadmodum illud alterum τοῦ δοκίμου apud D. Iacobum eo quem ſuperiùs indicaui loco [f], cùm ita ſcribit, γινώσκοντες ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν. Et poſteà, μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμόν, ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς. qua de re ne dubitē, illa faciūt quæ antè [g] protulerat, ſic ferè, ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι: quod enim præſtandum & in nullo deficiendum, ſed omnia patienter ait eſſe toleranda, hoc ipſum ad legum illarum athleticarum obſeruationem integram atq; perfectam (de quibus actum eſt ſuprà [h]) pertinere non dubito: exq; illis quæ itidem attuli ſuperiùs Chryſoſto. verbis ad iſta B. Pauli, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ, ſumendam interpretationem, quibus, ἂν μὴ πάντα ἁπλῶς διέλθοι τὰ τοῖς ἀθληταῖς προσήκοντα, οὐδέποτε στεφανοῦται, admonet. Ac ſimiliter contrarium τοῦ ἀδοκίμου vocabulum, velut ab iſtis agonothetarum, aut hellanodicarum

circa

[a] huius lib. c. 4.

[b] cap. 7. lib. 2.

[c] cap. 17. infrà.

[d] epiſt. ad Rom. cap. 5. verſ. 4. ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα κατεργάζεται. & 2. ad Cor. c. 2. ver. 9. ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.

[e] Phocicis, f. 322. Vvechel. editio. vbi de Muſico certamine Pythico Μουσαῖον τὴν ἐς πάντα μίμησιν τοῦ Ὀρφέως οὐκ ἐθελῆσαί φασιν αὐτοὺς ἐπ' ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι.

[f] epiſt. cathol. ca. 1. ver 3. & 12. de quo ſuprà huius lib. cap. 6. nonnihil dixim. & ſub initium cap. 10.

[g] verſ. 4. eiuſdem cap.

[h] cap. 4. & ſeq. ad octauum vſque hoc ipſo lib.



circa ipſos athletas examinationibus, atque probationibus ducta, ſiue tranſlatione, ſiue comparatione, apud Iſidorum Peluſiotā [a] explicari debere (contrà quàm à doctiſsimo eius interprete Billio Prunæo factum fuerit) equidem arbitror, eo loco ſcilicet quē ſuperiore tractatu attuli: cuius hæc omnino verba ſunt, τάχα οὐχ οὕτως εἰσὶν εὐδόκιμοι οἱ πρὸς ἀρετὴν ἀλειφόμενοι καὶ στεφανῖται γενόμενοι, & cæt. ídque verbum τῆς βασάνου in ſequentibus [b] adpoſitum, ſatis (niſi me fallit animus) perſpicuum facit, vt non aduertiſſe mirer interpretem [c]: præſertim qui alia quapiam eiuſdem Iſidori ad Palladium diaconum epiſtola [d], eo loco, οὐ γὰρ χρὴ τὸν ἔρωτα τοῦτον, οὐδὲ τοὺς λίαν εὐδοκίμους ἐν τῇ ψυχῇ τρέφειν, optimè τὸ εὐδοκίμους ad probationem retulerit.

Ideóque cùm τὸ δοκίμιον ἀπὸ τῆς δοκιμῆς tanquàm effectum à cauſa diſtinguere, cur cum recentiore ſcoliaſte [c], ſine alio certiore grammaticorum vllorum aut veterum ſcriptorum teſtimonio debeamus, nihil eſſe arbitrer, aut (quod alter [f] eiuſdem ſectæ anteà fecerat) idem probationis vocabulum aliter, atque aliter, hîc quidem pro experientia, ibi pro ipſa tribulatione accipere, quando Apoſtolis Dei ſpiritum (qui ſibi ſemper ſimilis) habētibus, in ipſis quoque verbis & eorum ſignificatione ſemper, vt plurimùm quidem certè conuenire inter ſe, multò æquius veriúſque ſit. Apud D. Iacobum equidem pro ὑπομονήν, (quod eſt quarti caſus) detracta poſtrema literula ſcriptum mallem ὑπομονή, vt τὸ δοκίμιον primi ſit non quarti caſus, ſi veterum codicum fides hocce pateretur, neque Orthodoxæ atque Catholicæ refragaretur eccleſiæ auctoritas: à cuius præſcripto ne tantillum quidem diſcedere mihi, vel bono cuiquam, & pio fas eſſe cenſeo. Mea hæc ratio eſt ſuperiorum, quoniam tentationes patientia ſequitur, ex hac probatio fidei naſci vel duci ſolet, maximè verò quòd διὰ τὴν θλῖψιν πειρασμὸς, καὶ ἐκ τοῦ πειρασμοῦ διὰ τὴν ὑπομονὴν τῆς θλίψεως ἡ δοκιμὴ ſiue δοκιμασία, vt ſequentia oſtendunt, quæ ſuperiùs attuli: & quod B. Paulus ait ad Romanos, [g] ὅτι ἡ θλῖψις tribulatio ſiue oppreſsio, τοῦ πειρασμοῦ ſcilicet hoc eſt tentationis (vt ita dixerim) mater, ipſa ὑπομονὴν κατεργάζεται, patiētiam operatur aut gignit, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, patientia verò probationem, per quam ſpes in nobis

Xxx 3 incre

[a] epiſtol. 197. ad Theognoſtū preſbyterum lib. 3. f. 562.

[b] in fine illius epiſto. vbi γυμνὴ γάρ ἐστιν αὕτη τῆς διανοίας αὐτοῦ ἡ βάσανος.

[c] ſic enim reddidit, haud tātam fortaſſe gloriam nominiſque celebritatē obtinent: cùm vertere debuerit. Non vſq; adeò fortaſſe probati ſiunt, non æquè explorata eorum virtus eſt, aut ita non peræquè magnum ac fidele virtutis animiq; ſui ſpecimen præbuêre.

[d] epiſt. 214. fol. 3574. vbi interpres ne probatiſſimos quidem viros Epiſcopatus amorem in animo alere vertit.

[e] Theo. Beza in epiſt. B. Pauli ad Romanos cap. 5. ver. 4. & in epiſ. D. Iacobi Catho. cap. 1. verſ. 3.

[f] Io. Cal. in comment. ad eūdem locum.

[g] d. cap. 5. ver. 3. & 4.

incrementũ accipit & firmatur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, qui talem ſpem minimè fruſtratur, cùm ea ſpes confundere non poſsit, (hoc enim ſequitur apud Paulum [a] ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει:) ſed verus agonotheta πιστὸς καὶ ἔνδικος μισθαποδότης γινόμενος (vt ad Hebræos [b] ille loquitur) vnicuique ſecundum opera ſua, & aduerſus tentationes legitima certamina, horrendo illo ſupremi Iudicij die redditurus eſt, victoribus quidem præmia & coronas illas beatæ vitæ immarceſsibiles: victis autem, ex ignauia ſua cõfuſionem, & cum ignominia ſupplicium æternum. Quamobrem alio loco B. Paulus [c] ad Timotheũ ſcribens, & iſtam patiẽtiam, ex qua probatio, ac deinde præmium ſequitur, commendans, εἰ ὑπομένομεν (ait) καὶ συμβασιλεύσομεν: & ſtatim cùm admonet, vt ſe ſiſtat probatum Deo, σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ θεῷ: qui & aliis [d] etiam locis iſta δοκίμου & ἀδοκίμου vocabula vſurpat, poſt iniectam tentationis vtique mentionem. Et verò vt eos qui grauia quæpiam perpetrarunt, meritò iuſtéque grauibus à Deo pœnis plecti, eos qui nihil ſceleratum, atque indignum admiſere, ſi malè habeantur, exerceri ac probari à ſummo Deo: illos δικαίως, iſtos δοκίμως affligi, & illos ad vltionem, iſtos ad victoriæ coronæque materiam & occaſionem, ab Iſidoro Peluſiota ad Caſsium presbyterum [e] eſſe ſcriptum memini: περὶ μὲν τῶν προτέρων ὅτι δικαίως, περὶ δὲ τῶν δευτέρων ὅτι δοκίμως. ἡ γὰρ δίκη τοὺς μὲν ἠμύνατο τοῖς δὲ στεφάνων ὑποθέσιν προυξένησεν: præcedit coronam probatio, probationem victoria, patientia victoriam, afflictio atque tentatio ſeu exploratio patientiam. Hæc porrò patientia quæ poſsit probationem parere, perfectum opus habeat oportet, vt perfecti ſimus & integri, iuxta id quod à B. Iacobo ſtatim ſuperioribus ſubiicitur: quod ipſum ſimilitudine ab athleticis etiam legibus petita prolatum ab Apoſtolo præſtantiſsimo ſuſpicor, vt antè [f] attigi, vbi de puerorũ præmiis diſceptatum fuit. Quibus omnibus commodè adiicietur, quod oraculo Sybillino, ita de præmio immortalis vitæ velut coronæ per Chriſtum Dominum tribuendo martyribus, qui pro ipſius fide ad interitum vſque decertarint, tanquam fortiſsimis, ac ſtrenuiſsimis athletis, comprehenſum eſt:

Ἁγνὸς γὰρ χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει

καὶ

[a] d. cap. 5. verſ. 5.

[b] cap. 2. ver. 2. & cap. 11. verſ. 6. & 11.

[c] epiſt. 2. cap. 2. ver. 12. & 15.

[d] epiſt. 2. ad Corinth. cap. 13. & vlt. ver. 5. 6. & 7.

[e] epiſt. 20. lib. 3. fol. 469.

[f] huius lib. cap. 10. ſub initium, ſed & 8. cap.



καὶ δοκίμους στεφάνοις αὐτοῖς (ſic lege pro στεφανώταις)

θέμα μάρτυσι δώσει

ἀθάνατον, ἄχρι δὲ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιοῦσι

παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον

δώσει τοῦ θέματος.---

In quibus notandum imprimis illud ἄχρι καὶ θανάτου, quod illis reſpondet, quæ περὶ τοῦ μέχρι αἵματος libro primo cap. 9. & huius lib. 3. cap. 10. περὶ τῆς τελειώσεως diſſeruimus; tum verò τὸ τοῦ θέματος ὄνομα, quod non tantùm πρὸς ἀργυρίτας ἀγῶνας pertinet, vt vulgò à Grammaticis & Lexicographis creditur, immò etiam traditur; verùm etiam περὶ τῶν στεφανιτῶν dicitur, vt hoc loco: ſicut eo etiã Plutarchi altero, quẽ è Sympoſiacis, hoc ipſo libro ſuperiùs expreſsi, τοῖς ἄθλοις στέφανον τεθέντα, ſcriptũ perſpicuè apparet. Sanè in illa inſcriptione peruetuſta extante Romæ, cuius ex altero marmoris latere alia verba paulò antè protuli, de Marco Aurelio Aſclepiade pancratiaſta, & periodonica, aliorúmque plurimorum certaminum (in quibus etiam Chryſanthinorum in Sardibus) victore ſic agitur, vt thematitas cum Chryſanthinis copulet [a]. In baſi autem eiuſdem marmoris τῶν στεφανειτῶν velut ab illis diuerſorum mentionem iniiciat. χρυσάνθινα ἐν σάρδεσιν καὶ θεματείτας πλείονας, ἐν οἷς εὐρύκλεια ἐν λακεδαίμονι καὶ ἀντινόεια ἐν ἄλλοις ἀθλήσας, &c. In baſi verò iſta ſunt, quæ lib. 1. [b] cùm de ludis Herculaneis agerem, protuliſſe me memoria repeto, ad decretum quoddam Antonini Pij Xyſticis conceſſum pertinentia, συνόδῳ ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν χαίρειν.

*Tentata loci cuiuſdam è D. Pauli epiſtolis emendatio.* Κηρύσσειν, *quid apud Christianos propriè ſignificet. Interpres Iſidori Peluſiotæ notatus.* Ὑπωπιάζειν. *Seneca è manuſcripto correctus libro. De caſtigatione corporis. Domandi verbum pugilatitium; ad marg. Chryſoſtomus emendatus. Cilicium quod ſuccinctorium pœnitentiæ: cuius origo indagatur. Ieiunium, eiúſque caſtus & agones. Anima pro homine vel eius carne, aut corpore.*

## CAP. XIV.

AT quando de illius è D. Iacobi epiſtola loci conſtituenda lectione iam actum eſt, atque in Paulini loci explicatione hactenus proceſsi; cum bona tamen

crudi

[a] in auctar. inſcript. veterũm per Lipſiũ quod Raphelẽgius Antuerpiæ impreſſit, anno 88. pag. 57. & 58.

[b] c. 16. Agoniſt. 1.

eruditiorum Theologorum eccleſiæque ipſius venia, meam (quod nondum ſatis è ſuperiore paraphraſi colligi videtur) coniecturam aperire, ac proferre in medium non grauabor: quam ſi vetuſti cuiuſpiam codicis (qualem nullum habeo manuſcriptum) auctoritate adiuuare poſſem, veram eſſe præſtare auſim. Nam etſi vulgatæ ſcripturæ, μήπω ἄλλοις κηρύξας ſcio eſſe indubitatam auctoritatem, præſertim verò cùm non alienus, immò pius & probus, & ad vſum eccleſiaſticum accommodatus, ex ea ſenſus poſsit elici: adeóque in ipſa vel eius Latina interpretatione (quæ peræquè ob lectionis varietatem, & lapſus ex vnius literulæ immutatione facilitatem, deprauari potuit) nihil temerè immutandum eſſe cuipiam concesſerim, quam ipſum etiam D. Ioannem Chryſoſtomum [a] eſſe aliquot locis amplexum non ignoro: præſertim verò cùm inter Chriſtianæ fidei Symmyſtas, τὸ κηρύσσειν abſolutè poſitum [b] ſic plerumque accipi debere videatur, vt intelligamus tacitè τὸν Χριστὸν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ (quemadmodum à B. Luca disertè ſcriptum de D. Paulo in Actis Apoſtolorũ [c]) aut etiam τὸ εὐαγγέλιον, vt apud BB. Matthæum [d] & Marcum [e] Chriſti Domini verba referentes legitur, & apud D. Paulum ad Galatas ſcribentem in II. capite [f]. Nihilominus tamen, ſi non aliter ſcripſiſſe B. Paulum; ſic tamen cùm ſcriberet, eò aſpexiſſe velut παρῳδικῶς, aut ἀλληγορικῶς ad gymnicorum agonum morem (in quibus, probatio athletarum & victoria hieronicarum, à præcone publicè renunciari ſolet, vt antè docui) equidem, ſcilicet modò, lubens aſſeruerim: tanquàm non ἄλλοις ſed ἄλλους, hoc eſt, ἄλλους κηρύξας eleganter, aptéque ad proxima vtrinque verba prorſus agoniſtica exprimeret: & κηρύξας quidem, vel ſignificatione vulgari, ſiue propria, vt ad præconis: vel figurata [g], tranſitiua nimirum & energetica (vt ita loquar) ἀντὶ τοῦ κηρύττειν κελεύσας, prædicans alios pro prædicare, ſiue renunciare iubens; vt ad agonothetæ munus (qui ipſe per præconem victores quodammodo renunciabat, quemadmodum hoc verbi apud Sophoclem, Diodorum, Arrianum, exponi oportere, libro primo [h] perſpicuè oſtendi) omnino referatur. Cæterùm vtrouis modo intelligatur, ἄλλους magis quàm ἄλλοις, loco iſti conuenire, vt perſtetur in allegoria, nemo (vt opinor) mihi pernegabit: præſertim

[a] in commentar. ſiue ſermonũ ad eum locum & ethico ſiue ſermone 22. ad cap. 6. ex epiſt. eiuſdem D. Pauli ad Eph. fol 108. & in ſermo. contra concubinarios, tom. 5. col 1228. Sed & D. Benedictus in ſua Regula, c. Qualis debeat eſſe abbas.

[b] vt B Marci c. 16. in fine.

[c] cap. 9. verſ. 20.

[d] Euang. ſecundum Matt. c. 26. verſ. 13.

[e] Euang. ſecundum Marcũ cap. 16. verſ. 15.

[f] verſ. 2. καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι.

[g] de qua ſcripſi lib. 2. Semeſt. cap. 23. & 3. itidem lib. cap. 24. in quibus exempla non pauca protuli.

[h] cap. 23. lib. 1. vide & locum Æneæ Gazæi in Theophraſto quẽ adſeram inf. cap. 16. vbi de præconia ad ludos inuitatione. Sic τὸ κηρύσσειν tranſitiuè poſitũ ſcias apud Polyænum lib. 8. ſtratagematum, fol 592. vbi Καῖσαρ Πομπηΐου κηρύξαντος ἐχθρὸν καὶ τοὺς μηδετέροις προστιθεμένοις ἀντεκήρυξε καὶ φίλους ἡγήσασθαι κατ' ἴσον τοῖς ἑαυτῷ συμμαχήσασιν.



præſertim cùm hanc meam coniecturam atque interpretationem, Sancti etiam Iſidori Peluſiotæ, locum illum Paulinum data opera exponentis, auctoritate iudicióque ſtabilitam, atque confirmatam eſſe intellexerit. Sic enim ad Apollonium epiſcopum Iſidorus [a], differentiam hancce conſtituens inter agones gentium & diuinos, quod in illis alius athleta ſit, alius præco victores renuntians; In diuinis autem ita ſit conſtitutum, vt qui coronarius eſt, ſiue hieronica, vel qui præco, nihilo magis agoniſta, ſeu athleta eſſe deſinat, quin etiam donec aduixerit, decertandum habeat. Ita quidem iſta (quæ non videtur aſſequûtus dum Latina facit Billius Prunæus) interpretor, ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν ἀγώνων, ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀγωνιστής, καὶ ἄλλος ὁ κῆρυξ, ὁ τοὺς νικῶντας ἀνακηρύττων· ἐπὶ δὲ τῶν θείων, τὸν στεφανίτην καὶ κήρυκα εἶναι νενομοθέτηται. Quamobrem ſtatim eo loci, eos qui in ſede quapiam Epiſcopali, ad docendos populos locati ſunt, tanquàm agonothetæ quipiam; vetat ſibi vt credant ſufficere, ſi victores alios renuntient, quaſi ſcilicet ipſi extra certaminis omnem aleam ſe eſſe arbitrentur: μὴ τοίνυν τινὲς τῶν εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθέντων θρόνον, ὡς ἀγῶνα ἄλλοις διατιθέντες, τῶν ἀγώνων ἔξω εἶναι νομιζέτωσαν· μηδ' ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγείσθωσαν τὸ ἀνακηρύττειν τοὺς νενικηκότας. Tum deinde ſubiicit illa D. Pauli verba, de quorum interpretatione ſuſcepta eſt à nobis diſputatio: in quibus verbis cùm, τὸ ὑπωπιάζω, ſuperiùs per ω legendum eſſe monuerim, meritò iuréque ac ratione id à me factum, præter D. Chryſoſtomum à me anteà laudatum (cuius verba etiam inferiùs commodiore loco exhibebo) ipſius inſuper diſcipulus tali, tantóque magiſtro dignus D. Iſidorus, vt de Oecumenio taceam, commonſtrat: non ea tantùm epiſtola, ſed & altera quapiam eiuſdem libri [b] ad Theoctiſtum ſcripta, vbi de D. Paulo agens, ἐναγώνιος ἦν πρὸς τὸν πόλεμον τῶν ἀφορμῶν καὶ ἔλεγεν, ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, & cæt. Gregorius etiam Palamas Theſſalonicenſis Archiepiſcopus in illa ſua mentis & corporis proſopopœia [c] B. Paulum παραφραστικῶς explicans, vt metaphoram à pugilibus deductam luculenter demonſtret: quo loco, καὶ Παῦλος ὁ τοσοῦτος, &c. διαπορούμενος καὶ ζητῶν τὸν ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου ῥυσόμενον, ὃ δὴ καὶ ὡς ἀθλητὴς γενναῖος καὶ στεφανίτης ἐμπίπτων σφοδρότερον οὐκ ἔληγε, στερρότερον πὺξ παίοντων, καὶ συχνοῖς ὑπωπιασμοῖς κατατήκων, πρὶν

[a] lib. 3. epiſt. 265. col. 604. vbi Billius, in externis certaminib. alius eſt pugil (mallẽ certatorem, agoniſtam, athletam dixiſſet,) alius præco: qui laude ac prædicatione victores effert: At in diuinis ita lege cõparatum eſt, vt qui victoriam adeptus eſt præconis quoque munere fungatur: perperã (vt arbitror) ſicut & alios eiuſdem epiſtolæ locos peſſimè reddidit: qua de re alibi cõmodius: in iis ſcilicet quos paramus ſacrarum σημειώσεων libris.

[b] epiſt. 11. lib. 3. fol. 460.

[c] quam è bibliotheca Regia ſub annum 53. Pariſiis Adrian. Turnebus edidit. in fol. 17. & 19. prioris orationis.

καταδουλώσασθαι ἐκ κατήκοων παρασήσασθαι. Et aliquantò pòſt, ἐνταῦθα μέν τοι συνήνεγκεν ἂν ὦ φίλοι θεοῦ μὴ ῥοπάλοις κόπτειν ὀνηλατικῶς τὸ γαυρούμενον οὔπω παρὰ φύσιν καὶ σκιρτῶν ἀκάθεκτα καὶ μηκέτι κτηνωδῶς ὀγκώμενον ἀλλὰ θηριωδῶς βρυχώμενον, οὔτε μὴν μάστιξι καὶ πυγμαῖς δεσποτικῶς ὑπωπιάζειν τὸ ἐπανιστάμενον καὶ τυραννίδι προδήλως ἐπιτιθέμενον, ἀλλὰ σιδήρῳ μετιέναι ὅ φασὶ καὶ πυρί, &c cæt. Sanè & in vetuſto gloſſario Latino Græco ex editione Stephani ſic legas, ſuggillat, πλήσσει, ὑπώπια ποιεῖ. & ſuggillatus ὑπωπιασθεὶς, & ſuggillatio ὑπωπιασμός. De Menedemo etiã philoſopho ſcribens Heſychius Illuſtrius [a], itemq́; Diogenes Laërtius [b], adeò fuiſſe in quæſtionibus ſiue diſputationibus pugnacem atque contentioſum, vt nunquam ſine ſuggillis atque oris obtuſionibus abſcederet; iſto vocabulo etiam vſurpato narrant: ἐν δὲ ταῖς ζητήσεσιν ὧδε μάχιμος ἦν, ὡς ὑπώπια φέρων ἀπῄει. Itaque ab aliis [c] non incommodè per obtundo redditum quando Lucilius à Feſto Pompeio [d] citatus, obtuſo ore pugilem dixit: ipſe vetuſtam interpretationem retinẽdam à Tridentinis patribus probatã, cùm D. Pauli ſententiam ſatis exprimat, ſentio. Verbo quidem pugilum proprio, vſus inibi Paulus: quod verbũ apud Ariſtophanem ciuitatibus bello attritis atque deformatis μεταφορικῶς itidem attributum à Mercurio, in illo loco [e] ſcilicet

---ἐρ. ἴθι νῦν ἄθρει

Οἷον πρὸς ἀλλήλας λαλοῦσιν αἱ πόλεις

Καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι

Ἁπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκείμεναι.

Præclarè ſcoliaſtes Grecus ita expoſuit σφοδρῶς πληγεῖσαι ὑπὸ τοῦ πολέμου παρὰ τὰ ὑπώπια, ἅ εἰσιν ἐκκαύματα ὄψεων καὶ κρούσματα ἃ πρὸς κορδύλας φασίν. hoc ſtatim ad τὸ κυάθοις addit τοῖς γὰρ χαλκοῖς ὀξυβάφοις τὰ ὑπώπια ἀνατρίβοντες ἀφανῆ ποιοῦσι τοιούτοις γὰρ τοῖς ἐκ τῶν πληγῶν ἐθεράπευον μώλωπας. ( Sunt autem αἱ κορδύλαι tubera, vt eſt in vetuſto Græcolatino Lexico [f], quæ ab impactis vtique colaphis orta ) hîc quidem apud B. Paulum variè à variis [g], ſcripturæ ſacroſanctæ ſenſum ſeu mentem explicantibus, & rectè quidem à veteribus illis procerib. exponitur: à D. Irenæo [h], liuidum facio, itémque à Petro Chryſologo [i]: à B. Cypriano [k], ſiue ab Origenis (vt volunt) interprete, Affligo: Macero autem à D. Hieron. [l] ad Furiam.

Reprimo

[a] in περὶ σοφῶν, fol 35. in Menedemo.
[b] lib. 2. de vitis philoſophorum, fol. 98.
[c] vt in edit. Antuerp. Græcolat. an 83. apud Plãtin.
[d] in Piſcina publica. vnde illud, Os nullum vel potius pugilis. Et apud Plautum Caſina, prouerbium, Obtuſo ore, vt Scaliger ad Feſtum notat fol. 123.
[e] in Comœdia quæ εἰρήνη inſcripta, fol. 453.
[f] excuſo ab Hẽr. Stepha. col. 520. κορδύλη tuber: quò pertinet quod ille apud Terẽtium Adelphis leno, colaphis tuber eſſe totũ caput querebatur. Suidas quoque κορδύλη (ait) πᾶν τὸ ἐξέχον καὶ συνεστραμμένον, &c.
[g] Ib. Cal. ſubigo.
[h] lib. 4. aduerſ. hæret. fol. 11. p. 2.
[i] in ſermone 161. f. 402. edit. Pariſ.
[k] in lib. de ſingu. cleric. fol. 530.
[l] epiſt. 10. de viduitate ſeruãda. Apoſtolus macerat corpus ſuum & animæ ſubiicit imperio ne quod aliis præcipit ipſe non ſeruet.



Reprimo ab eodem ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: [a] & in epitaphio Paulæ matris, ad eundem Euſtochium, [b] ſubiicio: cùm B. Ambroſius, Ioannes Caſsianus [c], D. etiam Auguſtinus [d] atque Saluianus, [e] Maſsilienſis presbyter, vulgatam retineant lectionem, ac ſequantur. Ipſe autem (ſi quid de propria Græci vocabuli ſignificatione Latino altero exprimenda, iudicij mei eſt) non aliter poſsim, quàm per Suggillandi verbum exponere: non tam illius, quod citaui modò, gloſſarij commotus auctoritate, quàm ipſius vel vnius Senecæ; qui pugilatitium iſtud verbum (ſicuti Supplantare, luctatorum, aut pancratiaſtarum proprium eſſe primo tractatu docui, [f] epiſtola 13. manifeſtum facit; quo loco; Non poteſt athleta ( inquit ) magnos ſpiritus ad certamen adferre, qui nunquam ſuggillatus eſt: Ille qui ſanguinem ſuum vidit (ſic lego è manuſcripto codice, quem olim à Monjouſio habui, pro Fudit) cuius dentes crepuére ſub pugno, ille qui ſupplantatus aduerſarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus, &c. Immo etiam Latinæ ipſius verſionis teſtimonio, quæ (cùm dudum ab Eccleſia Catholica ſit vno conſenſu omnium recepta ) in altero tamen Euangelij Sacroſancti loco [g], pro his Græcis: ἐκδίκησον αὐτήν ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με: ſic ſcriptum præfert, Vindicabo illam ne in nouiſsimo veniens ſuggillet me. Euſtathius [h] ad illud Homeri de Epeo Euryalum feriente in pugilatu,

Κόψε δὲ παπτήναντα παρήϊον---

auribus, oculíſque, ac genis, ſiue maxillis ictus, vibicéſque à pugilibus incuſſos viciſsim & exceptos tradit: πιθανὸν δέ ἐστι δὲ οὕτω καὶ τὸ κατὰ τῆς παρειᾶς κροῦσμα εἰ μὴ γὰρ ἐκπλαγίασεν Εὐρύαλος τὰ κατὰ στόμα καὶ ὀφθαλμοὺς, εἰκὸς ἦν κρουσθῆναι ὧν καὶ αὐτῶν ἐστοχάζοντο πάντως οἱ πύκται καθὰ καὶ ὤτων. Ictus incutere huiuſmodi, nihil aliud quàm ὑπωπιάζειν fuit, hoc eſt ſuggillare. Suidas igitur quàm optimè, τὸ ὑπωπιάζω noſtrum, ſeu Paulinum potiùs (quod certè reſtituendum ipſi Paulo exiſtimamus ) ita explicat, vt ſit, ad laborem ſiue continentiam athletico more, vel ſicut athletæ atque aſcetæ ſolent, cum ſcientia & prudentia exerceo, τουτέστι πρὸς ἄσκησιν αὐτὸ μετ' ἐπιστήμης καὶ φρονήσεως γυμνάζω: qui auctor athletas atque aſcetas ſimul coniunxit in ἀσκητὴς [l], & cum luctatoribus & palæſtritis in ἀσκητικόν. Hoc



autem

[a] epiſtol. 22. col. 171.
[b] epiſtola 27. in princip.
[c] cap. 18. lib. 5. Monaſtic. inſtit.
[d] ſermo. 248. de tempore fol. 394. tomo 10. & in li. de agone Chriſtiano cap. 6. tom. 3. fol. 287.
[e] lib. 1. de gubernatione Dei paulò pòſt initium.
[f] ſub initium in cap. 10. ſcilicet.
[g] cap. 18. verſ. 5. Euang. ſecundum Lucam vbi neoterici eruditiores quipiam obtundo malunt ex amphitruonis Plautinæ hoc loco. Fateor nam ſum obtuſus pugnis peſſimè. Addo Cicero. in 2. Tuſculanarum vbi pugiles cæſtib. cõtuſi (ait) ne ingemiſcunt quidem.
[h] Iliad. ψ. fol. 1324.
[l] de hoc vocabulo ſcripſi ex aliis ad finem ſermonis proximi.

autem verbi quicquid eſt, ita nonnulli ( vt de pœnitentibus ſiue flagellatoribus, hodie frequentioribus, quàm olim ſolerẽt in Gallia, ſileam ) accipiendum iuxta propriam caſtigandi ſignificationem ſibi perſuadent: vt Beati Pauli exemplo contundendum ſibi verberibus & flagellis corpus, nec liuidum modò, ſed vibicibus & ſanioſis plagis ſcatens debere reddi; atque ita ſua hîc ſententia ( ne alioqui ſeueriùs olim in altero ſeculo iudicentur [a] ) interim Deo quem læſêre quadamtenus diſciplinæ cuiuſdam peculiari exemplo ſatisfaciendum cenſeant: ſibíque temporale ſupplicium iſta ratione ſumendum de ſe, vitandi æterni gratia exiſtiment. Equidem cùm intereſſe parum videatur, quo ſe genere quiſquam affligat; nudipedalibus (quorum Tertullianus [b] meminit) chameuniis, peruigiliis, cerophagiis, ieiuniis, abſtinentiis, ( quemadmodum olim apud Iudæos Nazaræi,) an potiùs verberibus, in manus Dei viuentis (quod horrendum eſſe D. Paulus [c] prædicat) nolens incidere: dum ſe tamen ipſe neque perimat, neque debilitet, ὁ γὰρ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν ( vt legitur 22. 23. & 24. canone Apoſtolorum) αὐτοφονευτής ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρὸς, καὶ ἐπίβουλος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς: ſed fortis pugilis more, ſubiiciendum ſibi in ſeruitutem quaſi quandam, vt imperata faciat lubens, aut inuitus quoque τὸν ἔξω ἄνθρωπον, καὶ παλαιὸν ( vt B. Paulus [d] nominat) exteriorem veterémque hominem, ita ſuggillet, plagíſque ac ictibus domet [e]. Id factum igitur corporis ad ſatisfaciendum Domino, ſponte verberib. cædendi, ſacræ Theologiæ magiſtris, duplicem afflictionem, alteram poſitionis,

[a] *iuxta illud D. Pauli ex 1. ad Corin. epiſt. cap. 11. verſ. 31. & 32. Augu. de verbis pſalmog. Confitemini Domino, c. 5. fol. 449. tomo 10. Saui in te, vt Deus intercedat tibi, & non damnet te, &c. puniendum eſt peccatum, aut à te, aut ab ipſo, ſi punitur à te, tunc punietur ſine te: ſi verò à te non punitur tecũ punitur (ſic malo pro punietur.) & ſermo. 34. ex diuerſ. cap. 12. fol. 491. ſi tu te punire volueris parcet ille Qui autẽ bene agit pœnitentiã ſuus ipſe ponitur eſt, ſit oportet ipſe in ſe ſeuerus, vt in eum ſit miſericors Deus, &c. Braccharius in epiſt. ad Ianuarium adiũcta libro Sixti tertij pontificis de caſtitate impreſſo Romæ, fol. 235. Præueni vltricis gehennæ ſæua tormenta & ipſe tibi tortor exiſte, vt cùm venerit nihil inueniat quod in te punire poſſit inimicus, & cæt.* [b] *in de ieiunio ad finem, & cap. 11. Apologet. aduerſ. gentes. Meminit & Ioſeph. lib. 2. belli Iudaic. & Hier. aduerſus Iouinianum ſic Dauidem cùm pœnitentiam ageret cùm metu fugiſſe cum dedecore, cum luctu operto ( inquit ſcriptura ) capite & nudis pedibus incedentem, ex lib. 2. Reg. cap. 15. à Saluiano Maſſil. relatum lib. 2. de gubernat. Dei reperias, fol. 56.* [c] *epiſt. ad Heb. c. 10. ver. 27. & 31.* φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος. [d] *apud quem epiſt. ad Rom. cap. 7. ver. 22. Eph. cap 3. ver. 16. & 2. ad Corinth. c. 4. ver. 16. agitur de interiore homine, ſed & de exteriore hîc quoque: at de vetere homine exuendo, induendo non apud eundem epiſt. ad Rom. cap. 6. verſ. 6. ad Col. cap. 3. ver. 9. ad Epheſ. cap. 2. ver. 15.* [e] *hoc verbum eſſe pugilatitium iſto Apollonij Rhodij de Amyco & Polluce, inter ſe de pugillatu decertantibus, oſtenditur teſtimonio, ex lib. 2. Argonaut. ſub initium,*

—ἔνθ' ἔληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες ἐξέπερ ὀλοὸν ἆσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε:

*Sed ipſius etiam Homeri auctoritate comprobari poteſt, apud quem ( Odyſſ. 6. ſub initium ) depugnaturus cum Iro Vlyſſes inſpectantibus procis ita infit inter cætera* —ἀλλά με γαστὴρ ὀτρύνει κακοεργὸς ἵνα πληγῇσι δαμείω: *Et vbi de Epei pugillatu, Iliad. ψ. vnde verſum hunc libro primo aliam ad rem protulimus* οἵ κέν μιν ἐξοίσουσιν ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμέντα: *quapropter Pindarus ipſe athletas* γυιοδάμας *nominat, ſicuti ſub initium libri primi oſtendimus.*



poſitionis, alteram priuationis, conſtituentibus, ipsíque adeò Eccleſiæ catholicæ diiudicandum atque determinandum relinquimus. Hoc tamen dicimus, cùm S. Leo Papa caſtigatis colluctationibus quæ ſunt inter vtrámque ſubſtantiam alicubi [a] ſcripſerit, animum (quem ſub Dei gubernaculis conſtitutum, corporis decet eſſe rectorem ) dominationis ſuæ dignitatem obtinere oportere: è priſcis illis Theologis, pleroſque verbum iſtud D. Pauli, ad macerandam, atque domandam ieiuniis carnem alioqui rebellem, & quæ niſi paret, imperat (vt cum Horatio [b] velut ἐν παρῳδίᾳ loquar ) freníſque ac adſtrictis habenis, ſicut equũ, mulúmve in quo non eſt intellectus, [c] cõpeſcendam referre maluiſſe; quò magis in poſterũ ſubiiciatur ſpiritui: quàm ad exigendas de iſto corpore (per quod magis animus peccauit ) ob delicta præterita, pretioſo illo Domini Ieſu Chriſti ſanguine per ſpem quæ non confundit, fidémque in ipſum veram, atque perfectam ex toto contrito corde pœnitentiã, nobis applicato; ſic ſatis, imo prorſus abluta, dudum expiata & deleta, ſanguinarias pœnas.

Ioannes quidem ille Chryſoſtomus [d], εἰ γὰρ καὶ δυσήνιος ἡ ἐπιθυμία (inquit, illum D. Pauli locum ex profeſſo interpretatus, καὶ ἡ τῆς γαστρὸς τυραννὶς, ἀλλ' ὅμως αὐτὴν χαλινῶ, καὶ οὐκ ἐκδίδωμι ἐμαυτὸν τῷ πάθει: ἀλλὰ πάντα ὑπομένω πόνον, ὥστε μὴ παρασυρῆναι. μὴ γὰρ δὴ νομίσητε ἀπραγμόνως με ταῦτα κατορθοῦν. καὶ γὰρ δρόμος ἐστὶ καὶ παγκράτιον ἡ φύσεως (ſic lego pro καὶ φύσεως) τυραννὶς κατεξανισταμένη συνεχῶς, καὶ ἐλευθεριάζειν βουλομένη ἀλλὰ οὐκ ἀνέχομαι, ἀλλὰ καταστέλλω καὶ ὑποτάττω μετὰ πολλῶν τῶν ἱδρώτων αὐτήν. Et placet quod paulò pòſt adiicit, & ad id quo de agimus imprimis pertinet, διὸ φησὶν ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, οὐκ εἶπεν ἀναιρῶ, οὐδὲ γὰρ ἐχθρὰ ἡ σάρξ: ἀλλ' ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, ὃ δεσπότου ἐστὶν, οὐ πολεμίου. διδασκάλου, οὐκ ἐχθροῦ: παιδοτρίβου, οὐκ ἐναντίου: Non dixit Paulus interficio, perimo, tollo, aufero, nec enim caro inimica, ſed ſuggillo, & in ſeruitutem dedo, ſubiicio, quod Domini eſt, non hoſtis, magiſtri, non inimici, pedotribæ, non aduerſarij. Conſtringere, ad domandum ventrem & corpus, habenas laxiores, eleganter Oecumen. expoſuit, in gloſſis eius loci ſuis [e] ἀλλὰ ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, οὐκ ἀφίημι φησὶ τῇ γαστρὶ καὶ τῷ σώματι τὰς ἡνίας, ἀλλὰ περισφίγγω αὐτὸ, καὶ ὑποτάσσω: τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ,

[a] *ſerm. 4. de quadrageſima ( vnde ſumpta lect. 4. Domin. prima in quadrageſima.*

[b] *ad Lollium in extrema epiſt. 2. lib. 1. epiſt. animũ rege qui niſi paret, Imperat, hũc frenis, hũc tu cõpeſce catena.*

[c] *Dauid. Pſalm. 31. Beati quorũ. verſ. 11.*

[d] *ſermo. 23. ad c. 9. epiſt. 1. Pauli ad Corin. fo. 170. verſ.*

[e] *ſol. 430.*

γωγῶ, τουτέστι δαμάζω καὶ ὡς δοῦλον ἄγω. Et rectè δαμάζω, vt ex illo verſ. Homer. apparet, quem ſuperiùs * protuli: vbi tametſi πληγῶν fit mentio, nihil obeſt tamen quin ad ieiunia itidem referãtur ictus, verbera, plagæ; ſicuti Epiphanius cędendam,[a] verberandam ſiue flagellãdam ieiuniis carnem ei præcepit, qui per anguſtum oſtium affectat iter ad cœlum; his admodum verbis, διὰ νηστείας τὸ σῶμα μάστισον: στενὴ γάρ ἐστιν ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ἐπάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν: quemadmodum etiam Iſidorus Peluſiota νηστείαις τὸ σῶμα σωφρονίζειν in epiſtolis [b]. Et verò ieiuniorum cæſtus rectè dici demonſtrabitur paulò pòſt, adhibito Caſsiani teſtimonio. Atque iſta quidem iuxta hoc Ioelis [c] prophetæ ſcilicet verbis expoſitum Domini præceptum, Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & ſcindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Deum veſtrum: itémque iſtud Dauidicum [d], Humiliabam in ieiunio animam meam (quod propriè ſignificare Affligebam, & ab iſto vocabulum ieiunium Iudæos appellare תענית taanith, hoc eſt, afflictionem & macerationem, ſicut Eſdræ cap. 9. ab aliis animaduerſum didici) ac denique iuxta illud eiuſdem [e] prophetæ alterũ: Et operui in ieiunio animam meam: quod ab ipſis ita explicatur, Multis & magnis ieiuniis me afflixi & maceraui, non malè: quamuis dici poſsit illud, operui, ſic exponendum, vt ſuppleatur Cicilio, quo ſolebat caro à ieiunantibus operiri, ſicuti Eſther 14. [f] cap. ac Regum lib. 3. [g] & 4. [h] legitur. Anima enim, vt illis ex locis apparet, hîc ſumenda pro toto homine, atque adeò pro ipſius carne, aut corpore; ſicuti aliis itidem ſcripturæ ſacroſanctæ locis [i]. Cilicium verò ſuccinctorium fortean fuit, quale

** hoc ipſo cap. ad margin. vbi Domãdi verbũ eſſe pugilatitiũ dico.*
[a] *in Phyſiologo cap. 13. de ſerpente fol. 51. lib. Antuerp. impreſſi apud Plantin. anno 1588.*
[b] *epiſt. 223. lib. 3. fo. 579.* ἔστι τὸ μὲν νηστείαις τὸ σῶμα ἐσωφρονίζον νοῦ δὲ τρυφῆς σκιρτᾶν παρασκευάζουσι.
[c] *cap. 2.*
[d] *Pſalm. Dauid. 34. Iudica Domine, verſ. 16.*
[e] *Dauid. Pſalm. 68 Saluum me fac. verſ. 14.*
[f] *vbi corpus ſuũ humiliauit ieiuniis.*
[g] *cap. 21. ad finẽ vbi Cilicium à Sacco nominatim diſtinguitur: ſcidit veſtimẽta ſua & operuit cilicio carnẽ ſuã, ieiunauitque & dormiuit in ſacco & ambulauit demiſſo capite.*
[h] *cap. 6. ad finem vbi Rex ſcidit veſtimenta ſua, & cæt. Viditque omnis populus cilicium quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus.*

[i] *Iob cap. 16. quod etiam notaui ad fin. cap. 4. lib. 3. Semeſtrium & Pſal. 119. Ad Dominum, verſ. 5. Multum incola fuit anima mea, & cap. 20. lib. 1. Regum: Quodcunque dixerit mihi anima tua faciam tibi. Itémque Geneſ. cap. 46. ſæpiſſime & in cap. 18. quem locum rectè inducit Theophylactus aduerſus Apollinarem perperam explicantem: illud B. Ioannis,* καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, *vt à parte, ſiue anima ſiue carne totus homo intelligatur. eum videſis ad illa verba, oſtendentem,* ὅτι ἡ γραφὴ ἀπὸ τοῦ μέρους πολλάκις ὀνομάζει τὸ ὅλον. *& ſimiliter D. Auguſt. in lib. de continentia cap. 4. vbi inter cætera, Quia & carne ſola nominata intelligitur homo, quod iam oſtendimus, ſicut ſola anima intelligitur homo, & plurimos citat è ſcriptura ſacroſancta locos, in Pſal. 55 Miſerere mei Deus, verſ. 5. Non timebo quid faciat mihi caro, id eſt homo. Adde quod apud D. Paulũ initio cap. 14. epiſt. ad Romanos,* πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω, *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. At Macchabæorum lib. 2. cap. 7. (vbi ego autem ſicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patriis legibus) anima vitam aut carnem ſignificat.*



quale id quod religioſis quibuſdam monachis ac pœnitentibus in vſu eſt è pilis caprinis contextum aut equinis, quod Heram vulgò nominant: cuius originem pœnitentiæ aut ſatisfactionis longiùs quàm quiſquam alioquin exiſtimaret ab Adamo vſque repetendam B. Irenæus [a] duxit; quo loco, quare folio fici, circumcinxerit ſe Adamus diſſerit: Pœnitentibus autem largitur (inquit) benignitatem ſuam Deus. Etenim per ſuccinctorium in facto oſtendit ſuam pœnitentiam, foliis ficulneis ſemetipſum contegens, exiſtentibus & aliis foliis multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent: condignum tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum, &c. Et, Nunc cognoco (ait) quoniam ſiue dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam præſtat, mordet autem & pungit corpus. Quem (opinione quidem noſtra) ſingularem locum auditoribus togatis (cùm ex occaſione litis circa ius protimeſeos pro Cadurcenſi Cartuſianorum familia, non minus æquo & pio quàm fauorabili iudicio ſiue Arreſto in iſta Prætoriana Occitanorum curia deciſæ; in Dartuſianorũ anachoretarum eo cilicio iuxta Regulæ præſcriptum plerumque vtentium, angelicæ vitæ commendationem excurriſſemus) publica & ſolemni facti iuríſque partium enarratione; ac Senatuſconſulti, rationúmque quibus id niteretur potiſsimarum, vti mos eſt, recitatione peragenda nunc nuper [b] oſtẽdimus. Ad iſtam corporis caſtigationem demonſtrandam pertinere, quod Sacerdotes in ſacris faciendis latera renéſque ſtringunt atque alligant cingulo; Durandus Mimatenſis [c] exiſtimauit: ſic admodum ſcribens, & renes fortiter cingulo ſtringuntur, vt caſtigetur corpus & in ſeruitutem redigatur & impetus luxuriæ refrenetur. Sed ceremonialis potiùs & myſtica (nolo enim adumbratam & imaginariam, ac multò minùs fictitiam dicere) quàm vera & cum re ac effectu caſtigatio iſta eſt. Legitima verò (vt ita cum noſtris Iureconſultis loqui liceat) iuſta & plena, ieiunium: vt de cilicio nihil, déque chameuniis & nudipedalibus dixerim. De ieiunio igitur eum Pauli locum interpretantur, B. Ambroſius imprimis, qui, Caſtigare corpus, eſt (ait) ieiuniis illud agere, & illa ei dare quæ ad vitam proficiant, non ad luxum: ſeruituti verò ſubiicitur, dum non ſuam

*vt apud Quintilianũ in gladiatore, Declam. 9. Ergo ſi alienũ & ignotum tamen hominẽ, cibo fortè iuuiſſem pœna dignũ videretur ſeruaſſe perituram animã & ignouiſſe reb. humanis. Econtrario Caro pro anima vel potius pro toto homine apud B. Lucam in concione D. Petri cap. 2. Act. Apoſt. verſ. 17. ex Propheta Ioele cap. 2.* ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, *&c. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.*
[a] *lib. 3. aduerſ. hæreſ. cap. 37. fol. 146. pag. 2.*
[b] *ſub Natalitia anni 1592. Arreſtis (vt vocant) generalibus.*
[c] *in Rationali diuinor. offic. cap. 4. vbi addit iſtud ex Eſaia cap. 2. de Chriſto: Erit iuſtitia cingulũ lumborũ eius & fides cinctorium renum eius.*

ſuam perficit ſed ſpiritus voluntatem. B.Hieronymus ad Celantiam de inſtitutione matrisfamil. [a] & itẽ ad Euſtochium [b] de cuſtodia virginitatis, vbi, Repugnantem carnem (ait) hebdomadarum inedia ſubiugabam. D. Ephrem beatos eſſe dicebat alicubi [c] continentes, quoniam ipſos deliciæ paradiſi manent: beatos qui corpora ſua ſponte afflixerunt, & in ieiuniis atque vigiliis, quoniam cœleſtis illis exultatio parata eſt. Caſsianus [d] quoque Caſtigandi & ſeruituti ſubiiciendi verbum (inquit) propriè ad continentiæ dolores & corporale ieiunium atque afflictionem carnis pertinet: per hanc ſe pugilem quendam ſtrenuum ſuæ carnis eſſe deſcribens, nec in vanum aduerſus eam ictus continentiæ exercuiſſe deſignans, ſed triumphum pugnæ mortificatione ſui corporis acquiſiiſſe, quo verberibus continentiæ caſtigato, & ieiuniorum cęſtibus eliſo, victori ſpiritui immortalitatis coronam & incorruptionis contulit palmam. Hactenus ille. Cuius verba meditanti & expendenti mihi: & ſimiliter iſta Emiſeni Euſebij * de B. Ioanne Baptiſta; vbi, ſciuit quod non ſufficeret eligentis gratia, niſi inuigilaret collaborantis induſtria; ſanctificatus eſt & nondum tamẽ de ſola Dei electione ſecurus, ſed nihilominus agonibus ieiuniorum & laboris abſtinentiæ atque iuſtitiæ diuina in ſe vota ſeruare contẽdit: videntur omnino Paulinam ea velut ob mentis oculos ſententiam proponere, noſtrámque intereà, de verborum in eo Pauli loco tranſlatione, à re agoniſtica ſiue athletica, opinionem prorſus aſſerere: vt poſt contuſam, & ſuggillatam ieiuniorum cæſtibus carnem, atque victoriam de ipſa, obſeruatis athleticis ſiue aſceticis continentiæ Chriſtianæ legibus, reportatam; agonothetæ noſtro ſummo Deo nos vitámque noſtram diuturno virtutis exercitio, & morum ſanctitate pollentem ac vigentem approbare tandem poſsimus, & in hoc & in altero potiſsimùm ſeculo: ſicut illi faciebant monachi, quorum vitam Chryſoſtomus extollens homilia quadam [e] ad populum Antiochenum, ipſos ieiuniis & humi ſtratis cubilibus, vigiliis, & ſacco, & innumeris ſemetipſos modis domaſſe tradidit. Hoc erat illud B. Pauli τὸ δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα: quod ipſum vt ab illo, ſic & à Philone Iudæo

[a] *epiſt.14. Operũ D. Hierony. quæ à nonnullis Paulino tribuitur.*
[b] *epiſto. 22. col. 173. Vbi tamen paulò pòſt adiicit. non prius à pectoris ceſſare verberib. quàm rediret Domino increpante tranquillitas: poſtquã clamans diẽ crebro iũxiſſet cum nocte.*
[c] *ad finem ſerm. de anguſtia quæ prem. anima, fo. 164.*
[d] *Io. Caſſian. lib. 5. monaſt. inſtit. cap. 18.*
* *homil. 2. f. 290. pag. 2.*
[e] *homil. 57. col. 330. Idem de monachorum vita multus eſt in homi. 56. & 58. quã plerique angelicam olim exiſtimarũt vt ſcripſi cap. 20. lib. 3. Semeſtr. Sed verendum ne in meditationib. ad pietatem ſcripturarum intelligentiam cultúmque diuinũ paulo rariores, in exercitationib. iſtis corporalibus & caſtigationibus frequentiores, atq; adeò etiã nimij, cõtra præceptum illud D. Pauli ad Timoth. de quo ad extremũ cap. 11. ſupra loquuti ſumus: boni patres illi fuerint: quod intereà cum ipſorum pace bonáque venia dictum volumus.*



Iudæo athletis alioqui ſaginatis, vnctis, & nitidis tribui quodam loco [a] animaduerti: vbi, δέονται μὲν γὰρ καὶ σφριγῶντες ἀθληταὶ τὸ δοῦλον ἐπιτετειχικότες τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, &c. Quam ad rem, diuturna, immò continua exercitatione opus fuiſſe, quoniam ipſius neglectu, plurimi naturale ipſum robur amiſiſſent; apud Stobæum [b] ſiue à Philone ſeu potiùs à B. Chryſoſtomo in hæc verba traditum legas: ἡ συνεχὴς ἄσκησις ἐπιστήμην παγίαν ἐργάζεται, ὡς ἀμαθίαν ἀμελετησία. μύριοι γοῦν ἀθλήσεως ὄκνῳ καὶ τὴν ἐκ φύσεως ἰσχὺν ἐξέλυσαν.

[a] περὶ τοῦ μετονομαζομένου.
[b] *ſermo. 120. ex Antonini collectaneis.*

*Continua exercitatio athletarum. Gymnaſia quando Romæ inſtituta Lipſius ad Tacitum notatus. Græco ſtadium. De gymnaſiis è Galeno, frictionibus, & lauationibus Ἀποθεραπεία. Exercitationum variæ ſpecies. Laſſitudo athletarum poſt immodica plerumque certamina, vt curaretur, aut præcaueretur.* Τέλειον γυμνάσιον, τὸ δι' ὅλης ἡμέρας, ὃ καὶ Κατασκολή. φυλάξασθαι *ad marginem. Iidem Xyſtis & balneis præfecti. Emendata vetus inſcriptio.*

## CAP. XV.

EX quibus omnibus, multa multúmque ac perdiu, & ſine vlla pene intermiſsione athletas toleraſſe cõſtat in omni ſuæ vitæ ratione, atque inſtituto, ſed laborando potiſsimùm & exercendo ſeſe: ſicut ex his itidem reſcripti noſtri verbis (Per omnẽ ætatem) & ex eo etiam quod Gymnaſticam δεξίαν, eorum eſſe ait Hippocratem exponẽs Galenus [c] qui per totam vitam in gymnaſticis exercitiis verſati, nullum aliud ſtudium habuêre, quàm vt alios ſupplantarent & deiicerent, quales ſunt athletæ: τὴν τῶν αὐτὸ τοῦτο ἔργον πεποιημένων καὶ τὸν βίον ἅπαντα διατρίβειν ἐν γυμνασίοις τοῦ καταβάλλειν ἑτέρους ἕνεκα, καθάπερ οἱ ἀθληταί. Item ex eo quod cum Pleiſtarcho Laonidæ filio aduocatus quidam ridicula diceret, ipſum ſic affatus ille fertur [d], Non cauebis hoſpes ne riſum continenter captando ridiculus fias atque hiſtrio; ſicut qui continenter lucta, vel alio quopiam genere in palæſtra ſe exercent, euadunt luctatores aut alio ludi genere certatores & palæſtritæ optimi? οὐ φυλάξῃ ἔφη (ὦ ξένε) συνεχῶς γελοιάζων ὅπως μὴ γελοῖος γένῃ ὥσπερ καὶ οἱ συνεχῶς παλαίοντες, παλαισταί. Poſtremò ex eo etiam quod de vi & vtilitate meditationis, ſicut etiam exercitationis ad bonam corporis animíque habitudinem, atque conſtitutionem Diogenes Sinopenſis apud

[c] *ad 3. Aphoriſ. fol. 222.*
[d] *vide Plutarc. apophth. Lacon. fol. 411.*

Laërtium [a] diſceptans, vbi, διττὴν εἶναι τὴν ἄσκησιν, docuit, τὴν μὲν ψυχικὴν, τὴν δὲ σωματικὴν &c. οὐδὲν ἧττον δεξίας καὶ ἰσχύος ἐν τοῖς προσήκουσι γινομένης ὡς περὶ τὴν ψυχὴν ἢ τὸ σῶμα, ſubiunxit aliquantò pòſt, οὐ τὴν τυχοῦσαν ὀξυχειρίαν τοὺς τεχνίτας ἀπὸ τῆς μελέτης πεποιημένους, τούς τε αὐλητὰς καὶ τοὺς ἀθλητὰς ὅσον ὑπερφέρουσιν ἑκάτεροι τῇ ἰδίᾳ πονήσει τῇ συνεχεῖ. Tibicines, vt & alios artifices ſignificans proprio, & cōtinuo labore vtróſque præſtātiores illis euadere, qui minus in eodem ſeſe artificio exercuerint (vim enim habere illud τῇ συνεχεῖ cenſeo, quo continuatam, ac propè aſsiduam fuiſſe athleticorum laborum exercitationem oſtenditur) vt mittam, quod hieronicarum quoque ipſorum, immota virtus aliquando langueſceret, atque fatiſceret, ſicuti Sulpitia poëtria [b] cecinit: non leue argumentum nobis ſuppetere aduerſus Guil. Budæum virum ſuo ſeculo ab omni literarum genere inſtructiſsimum arbitror; exiſtimantem [c] palæſtras exercendi & animi & corporis viribus accommodatas, Græcorum cōſuetudinis fuiſſe, non Romanorum; apud quos ephebia non fuerint, id eſt loca pueris exercendis conſtructa. Niſi tamen (quando ſuperioribus illis congruenter ita ſcriptum à Seneca [d]. Quid enim, oro te, liberale habent iſti ieiuni vomitores quorum corpora in ſagina, animi in macie, & veterno ſunt? An liberale ſtudium iſtud eſſe iuuentuti noſtræ credimus, quam maiores noſtri rectam exercuerunt, haſtilia iacere, ſudem torquere, equum agitare, arma tractare, nihil liberos ſuos docebant, quod diſcendum eſſet iacentibus) quod ille ait, à Vitruuio, vt quidem reor, Pollione [e] (quem ſub Cæſare Iulio & Octauio Auguſto vixiſſe ferunt:) ſic accipiendum eſt, vt interim non neget athletas Græcia euocatos, Romæque exhibitos; quos etiam à veteribus Romanis tempore Strabonis (qui ſub Auguſto vixit) Rauennam mitti ſolitos, vt in æde ſalubriori commodiùs exercerentur, à Strabone ipſo traditū [f]: ſed tantùm arte athletica, ſiue agoniſtica pueros Romæ neutiquàm inſtitutos, vbi etiam gymnaſia non fuerint, dicat. Nec enim Pompeij temporibus habuiſſe gymnaſia Romæ libertum ipſius Demetrium exiſtimare nos oportet: quamuis Cruſerius & Xylander eruditiſsimi alioquin interpretes Plutarchi, locum huius quempiam [g] ita reddiderint, vt in eo Gymnaſij nomen appareat, ſicuti

[a] *lib. 6. fol. 223.*

[b] *Eglo. quadam de Edicto Domitiani vnde verba proferam inferiùs vbi de Achaia & antiqua Græcia.*

[c] *in annot. ad d. l. athlet. fol. 351.*

[d] *epiſt. 89.*

[e] *init. cap. 11. lib. 5. de architect. vbi nūc mihi videtur (tametſi non ſunt Italicæ cōſuetudinis) palæſtrarum ediſicationes tradere explicatè, & quē admodum apud Græcos cōſtituātur monſtrare, & cæt. in quib. ephebæi & elæotheſij & frigidarij mentio.*

[f] *lib. 5. Geograp.*

[g] *in Pompei vita, fol. 1170. Græci exēplar. à Stephan. editi & in Latini, fol. 515. vbi pulcherrima gymnaſia hortique pretioſiſſimi erāt qui Demetrij dicebantur, & cæt. non longè meliùs interpres vetuſtior Diuerſoria reddiderat quicquid recentioribus in contrarium videatur in iis ad eum locum annotationibus quas idem Stephanus excudit.*



ſicuti poſteà commodiùs demonſtrabitur, vbi [a] de oppidis ac ciuitatibus, in quibus olim eſſent gymnaſia, diſceptabimus. Nec ſanè ante Neronem vlla fuiſſe Romæ gymnaſia, facilè quiſpiam queat oſtendere.

Ad huius autem exemplum, qui primus Romæ fecit publica, Romanos quoq; nobiliores, in villis ſuis habuiſſe ſibi & amicis priuata, minimè dubitari debet. Plinius adeò in villæ ſuæ deſcriptione [b] ad Gallum Apollinarē non modò cryptoportici, Xyſti, ambulationis, & geſtationis in modū Circi qua hortus includebatur (hanc hippodromi nomine ſæpiùs ab ipſo deſignatam puto) verùm etiam balnei & in ipſo calidæ piſcinæ, cellæ frigidariæ, baptiſterij, vnctuarij atque apodyterij commeminit: & ita quidem, vt huic ſuperpoſitū fuiſſe ſphæriſterium referat, quod plura genera exercitationis, pluréſque circulos caperet. Sub Valentiniano ſanè ac Valente principibus Romanis, qui vixit P. Victor, is & ſi gymnaſiorum vllorum in libro de regionibus vrbis non meminit, Circos tamen octo vel nouem, thermas 16. balinea 856. theatra tria vel quatuor, Amphitheatra duo: ludos 5. 6. aut 7. Naumachias 5. vel 6. ſtadia duo fuiſſe Romæ (gymnicis vtiq; ludis vt puto exhibendis) memorat. Quamobrem Budæus ille omni veteris eruditionis laude illuſtriſsimus de illo tempore ſenſiſſe (ſi verum amamus) exiſtimandus eſt, quo nondū Romam aſcitus mos Græci certaminis, atque adeò gymnaſiorum fuerat, quem ſub imperatoribus quoque vetuſtioribus iam inde à Nerone fuiſſe receptum, ex Tacito [c] aliiſque hiſtoriæ antiquæ auctorib. [d] intelligitur. Nam quomodo Caiū Caligulam Dio [e] narrat, pugiles Druſillæ natalitiis dediſſe ſcilicet extraordinarios, & è Græcia aſcitos ſic Tacitus quidem [f], Nerone quartùm, Cornelio Coſſo. Coſſ. quinquennale ludicrum Romæ inſtitutū fuiſſe retulit ad morem Græci certaminis, varia forma vt cuncta fermè noua: vbi quāobrem traductum Neapolitanis exemplum, clariſsimus idemq; mihi literarum & virtutis ergò tam charus quàm ignotus alioqui Lipſius [g] velit, non video; niſi forſitan quòd viciniores Neapolitani Romanis, quàm Eleates. Ego didici, Græci certaminis nomine, Olympicum κατ' ἀντωνομασίαν ſiue κατ' ἐξοχὴν ſignificari ab optimo hiſtorico: ſuadet, immò perſuadet, quod

Zzz 2 Nero

[a] *cap. 26. & 27.*

[b] *epiſt. 6. lib. 5. & epiſt. 17. lib. 2. Sic Iſido. lib. 15. Origin. cap. 2. de locis publicis balnea & gymnaſia eadem eſſe quib. adiungit apodyterium & popinam: qua de re ſuo loco inferiùs agetur vbi de hebeterio & ephebio.*

[c] *lib. 14. Annal.*

[d] *Sueto. in Nero. cap. 12. Vide quæ ab ipſo & aliis ſcripſi de Capitolinis agonibus lib. 1. ſup. cap. 3. & 26.*

[e] *lib. 58. è quo ſcripſi lib. 1. ſup. & cap. 6. lib. 2. Semeſtr. vbi de cœnis variis.*

[f] *lib. 14. Annal.*

[g] *Comment. ſuorum in Tacitum fo. 414. edit. Antuer. anno 1581.*

Neronis vtpote Olympionicæ anathemata in templo Iouis apud Olympiam clypei 25. cum coronis extitiſſe Pauſanias [a] auctor eſt: ἐν δὲ τῷ ἐν ὀλυμπίᾳ ναῷ νέρωνος ἀναθήματα τρίτος μὲν ἐς κοτίνου φύλλα στέφανος, τέταρτος ἐς δρυός ἐστι μεμιμημένος. κεῖνται δὲ αὐτόθι καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ πέντε καὶ εἴκοσι, τοῖς ὁπλιτεύουσιν εἶναι φορήματα ἐς τὸν δρόμον: vbi quod ait de clypeis, qui à curſoribus armatis deferrentur, ad ea pertinere arbitror, quæ ſuperioris libri cap. 34. ad extremum diſceptata ſunt. Sanè fuiſſe Romæ ſub Nerone gymnaſiũ, quod ictu fulminis conflagrarit, effigieſq; in eo Neronis ad informe æs liquefacta ſit, ab eodem Tacito libro ſequenti [b] traditur. Atq; iſtius quidẽ gymnaſij in quo certamen quinquẽnale Neronianum appellatum celebraretur, ab ipſo Nerone pro ſalute ſua & æternitate imperij [c] conſtitutum; Xiphilinus [d] è Dione commeminit, in hæc ferè verba, ὑπὲρ δὲ τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ (οὕτω γὰρ προεγράψεν) ἀγῶνα πενταετηρικὸν κατεστήσατο, Νερώνεια αὐτὸν ὀνομάσας. καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ γυμνάσιον ᾠκοδόμησεν. Idipſum Græcoſtadij nomine ab Antonino Pio reſtitutum, quod Diocletiani temporibus adhuc integrum extaret, Iulius Capitolinus [e] memorat. Alexandrum Seuerum imperatorem, poſt lectionem operam palæſtræ aut ſphæriſterio, aut curſui aut luctaminibus mollioribus dediſſe, Lampridius narrat: agoni etiam præſediſſe, & maximè Herculeo (gymnicum iſto vocabulo ſignificari tractatu primo admonuimus) in honorem Magni Alexãdri. Stadium igitur Conſtantij principis temporibus Romæ, itidem vt theatrum & Odæum fuiſſe, Ammianus Marcellinus [f] non obſcurè tradit: quo loco de locis Romæ publicis, Et vrbis templum (ait) forúmque pacis, & Pompei theatrum & Odæum & ſtadium, aliáque inter hæc decora vrbis æternæ. Quò autem ſtadium? niſi ad pueros, iuuenes, viros athletas, curſu certè, ſi non etiam cæteris gymnicis agonibus inibi exercendos? ſi non ad conſequenda ſacris & luſtralibus aliiſve agonibus præmia, certè tamen conſtituendæ ac reparandæ frictionibus (à quibus pædotribæ dicti) & item vnctionibus (à quibus aleiptæ ac iatraleiptæ, qualem ſuum Plinius iunior ad Trajanum ſcribens Harpocratem Alexandrinum fuiſſe memorat epiſtol. 5. & 22. libri 10. tum verò exercitationibus luctæ, ac diſci aut aliis

(à quib.

[a] *Eliacôn 1. fol. 124. Aldini lib.*

[b] *lib. 15. Annal.*

[c] *hac de cauſa ſuſceptos ludos Neronem appellari maximos voluiſſe poſteà verò quinquennale certamen inſtituiſſe auctor Sueton. in eius vita cap. 11. & 12.*

[d] *in Nerone.*

[e] *in Antoni. Pio vbi opera hæc eius extãt Romæ tẽplum Hadriani honori patris dicatũ Græcoſtadium poſt incendium reſtitutum inſtauratum amphitheatrũ, &c. de Antonino. Galen. lib. 6. ὑγιεινῶν, fol. 280. imperatorum quos ipſe vidiſſet prõptiſſimum ad corporis curam, breuiſſimis dieb. occidente ſole in palæſtrã ingreſſum, longiſſimis autem hora nona vel ad ſummum decima.*

[f] *lib. 16. hiſtor.*



(à quib. & gymnaſtæ nominati) valetudinis gratia: qualia in publicis ciuitatum locis, conſtrui ſolita, Galenus ipſe (qui ſub Antonino philoſopho & filio ipſius Commodo floruit) auctor eſt; cuius hæc verba reperias in ὑγιεινῶν libris [a]: vbi duplicem τοῦ γυμνασίου ſignificationẽ adfert: εἰδ' ἤτοι μεῖζον ἢ ἔλαττον ἢ πυκνότερον ἀναγκασθείη τις ἀναπνεῖν ἐπὶ κινήσει τινὶ, γυμνάσιον ἡ τηλικαύτη κίνησις ἐκείνῳ γενήσεται. τοῦτο μὲν τοι κοινὸν γυμνάσιον ὀνομάζεται: ἰδίᾳ δὲ ἀφ' οὗπερ καὶ τὰ γυμνάσια προσαγορεύουσιν ἅπαντες, ἔν τινι κοινῷ τῆς πόλεως οἰκοδομησάμενοι χωρίῳ, εἰς ὃ παρὲ καὶ ἀλειψόμενοι, καὶ διαπαλαίσοντες, ἢ δισκεύσοντες, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο πράξοντες ἥκουσι.

Atque in iis quidem communibus gymnaſiorum locis; & præparatoriis ad exercitia iuuenes vſos frictionibus, molliendi corporis gratia, & poſt ipſam exercitationem frigida lauari ſolitos, paulò pòſt ibidem Galenus docet: τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ὅταν ἤδη μειράκιον ἡμῖν γίγνηται, τότε καὶ τῇ σκληροτέρᾳ τρίψει χρησόμεθα, καὶ ταῖς μετὰ τὰ γυμνάσια ψυχρολουσίαις &c. τῇ δὲ παρασκευαζούσῃ πρὸς τὰ γυμνάσια τρίψει, σκοπὸν ἐχούσῃ μαλάξαι τὰ σώματα, τὴν μέσην σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἐπικρατεῖν χρὴ ποιότητα, & cætera quæ ſequuntur: quibus ipſas quoque frictionum varietates, à materia, temporibus, locíſque ac inſtrumentis percenſet; at in his balnei, palæſtræ, olei, pulueris mentionem facit: Ac denique oſtendit, poſt exercitia illa eiuſmodi, iuuenes frictionum illa portione quam ἀποθεραπείαν recẽtiores gymnaſtæ nominant, curari ſolitos, ſicut ad illa frictionibus etiam præparari: quas omnes antecedẽtes illa ſcilicet aut ſubſequentes gymnaſia, priſtinæ ſymmetriæ, hoc eſt proportionis ſiue mediocritatis gratia moderatè adhibendas, præſtantiſsimus medicus docuit, χρὴ δ' οὐδὲν τούτων (ait) ἀλλὰ τὴν ἀρχαίαν ἀκριβῶς αὐτὸ φυλάττειν συμμετρίαν: ὥστε, οὔτε σκληρῶς, οὔτε μαλακῶς αὐτὸ τρίβομεν, οὔτε πολλαῖς, οὔτε ὀλίγαις, ἀλλὰ μετρίαις ἀνατρίψεσιν αὐτὸ τρίβομεν: οὐδὲν πλέον ἐργαζόμενοι τοῦ παρασκευάζειν τε πρὸς τὰ γυμνάσια, καὶ αὖθις ἀποθεραπεύειν, ἐπειδὰν ἱκανῶς γυμνάσηται: καλείσθω γὰρ οὕτω δὴ καὶ ἡμῖν ὥσπερ καὶ τοῖς νεωτέροις γυμνασταῖς ἀποθεράπεια, τὸ μετὰ τὰ γυμνάσια μέρος τῆς τρίψεως. Hactenus ille: qui & inter exercitationes meras quæ non eſſent opera, recenſet has ſpecies aliquantò pòſt (quarum pleraſque primo, & ſuperiore proximo ſermone, quoniam in luſtralibus ago-

[a] *lib. 2. ſub init. fol. 232. Germ. exempl. vide & fol. 230. vbi, περὶ τῶν παλαιόντων ἐν τοῖς γυμνασίοις & περὶ παρασκευαστικῆς τρίψεως: & fol. 240. docet quemadmodum eiuſmodi exercitationibus vtẽdum ſit, μήτε δι' ὅλης ἡμέρας, μήτ' ἐν ἄλλῳ καιρῷ οὐ περὶ τῶν σιτίων φυλάττειν δὴ χρὴ παρασκευὴν τὸ μέτρον ἐπ' αὐτοῖς τῶν γυμνασίων καὶ τὴν καλουμένην ἀποθεραπείαν εἰ δὲ καὶ παρανάλωμα ψάμενός τις αὐτάρκως ἐπ' αὐτὰ παραγένοιτο νῦν μὲν αὖ ἀκριβῶς ἅπαντας ἔχειν τοὺς ἀριθμοὺς τῶν γυμνασίων. Vide & fol. 241. de Scanſione per funem, & poſteà ad finem illius pag. oſtẽdit quid ſit τὸ ἐκπλεθρίζειν, & quid τὸ πιτυλίζειν, ſed & ſub init. lib. 3. f. 245. Omnis exercitationis probè peractæ, poſtremam partem apotherapiam dici: ſic ferè, ἅπαντος γυμνασίου καλῶ, ἐπιτελουμένου τὸ τελευταῖον μέρος ἀποθεραπείαν καλεῖ.*

nibus frequentiùs obirentur, attigimus, alias prætermiſimus) πάλην, παγκράτιον, καὶ πυγμὴν, καὶ δρόμον, καὶ προσέτι τὸ πιτυλίζειν, τὸ ἐκπλεθρίζειν, τὸ σκιαμαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίζεσθαι, τὸ ἅλλεσθαι, τὸ δισκοβολεῖν καὶ διὰ κωρύκου, καὶ διὰ σφαίρας, ἢ μεγάλης, καὶ δι' ἁλτήρων, ἐκπονῆσαι τὸ σῶμα: & poſteà περὶ τοῦ ἀναρίχασθαι διὰ σχοινίου, καθάπερ ἐν παλαίστρᾳ γυμνάζουσι τοὺς παῖδας, εἰς εὐτονίαν παρασκευάζοντες: tum περὶ ἁλτήρων & aliis exercitationibus quibuſdam, de quibus ſigillatim, & accuratè Mercurialis doctiſsimus in arte gymnaſtica: cuius me libri, ad rei athleticæ iſtam commentationem aggrediendam impulerunt, ad conſummandam animos fecerunt, ſimúlque locis quamplurimis adiumento fuêre maximo. Iis exercitationibus præſertim immodicis (quales fuiſſe athleticas auctore Celſo diximus; nam athletas quidem interdum oportebat, continuatis per totum diem laboribus decertare, quo abſolutiſsimum illud exercitium quod τέλειον & κατασκευὴν vocant, obire poſſent) laſsitudo ſuccedebat: quam ſi non arceri, & vitari, retardari quidem certè præparato frictionibus corpore, vt minùs exhiberet moleſtiæ, atque offenſionis, & verò cùm adfuiſſet, eam apotherapeia illa (qua de actum eſt modò) curari ſolitam, frictionib. itidem poſt labores exanclatos adhibitis; vt in cætero exercentium ſeſe, aut quouis modo defatigantium hominum, ſic & in athletarum genere: de ipſo Galeno didici, hæc admodum ſcribente libro tertio [a], ὁ μὲν ἴδιος τῆς ἀποθεραπείας σκοπὸς, ἐκκενῶσαί τε καὶ διακωλῦσαι τοὺς εἰωθότας ἐπιγίγνεσθαι τοῖς ἀμετρήτοις γυμνασίοις κόπους. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀθλητῶν οἷον, ἤτοι σκαπτόντων ἢ ὁδοιπορούντων ἢ ἐρεσσόντων, &c. ἑτοιμότεροι οἱ κόποι συνίστανται, πλὴν εἴ τις ἀποθεραπείᾳ χρῷτο, &c. ὥσπερ γὰρ οὐδ' οἱ πλεῖστα πονοῦντες ἀθληταὶ, κατ' ἄλλο τι γυμνάσιον ἐφεδρεύοντα κόπον ἔχουσι, πλὴν τὸ καλούμενον ὑπ' αὐτῶν τέλειον: οὕτως οὐδ' οἱ βίον ἐλευθέριον ζῶντες ὑγιείας μόνης ἕνεκα γυμναζόμενοι, κοπωθήσονταί ποτε διὰ τὸ μηδ' εἰς ἀνάγκην ἀφικνεῖσθαι τοῦ τοιούτου γυμνασίου. τοῖς μὲν γὰρ ἀθληταῖς ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἂν παρασκευάζωσι τὰ σώματα πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ἄθλοις πόνους ἀμέτρους, ἔσθ' ὅτε καὶ δι' ὅλης ἡμέρας γιγνόμενον γυμνάζεσθαί ποτε τὸ τελεώτατον ἐκεῖνο γυμνάσιον, ὃ δὴ καὶ κατασκευὴν ὀνομάζουσι: τοῖς δ' ὑγιείας μόνης ἕνεκα γυμναζομένοις, οὔτε χρήσιμον ὅλως ἐστὶν εἰς ὑπερβάλλοντας ἄγεσθαι πόνους. Quibus ex verbis in extremo id etiam apparet, duplicem

[a] ſub init. in fol. 224. lin. 7. Meminit etiam τοῦ τελείου γυμνασίου eodem lib. 3. fol. 251. lin. 49 init. autẽ lib. 4 f 255. lin. 20. τῆς ὑγιεινῆς ἐπιστήμης οὐ φαυλότατόν ἐστι μέρος ἡ περὶ τὰ γυμνάσια τέχνη ταύτης δ' αὐτῆς οὐ σμικρὰ μοῖρα τὸ φυλάξασθαι κόπους, vbi φυλάξασθαι non eſt præcaueri, vt vertit Linacer: ſed defendi, hoc eſt arceri & vitari: vt locus indicat ille alter quẽ in contextũ retuli ex d. fol. 245. Atque ita hoc verbũ apud eundem Galenum accipi debet in libro ad Thraſybulũ πότ. ἰατρ. ἢ γυμνασ. ἐστὶ τὸ ὑγιειν. fol. 284. lin. 41. ἐπεὶ μὲν γὰρ τὸ τῆς γυμναστικῶν εὐεξίας ὅπη χρή. φεύγειν τε καὶ δεδιέναι τὴν ἀκρότητα, &c. τῆς δ' ἁπλῶς λεγομένης εὐεξίας τῆς κατὰ φύσιν οὐχ ὅπως φυλάττεσθαι προσήκει τὸ ἄκρον, ἀλλὰ καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάζειν.



duplicem vſum atque commoditatem præbuiſſe illa gymnaſia publica, apud veteres Græcos, vel ædificando athletarum robori, vel cæterorum, qui liberaliùs viuerent, tuendæ ſanitati. Itaque Galenus ipſe [a] pædotribam quatenus exerceret homines, gymnaſticæ, quâ verò palæſtricam artem faceret, alterius profeſsionis (quã ipſe κακοτεχνίαν vocat & catableticam, ſicuti ſuperiore ſermone [b] oſtẽdi) miniſtrum fuiſſe ſignificat: quo loco, αὐτὸς γὰρ ἦν μὲν γυμναστὴς τῆς γυμναστικῆς, ἦν δ' ἀσκεῖ τέχνην παλαισμάτων, ἑτέρας αὖ τινός ἐστιν ἐπιτηδεύσεως: ἣν μὲν ἐγὼ ὀνομάζω καταβλητικήν. Et Plutarch. [c] denique ab aleiptis athletas ſolitos etiã ſuis temporibus fricari, ſatis demonſtrat: quando, vt ſpiritum ad vires facere cõprobet, iuſſos ab illis athletas tradit, vt fricationibus obniterentur, ſempérque ſe opponerent, & corporis partes inter inungendum atque contrectandum mouerent: his admodum verbis, ὅτι μὲν γὰρ ἰσχύειν δίδωσι τὸ πνεῦμα, δηλοῦσιν οἱ ἀλεῖπται: τοὺς ἀθλητὰς κελεύοντες ἀντερείδειν ταῖς τρίψεσι, καὶ παρεγκύπτειν, τηροῦντας ἀεὶ τὰ πλασσόμενα μέρη καὶ ψηλαφώμενα τοῦ σώματος. Propterea eoſdẽ gymnaſiis, ſiue Xyſtis præfectos, & ſimul balneis Auguſtalibus olim fuiſſe, legimus in vetuſta quadam inſcriptione marmorea lapidis extantis Romæ [d]: cuius hæc verba ſunt, M. Αὐρηλίου δημητρίου ἀρχιερέως τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ διὰ βίου ξυστάρχου καὶ ἐπὶ βαλανείων τοῦ σεβαστοῦ. Ἀλεξανδρέως ἑρμοπολείτου παγκρατιαστοῦ περιοδονίκ. παλαιστοῦ (ſic legendum pro ΠΑΛΕΙΚΤΟΥ) παραδόξου υἱὸς Μάρκος Αὐρήλιος ἀσκληπιάδης ὁ καὶ ἑρμόδωρος, &c. ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ διὰ βίου ξυστάρχης καὶ ἐπὶ βαλανείων τοῦ σεβαστοῦ. Ideò etiam athletæ in illis ipſis gymnaſiis proagones ibidem & in adiunctis (vt probabile mihi ſit) ſtadiis agones ſubire, ac dimicare ſoliti.

[a] ad Thraſybulum circa finem lib. πότ. ἰατρ. ἢ γυμνασ. ἐστὶ τὸ ὑγιειν. fol. 300. lin. 12.

[b] cap. 6. lib. 2. Agoniſt.

[c] ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλ. f. 225.

[d] vide in auctar. inſcript. veter. Smetianis adiuncto per Iuſt. Lipſium pag. 57. edit. Antuerp.

*De gymnaſio Neroniano aduerſus Lipſium. Oleum ad quid præbitum. Athenæi locus de Antiochi Epiphanis editione ludorum expoſitus, notato interprete; Vbi de Oleo præbito cuius & in thermis vſus, & in campeſtribus exercitationibus. Ad hoc allatæ inſcriptiones vetuſtæ. Album agoniſtarum apud Olympiam; Ἀπογράψαι à quo diuerſum ἀναγράψαι in margine. Editio nominis ac profeſſio, vt ipſorum, ita tinctorum atque inunctorum in baptiſmo fidelium velut athletarum Christi. Clericorum quoque ſed orthodoxorum in commentariis Eccleſiæ perſcripta nomina: hæreticorum abolita. Scholarium noſtratium matriculæ origo, ad Muſæi Alexandrini album relata. Ariſtidis locus expoſitus, & item Lucilij atque Arriani Album agoniſta*

*agoniſtarum & in muſicis ludis. Ad ludos inuitatio præconis voce ac tuba. Citatio agoniſtarum præconia: quo ea ordine fieret, item circunductio per ſtadium. Pindarus illuſtratus.*

## Cap. XVI.

AD Neronianum quidem gymnaſium, quòd attinet; vnde iſta non inutilis (vt ſpero) futura proceſsit oratio: in eo muſicum non magis, quàm gymnicũ agonem fuiſſe; inde intelligimus (contrà quàm viſum Lipſio tamen) quod etſi coronæ citharœdis in eo pararentur, quas ipſe princeps ſine contentione atque victoria (id enim eſſe τὸ ἀνικεὶ pro ἀνικητὶ apud Dionem [a] ſentio) vſurparet ſibi: in conſecratione tamen ac dedicatione gymnaſij, oleum ſenatoribus, & equitibus gratuitò datum, ex Dione Xiphilinus memorat: ad palæſtram igitur cæteróſque gymnicos ludos ἔλαιόν τε ἐν τῇ καθιερώσει αὐτοῦ, (de gymnaſio loquitur) καὶ τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι προῖκα ἔνειμε. Nam etſi oleum in congiario, ſicuti frumentum populo prȩberi ſolitum non nego, id quod ad 14. annalem Taciti Lipſius [b] ille noſter docuit: vbi tamen gymnaſij mentio ad gymnicorum ludorum vſum vt referatur neceſſe eſt, quemadmodum illo Taciti quem dixi loco; cuius in eandem cum illo Xiphilini ſeu Dionis (quem Lipſius non citat) ſententiam hæc verba ſunt: Gymnaſium eo anno dedicatum à Nerone, præbitúmque oleum equiti ac ſenatui Græca facilitate. Et Suetonij [c] penè gemina, Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, muſicum, gymnicum, Equeſtre, quod appellauit Neronia: dedicatíſque thermis atq; gymnaſio, ſenatui quoque & equiti oleum præbuit. Niſi fortè in ipſo gymnaſio balneum fuit, in quo ſe abluti aqua, odorato deinde oleo fœdarent potiùs quàm perfunderent, aut inungerent. Qua de re nihil manifeſtius hiſce Philoſtrati de ipſo Neronis facto verbis proferri poſſe ad illuſtrandos illos quos de oleo ſenatui, Equitíque conceſſo indicaui locos exiſtimo. Sic iſte [d] igitur eam hiſtoriam enarrat, ὁπότε γυμνάσιον μὲν ἐξεποιήθη τῷ Νέρωνι θαυμασιώτατον τῶν ἐκεῖ λουτρῶν δὲ ἔθυον ἐν αὐτῷ ἡμέραν Νέρων τε αὐτὸς καὶ ἡ βουλὴ ἡ μεγάλη καὶ τὸ ἱππεῦον τῆς ῥώμης παρελθὼν δὲ ὁ Δημήτριος ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον διεξῆλθε λόγον κατὰ λουομένων ὡς ἐκλελυμένων τε καὶ αὐτοὺς χραινόντων καὶ ἐδείκνυεν ὅτι περιττὸν ἀνάλωμα εἴη τὰ τοι-

*[a] ex quo Xiphilin. in Nero. fol. 158.*

*[b] citatis etiam Plinij verbis è cap. 4. lib. 15. natural. hiſt vſum eius (olei) ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores in gymnaſiis publicando.*

*[c] cap. 12. qua de re vide locos à me adnotatos capite huius libri ſuperiore proximo, ſcripſi etiam lib. 1. cap. 3. & 26.*

*[d] Philoſtr. lib. 4. de Apollo. fol. 27. vbi de Demetrio philoſopho.*



τὰ τοιαῦτα. Nec abſimiliter cùm reſciuiſſet Antiochus Epiphanes ab Æmilio Paulo Romanorum Imperatore in Macedonia ludos editos; & qui eum largitione, operúmque magnitudine ſuperare vellet, in ciuitates Græciæ miſiſſet vt apud Daphnem adeſſent, ludorum quos ederet ipſe ſpectandi gratia. Conuentus initio pompam deduci iuſsit, quæ ab Athenæo accuratè, ac diligenter alicubi [a] refertur: perfectos autem agonas variáque per triginta dierum ſpatium ſpectacula, quorum dierũ primis quinque (ſic malo vbi Dalichampius interpres vertit, primis quinque poſtea) omnes in gymnaſio ex aureis arculis vnguento crocino illiti ſint, ab Athenæo traditur; & quindecim ſcilicet arculas illas fuiſſe totidémque & cinnamomini & nardini, ſimilitérque ſequentibus diebus illatum fuiſſe Amaracinum, Telinum, Irinum, omnia odoris ſuauitate præſtantia: ἐπιτελεσθέντων δὲ τῶν ἀγώνων (ait) τῶν μονομαχιῶν τῶν κυνηγεσίων κατὰ τριάκονθ' ἡμέρας ἐν αἷς τὰς θέας συνετέλει, πέντε μὲν τὰς πρώτας ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκίων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ. ἦν δὲ ταῦτα πεντεκαίδεκα, καὶ κινναμωμίνου τὰ ἴσα καὶ ναρδίνου παραπλησίως δὲ καὶ τῶν ἑξῆς εἰσεφέρετο τήλινον ἀμαράκινον, ἴρινον· πάντα διαφέροντα ταῖς εὐωδίαις &c. Ad thermas denique vſum olei commodum (ſi non neceſſarium) & præberi populo ſolitum, vel iſta ex inſcriptione veteri [b] verba manifeſtò comprobant: L. Cæcilius L. P. P. optatus &c. miſſus honeſta miſsione ab imperat. M. Aur. Antonino & Aur. Vero Aug. Atlectus ab his inter immunes conſecutus honores Ædilitios 2. vir 3. Flam. Romæ & Diuorum Auguſtorum qui Reip. Barc..... Do, lego, daríque volo, X. VII D. ex quorum vſuris ſemiſsibus edi volo quotannis ſpectac. duellum die IIII. Iduum Iuni. Nequeat X. CCL. & eadem die ex * CC. oleum in thermis public. populo præberi & cæt. Item ex iſta [c] L. Cæcilius. L. F. Cilo IIII. vir. A. P. Qui teſtamento ſuo H-S. N XXX. municipib. Comenſibus legauit quorum reditu quotannis per Neptunalia oleum in campo & in thermis & balineis omnibus quæ ſunt Comi. populo præberetur &c. Vbi animaduerte oleum non ad thermas tantùm & balneas, verùm etiam ad campum, hoc eſt, ad campeſtres exercitationes atque gymnaſia dari ſolitum: De legato iuuenibus olei vſu à Lycone philoſopho, ad ſuam eiúſque qui ho-

*[a] lib. 5. Deipnoſo. ſub initium in f. 58. Aldini exẽpl.*

*[b] in lapide apud Barcinonem extãte pro æde Diuorum Iuſti & Paſtoris: quam inſcriptionũ antiquarum Smetij ordine tertio relatã, videas editionis Antuerpi. ordine tertio, fol. 157. num. 11.*

*[c] quæ extat in templo vici Intemeani agro Comenſi tabula lapidea earundem Smetij inſcriptionum ordine 3. fo. 159. nu. 14. Literis vt illa ſuperior maiuſculis exarata.*

 nore

nore iſto ipſum proſequeretur memoriam (ſicuti debuit) celebrandam; ita Diogenes Laertius [a] loquitur, vt ad ſolitas athletarum in palæſtra vnctiones potiſsimùm retuliſſe videatur; tametſi ad balneas thermarúmque lumina pertinere ſi quis duxerit, minimè forſitã peccarit. Nam ita inibi ſcriptum; τῶν δὲ ἐν Αἰγίνῃ μοι γενομένων μερῶν μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν κατακεχωρισάτω Λύκων τοῖς νεανίσκοις εἰς ἐλαιοχρηστίαν, ὅπως καμοῦ καὶ τοῦ τιμήσαντος ἐμὲ μνήμη γένοιται διὰ τῆς χρείας αὕτη ἡ πρεπόντως. Xiphilinus in auito Pſeudantonino quem ipſe Sardanapalum alij Heliogabalum nominant, Aurelij cuiuſdam Felicis athletæ meminit: ob cuius roboris præſtantiam Elæitum Olympicis ludis luctatores in ſtadium citare ſuperſederint, inuidentes ipſi ne (quod dicitur) octauus ab Hercule pronunciaretur: quamuis in albo exhibendorum certaminum id quoque comprehendiſſent: Igitur Felicem Romæ vtroque certamine victorem extitiſſe quod antea nemini vſuuenerat.

Ex eo autem hoc inſuper addiſcimus, ita Olympiæ album agoniſtarum fuiſſe propoſitum antiquitus, quemadmodum Romæ gladiatorum ad pugnam deſignatorum die muneris indicem palam proponi ſolitum libri Semeſtrium ſecundi cap. 11. docuimus. Verba in eam rem Dionis apud Xiphilinum [b], omnino iſta ſunt, ὁ δὲ σαρδανάπαλος καὶ ἀγῶνας ἐποίει καὶ θέας συχνὰς ἐν αἷς αὐρήλιος ἀλὶξ ὁ ἀθλητὴς διεδοκίμησεν, ὃς τοσοῦτον τοὺς ἀνταγωνιστὰς ὑπερῆρεν, ὥστε πάλην τε ἅμα καὶ παγκράτιον ἐν τῇ ὀλυμπίᾳ ἀγωνίσασθαι ἐθελῆσαι κἀν τοῖς καπιτολίοις καὶ ἄμφω νικῆσαι· οἱ μὲν γὰρ ἠλεῖοι φθονήσαντες αὐτῷ, μὴ (τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο) ἀφ' ἡρακλέους ὄγδοος γένηται οὐδὲ ἐκάλεσεν ἐς τὸ στάδιον παλαιστὴν οὐδένα καίπερ ἐν τῷ λευκώματι, καὶ τοῦτο τὸ ἄθλημα προσγράψαντες· ἐν δὲ δὴ τῇ ῥώμῃ καὶ ἐνίκησεν ἑκάτερον ὃ μηδεὶς ἄλλος ἐπεποιήκει. De profeſsione nominis atque in album deſcriptione, ſiue relatione illorum qui gymnicis agonibus decertaturi eſſent, hunc inſuper habeo Ariſtidis [c] rhetoris locum: vbi victoriam in illis eum reportaſſe ſcribit, nõ qui primus omnium nomẽ edi curaſſet ſuum; ſed qui ſe qualem eſſe profeſſus fuerat, talem factis ac re ipſa, demonſtrare potuiſſet: fortiter decertando ſcilicet: ὁρῶ δὲ ὅτι κἀν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οὐχ ὅστις πρῶτος τὴν ἀπογραφὴν ἐποιήσατο οὗτος ἀπέρχεται νικῶν, ἀλλ' ὅστις οὐ τὴν ἀπογραφὴν πεποίηται τοῦτο ἐπὶ τῆς πείρας ἄριστα δείκνυσι καὶ

τοῦτο

[a] lib. 5. de vita philoſophorum in Lycone, fol. 190.

[b] fol. 349.

[c] init. orat. 1. περὶ ῥητορικῆς πρὸς πλάτωνα. fol. 111.



τοῦτο οὕτως ἰσχύει διὰ τέλους. Et addit ſtatim, victoriæ ſignũ hoc eſt brabium ſeu præmium iis dari, non qui decurrere, aut alio genere decertare cœperint, ſed iis qui perſtantes in labore, ac cartamine acceſſerint ad agonothetas & Hellanodicas; à quibus præmia tribui ſuperiore libro ad extremum docui: Sic enim iſta interpretor, ὥστε καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἄθλοις (προσθήσω δ' ὅτι καὶ τοῖς αὐτοῦ τάχεσι) οὐ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐξενεγκοῦσιν ἀποδίδοται, τὸ σύμβολον ἀλλὰ τοῖς παρελθοῦσι. Porrò quemadmodum ἀπογραφῆς vocabulum eo Ariſtidis loco ad relationem agoniſtarum nominis in album pertinere cenſeo; ſic & apud Epigrammatarium Lucillium [a], τὸ ἀπογραψάμενος: vbi ſic ſcriptum,

εἶτ' ἀπογραψάμενος πύκτης ἀπολώλεσε πάντα:

quod tamen ab eruditiſsimo Brodæo eius libri Scoliaſte nequaquam aduertitur. Sed nec ab aliis fortaſſe τὸ ἀπογράφεσθαι Ὀλύμπια, quod in eandem ſententiam pronunciatum ab Epicteto videtur (mihi quidem) apud Arrianum [b]: quo loco, τηλικούτῳ πράγματι ὁρᾷς πῶς μέλλεις ἐγχειρεῖν; ἔσοπτρον πρῶτον λάβε· ἴδε σου τοὺς ὤμους, κατάμαθε τὴν ὀσφύν, τοὺς μηρούς· Ὀλύμπια μέλλεις ἀπογράφεσθαι ἄνθρωπε. οὐχὶ τινά ποτε ἀγῶνα ψυχρὸν καὶ ταλαίπωρον. οὐκ ἔστιν ἐν ὀλυμπίοις νικηθῆναι μόνον, καὶ ἐξελθεῖν, &c. quæ inferiùs proximo capite proponam: quò & iſtud Ariſtidis rhetoris ex hymno in Iouem [c] pertinet; δεῖ δὴ ὥσπερ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀπογραψαμένους ἑαυτούς, μὴ ἀναχωρεῖν. ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι καὶ πειρᾶσθαι τοῦ ἀγωνίσματος. Nec tantùm nomen agoniſtarum & patria (ſicut ex eo Heliodori loco percipitur, vnde verba contuliſſe me in cap. 24. libri primi, ad extremum, memini) ſed etiam agonis genus quo quiſque ipſorum eſſet decertaturus palam edi ac proponi ſolitum inde coniicio; quod ſumpta metaphora ab aſcetis, vbi de baptizatis in Chriſtum ac perunctis à D. Ambroſio [d] agitur, Venimus ad fontem (inquit) vnctus es quaſi athleta Chriſti: quaſi luctamen huius ſeculi luctaturus, profeſſus es luctaminis tui certamina. Nomẽ quidem à baptizatis aut baptizandis potiùs, veluti athletis quibuſdam omne certamen in poſterum pro Chriſto ſubituris, dari antiquitus ſolitum iuxta concilij Carthaginenſis quarti canones [e] (quod hodiéque obſeruatur, apud nos quidem, quicquid gloſſator decreti ſentiat) vel ex eo intelligimus, Hincmari Remorum Archiepiſcopi dicto in concilio apud

Aaaa 2 ſan

[a] lib. 2. Antholo. cap. 1. εἰς ἀγωνιστὰς epigram. 1. Ἀναγράψαι autẽ ad relationem hieronicarum nominis & athlothetarum, itémque Olympiadũ ordinis in cõmentarios publicos pertinet ſicuti oſtendemus extremo cap. 23. inf.

[b] in epicteto lib. 3. capit. 21. περὶ κωνισμοῦ.

[c] in ipſa init. εἰς δία. fo. 97. pag. 2. Aldini libri, Latinæ autem verſionis à Cantero, fol. 1.

[d] lib. 3. de ſacrament. cap. 2. vnde verba ſuperioris libri ſermone quinto protuli.

[e] cap. 85. vnde ſumptus cap. 58. baptizandi apud Gratianum de conſecr. diſtin. 4.

ſanctum Medardum, quod Gratianus in decretum ſuum [a] retulit ſic ferè: Legum eccleſiaſticarum auctoritas talis eſt vt in cauſis geſtorum ſemper ſcriptura requiratur adeò vt qui ad ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen pręcipiatur, &c. Cui & iſtud apponendum ex Ordine Romano de officiis diuinis [b]: Vt autem ad Eccleſiam venerint (ait; ſicut diximus) quarta feria hora tertia ſcribantur nomina infantum vel eorum qui ipſos ſuſcepturi ſunt; & diaconus clamet, dicens: Catechumeni procedant. Et vocentur ipſi infantes ab acolyto in Eccleſiam per nomina vel ordinem ſicut ſcripti ſunt; ita dicendo, Ille puer, & ſic per ſingulos ſtatuantur maſculi ſeorſum ad dextram partem: Illa virgo; & ſic per ſingulas ſtatuantur fœminæ ſeorſum ad ſiniſtram partem. Videtur & clericorum nomẽ (qui quidem eſſent orthodoxi, ac in ſanctiſsimo Eccleſiæ gymnaſio exercerentur; vt in ſcamma etiam decertaturi cùm opus foret ad Chriſtiani nominis gloriam deſcenderent; in Eccleſiæ metrapolitanæ vel patriarchatus commentarios relatum: non etiam eorum, quorum ſublęſta fides eſſet ac dubia. Hoc è Zonaræ [c] verbis colligo, quib. ab Attico patriarcha B. Chryſoſtomi nomen in Eccleſiæ diptycha relatum narrat quòd nondum inſcriptum fuiſſet, propterea quod pater ille religioſiſsimus Origeniſta paſsim haberetur atque appellaretur. οὗτος (inquit ille de Attico) καὶ τὸ τοῦ ἱεροῦ χρυσοστόμου ὄνομα ἐν τοῖς τῆς ἐκκλησίας διπτύχοις ἐνέγραψεν, μὴ πρότερον ἐγγραφέν. ὠριγενιαστὴς γὰρ ὁ εὐσεβέστατος ἐκεῖνος πατὴρ ἐκαλεῖτο καὶ ἐνομίζετο. Idem Zonaras Mongi Petri (qui magnę Antiochenæ eccleſiæ ſedem mala ratione ac per vim occupauerat) tanquam hæretici nomen ab Euphemio Conſtantinopolitano patriarcha orthodoxo è commentariis deletum, ipſiuſque loco nomen Felicis Papæ Romani orthodoxi repoſitum Anaſtaſij principis tẽporibus, memorat: & inſuper Acacium, cui & ſimul Zenoni (quod cum Petro illo Mongo Eutychis ac Dioſcori ſectam ſequuto cõmunicaſſent) dignitatis abrogatæ ſeu depoſitionis libellum miſerat Felix; huius nomen è commentariis eccleſiaſticis aboleuiſſe. Nam quo loco de Euphemio, Frauittæ in patriarchatu Conſtantinopolitano ſucceſſore agit [d], viro ſancto & orthodoxo; καὶ προέστη τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινοπόλεως ὁ εὐφήμιος, ὅσιος ἀνὴρ καὶ ὀρθοδοξότατος, ὃς

τὸ

[a] *cap. 9. legum 2. quæſtio. 1. apud Gratia.*

[b] *fol. 31. vbi de Ordine vel denunciatione ſcrutinij ad electos quod tertia hebdomada in quadrageſima, ſecunda feria nunciatur.*

[c] *in Theodoſio Iuniore Annal. tom. 3. fol. 34.*

[d] *in Anaſtaſij imperio ſub initium. tom. 3. Annal. fo. 44. & 49.*



τὸ τοῦ μογγοῦ πέτρου ὄνομα τὸν θρόνον τῆς μεγάλης ἀντιοχείας ἁρπάσαντος κακῶς, τῶν διπτύχων ἀπήλειψεν, ὡς αἱρετικοῦ· ἀντενέγραψε δὲ τὴν φίληκος κλῆσιν τοῦ πάπα ῥώμης ἀνδρὸς ὀρθοδόξου. καὶ καθαψάμενος διὰ γραμμάτων τοῦ τε ζήνωνος καὶ τοῦ Ἀκακίου ὅτι τῷ μογγῷ ἐκοινώνουν πέτρῳ, τῆς εὐτυχοῦς καὶ διοσκόρου ὄντι αἱρέσεως, μάλιστα δὲ καὶ καθαιρέσεως λίβελλον στείλαντος ἀκακίῳ, διὸ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ ἀκάκιος ἐκ τῶν διπτύχων ἀπήλειψεν. Nec aliter accipiendum, quod Euagrius [a] de ſancta œcumenica quinta ſynodo verba faciẽs, Theodorum Mopſueſtiæ epiſcopum, vt viuum tanquam hęreticum damnatum, noménque adeò ipſius ſacris commentariis exemptum, ita poſt mortem ſimiliter iudicatum fuiſſe in hæc verba retulit: ἀναγνωσθεισῶν πολλῶν ῥήσεων Θεοδώρου καὶ θεοδωρίτου, δειχθέντος δὲ ὡς καὶ πάλαι θεόδωρος κατεκέκριτο καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀπηλείφθη δέλτων, καὶ ὡς καὶ μετὰ θάνατον δέοι τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι, θεόδωρον μὲν ἁπάσαις (τὸ δὴ λεγόμενον) ἀναθεματίζουσι, & reliqua. Idem Zonaras [b] Iuſtini Thracis Imperatoris Romani ſummè orthodoxi edicto & Chalcedonenſe concilium ab omnibus coli & ſexcentorum triginta patrum qui huic interfuerant nomina, velut indubitatæ fidei ac pietatis epiſcoporum in ſacros omnium eccleſiarum commentarios referri iuſſum; in hæc verba, quibus id (in quo verſamur) antiqui moris veſtigium atque monumentum prorſus illuſtratum reor, ſignificat: ὀρθοδοξότατος δὲ ὢν ἰουστῖνος δόγμα ἐξέθετο, τὴν ἐν χαλκηδόνι πάντας σέβεσθαι σύνοδον, καὶ τοὺς αὐτὴν συστησαμένους ἑξακοσίους τριάκοντα ἁγίους πατέρας τοῖς ἱεροῖς ἐγγραφῆναι διπτύχοις πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Sanè non in gymnicis modò, ſed etiam Muſicis agonibus eorum nomina qui præbituri ſpectaculum forent, in albo pręſcribebantur; ſicuti de Nerone Suetonius [c] & ipſe Dio tradidere: huius quidem abbreuiator Xiphilinus [d] his ferè verbis, καί τοι πῶς ἄν τις καὶ ἀκοῦσαι μὴ ὅτι ἰδεῖν ὑπομείνειεν αὐτοκράτορα αὔγουστον ἔς τε τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς ἐγγραφόμενον καὶ τὴν φωνὴν ἀσκοῦντα· μελετοῦντά τε τινὰς ᾠδάς, &c. Et ſimiliter eorum qui ſe in Alexandrino muſęo atque gymnaſio, muſarum ſtudiis dicarant: antequàm in eo exercerentur, inſcripta in albũ aliquod nomina inde colligo; quod Ægyptius Alexandrinus apud Æneam Gazæum in Theophraſto ſub initium, de frigeſcentibus ac propè deſertis ſub Anaſtaſio & Ze-

[a] *lib. 4. hiſto. eccleſ. cap. 38. fol. 168.*

[b] *in Imperio Iuſtini Thracis ſub initium in f. 48. tom. 3. Annal.*

[c] *in eius vita c. 21. Vide & locũ Suetonij in hanc rem à nobis allatum lib. 1. vbi de ſortitione agoniſtarum egimus.*

[d] *Nerone f. 176.*

none philoſophiæ ac literarum aliarum ſtudiis, cùm Circenſes & ſcęnici apud Alexandriam ludi tunc etiam vigerēt conqueſtus, ita protulit : πάλαι μὲν ἦν τὰ καλά, νῦν δὲ οἴχεται καὶ διαλέλυται· ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἐθέλει μανθάνειν, εἰς τοὺς μαθητὰς ἐγγεγραμμένος· ὁ δὲ διδάσκειν οὐκ οἶδε τὸν μυσταγωγὸν ὑποκρινόμενος. Nam tametſi non inficior illud ἐγγεγραμμένος, figuratè accipi poſſe, vt cooptatum in numerum auditorum ac diſcipulorum ſignificet; magis tamen eſſe adhuc arbitror, id quod antè dixi, vt de inſcriptione diſcipulorum nominis & in album relatione intelligatur, vnde potiùs quàm à militum numeris & matricula deducendum ſcholarium qui literis operam impendere creduntur, ſiue ſcholaſticorum illam (quæ adhuc in Academiis, ſiue vniuerſitatibus noſtratibus, in hac Toloſana imprimis viget) matriculam beneficiis in vim gradus obtinendis & euocandis ab ordinario iudice litibus tam ciuilibus quàm criminalibus ad priuilegiarium ſeu extraordinarium (qui Conſeruator Lutetiæ, Pictauis & aliis itidem pleriſque huius regni ciuitatibus nuncupatur) neceſſariam. Præterea in ipſis quoque curulibus agonibus, eorum qui equos certamini præberent, præſcripta in albo illo nomina, veriſimile arbitror: quos etiam ſubſcriptiones in grammateio [a] quaſpiam ſuis non alienis equis exhibitis, ac profeſsiones facere debuiſſe libro primo [b] tradidi. Præter album illud quod de futuro ſpectaculo atque antagoniſtis admonebatur populus, ad ludicrum illud à præcone inſuper inuitabatur, facto primùm tuba, per ipſum ſilentio : & quidem agonothetæ iuſſu qui certamini præſideret. Quò ſpectans Axitheus apud Æneam Gazæum in Theophraſto [c]; οἷον ἵππων ζεῦγος ἐκπεσὸν τοῦ ἡνιόχου συντετάρακται· ἀλλ' οὐκ ἀνάλθευτον τὸ πρᾶγμα· ὁ γὰρ ἀγωνοθέτης προὐπέδειξε τὰ γυμνάσια καὶ ὅταν δέῃ τὴν ἀγωνιστὴν ἀσκεῖν προεκήρυξεν : qua de re ita Liuius [d], de Iſthmiis agens, Romam ad ſpectacula conſederunt, & præco cum tubicine (vt mos eſt) in mediam arenam vnde ſolemni certamine ludicrum indici ſolet proceſsit, & tuba ſilentio facto ita pronunciat. Itaque Statius Papinius [e] poſteaquàm de annuis agonibus gymnicis ad Surrentinum Herculem à Pollio inſtitutis ita cecinit;

*--hic tibi feſta*

[a] *de grāmateio iſto, vide ſi vacat quæ ſcribimus cap.27. huius libri.*
[b] *ad finem ca.3.*
[c] *in dialogo qui Theophraſt. inſcribitur, edito ab And. Geſnero ann.1559. pag.19.*
[d] *lib.3. decad.4. vbi de Philippo Macedone ſuperato à Q. Flaminio & reſtituta Græciæ libertate.*
[e] *lib. 3. Syluarū ſub initium in Hercule Surrentino.*





*Gymnias inſontes iuuenum ſine ceſtibus iræ*
*Annua veloci peragunt certamina luſtro:*

Placidarum & Graiarum tubarum ad extremum carminis mentionem facit; quib. ad eos ludos ſacrificiis adhibitos (hos autem cum Olympicis, Pythiis, Iſthmicis, & Nemæis comparat) Agoniſtæ inuitarentur ſcilicet:

*Iam placidæ dant ſigna tubæ, iam fortibus ardens*
*Fumat arena ſacris: hos nec Piſæus honores*
*Iuppiter, aut Cyrrhæ pater aſpernetur opacæ.*
*Nil his triſte locis: cedat lachrymabilis Iſthmos,*
*Cedat atrox Nemee litat hic felicior infans*

Et poſteà --*Phrygióque è vertice Graias*
*Addicis Miſene tubas.* --&c.

Tubæ igitur æquè in ſpectaculis atque in caſtris locum fuiſſe Plinius * ad Macrinum ſcribit: quo loco, Qui nunquam in acie ſteterunt (ait) nunquam caſtra viderunt, nunquam denique tubarum ſonum niſi in ſpectaculis audierunt: Floralis etiam tubæ cuius in comicis vtique ludis vſus fuerit apud Iuuenalem mentio his verſibus:

*Atque omnes implet numeros digniſſima prorſus*
*Florali matrona tuba, niſi ſi quid in illo*
*Pectore plus agitat, veræq; paratur arenæ.*

Apud noſtros Toloſates poëtici agones de quibus paulò pòſt latiùs diſſeretur, quindecim minimū diebus antequàm committantur, ſolitis vicis, atque compitis totius vrbis per præconem ac tubicinem pronunciari ſolent, vt ad præmia conſequenda de ſe periculum facturi ſcilicet inuitentur. Ab eodem Præcone citabantur olim agoniſtæ ſuo quique ordine quem ſors dederat ſcilicet, ſecundum ea quæ de ſortitione athletarum differens ſermone primo [a] expoſui allato in cæteris Heliodori teſtimonio; ex quo curſores in ipſis carceribus, dum tubæ ſignum daretur, ad curſuram ineundam expectaſſe, intelligitur. Citatos à præcone ad certamen antagoniſtas, cùm illud Dionis indicat quod appinxi modò, οὐδὲ ἐκάλεσαν ἐς τὸ στάδιον παλαιστὴν οὐδένα: Tum hoc quoque (vt ea prętermittam, quæ libro ſuperiore ad extremum noni capitis attuli) quod Athenienſis hoſpes apud Platonem ita protulit [b] σταδιοδρόμον δὴ πρῶτον ὁ κῆρυξ ἡμῖν. καθάπερ νῦν ἐν τοῖς ἀγῶσι παρακαλεῖ.

* *lib.2. epiſto. in princ. epiſt. cuius initium: Heri à ſenatu.*
[a] *Agoniſt.1. cap. 24.*
[b] *lib.8. de legib. fol.833.*

καλεῖ. Ex quo etiam colligas non malè; primos omnium vocatos ex athletis curſores; poſtremos verò quos grauioribus agonibus decertare oporteret: qua de re ad extremum ſermonis ſeu libri primi [a] è Philoſtrato, Heliodoro atque Pauſania; ſed è Sophocle potiſsimùm egiſſe me recordor: à quo inſuper hoc diſcas, ſequenti die poſt gymnicos ſtatim ab exortu ſolis, curules, ſeu equeſtres ludos (quib. de celeritate equorum certamen foret) Delphicis ſeu Pythicis agonibus exhibitos: Nam vbi de Oreſte qui diaulo vicerat loquens inducitur Pædagogus [b] ſubiicit inter cætera hoc quoque,

*[a] cap. 30.*

*[b] Electra. f. 112. exempl. à Steph. excuſi.*

κεῖνος γὰρ ἄλλης ἡμέρας ὅθ' ἱππικῶν
ἦν ἡλίου τέλλοντος ὠκύπους ἀγών
εἰσῆλθε πολλῶν ἁρματηλατῶν μέτα.

Rurſum à præcone illo hieronicas, & renunciatos, tractatu ſuperiore [c] oſtendimus, & per mediam arenam circunductos ad oſtentationem credimus, atque hoc potiùs videri Pindarum [d] ipſum annuere, vbi de Epharmoſto Opuntio palæſtrita victore in Marathoniis ludis,

*[c] Agoniſt. 2. c. 12. & 13.*

*[d] Olympio. Od. 5. ſtroph. 4.*

φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ

(artem palæſtricam intelligit, de qua ad Ariſtotelici loci caſtigationem à me tractatu primo [e] copioſè ſatis actum eſſe memini: Nam dolus alioqui circa gymnicos quidem agones in reprehenſione non in laude poſitus apud veteres fuit, ſicuti cap. VIII. attigi, & verò apertiùs, faciente Domino, paulò pòſt [f] indicabitur.)

*[e] cap. 13. 14. 15. Agoniſt. 1.*

*[f] cap. 19.*

ἀπτῶτι δαμάσαις    διήρχετο κύκλον

(Arenæ orbem caueam, & ſcamma, in quo depugnabatur, aut interiorẽ totius amphitheatri ſeu ſtadij regionem ſignificat)

βοᾷ ὡραῖος ἐὼν καὶ    καλὸς κάλλιστά τε ῥέξας.---

*Athletarum probatio quæ ἔκκρισις καὶ ἀπόκρισις Ariſtidi, ac Philoni: Qui inter athletas non recepti. De ſeruis notatus error auctoris librorum de re gymnaſtica; illuſtrato Vlpiano. Seruile monomachorum certamen Aricinum. Athletica vitæ ratio illiberalis. Ariſtotelis locus expoſitus. Athletæ ſeruilibus verberibus nonnunquam coerciti, vt vitibus milites Romani, & apud ipſos extranei milites fuſtibus. Serui in athletarum numerum non allecti: Æſchine in eam rem expenſo. E Dionyſij Halicar. loco tria menda ſublata. Libertini admiſſi inter athletas & ſimili ratione in Chriſtianis aſcetis; licet inter martyres nulla conditionis, ſexus, ætatis, differentia ex Theodoreto (qui emendatur ad marginem) tamen inter clericos & monachos præterquàm inuitis patronis: Seruilis ad ſcriptitiæ vel colonariæ conditionis homines ne volentibus quidem dominis inter iſtos antiquitus recepti. Sed è poſterioribus Iuſtiniani conſtitutionibus non volentibus modò verùm etiam ignorantibus dominis inter Monachos, allecti; & quidem ita vt per monachiſmum dominica poteſtate poſt certum tempus liberari poſſent, quandiu tamen in monaſterio permanerent: A quo vel à clero eos retrahendi ius dominis eo caſu perpetuum eſſe Leo philoſophus & imperator conſtituit. Veteris conſtitutionis nomen in Leonis atque Anthemij reſcripto. Notatus ad marginem Balſamon apud Photium. De probatione perſonarum ad baptiſmum accedentium: & ſeptem ſcrutiniis ex ordine Romano; vnde macula fortean eluitur, ad marg.*



## CAP. XVII.

PORRÒ de cætero examine, ac probatione athletarum tam circa natales, quàm bonos mores, atque honeſtam vitæ nulla infamiæ macula & labe aſperſæ rationem: de qua ſuperiùs aliquãto [a] ſermonem inſtituimus, hoc & à M. Tullio (ſubobſcurè licet) in libris de officiis [b], vbi athletarum quoque probationis iniicitur mentio, hiſce pauculis verbis attingitur, bene Pericles cùm haberet collegam in prætura Sophoclem poëtam, hique de communi officio conueniſſent, & caſu formoſus puer præteriret, dixiſſetque Sophocles, ô puerum pulchrum Pericles, atenim Pericles, prætorem, Sophocles decet non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. Atque hoc idẽ Sophocles, ſi in athletarum probatione dixiſſet, iuſta reprehenſione caruiſſet: tanta vis eſt & loci & temporis. Ad iſtam athletarum qui depugnandum in ſacris agonibus haberent diſquiſitionem, atque approbationem ab agonothetis, aut ab hellanodicis, forſitan etiam ab vtriſque fieri ſolitam; præter Luciani verba illa, quæ cùm de Olympionicarum ſtatuis ageretur, præter eum περὶ τῆς τῶν ἀθλητῶν ἐγκρίσεως Ariſtidis * rhetoris locum, quem de pœnis & mulctis athletarum diſceptans [c] exhibui; eiuſdem rhetoris alterum iſtum ex oratione pro quatuoruiris, quæ communis defenſio inſcribitur [d], equidem refero: ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἔμοιγε θαυμαστὸν καὶ θεῖον φαίνεται τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας (ait, de Platone loquitur) τὸ μὴ πᾶσιν εἰκῆ συγχωρεῖν ἐπιεικῶν δοκεῖν, ἀλλ' ἐκκρίνειν τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰς φύσεις ἐξετάζεσθαι. οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς εἰς αὐτοὺς ἔγωγε νομίζω καταλύειν τὰ τῶν ὀλυμπίων, οὐδὲ ἀτιμάζειν ὅτι οὐ πάντας ῥαδίως προσίενται τοὺς τοιούτους ἀγωνιστάς, ἀλλὰ προκρίνουσιν ἐστιν οὐ

*[a] cap. 13. huiuſce Agoniſt. 3.*

*[b] lib. 1. cap. Talis igitur.*

** ἐν τῷ συμβουλευτικῷ περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν.*

*[c] lib. 1. cap. 21. ad finem.*

*[d] Ariſtid. ἐν τῇ κοινῇ ἀπολογίᾳ in fine in fol. 159. pag. 2. Latinæ autem verſionis à Cantero, fol. 507.*

 ταὐτόν

ταὐτὸν ἀλλά μοι (ſic enim interpres quoque pro ἀλλ' ὅμοι legit) ὁ μειζόνως αὔξειν δοκοῦσι καὶ κοσμεῖν τὸν θεσμὸν τὸ τοσοῦτον ἅπασι περιϊστάναι τὸν φόβον καὶ τὸ τὰ πάντα ἀξιοῦν εἶναι τὰ (lego τὸ) παρὰ σφίσι κηρυκεύεσθαι τὰ μὲν ἀποδῶται τὴν ἀρχὴν (ἀχλυῶ interpres legit) ὀφθῆναι. vbi quod Canterus ita vertit; nec enim Olympicum abolent aut deſpiciunt morem, cùm non omnes admittunt facilè niſi præiudicatos: pro Niſi præiudicatos; Mallem cum Cicerone dixiſſet, Niſi anteà probatos. Ad iſtam verò probationem hoc inſuper Philonis [a] verbum pertinere cenſeo: ἡ γὰρ προσηγορία τῆς μαδιὰμ μεταληφθεῖσα ἐκκρίσεως ὀνομάζεται, διττὸν δὲ τοῦτο· δηλοῖ γὰρ τὸ μὲν ἔκκλεισιν καὶ ἀπόκλεισιν ἣ καὶ τοῖς ἀγωνισταῖς κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας λεγομένοις εἴωθε συμβαίνειν, μυρίοι γὰρ ἀνεπιτήδειοι φανέντες ἤδη πρὸς τῶν ἀθλοθετῶν ἐξεκρίθησαν. Exemplo illo athletarum qui ex Agoniſticis legibus approbare ſe Hellanodicis & athlothetis; & ex Epiſtatarum Gymnaſiarchorum Pędotribarum præſcripto vitam inſtituere debebant: ſéque ritè exercendo ac legitimè perfectionem athleticam aſſequi ſtudebant; Monachis quoque iuſtis ac legitimis aſcetis hanc vnam ſcilicet formã in tota vitæ ratione ad perfectionem tendentibus probationem ac præceptionem præpoſiti ſui tenendam, Iſidorus Peluſiota in quadam ad Nilum epiſtola [b] docuit: τύπος ἡμῖν ἔστω (inquit) καὶ χρείας ἁπάσης καὶ διαίτης καὶ τελειώσεως ἡ τοῦ προεστῶτος δοκιμασία καὶ κέλευσις. Ad examen ſanè probationémque recipiendorum inter athletas illam, de qua ſermo inſtitutus; hoc denique pertinet, quod D. etiam Chryſoſtomus [c], Noli ergo iſtos (inquit) athletas extrinſecus conſiderare, ſed ingredere ſenſu rationabili, ad interiorem eorum habitudinem, &c. nihil de ætate, vel modica vel extrema ab effectu certaminis impeditur &c. Quando etiam mulieres expeditæ ad prælia concurrunt, & illuſtres coronas adeptæ ſunt: Nam illi extranei nobis, id eſt mundani agones, & ætatis & formæ & generis dignitatem requirunt; vnde & ſeruis & mulieribus, & ſenibus, & pueris ad eos aditus denegatur: Vbi quod de pueris ait, accipiendum de illis qui valde abſunt à pubertate, quando pueros etiam in ſacris agonibus decertaſſe ipſiſque, vt hieronicis coronas, & ſtatuas olim decretas, antè docuimus. Et quod ait de ſeruis, tum hoc loco, tum illo altero quem ſuperiùs attuli; ſicuti Caſsianum quoque

[a] περὶ τῶν μετονομασθέντων.

[b] epiſt. 5. lib. 1.

[c] in homil. de natiuitate ſeptem Macchab. pagin. 1422. quam vtinam cum cæteris ſancti antiſtitis operib. græcam publicaſſent qui è Græcis Latina facta dare voluerunt.



quoque de probatione athletarum diſſerẽtem ſcribere oſtendi; ſatis manifeſtum Mercurialis alioquin doctiſsimi errorem facit cap. 3. lib. 1. cap. 10. lib. 2. de arte gymnaſtica de Lampridio in Alexandro & Pauſania Eliacis (vbi tamen hoc minimè omnium traditur) non minùs ſeruos quàm ingenuos antiquitus, in curſus certaminibus contendiſſe colligentis: cùm tamen ea res adeò ſeruilis non fuerat, vti de athletis, eorúmque immunitate, ac priuilegiis crebra in iure noſtro, nulla prorſus athletarum ſeruorum fiat mentio: Et ſenatorem quoque Romanum Olympicis ludis ætate Pauſaniæ (qui ſub Adriano & Antonino vixit) decertaſſe ac Olympionicen fuiſſe, ſibíque honori duxiſſe iſtud, adeò vt eius memoriam extare impoſterum voluerit; ipſe Pauſanias [a] memoret, ſic ferè: συνέβη δὲ καὶ ἄλλο κατ' ἐμέ, τοιόνδε· ἀνὴρ βουλῆς τῆς Ῥωμαίων ἀνείλετο ὀλυμπικὴν νίκην. ἐθέλων δὲ ὑπολιπέσθαι τῆς νίκης ὑπόμνημα χαλκῆν εἰκόνα ἐπίγραμμα τι ὤρυσσον ἐς ποίησιν βόθρου. Et verò quid manifeſtius ad illud quo de agimus comprobandum de ſeruis nempe ad certamen publicũ non admiſsis antiquitus; quàm quod ab Vlpiano ipſo noſtro [b], de colluctatione, pãcratio & pugilatu ſermonem agente, & ſi alius alium in publico certamine occiderit, legẽ Aquiliam ceſſare definiẽte (quemadmodum 7. huius Agoniſtici tertii capite oſtendimus) in hæc verba ſubditur: Hoc autem in ſeruo non procedit (inquit) quoniam ingenui ſolent concertare: in filio vulnerato procedit. Planè ſi cedentem vulnerauerit, erit Aquiliæ locus; aut ſi non in certamine (publico ſcilicet, vt antè loquutus fuerat & quæ ſequũtur etiam exigunt) ſeruum occiderit, niſi domino committente (id eſt ſeruum ad pugnam comparante cum alio antagoniſta ſiue libero, ſiue ſeruo extra locum publici certaminis) hoc factum ſit: tunc enim Aquilia ceſſat. Apud Italos quidem vnum fuiſſe publicum pugilúmue aut gladiatorum potiùs certamen Dianæ ſacrum ac dicatum; ad quod Principis etiamnum Adriani temporibus ſolos ſeruos, qui à dominis aufugiſſent Aricini admitterent; victorémque ipſi Deæ deuouerent, atque ſacerdotem inaugurarent; à Pauſania, qui ad ea tempora peruenit quibus id certamen ita exhiberetur; eſſe literis commendatum [c] in hæc verba reperio: vbi de Hippolyto, qui ab Æſculapio aduerſus Theſei patris diras & impre-

[a] Eliacôn 1. fol. 131.

[b] l. qua actione 7. §. ſi in colluctatione. D. ad l. Aquil.

[c] Corinthiacis, fol. 69. editionis Vvech. an. 1583. vnde ſcias explicandum iſtud ex Hercule Surrentino Statij Papinij lib. 3. Syluar. Iamq; dies aderat, profugit cũ Regibus aptum Fumat Aricinũ triuia nemus & face multa Conſcius Hippolyti ſplendet lacus.

 catio

cationes excitatus apud Aricia regnauerit, ibique delubrum ac fanum illi Deæ nemorenſi (de qua extremo capite primo Semeſtrium tertij diligẽter actum eſt) condiderit; ὁ δ᾽ ὡς αὖθις ἐβίω (inquit) οὐκ ἠξίου νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην, ἀλλὰ ὑπεριδὼν τὰς δεήσεις ἐς Ἰταλίαν ἔρχεται πρὸς τοὺς Ἀρικιεῖς, καὶ ἐβασίλευσέ τε αὐτόθι καὶ ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος· ἔνθα ἄχρις ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλα ἦν, καὶ ἱερᾶσθαι τῇ θεῷ τὸν νικῶντα· ὁ δ᾽ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προσέκειτο οὐδενὶ, οἰκέταις δ᾽ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας. Sed huius rationem nullam Iuriſconſultus habuit, propterea quod iam tum deſiiſſet ſub Caracalla & Alexandro Seuero Impp. vel potiùs cùm iſtud ſeruile ac fugitiuorum certamen foret in Italia vnicum atque ſingulare, in quod liberi homines minimè deſcenderent; apparet ſatis, non fuiſſe quamobrem de ipſo ille (qui ſciebat ad ea ius aptandum eſſe quæ frequenter & facilè, non quæ perrarò eueniunt [a]) Iuriſconſultus ageret. Planè iſto caſu legi Aquiliæ de damno iniuria dato locus eſſe ob ſeruum occiſum non potuit; vtpote à domino niſi ciuiliter non poſſeſſum, interuerſa per fugam naturali poſſeſſione: non obligato potiſsimùm altero ſeruo, ne naturaliter quidem aut è iure gentium; ſi in ſingulari certamine licito ac recepto, ſiue religionis, ſiue gloriæ aut virtutis ergò, nõ iniuriæ cauſa vulnus aut cædem aduerſario gladiatori neutiquam credenti, neque victum ſe fatenti, cum illo inculpatæ tutelæ moderamine, intulerit. Intereà non nego; quin minùs liberale quidpiam, ac propemodum ſeruile habuerit athletica ratio & vita, illis quas antè memoraui circa ἀναγκοφαγίαν, abſtinentiam, ſolis æſtus, doloris & immodici laboris certo alicui exercitio, non magis ad valetudinem conducibili, deuoti atque addicti, perpeſsionem, aliiſque agoniſticis legibus ſubdita & aſtricta: quamobrem huic liberalem vitæ rationẽ Galenus ipſe [b] aduerſam fecit; quo loco, ὥσπερ γὰρ οὐδ᾽ οἱ πλεῖστα πονοῦντες ἀθληταὶ κατ᾽ ἄλλο τι γυμνάσιον ἐφεδρεύοντα κόπον ἔχουσι πλὴν τὸ καλούμενον ὑπ᾽ αὐτῶν τέλειον, οὕτως οὐδ᾽ οἱ βίον ἐλευθέριον ζῶντες ὑγιείας μόνης ἕνεκα γυμναζόμενοι κοπωθήσονταί ποτε, & cæt. poſt ipſum, ita vti dixi adhibita moderatione quadam exponendum Ariſtotelem [c]; quo loco, τοὺς ἐλευθέρους ἀπὸ τῶν ἀθλητῶν manifeſtè ſeparat vt aduerſos facere videatur; de ſtatu valetudinis ad liberos ſuſcipiendos apto diſceptans, ſic ferè: πεπονημένην μὲν οὖν ἔχειν

*[a] l. nā ad ea. D. de legib.*

*[b] ſub init. lib. 3. ὑγιεινῶν, fol. 245.*

*[c] lib. 8. Politicõn cap. 16. & vltimo, f. 212. Francofur. impreſ. vbi περὶ τεκνοποιίας.*



ἔχειν δεῖ τὴν ἕξιν, πεπονημένην δὲ πόνοις μὴ βιαίοις, μηδὲ πρὸς ἕνα μόνον ὥσπερ ἡ τῶν ἀθλητῶν ἕξις, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῶν ἐλευθέρων πράξεις. Illud aſſero ne Galenum quidem nedum Ariſtotelem eos qui in ſacris agonibus decertandum haberent, aut alios etiam gymnicis ludis deditos athletas conditione ſeruos exiſtimaſſe. Verùm propter athleticum illud vitæ inſtitutum, non æquè ſui iuris aut liberos in exercitationibus ſubeundis fuiſſe, vt illos, qui valetudinis gratia dumtaxat in gymnaſio, & palæſtra verſarentur, neque ſe athleticarum legum neceſsitati ſponte ipſi ſubieciſſent: cùm athletas qui legibus certaminis non obtemperaſſent, & ſeruilib. interdum verberibus coërcitos Dionyſius ipſe Halicarnaſſeus eo loco [a] quem lib. 1. indicaui; manifeſtum his verbis (vt opinor) faciat; ἐν ᾧ τινὰ τὰ ἐπὶ τούτοις μάστιγες ὕβρεις αἰκίαι σωμάτων ἃ δούλων καὶ οὐκ ἐλευθέρων, & reliqua: quod ipſum Galenus [b] ſignificauit, quo loco à ſuilla ſagina vitam athleticam in reliquis ſimilem hoc ſolo diſtare ait, quod laboribus nimiis exerceantur athletæ, inuiti cibo ſe expleant & nonnunquam tergum vitibus lacerari ſibi patiantur: ὥστε ἐοικέναι τὸν βίον αὐτῶν, ὑῶν διαγωγῇ πλήν γ᾽ ὅσον αἱ μὲν ὕες οὐχ ὑπερπονοῦσιν οὐδ᾽ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσιν, οἱ δὲ καὶ ταῦτα πάσχουσι καὶ ῥοδοδάφναις ἐνίοτε τὰ νῶτα διαχνιάζονται. Ex quo Galeni dicto, explicari oportere ſentio; quod de athletis Olympiacis agens Epictetus apud Arrianum [c] deque ipſorum adſtricta vitæ ratione, laboribus, patientia, caſtigatione; verbum μαστιγωθῆναι (per catachreſim fortaſſe) flagellatum aut verberatũ eſſe vſurpauit. Ex eo inſigni (vt videtur) loco hæc omninò ſunt, quæ cùm ad confirmationem ac illuſtrationem eorum quæ de vita & patientia athletarum ſex ferè primis huius Agoniſtici tertij capitibus protulimus, admodum faciant, ideò prætermittere non poſſum: θέλω τὰ ὀλύμπια νικῆσαι. ἀλλὰ σκόπει τὰ καθηγούμενα αὐτοῦ (inquit) καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἄν σοι λυσιτελῇ, ἅπτου τοῦ ἔργου. δεῖ σε εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων. γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει· μὴ ψυχρὸν πίνειν μὴ οἶνον ὅτ᾽ ἔτυχεν ἁπλῶς, ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ. εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαί ἐστιν. ὅτι χεῖρα ἐμβαλεῖν, ὀφρὺν στρέψαι, πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν, μαστιγωθῆναι. καὶ μετὰ τούτων πάντων, ἐσθ᾽ ὅτε νικηθῆναι. ταῦτα λογισάμενος, ἂν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. Item ex altero eiuſdem

*[a] ex protreptico ad athletas, fol. 43.*

*[b] ἐν προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, fo. 5. ex quo cætera protuli ſub initium huius tractatus.*

*[c] in epicteto lib. 3. cap. 15. ὅτι δεῖ περιεσκεμμένως ἔρχεσθαι πρὸς ἕκαστα.*

libri loco [a] de illis ipſis Olympiacis athletis in eandem ſententiam hæc omninò ad idem argumentum etiam relata; οὐκ ἔστιν ἐν ὀλυμπίοις νικηθῆναι μόνον καὶ ἐξελθεῖν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὅλης τῆς οἰκουμένης βλεπούσης δεῖ ἀσχημονῆσαι. οὐχὶ ἀθηναίων μόνον ἢ λακεδαιμονίων ἢ νικοπολιτῶν. εἶτα καὶ δαίρεσθαι δεῖ τὸν εἰκῇ ἐξελθόντα· πρὸ δὲ τοῦ δαρῆναι, διψῆσαι, καυματισθῆναι, πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν. βούλευσαι ἐπιμελέστερον, γνῶθι σαυτόν, ἀνάκρινον τὸ δαιμόνιον. δίχα θεοῦ μὴ ἐπιχειρήσῃς. Vbi animaduertendum δαίρεσθαι ab Epicteto nũcupari, quod anteà μαστιγωθῆναι dixerat: eoq; noſtram illam interpretationem illuſtratam atque confirmatam eſſe. Ac de verberatis quidem athletis, ſcenicis, aurigis ſiue agitatoribus, aut etiam ſpectatoribus, à gymnaſiarchis hellanodicis agonothetis ob non ſeruatas certaminis leges; mulctatis, agone pulſis, aut aliter punitis Agoniſtici primi cap.19. abundè, adhibitis Plutarchi, Dionis, Chryſoſtomi, Pauſaniæ, Philòſtrati, Xiphilini è Dione aliorumque teſtimoniis diſceptatum fuit; nonnihil etiam cap.19. ac 21. inferius dicetur.

Sanè ipſos quoque iuſto ſacramento adactos milites vitibus ne, an viticibus (nam in Lexico græco-Latino veteri col. 603. edit. Steph. ῥοδοδάφνη eſt Taxus Lauria, Andrũ, Viburna à centurione (cuius inſigne vitis fuerit) coërcitos, vbi quid peccaſſent; notũ eſſe tum ex Macri noſtri [b], tum etiã è Spartiani Adriano: Iuuenalis Satyra 8. & itidem Silij Italici li. 12. Lucani ſexto, Plutarchi Galba, Plinij primo cap. lib.14. & Taciti è primo annalium [c] locis intelligo. Id neſcio vtrùm quiſquam obſeruauerit, fuſtibus (quibus etiam cæſos eſſe milites Modeſtinus noſter [d] auctor eſt) olim in extraneos tantùm, in Romanos verò vitibus animaduerſum à centurionibus, tribunis, aut principalibus: id quod equidem ex his Liuianæ libri 58. epitomes verbis dudum adnotaui; quæ vt Iuris noſtri ſtudioſos adiuuem, placet appingere. Igitur vbi de Scipione ad Numantiam militarem diſciplinam corrigente, Quem militem (inquit) extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus; ſi extraneus, fuſtibus cæcidit. Vt milites igitur, ſic etiam athletas vitibus illis, vuam roſæ ſimilem ferentibus caſtigatos inde percipimus: quorum vtrorumque aliquam non ſeruitutem quidem, ſed neceſsitati obſequii cuipiam adſtrictam vitam, nemo eſt qui non intelligat. Sed gladiatores quoque qui fortiter

[a] cap.21. περὶ κυνισμοῦ. Vndè alia quapiã exhibui capite ſuperiùs proximo.

[b] l. milites 13. §. Irreuerẽs miles. D. de re militari.

[c] ad quẽ vt rem tritã & proculcatam de vite centurionum ſe non notare, Lipſius etiã ſcribit.

[d] l.2. §. ſed qui agmen. D. de re militari.



fortiter non ferirent, verùm inter ſe colluderent, pugilum illorum quos diximus exemplo, verberibus caſtigari plectíque ſolitos ex eo D. Auguſtini loco [a] apparet; vnde verba ſermonis ſuperioris libri triceſimo aſperſiſſe me recordor: hæc admodum, Studiis autem ſpectaculorum fiunt dæmonibus ſimiles clamoribus ſuis incitando homines vt ſe inuicem cædant ſecumque habeant contentioſa certamina &c. quòd ſi animaduerterint eſſe concordes tunc eos oderunt & perſequuntur, & tanquam colluſores vt fuſtibus verberẽtur exclamant, & hanc iniquitatem facere etiam vindicem iniquitatum iudicem cogunt. Seruos equidem à Romanis vt Græcorum athletarum veterum ordinariorum (vt ita loquar) ac legitimorum in ſpeciem inter ſe dimicarẽt, in amphitheatri arenam vel in ſtadium alicuius mercedis, aut præmij gratia Romæ (præſertim ſub imperatoribus, ex quorum libidine in hoc genere adminiſtrabantur omnia) productos vt minimè inficior; ita legere, niſi fortè de agitatoribus & aurigis equorum Circenſium, haudquaquam apud hiſtoriæ veteris auctores memini. Nec ſanè de ſeruis athletis tanquam vlla ipſis alieni iuris exiſtentibus immunitas olim conceſſa fuerit: intelligi reſcriptum principale quòd interpretamur, vllo modo poteſt. Ac nequis hac de re quam ſuperiùs memoraui, hoc eſt de ſeruis ad gymnicos agones non admiſsis, ſcrupulus ſuperſit; ipſe aduerſus Timarchum Æſchines [b] Athenienſium lege ſeruos in gymnaſiis & palæſtris inungi ac exerceri prohibitos, diſertè ſignificat his verbis; οἱ γὰρ πατέρες ὑμῶν ὅθ' ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐνομοθέτουν ἃ τοῖς ἐλευθέροις ἡγοῦντο εἶναι πρακτέα, ταῦτα τοῖς δούλοις ἀπεῖπον μὴ ποιεῖν· δοῦλόν φησιν ὁ νόμος μὴ γυμνάζεσθαι, μηδὲ ξηραλοιφεῖν ἐν ταῖς παλαίστραις. καὶ οὐκ ἔτι προσέγραψε, τὸν δ' ἐλεύθερον ἀλείφεσθαι καὶ γυμνάζεσθαι. ὁπότε γὰρ οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν γυμνασίων κατιδόντες ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν, τῷ αὐτῷ νόμῳ (in libro Fuluij Vrſini ſcriptum ad marginem λόγῳ: & quamobrem hoc illi præferat, ſubdit ſcoliaſtes, οἷον διὰ τὴν ἐναντιότητα, tanquam quod ex mente legis deſcẽdit, nec diſertè ipſius verbis comprehenſum eſt, rationi potiùs quàm legi tribuatur: ſed nihil proptereà mutandum equidem crediderim, eorum memor quæ ſunt ab Vlpiano & Iuſtiniano tradita in Legum libris

[a] ex lib. de catechizan. rudi. cap. 16.

[b] in ea κατὰ τιμάρχου, fol.13. Aldini exemplaris.

libris [a].) ἠγνοοῦντο, ὦ ἐκείνοις ἐπώλουν, τοῖς ἐλευθέροις προτρέπειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια. Præterea Dionyſius Halicarnaſſeus [b] qui ſub Auguſto floruit, præcepta dans orationis habendæ, ad athletas in certamen deſcenſuros: quò magis ab omni corruptione alienos ſe exhibeant, ne ſeruilibus verberib. coërceantur, qui de libertate potiſsimū gloriari ſolent; cuius fidem faciat ipſa eorum in athletarum numerum allectio, quod deferri & accuſari ſolerent qui conditione ſerui clanculum in athletarum numerum irrepſiſſent: ſatis apertè oſtendit (niſi fallor) nullam ſeruiles perſonas iſtorum certaminum antiquitus communionem habuiſſe: μέγιστον δὲ ἐπ᾽ ἐλευθερίᾳ φρονοῦντας εἰς τὰς τῶν δούλων τιμωρίας περιορᾶν αὐτοὺς ἐμπίπτοντας καὶ ἂν μὲν δούλων (malim δοῦλον) αἰσθάνωνταί τινα τῶν ἀγωνιζομένων εἶναι, κατηγορίαν αὐτοῦ (vbi malim κατηγορεῖν legere; vel certè ſicilicum ſiue virgulam præcedentem poſt ἀγωνιζομένων reiicere, vt coniūctim legatur, εἶναι κατηγορίαν: quod etſi leue eſt, à ſcoliaſte Sylburgio eruditiſsimo pleraque huiuſmodi non prætermittente nequaquā animaduertitur) καὶ ὡς ἀνάξιον (ſic malo pro ἀναξίου quod ille non notat) τοῦ ἀγῶνος ἐκκρίνειν. αὐτοὺς δὲ τὰς παρὰ τῶν ἀθλητῶν ψήφους τῆς ἐλευθερίας λαμβάνοντας τὴν τῆς δουλείας οἴκοθεν (deleo αὐτὸν, cum ſcoliaſte) φέρειν. In quibus verbis τὸ ἐκκρίνειν, quod ad probationem qua de agimus athleticam pertinet, obſeruandum admoneo: quod & in eam rem ab Ariſtotele [c] vſurpatum reperi, cùm de agonibus agens, οἱ ἄνθρωποι (ait) ὅταν τις ἢ ἐκκριθῇ ἢ προσδεχθῇ εἴς τι τῶν κατὰ σῶμα ἀθλημάτων οὐ πάνυ χαλεπῶς φέρουσιν οὐδὲ εἰς ἔχθραν καθίστανται τοῖς κρίνουσιν. Libertos tamen imperatorum Romanorum, & ad certamen admiſſos, ita vt non modò hieronicæ coronati, ſed etiam Synodi xyſticorū pontifices efficerentur; antiqua iſta inſcriptio me docuit ab Onuphrio [d] relata, vbi de Pontificibus & ſacerdotib. Deorum diſſerit: L. Aurelio Apolauſto Memphio Augg. lib. hieronicæ coronato & ton diapanton Apollinis Sacerdoti ſoli vittato Archierei Synodi & Augg. L. Aurelius Paniculus qui & Sabanas patrono optimo.

Nec principum modò ſed & priuatorum quorumq; ſiue patrumfamil. liberti, ad ſacra certamina & xyſtum admiſsi. Atque hoc exemplo aſcetarum gentilium, iſtud ipſum in Agoniſtis Chriſtianis obtinuiſſe reperio, quamuis ab agone martyrij,

*[a] l. ex eo. D. de teſtib. l. nominis. 6. §. vltim. D. de verb. ſignific. & Inſtitut. de legit. patron. tut. vbi tutela patronorum legitima vocari dicitur, non quia nominatim in lege 12. de hac tutela caueatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationē ac ſi verbis legis introducta eſſet.*
*[b] ἐν τῇ τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρ. περὶ ἀθλ. fol. 45.*
*[c] Problem. ſect. 30. quæſt. 11.*
*[d] Onuphr. Panu. in ciuitate Rom.*



martyrij, atque adeò ipſa Chriſtiani certaminis conſummatione ac perfectione (de qua decimo huius libri ſermone dictum eſt) neminem ſexus infirmitas, ætatis imbecillitas, ſimplicitas militaris, ſcenica vilitas, aut conditio ſeruilis excluderet; ſuſcipiendo certamini pares omnes haberentur, & parta victoria coronam aſſequerentur, & victores more ſecularium hieronicarum, dæmonibus ipſis veteribus antagoniſtis in poſterum maximo terrori eſſent (id quod ab Theodoreto Cyrenſi Epiſcopo libro [a] de Grecarum affectionum curatione octauo traditur) Attamen circa clericos (de quorum probatione ad illorum ſimilitudinem inducta inferiùs commodiore quopiam loco [b] differetur) aſcetas quippe Chriſtianos fuiſſe receptum equidem ſentio; vt manumiſsi atque adeò libertini ad ordines promoueri poſſent eccleſiaſticos: non item ſerui, vel qui originali aut alicuius conditione obligati forēt, ſicuti tum vetuſtis patrum canonibus [c], & ex ipſo Capitulario Caroli magni locis quamplurimis [d] tum verò Nouella Valentiniani principis 12. [e] disertè in hæc verba comprehenſum eſt: Originarij ſanè vel ſerui qui iugum natalium declinantes ad eccleſiaſticum ſe ordinem tranſtulerunt exceptis epiſcopis vt dictum eſt & presbyteris ad dominorum iura redeant, ſi non in eodem officio annum triceſimum compleuerunt quam conſtitutionem editam iuxta ſecundum & octuageſimum beatorum Apoſtolorum canonem [f] quo ſerui vetantur in ordinem clericorum ſine domini voluntate recipi: nec aliter niſi dominus permiſerit, vt & manumitteret domóque ſua ſecedendi quò vellent facultatem concederet (ſic enim Græca D. Clementis verba exponenda vt ad vetuſtam manumiſſionis formulam referātur, cenſeo) veteris conſtitutionis

*[a] qui eſt de Martyribus ad finem in fo. 122. editio. Græcolat. an. 92. vbi ſic ſcriptum de martyrij gloria, & gratia Chriſtianis humilibus potiſſimū conceſſa: ἐξεπέπωμεν γὰρ τινὲς καὶ πόθεν (ait) οἱ ταύτης ἀξιωθέντες τῆς χάριτος: ἆρα τινὲς ἐπίσημοι καὶ περιφανεῖς ἢ γένους αὐχοῦντες λαμπρότητα (vbi vel λαμπόντες, vel certè λαμπρότητα reponendum exiſtimarim) ἢ τοῖς τοῦ πλούτου περιρρεόμενοι ῥεύμασιν, ἢ ἐκ δυναστείας τινὸς γνωριζόμενοι γνώρισμοι, οὐδαμῶς ὦ ἄνδρες τούτων γὰρ οὐδενὸς μετεσχήκασιν, ἀλλ᾽ ἰδιῶται ἦσαν ἢ στρατιῶται. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ οἰκέται γεγένηνται, καὶ θεραπαινίδες: ἐν ἀσθενεῖ δὲ ἄγαν σώματι γενναίως ἠγωνίσαντο: καὶ αἱ μὲν στρεβλώσεις ἔλκουσαι τὸν τῆς χειρὸς ζυγὸν, αἱ δὲ εἰς γάμους οὐκ ἐπιστάμεναι· ἀκούω δὲ ἔγωγε τινὰς καὶ τῇ σκηνῇ συντραφέντας καὶ ἐξαπίνης τοῖς ἀγωνισταῖς συνταχθέντας καὶ ἀξιονίκους γεγενημένους καὶ τῶν στεφάνων τετυχηκότας καὶ τὴν ἀνάρρησιν σφόδρα δεδιττομένους τοὺς δαίμονας, οἷς ἦσαν ὑποχείριοι πάλαι.*
*[b] cap. 28. ad finem.*
*[c] apud Gratian. diſt. 54. cap. 1. & 2. & ſeq. cum paleis. & can. ex antiquis cum ſeq. cap. generalis ex cap. Admittuntur.*
*[d] lib. 1. cap. 88 fol. 23. pag. 2. & fol. 24. lib. 7. cap. 34 fol. 261. pag. 2.*
*[e] Nou. de epiſcopali iudicio, &c. & nequis clericus inuitus ordinetur. vnde videtur deſumptum cap. 116. lib. 6. in Capitulario Caroli Magni, fol. 195 pag. 2. vide cap. 1. & 2. & c. conſuluit, de ſeruis non ordinandis, apud Gregor. & in cap. 1. in fin. de filiis presbyt.*
*[f] vbi οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν κεκτημένων, &c. εἰδέποτε καὶ ἄξιος φανείη οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, &c. καὶ συγχωρῶσιν οἱ δεσπόται καὶ ἐλευθερῶσι καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστέλλωσι γινέσθω. Extat & in lib. 8. Apoſtolic. conſtit. apud Clemen. Roman. cap. 72. fol. 163. pag. 2. ad quem videndi Balſamon & Zonaras.*

tionis nomine à Leone atque Anthemio deſignatam reor [a] (quod ab aliis nondum adnotatum) vbi de adſcriptitiorum colonorum & agricolarum creationibus in clericos atque monachiſmis præcipitur, vt niſi poſſeſſorum conſenſus acceſſerit nullius ſint momenti. De ſeruis autem ita: vt non vtique nudus domini conſenſus ſufficiat, ſed manumiſsionem interuenire oporteat iuxta canonis Apoſtolici ſuperiùs prolati ſententiam; tametſi ad ſerui monachiſmum nudam domini voluntatem ſufficere poſteà [b] maluerunt. Iuſtinian. [c] verò & ſine domini voluntate, hoc eſt ipſo inſcio monachum factum elapſo triennio, vel (ex recenti conſtitutione) anno poſt adeptum clericatus ordinem, & liberari iugo ſeruitutis & permanere monachum vel clericum; nec aliter in ius prioris domini reuerti, niſi deſerto in fraudem religionis monaſterio vel clero conſtituit. Cæterùm vt inuitis dominis ſeruos, ſic etiam patronis libertos ad clerum aut monachiſmum promoueri olim non potuiſſe verum eſt: ac de libertis ita diſertè conſtitutum Elibertino conſilio cap. 80. didici [d] à Leone autem philoſopho dominis perpetuò in poteſtatem reuocandi ſeruos qui ipſis ignorantibus in clerum aut monaſterium allecti fuerint, facultatem attributã nouellis 9. & 10. conſtitutionibus [e], in quibus nihil circa adſcriptitios & colonos immutatum de iure Iuſtinianico [f]: per quod clericos præter voluntatem domini fieri permiſſum, ſub hac tamen lege vt clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant: Recipi verò inter monachos ſub iſta, vt intra triennium tamen ipſos dominus poſsit in ius ſuũ retrahere. Ideò in monitionis (vt vocãt) priuſquàm ad ordinationem promouendorum ad Eccleſiaſticos ordines clericorum procedatur, publicè in Eccleſia faciendæ formulá quæ in Pontificali extat; inter cæteros qui vetantur ad ordinationem accedere, ſeruos & adſcriptitios abſque dominorum cõſenſu ſcilicet, relatos; ſuperiùs à me oſtenſum eſt c. 12.

Ideò

[a] *l. iubemus 37. in princip. C. de epiſcop. & cler. & in §. ſeruos. Vide in cap. ſi quis & trib. ſeq. apud Gratia. diſtinct. 14. cap. eo libentius. & cap. mirabar. eſſe, de ſeruis non ordinandis, & apud Photium Nomocanon. tit. 1. de ſide, cap. 36. & Cuiac. cap. 20. de præſcriptio. §. decimum.*

[b] *l. ſeruis. 38. eod. tit.*

[c] *Nou. 5. de monach. cap. 2. vnde ſumpta Authen. verum. C. de epiſc. & cler. & cap. ſi ſeruus. apud Gratianũ, diſtinct. 54. Vide & Photium dict. cap. 36. tam ex d. Nou. 5. quàm ex Nou. 123. de ſanctiſs. epiſc. cap. 17. §. ſi ſeruus ſciente, & § ſi quis autem. ſiue cap. 55. cui & item illi alteri Nouel. Iuſtini. derogatum à Leone philoſopho circa ſeruũ qui inſcio domino in clerum vel monaſterium lectus ſit, Nou. 9. & 10.*

[d] *cap. vlt. apud Gratian. diſt. 54.*

[e] *quæ & Balſamone apud Photium citantur, d. c. 36. vbi videtur ignoraſſe aut in ſuo lib. non habuiſſe quod Nou. Iuſtin. 123. cap. 35. conſtitutum eſt, & c. 2. Nou. 5. perperam autem ad monachos retuliſſe quod de clericis traditur in d. cap. 17. Nou. 123.*

[f] *d. Nou. 123. de ſanctiſs. epiſc. in c. 17. verſ. adſcriptitios. & in c. 35. verſ. & ſi intra triennium: & cap. 15. cuius initium, ſed neque: vbi de non recipiendis inter clericos curialibus aut officialibus ne qua ex hoc venerabili domui, aut clero fiat iniuria. Sic enim ibi legendum è Græco, ἵνα μηδὲς ἐκ τούτου τῷ σεβασμίῳ οἴκῳ ἢ κλήρῳ ὕβρις προσγένηται.*



Ideò & in ipſo Pontificalis ordinis libro [a] ſcriptum, In conſecratione ſua Epiſcopum à Metropolitano prohiberi ne bigamos, aut curiales, aut de ſeruili conditione ad ſacros ordines promoueat: & poſteà in edicto quod metropolitanus tradit ſcriptum conſecrato; Bigamum aut curiales, aut ſeruum cuiuſlibet ad ſacrum ordinem nequaquam promoueas, nec neophytum, & reliqua.

De probatione autem illorum qui à gentilibus aut Iudæis ad myſterium pietatis Chriſtianæ primò accederent, in libris Apoſtolicarum conſtitutionum [b] agens B. Clemens & ab iis qui eos adduxiſſent ipſis tribui teſtimonium excuſsis diligenter omnibus quæ ad eos pertinent circa mores, vitam & originem ſiue conditionem & perſonæ ſtatum. Adiicit ſtatim, vt ſi fuerit ſeruus Chriſtiani, ab epiſcopis ſiue presbyteris interrogetur dominus eius an præbeat ei teſtimonium: ſi non præbeat, repellatur, quoad ſe probet domino; ſin verò præbeat, ſuſcipiatur: ſi fuerit famulus Ethnici, doceatur placere domino ne Euangelium infametur. Vnde intelligimus, à baptiſmo ſeruos etiam non accedente domini voluntate minimè repulſos; niſi tamen Chriſtianus dominus eorum mores vitámque ſuo teſtimonio commendare nollet. Et valde fallor, niſi ad iſtam catechumenorum itemque infantium baptizandorum probationem, ſeptem illa ſcrutinia pertinuêre; quorum Ordo Romanus mentionem habet in hæc verba, vbi [c] de ſecunda feria hebdomadæ tertiæ in quadrageſima: Scrutinii diem, dilectiſsimi fratres, quo electi noſtri diuinitus inſtruantur imminere cognoſcitis, ibidémque ſolita deuotione ſuccedente, ſequenti quarta feria circa horam tertiam conuenire dignemini vt cœleſte myſterium &c. peragere valeamus. Et ſtatim vbi de quarta hebdomada quadrageſimæ & quarta feria, vbi actum eſt de inſcriptione nominum, de qua extremo cap. 16. meminimus: Eadem die (inquit) agitur ſcrutinium tertium, quod maximum eſt inter ſeptem ſcrutinia. Eadem die tãguntur aures & nares catechumenorum digitis presbyterorum: Eadem die percipiunt orationem Dominicam & ſymbolum, ad reddendum in ſymbolo [d] S. Paſchæ. Item benedictio cineris

[a] *cap. de examinatione, ordinatione, & conſecratione epiſcopi.*

[b] *lib. 8. Apoſto. conſtit. cap. 32 fo. 150. vbi ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι καὶ ὁ βίος καὶ εἰ δοῦλοι εἰσὶν ἢ ἐλεύθεροι. καὶ ἐάν τις ᾖ δοῦλος, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ, εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω. εἰ δὲ ἐθνικοῦ ᾖ οἰκέτης, διδασκέσθω εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἵνα μὴ βλασφημῆται ὁ λόγος, de proagonibus baptizandorũ tanquã athletarum actum eſt hoc ipſo lib. c. 11.*

[c] *fol. 31. Ordinis Romani de officiis diuinis capite cuius inſcriptio: Incipit ordo vel denũciatio ſcrutinij ad electos quod tertia hebdomada in quadrageſima ſecũda feria nunciatur. vnde quæpiã alia deſumpſi & contuli in cap. 16. ſup. vbi de inſcriptis in albo nominibus baptizatorũ velut athletarum.*

[d] *vbi pro ſymbolo (quod perperam, ita vt alia cõplura locis aliis oſtẽdimus vltimo cap. lib. 2. Semeſt. è ſuperioribus repetitum eſt) repoſuerim libenter, vel Sabbato, vel Vigilia: è ſequentibus.*

neris ad eos, qui ſcrutinia ſunt habituri, & baptizari deſiderant, & cætera: in quib. eſt exorciſmus cineris ſuper eos ſpargendi qui ſcrutinia ſunt habituri. Qua ſparſione cineris expleta tangere presbyterum debere ſingulorum nares de ſputo oris ſui traditur. Tum aliquanto pòſt [a] hoc expleto iterum annunciat eis ſicut ſuperiùs, vt reuertantur ad ſcrutinium ſextum in ſequenti hebdomada vltima ante Paſcha: qua die vel apud quamcunq; Eccleſiam voluerit, & complent ipſum ſcrutinium vel miſſam per omnia, ſicut anteriora fecerunt: ita tamen agendum eſt, vt à primo ſcrutinio quod incipit tertia hebdomada in quadrageſima, vſque in ſabbathum ſanctum in vigilia Paſchæ ſeptem ſcrutinia eſſe debeant, ſecũdum formam ſeptem donorum ſpiritus ſancti, &c. Item annunciat presbyter, vt ipſo ſancto ſabbatho hora tertia reuertantur ad Eccleſiam; & tunc catechizantur, & reddunt ſymbolum & baptizantur, & complebuntur ſeptem oblationes eorum. Rurſum circa monachiſmum non præponi ingenuum ex ſeruitio conuertendis, niſi alia cauſa rationabilis exiſtat, D. Benedictus voluit in regula [b]: hoc addito vice rationis elogio, quia ſiue ſeruus, ſiue liber, omnes in Chriſto vnum ſumus & ſub vno domino æqualem ſeruitutis militiam bajulamus. Qualis verò illa militia extiterit vetuſtorũ & (vt ita loquar) primiceriorum Chriſtianorum veram vtique philoſophiam profitentium exercitatio: athleticæ illi ethnicæ, licet circa corporis potiſsimùm præſtantiam occupatę non adeò diſsimilis; niſi quod circa ſalutem animæ, Deíque cognitionẽ & verum cultum ipſa verſabatur; huius libri capite tertio ad extremum oſtẽdimus. Sed à ſpiritualibus iſtis athletis ſiue agoniſtis [c] ad corporales (vt ita loquar) aut carnales gentilium athletas velut ex diuerticulo quopiam in viam redeundum eſt.

[a] *fol. 41. Ordin. Rom.*

[b] *cap. quod prælatus non debet eſſe acceptor perſonarum.*

[c] *rectè: nam de monachis agens Leo philoſ. agonis nomẽ vſurpauit octaua conſtit. de eo qui monaſt. vitam deſerit. De quib. etiam non minus quàm de athletis ἀσκήσεως nomen prolatum oſtendi lib. ſuperiore cap. 28.*

*Themiſtij locus de illa probatione Athletarum explicatus & emendatus. Bomonicæ διαμαστίγωσις. Pauſanias interim caſtigatus, atque Themiſtius; de Laconum regum familiis. Probatio Pythagorica, & monaſtica ſublato interea mendo ex ordinis Pontificalis codice. Militia cœleſtis ſiue Chriſtiana. Sacræ probatoriæ. Poëtici apud Toloſates agonis leges, & ex ijs agoniſtarum probatio.*

## Cap. XVIII.

SANE' apud Cretenſes (à quibus athletica primùm profeciſſe creditur) ſicuti armorum tractatione, ita & corporis



corporis exercitationibus atque gymnaſiis huiuſmodi, ſeruis fuiſſe olim interdictum ille ipſe Ariſtoteles [a] in politicis docet: ſic admodum ſcribens, ἐὰν μή τι σοφίζονται τοιοῦτον οἷον Κρῆτες· ἐκεῖνοι γὰρ τἄλλα ταὐτὰ τοῖς δούλοις ἀφέντες, μόνον ἀπειρήκασι τὰ γυμνάσια καὶ τὴν τῶν ὅπλων κτῆσιν. Nec aliò pertinet (niſi me animus fallit) quod apud Elæos ſeu Piſatas, id eſt apud Olympiam non alios denudatos & ad certamen gymnicum admiſſos, niſi qui matrem, patrémque ciere poſſent, ſtirpéque integra, & minimè adulterata eſſent procreati; ab Euphrada Themiſtio [b], in hæc verba traditur; αἱρεῖν δὲ Ἠλείους μὲν καὶ Πισάτας οὕτω δή τοι ἀποσεμνυνομένους τὸν ὀλυμπιακὸν κότινον ὥστε μὴ ἐφιέναι γυμνοῦσθαι εἰ μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι πατέρα τε αὐτοῦ καὶ μητέρα καὶ τὴν ῥίζαν τῆς βλάστης ἀκέραιον, καὶ ταῦτα σωμάτων ἀγῶνα τιθέντας ἐν ᾧ τῶν σωμάτων ἐξήρκει ἐπιμελεῖσθαι εἰ ἰσχυρά τε καὶ ῥωμαλέως ξυμπεπηγότα: & additur ſtatim de Philãmone quopiam (illo fortaſſe quem Tamyridis patrẽ agone muſico Pythiam coronã abſtuliſſe libro primo è Pauſaniæ Phocicis diximus) permiſſuros illos non fuiſſe, vt in arenam deſcenderet, niſi priùs Ariſtoteles de ipſius genere, atque origine fidẽ feciſſet, eúmque adoptaſſet, ἀλλὰ τὸν γε Φιλάμμονα ἐκεῖνον οὐκ ἄν ποτε ἠφίεσαν πρὸς τῷ Ἀλφειῷ κονίσασθαι μὴ ξυμμαρτυρήσαντος Ἀριστοτέλους τοῦ γένους καὶ παῖδα ποιησαμένου. Sequitur deinde redditio comparationis, ſiue ſimilitudinis; in qua verbo ἐκκρίνειν vtitur, quod ad probationem athleticam pertinere ſuperiùs admonui: ἡμεῖς δὲ εἰς τὸν ἀγῶνα τῆς ἀρετῆς καὶ ὄντινα ἔτυχεν ἐκκρινούμενον, οὐδὲ ἀπαμφιάσαντες πρότερον γυμνὴν τὴν ψυχὴν τῶν ἐπιθέτων ἀμφισμάτων, &c. Apud Lacedæmonios quidem cùm adoleſcentes qui Bomonicæ dicebantur (vt eſt apud Hyginum [c] in fabulis) aræ ſuperpoſiti in honorẽ Dianæ contenderẽt, quis plura poſſet verbera ſuſtinere (quæ διαμαστίγωσις [d] dicebatur) ſeruos ad ipſam non minùs quàm ingenuos & nobiles admiſſos reperio. Nobiles quidẽ adoleſcẽtes ea inter ſe decertaſſe Tertull. auctor eſt; ita omnino ſcribens in libro ad martyres: Nam quod hodie apud Lacedæmonas ſolemnitas maxima eſt, διαμαστίγωσις id eſt flagellatio, non latet. in quo ſacro ante aram nobiles quique adoleſcentes flagellis affliguntur aſtantibus parentibus & propinquis, & vt perſeuerent adhortantibus. Ipſe adeò ante illũ Seneca in libro [e], Quare bonis viris mala

[a] *lib. 2. c. 5. iuxta Latinos tertio iuxta Græcos.*

[b] *in Oratione 1. è quatuordecim impreſ. ab Henr. Steph.*

[c] *Fabul. 261. fol. 50. pag. 2.*

[d] *ſcoliaſtes Thucydidis igitur ad lib. 3. fol. 60. ἀμέλει καὶ διαμαστιγώσεις ἐγίνοντο κατά τινα καιρὸν ἐν αἷς οἱ πλείονας ἐνεγκόντες, ἀνδρειότεροι ἐνομίζοντο.*

[e] *cap. 4. fol. 273. editio. Pariſ. qua de re vide Ciceronem in 2. Tuſcula. Plutarchũ Lycurgo pag 35. edition. German. Libanium περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης pag. 157. ἀλλὰ νῦν μὲν ἐφ' ἑορτὴν λακωνικὴν τὰς μάστιγας ἐπειγόμενος. Videſis & Syneſiũ aduerſus Andronicum pag. 29. & Petronium Arbitrum Satyrico.*

 acci

accidant, perſpicuè iſtud tradiderat ſic ferè; Hanc itaque rationem Dij ſequuntur; in bonis viris quàm in diſcipulis ſuis præceptores: qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior ſpes eſt. Nunquid tu inuiſos eſſe Lacedæmoniis liberos ſuos credis, quorum experiuntur indolem publicè verberibus admotis? Ipſi illos patres adhortantur, vt ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac ſemianimes rogant, perſeuerent vulnera præbere vulneribus. Quid mirum, ſi durè generoſos ſpiritus Deus tentat? Nunquam virtutis molle documentum eſt. Lucianus itidem de Lacedæmoniorum exercitationibus agens [a] in eandem ſententiam de iſta puerorum apud ipſos flagellatione loquitur; niſi quod minarum inſuper maternarum precibus adiunctarum ad patientiam laboris inuitantibus, & verò ſtatuarum publico ſumptu pueris in eo agone occiſis poſitarum mentionem iniicit: quo loco, *μάλιστα δὲ* (inquit) *ἢν ὁρᾷς μαστιγουμένους αὐτοὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ καὶ μητέρας παρεστώσας οὐχ ὅπως ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας ἢν μὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγάς, καὶ ἱκετευούσας ἐπιμήκιστον διαρκέσαι πρὸς τὸν πόνον, καὶ ἐγκαρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς· πολλοὶ γοῦν καὶ ἐναπέθανον τῷ ἀγῶνι, μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντες ἔτι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων, μηδὲ εἶξαι τοῖς σώμασιν, ὧν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ὄψει τιμωμένους δημοσίᾳ ὑπὸ τῆς Σπάρτης ἀνατεθέντας*. Ita verò Dianæ Orthiæ Tauricæque, ſiue Scythicæ aram ſanguine iuuenum ex inſtituto Lycurgi flagris mutuò ſeſe lacerantium impletam, ac perfuſam; & ſacerdotem Dianæ ſimulachrum tenentem, quæ huic rei præſidebat, ex ipſius alioquin leuioris ſigni onere diſpicere ſolitam, vtrùm per colluſionem quamdam iuuenes minùs ferirẽt, parcerẽtque ictibus ſociorum, à Pauſania [b] traditur: *θυομένων δὲ* (inquit) *ὅντινα ὁ κλῆρος ἀπελάμβανε Λυκοῦργος μετέβαλεν ἐς τὰς ἐπὶ τοῖς ἐφήβοις μάστιγας, ἐμπίπλαταί τε οὕτως ἀνθρώπων αἵματι ὁ βωμός. ἡ δὲ ἱερεία τὸ ξόανον ἔχουσα σφίσιν ἐφέστηκε· τὸ δὲ ἐστιν ἄλλως μὲν κοῦφον ὑπὸ σμικρότητος. ἢν δὲ οἱ μαστιγοῦντές ποτε ὑποφειδόμενοι παίωσι κατὰ ἐφήβου κάλλος ἢ ἀξίωμα, τότε ἤδη τῇ γυναικὶ τὸ ξόανον γίνεται βαρὺ, καὶ οὐκ ἔτι εὔφορον· ἡ δὲ ἐν αἰτίᾳ τοὺς μαστιγοῦντας πεποίηται καὶ πιέζεσθαι δι' αὐτούς φησί*. Nec tamen neſcio ad recentiora tempora Lacedæmoniorum quibus in Pauſaniam ſacris operantem incurrẽte Lydi, huius Diamaſtigoſeos iuuenilis originem ab aliis

[a] *Anachar. ἢ περὶ γυμνασίων. poſt illa quæ attuli Agoniſt. 1. c. 12.*

[b] *Laconicis, fol. 76.*



aliis referri: è quorum numero Plutarchus Ariſtide [a] iſtud hiſce admodum verbis commemorat: *ἔνιοι δέ φασι τῷ Παυσανίᾳ μικρὸν ἔξω τῆς παρατάξεως θύοντι καὶ κατευχομένῳ τῶν Λυδῶν τινας ἄφνω προσπεσόντας ἁρπάζειν καὶ διαρρίπτειν τὰ περὶ τὴν θυσίαν· τὸν δὲ Παυσανίαν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν οὐκ ἔχοντας ὅπλα ῥάβδοις καὶ μάστιξι παίειν. διὸ καὶ νῦν ἐκείνης τῆς ἐπιδρομῆς μιμήματα, τὰς περὶ τὸν βωμὸν ἐν Σπάρτῃ πληγὰς τῶν ἐφήβων· καὶ τὴν μετὰ ταῦτα τῶν Λυδῶν πομπὴν συντελεῖσθαι*. Vtcúmque ſe res hac in parte habeat; ſeruilem & mancipiis dignam huiuſmodi flagellationem, atque patientiam Philoſtratus [b] vocat, *τὴν καρτερίαν ἀνδραποδώδη*: & ſeruos non minùs quàm ingenuos ac nobiles, ea ſolitos inuicem contendere diſertè Themiſtius illo quem antè oſtendi loco memorat, his verbis: quæ vt eadem opera caſtigentur, ſubiiciam lubens, *Λακεδαιμονίους δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τά τε ἄλλα τὸν Λυκοῦργον αἰσχύνειν καὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθίας ὁμοίως μὲν δούλους ὁμοίως δὲ ἐλευθέρους ἀνάγειν τόν τε εἵλωτα, εἰ τύχοι τόν τε Εὐρυποντίδην ἢ Ἀγιάδην ἢ τοῦτό γε ἴσως οὐκ ἀπὸ τρόπου μαστίγων γὰρ τὸ ἀγώνισμα, καὶ ὁ στέφανος*: Vbi quod ſcriptum *Εὐρυποντίδην*, quamuis ab Eurypontе (de quo apud Pauſaniam [c] agitur alicubi) Eurypontidas dici potuiſſe non negem: quorum etiam nomen reſtitui debere, vt ſit *Εὐρυποντιδῶν* pro *Εὐρυπόνδων* apud ipſum Pauſaniam alio quodam loco [d] arbitror: nihilominùs tamen cùm Agiadum hoc loco fiat mentio, & altera Regum Spartanorum familia nomen Eurytionidum habuerit (vt Plutarch. [e] diſertè tradit: quamuis duas familias aliter Æmilius Probus [f] nominet, Proclis nimirum & Euryſthenis; qui principes ex progenie Herculis Spartæ Reges fuerint, id quod & ab Herodoto [g] ex hiſtoria Lacedæmoniorum, cùm eam cæteri Greci neutiquam ſequantur, enarratum ſcio) putem hîc *Εὐρυπονίδην* potiùs quàm *Εὐρυποντίδην* ſcriptum à Themiſtio: ſicuti etiam pro *Εὐρυπρωτιδῶν καὶ Ἀγιαδῶν* in Lyſandri à Plutarcho [h] relatis apophthegmatis, perquàm optimè Xylander Euritionidarum & Agiadarum reddidit.

Illo inſuper loco quem cœpi expendere; pro *καὶ ὁ στέφανος*, reponendum ex mente Themiſtij, *καὶ οὐ στέφανος*, vel potiùs *καὶ οὐ στεφάνου*: vt propterea dicat Helotas hoc eſt ſeruos cum nobilibus Lacedæmoniis quibuſque admiſſos ad illud *διαμαστιγώσεως* certamen; quoniam in eo non de adeptione coronę,

vt

[a] *in eius vita circa mediũ fol. 603. editio. Step.*

[b] *lib. 6. de Apollonio. fol. 39.*

[c] *Laconicis fol. 68. Et Meſſenicis fo. 89. Ald. exẽpl.*

[d] *Laconicis fol. 73.*

[e] *Lycurgo fo. 73. edit. Steph. & in Ægidis & Cleomenis vita ſub initium in pag. 1460. eiuſdẽ editionis.*

[f] *Ageſilao.*

[g] *Erato lib. 6. fol. 221. editio. Stephan.*

[h] *Ἀποφθέγμ. λακων. fol. 403. lib. Stephan.*

vt in ſacris agonibus (à quibus propterea ſeruos arceri, quos vtique coronæ neutiquàm decent, ſuperiùs dixerat, illis ipſis verbis quæ à me allata ſunt) ſed de flagellatione, ac ſanguinis effuſione: propter quam coronari iuuenes Laconas ſolitos, non modò non Hyginus in fabulis, aut Plutarchus Lycurgo; ſed ne ipſe quidem Pauſanias, nec Philoſtratus memorāt; qui duo fuſiſſimè de Diana Orthia & iſtis ipſius ceremoniis loquuntur, iis quos ſuperiùs indicaui locis. Nec tamen neſcio *μετωνυμικῶς* accipi poſſe coronam hoc loco, tuendæ vulgatæ editionis gratia; vt hoc nominis (quemadmodum apud iuriſconſultum [a] de ſpe præmiorum pro coronis ſacris præſtitorum agentem ſuperiore libro [b] expoſui) ſimiliter apud Themiſtium victoriam ſignificet. Sed hoc dico; de ſola ob patientiam & conſtantiam gloria non de præmio coronæue vllius adeptione (velut in ſacris agonibus antiquæ Græciæ ſolitū) decertaſſe apud Lacedæmonios illa *διαμαστιγώσει* quoſlibet pueros; id quod antè admonui, & iſto inſuper Plutarchi [c] noſtri teſtimonio, quod illam *διαμαστίγωσιν* Laconicam illuſtrat, confirmari cenſeo: *οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς ξαινόμενοι μάστιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσιν ἱλαροὶ, καὶ γαῦροι, ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους. ὅστις αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον τε καὶ μᾶλλον καρτερήσειε τυπτόμενος, καὶ ὁ περιγινόμενος, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδοξός ἐστι καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα διαμαστίγωσις. γίνεται δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος*: In quibus illud *ἁμιλλώμενοι ὅστις αὐτῶν*, &c. *καρτερήσειε τυπτόμενος*, explicat iſtud Themiſtij *μαστίγων γὰρ τὸ ἀγώνισμα*. Tum verò quod ait *οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς* generaliùs multò accipiendum quàm ſi ſcriptum foret *οἱ παῖδες αὐτῶν*: vt iuxta Themiſtij ſententiā, quæ ſuperiùs expoſita, ipſos quoque ſeruos apud Spartam degentes, pueros non minus quàm ingenuos liberóſue comprehendat. Denique illa *περὶ νίκης* & *ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδοξός ἐστι* quæ coniecturam noſtram, adiuuant, penitus conſiderāda moneo.

Ex ea verò (vt ad rem reuertar) athletica probatione, Pythagorica [d] ſilentij quinquennalis illa, mihi duxiſſe originem videtur; ac tum deinde ipſa quoque monaſtica: quam initio triennalem fuiſſe illorum qui aſcetæ [e] dicerentur (quod verbum ad athletas pertinere iam ſatis oſtenſum ſuperiore tractatu fuit) ex ipſis vetuſtis canonibus [f] atque conſtitutionib. principali

[a] *l. commodis. D. de re iudic.*
[b] *lib. ſuper. c. 17.*
[c] *in lib. qui inſcriptus τὰ παλαιὰ τῶν Λακεδαι. ἐπιτηδεύματα, fo. 426. Stepha. lib.*
[d] *de qua apud Diogenem Laërtium lib. 8. f. 312. in Pythagora περὶ πενταετίαν δὲ ἡσύχαζεν μόνον τῶν λόγων κατακούοντες καὶ οὐδέπω Πυθαγόραν ὁρῶντες εἰς ὃ δοκιμασθεῖεν· τοὐντεῦθεν δὲ ἐγίνοντο τῆς οἰκίας αὐτοῦ καὶ τῆς ὄψεως μετεῖχον.*
[e] *vide quæ ſcripſi cap. 28. lib. proximi ſup. vbi περὶ ἀσκήσεως circa med. cap.*
[f] *vide in Synodo Conſtantinop. ca. 5. vbi Balſamon. & Phot. Nomocanonis ſui tit. 11. de conſtruct. monaſt. cap. 2. fo. 75. verſionis Hernettica.*



principalibus [a] apparet: quibus de ſtatu & conditione perſonæ, déque occaſione conuerſionis eius ad monachiſmum, itémque de patientia ipſius & honeſtate inquiri, atque probationes fieri ſolitum demonſtratur, antequàm ad profeſsionem, detonſionem, monaſticíque habitus aſſumptionem conuerſus admitteretur: *πυνθάνεσθαί τε αὐτῶν εἴτε ἐλεύθεροι καθεστήκοιεν εἴτε οἰκέται καὶ πόθεν αὐτοῖς ἐπιθυμία τοῦ μονήρους εἰσῆλθε βίου*, & cæt. *καὶ διάπειραν λαμβάνειν τῆς αὐτῶν καρτερίας τε καὶ σεμνότητος, οὔτε γὰρ ῥᾴδιον βίου μεταβολὴ μὴ μετὰ συντονίας ψυχῆς γινομένη*. Sic probatis moribus demum & integritate caſtiſsima, ad diaconatum, presbyteratum & epiſcopatum mereri peruenire quempiam, ab Leone, atque Anthemio quadam Iuſtinianici Codicis conſtitutione [b], traditur. Militia hæc cæleſtis fuit: ſicuti clericorum, presbyterorum, epiſcoporum, patriarcharum, atq; pontificum: de quorum probatione inferiùs [c] adferam, quod athleticæ iſti tractationi commodum eſſe videbitur. Quamobrem Valafridus Strabo [d] alicubi, Sicut tribuni militibus præerant, ita (inquit) abbates monachis athletis ſpiritalibus præeſſe noſcuntur. Et in ordinis pontificalis codice [e], vbi ad profeſsionem nouitiorum monaſticam ſpectans oratio ad Deum proponitur; hæc verba militaria athleticis permiſta licet cognoſcere: vt huic famulo tuo ſæcularibus actibus renuncianti largè tuæ pietatis gratiam infundere digneris; quatenus caſtris tuis inſertus ita tibi militando ſtadium vitæ præſentis percurrere valeat, vt brauium æternæ remunerationis te donante percipiat. Quo loco dubium non eſt mihi quidem; quin pro, ſtudium (quod habet manuſcriptus metropolitanæ apud Toloſam noſtram eccleſiæ liber) legi oporteat, ſtadium: quandò illum D. Pauli ad Corinthios locum, eius orationis eccleſiaſticæ vetuſtus auctor in memoria videtur habuiſſe: in quo, *οὐκ οἴδατε* (inquit [f]) *ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον*. Ad armatam

[a] *Nouel. Iuſtin. conſt. de monach. 5. §. nunc autem: vnde Photi' omnia in ſui Nomocanonis locum à me iam citatum trāſtulit. Triennium autem, anno poſteà mutatum Nou. conſti. 123. de ſanctiſs. epiſc. § ſi ſeruus, & apud Gratia. can. 1. vbi glo. in verbo Anni 17. quæſt. 2. De monachis multa diximus ſerm. 21. lib. 3 Semeſt. Ad probationem monachorū ſpectat potiſſimùm quod in Regula D. Benedicti legitur capitulo de diſciplina ſuſcipiēdorum fratrum, vbi inter cætera: Poſt duorum menſium circulū legatur ei hæc regula per ordinem & dicatur ei: Ecce lex ſub qua militare vis: ſi potes obſeruare, ingredere: ſi verò non potes, liber diſcede. Si adhuc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam cellam nouitiorum, & iterum probetur in omni patientia. Et quod in lege Francica lib. 1. cap. 69. de voto monachorū & clericatu, fol. 271. ſic ſcriptum: & vt ad monaſteria venientes ſecundùm regularem ordinem primò in pulſatorio probentur & ſic accipiantur.* [b] *l. ſacroſanct. 32. in princ. de epiſc. & cleric. C. videſis & de probatione clericor. & preſbyter. circa ætatem, mores atq; doctrinam in Nou. Iuſtin ſup. d. 123. §. clericos. & §. preſbyt. & quod legitur in additio. 1. ad capitul. Caroli magni, c. 34. fol. 343. vbi de obſeruat. regular. & c. 35. & apud Gratian. diſt. 53.* [c] *ad extremum c. 28.* [d] *de exord. & increm. rer. eccleſiaſt. c. 31. vnde ſcripſi lib. ſuperior. c. 28. ad marg. vbi περὶ ἀσκήσεως.* [e] *cap. de profeſſio. nouitiorū.* [f] *epiſt. 1. c. 9. ver. 24.*

armatam quoque Palatinámq; non aliter admitti ſolitos antiquitus,niſi è ſacris probatoriis, ipſarumq; authentico manu principis ſubſcripto ; quos examine domus generis omníſque vitæ conditionis habito penitus liberos inquiſitio deprehendiſſet;conſtitutionibus [a] in eundem codicem relatis comprehenſum ſcio : quem ab illo veteri athletico morem,ſiquis duxiſſe originem aſſeruerit, haud longè ab eo, quod verum eſt, mihi quidem aberraſſe videbitur.

Quemadmodum verò ad armatæ militiæ iuſiurandum ante initium anni decimi ſeptimi quæ militaris ætas apud Romanos fuit, olim non admiſsi nec aliter recepti quàm vt probarentur per aliquod tempus & ſacramento adigerentur: Ita in athleticæ ſiue aſceticæ gentilis album qui aſcriberentur, iureiurando ſe aſtringere poſt probationem aliquo ſoliti ; de quo cap.23.dicturi ſumus. Et ſimiliter in aſceticæ Chriſtianæ militiæ ( productam enim ad milites quoque athletarum appellationem huius libri cap. 6. docui) hoc eſt monaſticæ ac regularis vitæ numeros referri prohibentur Tridentinorum patrum decreto [b] ; qui annum decimum ſextum non priùs expleuerint,vt ſcilicet profeſsionis votũ poſsint tunc demum emittere ac ſolemni ſe ſacramento auctorare. Sed nec aliter, quàm vbi per annum in probatione poſt ſuſceptum habitum ſteterint;ad profeſsionem admitti placuit. Aliter factam obligationem aut renuntiationem etiam iuratam, nihilominus irritam & nullius momenti eſſe viſum : finito demùm Nouitiatus illo tempore nouitios à ſuperioribus ad profeſsionem admittendos quos illi habiles inuenerint , aut è monaſterio eiici debere. Fuit hæc nimirum ad exemplum & imaginem explorationis athleticę vetuſtæ introducta iam olim religioſa Chriſtianorum aſcetarum probatio. Athleticę profectò illius probationis vetuſtum exemplum noſtiæ agoniſtarũ in poëtico Toloſatum certamine probationi auctoritatẽ,& ſpeciem haud mediocrem præbet:cùm legibus huius certaminis à me aliquoties iſto trino tractatu celebratis , vt commentario publico qui apud Capitolinum Archîum extet comprehenſas memorarim:Hoc quoque(quod cum illis Græcorum athleticis legibus conſentire manifeſtum eſt) exprimi video , ne vlli fœminæ præſenti , abſentíve niſi excellenti cuipiam , eximia eruditione,

[a] *vide l.9.& 10. de diuerſ.offic.& apparit. iudic.C. & ibi Cuiaciũ. vide & locos à Briſſonio notatos lexico, in probatoria. Quibus adiungito l.1.& 2. Cod.Theod.Quid probare deb. ad quamcumq; milit.venient.tit.2. libr. 7. præterea Græcã Conſtantini conſtitutionem & Cedrini locum è Cuiacij notis ad d. l. 9. quem citat Godeſcalcus ad Vegetium.*

[b] *Concil.Triden. 25. ſeſſ. de regularib.& monial. cap.15. & 16.*



eruditione , atque honeſtate , vt ab omni compoſiti adhibita cuiuſpiam opera poëmatis ſuſpicione penitus vacet ( verùm quis talem quampiã reperire poſsit? ) neque verò infideli cuiquam(vt puta Iudęo,Saraceno,excommunicato,malę famæ, morúmque publicè improbatorum homini,falſario,proditori,blaſphematori,periurij conuicto,hæreſeos vllius damnato, aut etiam ſuſpecto)præmia iſta,ſiue honoraria, cõferri ac tribui queant. Qua de re his vernaculis verbis ita cautum [a] lubens memini : *A femna preſen ni abſen no iucia hom ni dona deguna de las ditas ioyas,ſi donx no era de gran honeſtat e dignitat, e de tan grand ſcienſa e ſubtilitat , que per fargar amb autru no pogues eſſer ſoſpichoza* &c. *mas qui la poyra trouuar aytal : E mens deu hom donar ioya a perſona in fizel come Ioſieu Sarrazy ni ad home excumeniat : Et ſi a degu daquels, am loſquals non es legut de conuerſar ni participar : ni ad home diffamat,ni de mala vida ni ad home fals trardor blaſphemador , ni renegador de Dieu , ni a periut manifeſto de recgia condampnat o tocat.*&c.

[a] *fol. 67.pag. 1. & 2.lib.2.& itẽ ſub init.lib.1.*

*Athletas interdum ſine pugna,qui tamen in ſtadium deſcendiſſent , coronatos. Adagium apud Platonem & Plutarchum expoſitum. Relinqui λείπεσθαι : caſtigato bis Dione Chryſoſtomo & quodam inſcriptionis antiquæ lapide. λείπεσθαι deficere ac vinci : notato interprete Athenæi ad marginem , cui πλεονεκτεῖν contrarium apud eundem Plutarchum reprehenſo eius interprete:ſed & τὸ διώκειν apud D.Paulum. Excluſum ab agonibus eum qui ad diem præſtitutam non adfuiſſet. Alius Plutarchi locus expoſitus notato itidem interprete in marg.Detrectantem certamen,aut ex eo fugientem,pro victo habitum . Interdum eos qui fraude aduerſarij ſuperati forent coronatos.Dolum ac proditionem inter agoniſtas in reprehenſione poſita.Epheſiæ literæ incantatoriæ; Suda correcto quem Parœmiographus non intellexit. Ecquid Alcibiades Olympionica verberatus ab Eleis. Victos quoque ſuis , ſed minoribus affectos præmiis. Τὸ ἀέθλιον apud Homerum ὑποκοριστικῶς aduerſus Euſtathium exponitur. Leptotes exempla.*

## CAP. XIX.

PROBATOS autem athletas , qui leges omnes morémque atque ordinem certaminis obſeruaſſent, depugnare in ſtadio coram omni populo atque Hellanodicis ludorúmque curatoribus,ſed & vincere ac æmulis eſſe ſuperiores oportuit: vt coronam palmámque ac cætera quæ diximus præmia conſequerentur, idque adhibita tam Chry-



ſoſtomi,

ſoſtomi, quàm Heliodori auctoritate oſtendimus. Veruntamen hoc ita ex aliquo Pauſaniæ loco [a] debet intelligi, vt & ſi victoriam conſequuti non forent, ſi tamen per ipſos minimè ſtetiſſet, quin decertarent ac vincerent (æmulis, puta, deficientibus, neque ad perſcriptam comparentibus diem) coronari etiam potuerint: quippe cùm, eorum qui ſeriùs aduenisſent, excluſorum temporis προθεσμία ſiue præſcriptione, aliquam haberi rationem legibus agoniſticis vetaretur, nullam excuſationem admittente certamine; iuxta Platonis [b] iſtud, ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαί φασιν. Quod prouerbium ad iſtam gymnici agonis obſeruationem referēdum arbitror: hoc memoria repetens ſcilicet quod de B. Ioanne Chryſoſtomo didici; ne ipſis quidem qui in ſtadium intra tempus ſacris agonibus præſtitutum prodierant, eo elapſo decertare licuiſſe: aut cum ſpe vlla coronæ capiendæ aut fortaſſe animi etiam gratia. Neque enim aliquis athletarum (inquit ille [c] ad Theodorum ſcribens) poſt ea quàm egreſſus ſtadio fuerit, ſpectaculis ex more finitis luctamen aggredi poteſt. Illius autē & ſimilis alterius prouerbij, apud Suidā mentio, & explicatio: quem cùm parœmiographi [d] citandum in hanc rem ſibi minimè duxerint, auctorem ab illis ipſis alibi ſæpiſsimè laudatū; ideò faciam lubenter, vt verbis huius prolatis & ſuperiora interim explicem, & ſimul ipſi quod ſuum eſt reponam, ſicuti ſoleo. Ita igitur ille in Ἀγωνάρχαι. καὶ παροιμία (inquit) ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις, τίθεται ἐπὶ τῶν μηδὲν ὀνιναμένων εἰ σκήψαιντο, καὶ ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν φύσει ῥαθύμων καὶ ἀμελῶν ἢ ἐπὶ τῶν μὴ προσιεμένων τοὺς λόγους τῶν προφασιζομένων. Inde arbitror in monomachiis ac duellis olim expediendarum controuerſiarum quarundam gratia, ex more Francicóne an Gotthico (barbaro quidem certè, ac effero) in Gallia receptis, & à ſupremo illo tribunali etiā probatis; ſumma verò ratione per deſuetudinem hoc tempore prorſus abolitis, & nuper Concilio Tridentino prohibitis: qui intra horam conſuetudine præſcriptam in campum decertandi gratia non veniſſet; in eo non ampliùs recipiendum, ſed habendum fuiſſe pro victo; id quod ita obtinuiſſe, vel ex ipſo parlamenti ſtylo [e] manifeſtè deprehenditur. Atque illò aſpexiſſe Themiſtoclem apud Plutarchum [f] ſentio; vbi dicenti Eurybiadi ſolere in

[a] lib. 1. Eliacȏn, fol. 132.

[b] ex lib. 6. de legib. Citat Eraſmus, ſed huc non refert, in parœmia 62. centur. 3. Chil. 3. vbi ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις.

[c] epiſt. 7. ad finē in col. 915.

[d] Eraſmus & Iunius.

[e] in lib. de duello, qui additus ad ſtylū Parlamenti tit. de præſentatione quæ fit in campo, fol. 33. vbi ſic eſt lingua vernacula ſcriptum: Item au cas que le dict tel ne viēdra dedās l'heure dōnee par la couſtume, qu'il ne ſoit plus receu en cāp: ains ſoit tenu pour vaincu.

[f] in vita Themiſtoclis, fol. 214. de quo loco, τὸ ῥαπίζειν explicans, egi ſup. lib. 1. cap. 19.



re in ludis eos qui maturiùs (ad certandum ſcilicet) exurgerent, cædi reſpondit; ναὶ (εἶπεν ὁ Θεμιστοκλῆς) ἀλλὰ τοὺς ἀπολειφθέντας οὐ στεφανοῦσι: ſcilicet, verùm eos (inquit Themiſtocles) non coronant, qui relicti fuerint, hoc eſt, qui ad diem præſtitutam non adfuerint; vel etiam atque adeò multò magis, qui tardiores in decurrendo extiterint, quos antagoniſtæ velocitate ſuperaturi poſt ſe relinquendo præteruolarint. Sic enim relinqui dicuntur illi quos alij præueniunt, vt puta in curſu, atque ita Horatius id verbi accipit, quo loco [a],

*Occupet extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt.*

Et Seneca [b]; fugit irreparabile tempus (ait ex Virgilio) vigilandum eſt; niſi properamus, relinquimur: & ſubiūgit, Fugere currendi genus eſſe concitatiſsimū: Et poſteà, Nec hanc temporis perniciſsimi celeritatem quam retinere non poſſumus, relicti demum intelligamus. Ergo apud Plutarchum alicubi [c] Philinus, in eo curſores laborare inquit, vt ſuos antagoniſtas quàm longiſsimè poteſt relinquant; plurimumq; ab ipſis decurrendo ſeiungantur: Σκόπει δ' ἔτι (εἶπε) μὴ τοῖς μὲν δρομεῦσιν ἔργον ἐστὶν ὅτι πλεῖστον ἀπολιπεῖν καὶ πορρωτάτω διαστῆναι, & cæt. μόνοις δὲ τοῖς παλαισταῖς, & quæ ſequuntur. Non aliter poſuit Homerus [d] τὸ λείπεσθαι, de curſoribus equis qui curuli agone certauerant agens, quo loco,

τόσσον δὴ Μενέλαος ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο
λείπετ' ἀτὰρ τὰ πρῶτα καὶ ἐς δίσκουρα λέλειπτο.

De quibus etiam eorúmque adeò agitatoribus ſiue aurigis τὸ ἀπολειφθέντας illud Themiſtoclis commodè accipi poſſe video, magíſque eſſe vt debeat, pronuncio: ſicuti quod apud Leontium ſcholaſticū de Conſtantino agitatore ita ſcriptum extat in Anthologia [e] Græcorum epigrammatum;

πέντε γὰρ ἐν σταδίοις δεκάδας τελέσας ἐνιαυτῶν
οὐδ' ἴσον οὐδ' ὀλίγον δεύρεο λειπόμενον.

Nec tamen ad quoſcunque alio quopiam certamine ſuperatos referri poſſe τὸ relinqui negauerim: non magis quā Græcum λείπεσθαι ſicuti ad ſuperiorem Homeri locum Euſtathius [f] adnotandum duxit; τὸ δὲ λείπετο καὶ τὸ λέλειπτο καὶ τοῖς ἄρτι κοινολεκτεῖται· τὸ γὰρ ἁπλῶς ἡττηθέντα λειφθῆναι φαμέν: cui meritò atque adpoſitè adiicias; quod de Oribaſio apud Eunapiū [g] μεταφορικῶς loquutū legitur ſic ferè, ἀκρατής τε ἐγένετο τοῦ μεγάλου



[a] in arte ad Piſones.

[b] epiſt. Id de quo quæris 109.

[c] lib. 2. Sympoſ. problem. quæſt. 4.

[d] Iliad. ψ.

[e] lib. 5. Anthol. fol. 406. edition. Steph.

[f] fol. 1314.

[g] in eius vita ſub initium in fol. 170.

ζήνωνος καὶ Μάγνου συμφοιτητής. ἀλλὰ τὸν Μάγνον ἀπολιπὼν παλαίοντα τοῖς νοήμασιν, αὐτὸς, καὶ ἐν τούτοις δὲ ἄριστος ὢν καὶ πρὸς τὸ ἄκρον ἐνδραμὼν τῆς ἰατρικῆς τὸ πάτριον ἐμιμεῖτο θέον, &c. Deniq; quod de certamine, ſeu lucta Herculis cū Eryce verba faciens Diodor. [a] οὐ δοκήσας ὁ ἔρυξ τῇ συνθήκῃ καὶ παλαίσας ἐλείχθη (ait, nam hoc ἀλείπομαι quod eſt relinquor) καὶ τὴν χώραν ἀπέβαλεν. Poſtremò quod de omnibus agonibus loquutus Dio Chryſoſtomus in melancoma [b]; præcipuè verò de pugilatu, quo illum cæteris omnibus agoniſtis præſtitiſſe oſtenderat iis verbis, quæ ad extremū capitis quinti protulimus: ſubiicit illicò, δεῖ γὰρ πρῶτον τούτοις ἀήττητον εἶναι τὸν μέλλοντα ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἀνταγωνιστῶν λειφθήσεσθαι (ſic enim lego vbi vulgò ſcriptum in Aldino exemplari ληφθήσεσθαι) & poſteà Melancomæ felicitatem ab obitu commendans, qui deformitatem eius & imbecillitatem aliorumque de ipſo in ſenectute adulta victoriam alicubi fortaſſe reportandam præuerterit; ἀνάγκη γὰρ αὐτῷ τὴν προβαίνοντι ἀντὶ μὲν καλλίστου αἰσχροτέρῳ γενέσθαι, ἀντὶ δὲ ἰσχυροτάτου ἀσθενεστέρῳ ἴσως δὲ καὶ λειφθῆναί που: quāuis hîc quoque vt ſuperiore loco, mendoſum exemplar fuerit; nec tanquam à λαμβάνομαι, ſed vt à λείπομαι deductum id verbum accipi debere, vel ipſa mens auctoris, quæ ex verborum ſignificatione colligitur, manifeſtum faciat: præcipuè verò cùm vt in reprehenſione poſitum fuiſſe athletis τὸ λείπεσθαι diximus; ita in laude, contrarium ipſi τὸ ἄλειπτον εἶναι: quod in ea inſcriptione vetuſta de athletis & xyſticis victoribus deprehendi, è qua protuli quæpiam alia, ſermone huius Agoniſtici quinto & decimo ad extremum. Etenim in ipſa de M. Aurelio Aſclepiade (qui & Hermodorus) maiuſculis literis, ſine accentibus, ita ſcriptum in reliquis; βουλευτὴς παγκρατιαστὴς περιοδονείκης ἄλειπτος ἀσυνέξωστος ἀνέκκλητος. ὅσους ποτὲ ἀγῶνας ἀπεγραψάμην πάντας νικήσας, μήτε ἐκκαλεσάμενος μήτε ἑτέρου κατ' ἐμοῦ τολμήσαντος ἐκκαλέσασθαι, μήτε συστεφανωθεὶς, μήτε ἐπεξελθὼν μήτε παραιτησάμενος (ſic lego pro παρατησάμενος, vt detrectantem certamen ſignificet) μήτε ἀγῶνα παραλιπὼν, μήτε κατὰ χάριν βασιλικὴν ἔχων &c. Quibus omnibus locis, & verò iſto haud dubiè apud Athenæum *, vbi præ ſiti maximè deficere atque adeò ſuperari pugiles diuturniore manuum extenſione grauatos, laſſatos ac defatigatos, penéque oppreſſos, ſic

[a] lib.4 Biblioth. fol.168. ſed lib.2. fol.282. ἐναυμάχησαν καὶ λειφθέντες ἀπέβαλον τριήρεις ἑβδομήκοντα. & lib.12. fo 317. ἐλύετο μάχη καθ' ἣν Ἀθηναῖοι λειφθέντες εἰς ναύπακτον ἀπεχώρησαν.

[b] in Melanco. primo ord. 2. ad fin. fo.197. pag. 2.

* lib.10. Deipnoſ. fol. 172. Aldini exempl. vbi Dalecampius f.323. Latinæ verſionis ex editio. Lugdu. ann. 1583. parum commodè, τὸ λείπεσθαι per τὸ Torqueri reddidit (vt ſentio) nam quod hoc loco legis τὰς χεῖρας ἀνατείνοντες, hoc ex iis clariſſimū efficitur quæ sūt à nobis tradita lib. 1. cap. 7. ad fin. & 8. & c.14. & ſupra hoc ipſo libro cap. 13.



ſic admodum tradit: ὅτι διὰ δίψαν μάλιστα λείπονται οἱ πύκται διὰ τὸ βαρεῖσθαι τὰς χεῖρας ἀνατείνοντες: poſsis optimo iure τὸ λείπεσθαι λειπόμενον & ipſi contrarium ἄλειπτον ad animum referre; vt illud quidem proinde iſto Latino Deficere interpreteris, tanquam λειποθυμεῖσθαι λειποθυμούμενον animo deficere atque concidere defectum ſignificet: τὸν ἀπαυδῶντα, denique ἀπειπόντα ſiue ἀπαγορεύοντα, itémque κάμνοντα & ἀπογινώσκοντα: de quorum vi atque poteſtate vocabulorum diligenter octauo libri primi capite actum eſt: præſertim cùm in eundem omninò ſenſum τὸ ἀναπίπτειν apud Thucydidem ipſe Athenæus nō figuratè, ſeu (quod mirum) propriè ad animum referri docuerit; id quod eò loci oſtendimus.

Illud aſſero relictos illos propriè dici, quos alij curſu præſtantiores, ac velociores præuenerint, dum ſtudio victoriæ ducuntur, vt metas contingere occupent, de celeritate potiùs quàm de iuſtitia contendentes: Sicuti Leonem Eurycratidæ filium curſores Olympicos intuentem, dixiſſe Plutarchus [a] retulit in hæc ferè verba; ὁρῶν δὲ τοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ δρομεῖς σπουδάζοντας περὶ τὴν ἄφεσιν, ἵνα πλεονεκτήσωσιν. ὅσοι μᾶλλον (ἔφη) οἱ δρομεῖς σπουδάζουσι περὶ τῆς ταχύτητος, ἢ περὶ τῆς δικαιοσύνης: vbi quod Xylander Latinus interpres πλεονεκτεῖν alteri fraudem facere, expoſuit, probare neutiquam poſſum: exiſtimans non fraudem modò, ſed ipſam gloriolæ alicuius ex victoria de pernicitate conſequendæ cupiditatem, ab homine Spartano, ridigo virtutis veræ ſatellite reprehenſam; ita cenſente, vt de iuſtitiæ potiùs adeptione contendendum ſit viris: hoc autem loco nihil aliud ſignificari verbo πλεονεκτεῖν, quàm præuertere, antecedere, præoccupare, & quod aliter Greci dicunt φθάσαι: Quamobrē in curſu τὴν νίκην τοῦ φθάσαντος εἶναι, victoriam eius eſſe qui curſu aliū præuerterit, atque adeò ipſum reliquerit; Plutarchus quodam loco [b] refert. Verbum autem σπουδάζειν quod eſt contendere (hîc quidem; nam alibi fauere eſt certantibus, quemadmodum in Epicteti enchiridio [c] & apud Arrianum lib.3. [d]) iis è curſorum numero aptari potiſsimùm atque attribui debet; non qui pares ſunt modò, ſed qui vel adipiſcendi ſtudio alios præcurrentes proſequuntur. Atque ita τὸ διώκειν quod eſt proſequi, Diuus ipſe Paulus ſimilitudine à curſoribus ducta vſurpauit aliquot locis [e]; vt ſignificet quod

[a] Apophthegm. Lacon. fol.399.

[b] περὶ ἀδολεσχίας fol.908.

[c] cap.33. vnde verba protuli libro ſuperio. c.30.

[d] cap. 4. ex quo verba illo itidem cap. 30. exhibui.

[e] epiſtol. ad Philip. cap.3. ver.12. 13. 14.

quod alio verbo expreſsit τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι εἰς τὸ καταλαμβάνειν ad præcedentes extendere ſeſe ac penè proripere, vt comprehendi corona vel meta contingi aliquando poſsit: qua de re ſuperiore libro ſemel atque iterum [a] egimus. Denique τὸ λείπεσθαι & τὸ διώκειν, Relinqui & Perſequi, ſeu Proſequi; vtrumque curſorum eſt, quos aliquis pernicior antecedit: Sed alterum iam victi ac defecti animo vel corpore defatigati, alterum ita laborantis vt nondum ſit fractus, quinimò antagoniſtam anteuertere ſtudeat; ipſiſque victoriæ præmiũ præripere, ἀπορούμενος ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενος, quemadmodum alio quodam loco Diuus ipſe Paulus [b] loquitur: & quod ibidem adiicit, ſimilitudine à curſoribus haud dubiè (vt ſuperiùs monui) deſumpta, διωκόμενος ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενος. Nam quod ibi ſtatim περὶ τῶν καταβαλλομένων ἀλλ' οὐκ ἀπολυμένων additur; ad luctatores pertinêre manifeſtum profectò eſt, ex iis quæ libri primi cap. 11. περὶ τοῦ καταβάλλειν expoſuimus. Nec abſurda videbitur hæc diuerſorum certaminum curſuræ luctæque coniunctio: quando apertiſsimè à pugilatu ſimul & curſu tranſlationem anteà idem ipſe illo prioris ad Corinthios epiſtolæ loco [c] petierat, qui ſuperiùs hoc ipſo libro [d] à nobis abundè tractatus atque illuſtratus fuit.

[a] cap. 7. & 27.

[b] epiſt. 2. ad Corint. cap. 4. verſ. 8. & 9.

[c] cap. 9. verſ. pen. & vlt.

[d] cap. 13. & 14.

Quod verò de non recipiendis excuſationibus eorum, qui ad diem præſtitutam non adfuiſſent, ſed ipſo excludi agone ſolitos; iuxta ipſius morem legémque ad Platonem diximus; hoc apertè Pauſanias ille, quem antè nominaui comprobat, de Apollonio, cui Rantis cognomen fuit, Alexandrino pugile agens: qui cùm ad Olympiam ſe prædicta die non adfuiſſe hac excuſatione probata contrariis ſcilicet vẽtis ad Cycladas inſulas detentum diceret; ex diuerſo autem Heraclides, & ipſe Alexandrinus falſò illud eum cauſari, quinimò quod colligendis ob agonas pecuniis ab Ionibus, moram traxiſſet, propterea ſeriùs adpuliſſe aſſeuerat: ea re intellecta, Elæos non Apollonio tantùm, ſed aliis quicunque ad tempus pugilibus præfinitum non adfuiſſent, à certamine excluſis; ei qui non depugnaſſet; ad diem tamen adfuerat, Heraclidi coronam ab Eleis Hellanodicis traditam: ἀφίκετο (inquit ille [e]) οὐκ εἰς τὸν εἰρημένον καιρὸν, καὶ αὐτὸν ὑπὸ Ἠλείων πειθομένων τῷ νόμῳ ἐλείπετο τοῦ ἀγῶνος εἴργεσθαι. τὴν γὰρ οἱ πρόφασιν ὡς ἐν ταῖς

[e] Eliac. 2. lib. fol. 132.





Κυκλάσιν νήσοις ὑπὸ ἀνέμων κατείχετο. ἐναντίον ἡρακλείδης γενόμενος καὶ αὐτὸς ἀλεξανδρεὺς ἤλεγχεν ἀπάτην οὖσαν: ὑστερῆσαι γὰρ χρήματα ἐκ τῶν ἀγώνων αὐτὸν ἐκλέγοντα τῶν ἐν Ἰωνίᾳ. οὕτω δὴ τόν τε Ἀπολλώνιον καὶ εἰ δή τις ἄλλος ἧκεν οὐ κατὰ προθεσμίαν τῶν πυκτῶν τούτους μὲν οἱ Ἠλεῖοι τοῦ ἀγῶνος ἀπελαύνουσι. τῷ ἡρακλείδῃ δὲ τὸν στέφανον παρεῖασιν ἀκονιτί. Ita igitur excuſationis color quæſitus atque tergiuerſatio [a] (vbi agonum tempus fuerat) Apollonij virtutem in profundas deiecit tenebras, ſicuti à Pindaro in vniuerſum loquente Plutarchus expreſsit [b], ὅτι μὲν ὦ εὔφανες ἐπαινετὴς ὢν πινδάρου, πολλάκις ἔχεις διὰ στόματος ὡς εἰρημένον εὖ καὶ πιθανῶς. ὑπ' αὐτοῦ, τιθεμένων ἀγώνων πρόφασις ἀρετὰν εἰς αἰπὺν ἔβαλε σκότον, οὐκ ἀγνοοῦμεν. Detrectantem quidem certamen, atque adeò qui ne in id deſcendere cogeretur, præoccupaſſet fugere, aut etiam fugatum hoc eſt fugere cõpulſum ab antagoniſta; pro victis ſemper habitos, tanquàm notæ ignauiæ, ac ſocordiæ homines: Tum illa de Alexãdrino Serapione hiſtoria (quam enarrante Pauſania paulò antè protuli) manifeſtũ facit; Tum quod Plutarchus [c], Hectorem priùs ab Achille ſuperatum, quàm interimeretur, ſcribit, propterea, quod recuſato certamine præ metu aufugiſſet, atque inſequentem aduerſarium ſuperiorem eſſe conceſsiſſet: ἀλλὰ ὁ Ἕκτωρ ἥττητο καὶ πρὶν ἀποθνήσκειν μὴ δεξάμενος ἀλλὰ δείσας τὴν φυγὴν ἐπερχομένου τοῦ Ἀχιλλέως. ὁ γὰρ ἀπειπάμενος καὶ φυγὼν ἥτταν ἀπροφάσιστον ἥττηται τὴν συγκεχώρηκε κρείττονα τὸν ἀντίπαλον εἶναι. Quin etſi æmulorum fraude victoria de manibus erepta illis eſſet qui ſtrenuè alioqui, & valenter ſeſe geſsiſſent: admirante tamen robur ac virtutem ipſorum (licèt non vincerent) populo idq; ita decernente; nonnunquam coronas non modò ſecundas & tertias, ſed primas quoque inter victores conſequi, atq; auferre potuerunt. Huius auctorem ſententiæ D. Ambroſium [d] habeo; in primo libro de pœnitentia, ſic ſcribentem: ſæpe in hoc ſeculari athletarum certamine, etiam victos quorum fuerant certamina probata hominum, vulgus cum victoribus coronare conſueuit: maximè quos fortè viderit, aut dolo, aut fraude excuſſos victoria. Rectè ac verè Ambroſius, cùm nihil dolo nihil proditoriè agere in agonibus ſupplantandi, aut aliàs ſuperandi antagoniſtæ gratia olim licuerit. Quod ſcitè Chryſippus (vt multa) ſic ferè apud M. Tullium [e]. Qui ſtadium (inquit)

[a] ſic malo pro eo quod Gibertus Longolius interpres Plutar. poſuit, occaſio.

[b] ipſo initio lib. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, folio 1402. lib. Steph.

[c] lib. 9. Sympoſ. proble. 13. quæſt. De fuga apud Lacedæmonios in turpitudine ac vitio poſita. Diodorus Sicul. lib. 14. Bibli. fo. 441. vbi de Periarcho Lacedæmoniorum monarcha in pugna oppreſſo ἐπεὶ δὴ πάντες οἱ σύμμαχοι περὶ τὴν γῆν ἔφυγον τὴν ἰδίαν ναῦν ἐπέρριψεν: αἱρετὸν εἶναι νομίσας καὶ τὸ ἀξίωμα ἀνάξιον, τὸ φυλάττειν ἀγῶνας. ἀγωνισάμενος δὲ λαμπρῶς καὶ πολλοὺς τῶν πολεμίων ἀνελὼν, τὸ τελευταῖον ἀξίως τῆς πατρίδος ἀνῃρέθη μαχόμενος. Illo autem Plutarchi loco, τὸ ἀπειπάμενος expoſui lib. 1. ſuprà cap. 8. vbi etiam de fuga victum & cedentem indicãte ſcripſi ab Ephremo.

[d] cap. 3. vnde ſumptus cap. poteſt fieri de pœniten. diſt. 1. apud Gratian.

[e] lib. 3. de Offic. cap. Nec tamen.

currit eniti & contendere debet quàm maximè poſsit, vt vincat, ſupplãtare eum qui cum certet aut manu depellere nullo modo debet: ſic in vita ſibi quemque petere quod pertineat ad vſum non iniquum eſt, alteri ſurripere ius non eſt. De generis quidem & malitioſi animi eſſe, ac de ſua virtute diffidentis, in curſu antecedentem impedire atq; intercludere aduerſarium, ita de ipſo vlla ratione lædendo minimè cogitantem, ad metas vt properans in ſola pedum pernicitate ſpem victoriæ poſuiſſe videatur: oſtendit Lucianus alicubi [a], ſic ferè, οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπὶ τῶν δρομέων γίνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης, μόνον τοῦ πρόσω ἐφιέμενος καὶ τὴν διάνοιαν ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἀν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων τὸν πλησίον οὐδὲν κακουργεῖ, οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς πολυπραγμονεῖ· ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος καὶ ἄναθλος ἀνταγωνιστὴς ἀπογνοὺς τὴν ἐκ τοῦ τάχους ἐλπίδα ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐτράπετο. καὶ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος σκοπεῖ, ὅπως τὸν τρέχοντα ἐπισχὼν ἢ ἐμποδίσας ἐπιστομιεῖ, ὡς εἰ τούτου διαμάρτοι οὐκ ἄν ποτε νικῆσαι δυνάμενος. Huc etiam pertinet, quod è Pollucis Onomaſtico, initio ſermonis huius de legibus athleticis agens [b] attuli. Facit & iſtud Menelai apud Homerum [c] de Antilocho cõquerentis, quem prima ducere præmia vt victorem Achilles tanquàm athlotheta quidam iuſſerat; quod fraude adhibita, equos ſcilicet in curuli curſu præmiſiſſet ſuos, minùs etiam veloces: atque hoc quidem in iſta omnino verba.

[a] περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.
[b] octauo cap. 19.
[c] Iliad. ψ.

> ἀντίλοχε πρόσθεν πεπνυμένε ποῖον ἔρεξας
> ᾔσχυνας μὲν ἐμὴν ἀρετήν, βλάψας δέ μοι ἵππους
> τοὺς σοὺς πρόσθε βαλών, οἵ τοι πολὺ χείρονες ἦσαν.

Deinde iureiurãdo prouocat, Ni dolo malo currũ ipſius Antilochus impedierit, quominùs ad metã peruenire occuparet;

> ὄμνυτι μὴ μὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι.

Vbi diſertè monet Euſtathius, dolum abeſſe ab eiuſmodi certaminibus, omnibúſque gymnicis oportuiſſe, σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἐξῆν (ait) ἐν τοῖς ἀγῶσι δόλοις τεχνάζεσθαι. διὸ δίκην ἔλαχεν ἀντίλοχος δόλου, ὡς εἰ μὴ τοῦτ' ἦν, τί ἐκώλυε καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν ὄπισθεν τρέχοντα πέζον καὶ τὰ ἴχνον τοῦ ἀντιτρέχοντος τύπτοντα χερσὶν αὐτοῦ λαβέσθαι ἢ πεδῶσαι καὶ καταβαλεῖν εἰς γῆν. Ergo in colluctatione apud Olympiam; cùm Mileſius propterea Epheſium deiicere non poſſet, quòd hic in talo literas illas Epheſias ferret,



ferret, quæ incantationis neſcio cuius vim habebãt: id poſteaquàm inſigni admiſſum dolo, ab hellanodicis compertũ fuiſſet, dimiſsis à certamine antagoniſtis ac deletis aut aliter ſublatis è talo Epheſu literis, tricies deinde victum in colluctando ipſum fuiſſe narrat Suidas quodam loco: [a] in hæc verba, longè aliter ab Eraſmo [b] accepta, nempe vt ademptis literis Epheſius, qui iam triginta defatigarat, ſuccubuerit: καὶ ἐν ὀλυμπίᾳ (inquit) μιλησίου καὶ ἐφεσίου παλαιόντων, τὸν Μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν διὰ τὸ τὸν ἕτερον ἐπὶ τοῦ ἀστραγάλῳ ἔχειν τὰ ἐφέσια γράμματα. φανερῶν δὲ γενομένων καὶ λυθέντων αὐτοῦ τριάκοντα, τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν ἐφέσιον. Quę non dubito quin ex Euſtathij [c] commentariis in Odyſſeam Homericam deſumpta fuerint: & verò indidem ita emendari debeant, vti pro τριάκοντα, ſit τριακοντάκις: nam Euſtathius quidem vbi αὐτολεξεὶ cætera retulit; poſtrema etiam ita expreſsit, ὧν γνωσθέντων καὶ λυθέντων τριακοντάκις τὸ ἐφ' ἑξῆς πεσεῖν τὸν ἐφέσιον. quibus verbis velim ab Euſtathio additum, quidnam eo Mileſio factum ab Hellanodicis fuerit; quámve aut pœnam aut mulctam, illis ſimilẽ, quas iis qui dolo, mendacio adhibito, ac præter leges agoniſticas quidpiam agerent, infligi ſolitam libri primi cap. 21. indicauimus; ille pependerit: ſicuti Alcibiadem Athenienſem poſt Olympiacam victoriam Circenſem, ſiue mendacij ſiue contumeliæ potiùs pœnas verberibus dediſſe, quod rogantibus Elæis oriũdum ſe ex præſtantiſsima ciuitate prædicaſſet, vno ad hanc rem ſingulari apud Hermogenem loco [d] reperi; cùm Plutarchus, & Probus (qui eius viri vitam mandarunt literis) nequaquam iſtud expreſſerint: niſi falſum & commentitium, rhetorico ſiue declamatorio more prolatũ hoc ipſum (quidquid eſt) accipi potiùs debet: quo loco, καὶ πάλιν ἅρματι νικήσας ἀλκιβιάδης ὀλύμπια, ἐρομένων ἠλείων ὅθεν εἴη, τῆς ἀρίστης ἔφη τῶν πόλεων. ἐμαστίγωσαν αὐτόν. γράφει ἐπανελθὼν στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἠλείους. Et ſtatim, ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν ἐνίκησα τὸν ἀγῶνα καὶ ἠρώτησαν ὅθεν ἂν εἴην: ἐγὼ δὲ τὰ βέλτιστα ἀπεκρινάμην. οἱ δ' ἐμαστίγωσάν με, τὴν πόλιν ὑβρίζοντες, στρατεύειν ἐπ' αὐτοὺς ἄξιον. Abſuturum quidem dolum, omnéque κακούργημα iurabant, ſicuti poſteà [e] docebimus. Propterea etiam apud Virgilium [f] imitatorem Homeri peritiſsimum Salius, cui currenti ſe Niſus obiecerat vt in mediam arenam deturbaret, hac de re conqueſtus apud

[a] in ἐφέσια γράμματα.
[b] Adagio. 49. Epheſiæ literæ. Chiliad. 2. centur. 8. col. 564. vbi Athenæũ citat lib. 12. Deipnoſoph.
[c] in Odyſſ. τ. fol. 1864.
[d] lib. 1. Rhetor. περὶ τῶν εὑρέσεων cap. 4. περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης.
[e] cap. 23. huius lib. ſub initium.
[f] lib. 5. Æneidos.

apud athlothetas fertur & præmium ab Ænea conſequutus.

*Hic totum caueæ conſeſſum ingentis & ora*
*Prima patrum magnis, Salius clamoribus implet*
*Ereptúmque dolo reddi ſibi poſcit honorem,* &c.
*Tum pater Aeneas veſtra (inquit) munera vobis*
*Certa manent pueri & palmam mouet ordine nemo,*
*Me liceat caſum miſerari inſontis amici.*
*Sic fatus, tergum Gætuli immane leonis*
*Dat Salio, villis oneroſum atque vnguibus aureis,*
*Hic Niſus ſi tanta, inquit, ſunt præmia victis,*
*Et te lapſorum miſeret, quæ munera Niſo*
*Digna dabis? primam merui qui laude coronam*
*Ni me quæ ſaluum fortuna inimica tuliſſet?*

Verùm mihi quidem arridet vehementiùs; quod apud Statium Papinium [a] Adraſti ſenis conſilio neque Arcadi Parthenopæo quem præcurrentem, ſed reducta flatu Zephyri coma, Idas antagoniſta prehenſum tergo inſtans gradúque premens retraxerat: nec Idæ ipſi, quamuis metam prior contigiſſet, adiudicatur victoriæ præmium: ſed vt in ambigua lite cùm fraus omnis ab iſtis agonibus abeſſe debeat iterum decertare inter ſe: Sic tamen vt diuerſo limite recurrant ne fraudi eidem locus ſit, iubentur his admodum verſibus quibus per elegantiſsimam hypotypoſin res tota ipſis velut oculis ſubiicitur.

[a] lib. 6. Thebaid.

*Effugit hic oculos rapida puer ocyor aura,*
*Mænalius, quem deinde gradu premit horridus Idas,*
*Inſpirátque humeros, flatúque & pectoris vmbra*
*Terga premit, poſt ambiguo diſcrimine tendunt*
*Phædimus, atque Dimas illis celer imminet Alcon,*
*Flauus ab intonſo pendebat vertice crinis*
*Arcados, hoc primis Triuiæ paſcebat ab annis*
*Munus & Ogygio victor cum Marte rediſſet*
*Nequicquam patriis audax promiſerat aris,*
*Tunc liber nexu, latéque in terga ſolutus*
*Occurſu Zephyri retrò fugit, & ſimul ipſum*
*Impedit, infeſtóque volans oſtenditur Idæ.*
*Inde dolum iuuenis, fraudíque accommoda ſenſit*
*Tempora iam finem, iuxta dum limina victor*





*Parthenopeus init, correpto crine reductum*
*Occupat & longæ primus ferit oſtia metæ*
*Arcades arma fremunt* (vbi τὸ arma fremunt per parentheſim legendum, & τὸ Arcades cum ſequentibus connectendum eſt) *armis defendere regem*
*Ni raptum decus, & meriti reddantur honores*
*Contendunt, totóque parant decedere Circo*
*Sunt & queis Idæ placeat dolus:*

&c. quæ de ſuſpiriis agens libro ſuperiore attuli: & ſtatim

*--furit vndique clamor*
*Diſſonus, ambiguúmque ſeni cunctatur Adraſti*
*Conſilium: tandem ipſe refert compeſcite litem,*
*O pueri, virtus iterum tentanda, ſed ite*
*Limite non vno: latus hoc conceditur Idæ*
*Tu diuerſa tene: fraus curſibus omnis abeſto.*
*Audierant dictóque fauent.*

Nam quod ait Ambroſius Maximè; ſic accipiendum vt includat, hoc eſt, vt ne illi tantùm, qui dolo aduerſariorum excuſſi forent (ſicuti de Creuga pugile Epidamnio, quem Syracuſius Damoxenus apud Nemeam in certamine peremit inferiùs narrabitur) ſed etiam vt quicunque vlla ratione ſuperati, dum tamē ipſi non inſtrenuè decertaſſent; ſuis non defraudarentur præmiis: quamuis ea eiúſque dignationis, ac meriti præmia honorúmque inſignia non conſequerentur, quæ victori attributa fuiſſent; propterea quod in certaminibus ad ſpectaculum editis cùm meliorē palma declaret: ſæpe tamen deteriorem caſus prætulit, quemadmodum Seneca [a] ſcribit. Illud igitur quod dicebā modò, prçter alios perſpicuè Nonnus in Dionyſiacis [b] oſtendit: vbi circa muſicos agones duplicibus ſiue binis conſtitutis præmiis ei qui ſuperior foret cantu, taurum; ſed & victo hircum à Dionyſio ſiue Baccho in honorem Staphyli mortui fuiſſe propoſitum his aliquot verſibus narrat:

ὣς εἰπὼν σταφύλοιο μεθυσφαλέος παρὰ τύμβῳ
Νηπενθὴς Διόνυσος ἀπενθέα θῆκεν ἀγῶνα
καὶ τράγον εὐπώγωνα, καὶ ἄρσενα ταῦρον ἐρύσας
Διπλόα θῆκεν ἄεθλα, καὶ εὐφόρμιγγας ἐρίζειν
Πιερικοῖς ἐκάλεσεν ἁμιλλητῆρας ἀοιδῆς·

[a] lib 5. de beneficiis cap. 2. Sic interdum aliū victorē eſſe, quàm qui interimat, apud Plutarchū. Soſtris ait, quæſt. 13 lib. 9. Sympoſ. proble. fol. 1521. κρείττων γὰρ ὁ νικῶν ἀποθνήσκειν γὰρ πολλάκις συμβαίνει καὶ ἀγαθοῖς ὑπὸ κακῶν. Et in hanc rē videſis Arrachionis & Creugæ hiſtorias, quas inferiùs à Pauſania profero extremo c. 22.
[b] lib. 19 Dionyſ. fol. 335. edit. Anuerp. anni 60.

Διπλόα θῆκεν ἄεθλα, καὶ ἀθλητῆρας ἐπείγων
Ἴδμονας εὐκελάδοιο λύρης μειλίξατο μύθῳ.
Ἀτίκὸν ἐνθάδε κῶμον ἔγειρον. ἀεθλοφόρῳ γὰρ
Ἀνέρι νικήσαντι λιπόχροα ταῦρον ὀπάσσω
Ἀνδρὶ δὲ νικηθέντι δασὺν τράγον ἐγγυαλίξω.

Et ſtatim, vbi fidicinum Oeagri & Erechthei certamen ipſis velut oculis à præſtantiſsimo poëta obiicitur: Oeagrum quidem à Baccho hedera coronatum, tauro inſuper donatum victoriæ præmio; Erechtheum verò Athenienſem, qui cum eo contenderat, hircum abſtuliſſe memorat:

Οἴαγρυ δὲ κάρηνον ἄναξ ἐστέψατο κισσῷ (ſic malo cum Falkemburgio ſcoliaſte, pro κισσῶν)

Καὶ γενέτης ὀρφῆος ἐπιρρήσσων χθόνα ταρσῷ,
Ἀσμενος ἄζυγα ταῦρον ἐδέξατο μισθὸν ἀοιδῆς
Ἀμφὶ δέ μιν στοιχηδὸν ἐπεσκίρτησαν ἑταῖροι.
Καὶ τράγον εὐρυγένειον ἄχος καὶ ζῆλον ἀέξων,
Αἰδομένοις παλάμῃσιν ἀνείρυσεν ἀστὸς ἀθλεύς.

ᵃ *fol. 338.*

Tum aliquantò pòſt [a], vbi de præmiis maioribus minoribuſque & his quidem victo ceſſuris, ob ſaltationē propoſitis:

ἀλλ' ὅτε βάκχος ἄεθλα μέσῳ στήριξεν ἀγῶνι,
Ἴδμονας ὀρχηθμοῖο καλέσσατο μάρτυρι φωνῇ.
Ὅστις ἀεθλεύοι κυκλούμενος ἴδμονι ταρσῷ
Νικήσας τροχαλοῖο ποδὸς κρίσιν, οὗτος ἑλέσθω
Καὶ χρύσεον κρητῆρα καὶ ἡδυπότου χύσιν οἴνου
Ὅς δὲ πέσοι σφαλεροῖο ποδὸς δεδονημένος ὁλκῷ,
ἥσσονα δ' ὀρχήσοιτο, καὶ ἥσσονα δῶρα δεχέσθω.

Et verò iſtud ipſum circa equeſtria & alia quæuis certamina receptum fuiſſe indicat hoc certè quod de præmiis Meri potionis agoni apud Indos ab Alexandro Macedone pręſtitutis è Mitylenæi Charetis de Alexandro hiſtoria narraſſe Athenæum * reperio: ἔθηκε δὲ φησὶ καὶ διὰ τὴν φιλοινίαν τῶν ἰνδῶν καὶ ἀκρατοποσίας ἀγῶνα. καὶ ἦν ἆθλον, τῷ μὲν πρώτῳ τάλαντον, τῷ δὲ δευτέρῳ τριακοντα ναῖ, καὶ τῷ τρίτῳ δέκα. Imprimis autem quod apud Homerum [b] præclarè ab Euſtathio adnotatum videas: ſic ferè, δοκεῖ γὰρ ἄπορον πῶς ἂν ἀντίλοχον ὅπως ἂν ἐστὶ ἱπποδύσῃ παρεκπροφύγῃ ἄεθλα, ὅπου καὶ ὁ ἔσχατος ἄεθλον λήψεται, &c. quæ ſequuntur, & à me breuitatis cauſa prætermittuntur: & ſtatim ἀληθῶς δὲ ἄεθλον καὶ ἐκεῖνό ἐστιν ὡς εἰ καὶ μὴ νικῶντι, ἀλλ' ἀγωνιζομένῳ

* *lib. 10. Deipnoſ. fol. 174. Aldini exempla. Latinæ verſionis à Dalecamp. fol. 326.*
ᵇ *ad iſtud ex verſibus Iliad. ψ. quos ſuperiore ſermone retuli, ἵνα μήσε παρεκπροφύγῃσιν ἄεθλα.*



μένῳ διδόμενον. ἄεθλα γὰρ τὰ τεθέντα πάντα εἶπε ἐστὶ ὁ ποιητής, ἐν τῷ ἱπποδύσι μὲν πρῶτα ἄγλαα ἔθηκεν ἄεθλα, &c. ἔτι δὲ λυθήσεται ἡ ἀπορία προσυπακουομένου τοῦ κρείττονα, ἵνα ᾖ, μή σε παρεκφύγῃ ἄεθλα τὰ μετὰ τὸ πρῶτον ἄεθλον παρελκόμενα κρείττονα. Ipſe quin etiā poëta eo in libro paulò pòſt, ſatis perſpicuè his admodum verſibus:

ἀλλ' ἄγε δή οἱ δῶμεν ἀέθλιον ὡς ἐπιεικὲς
δεύτερ' ἀτὰρ τὰ πρῶτα φερέσθω τυδέος υἱός
ὡς ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπῄνεον, ὡς ἐκέλευε.

Itē poſteà, vbi de curſus, quo ſuperior Vlyſſes aduerſus Aiacem Oileum extiterat, præmiis; quorum tertium atque vltimum ceſsit Antilocho: ſic de ipſo idem Homerus cecinit,

ἀντίλοχος δ' ἄρα δὴ λοίσθιον ἔκφερ' ἄεθλον.

Et placet illud poëtæ ἀέθλιον, quaſi præmiolum, velut modicum quidpiam honoris cauſa (vt apud Iuriſconſultum eſt) dixeris: quo nomine omnia, excepto primo, cætera deſignabantur. Præmij nomen ſimpliciter & ſine adiectione prolatum, ſoli primo competit, ſicut & brabij; quod vnus tantùm merebatur, aut accipiebat, qui victor à præcone palàm ex hellanodicarum aut agonothetarum iudicio renūciatus foret: quamobrem à B. Paulo [a] dictum, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον. Nec tamen neſcio, quid contrà, Euſtathio περὶ τοῦ ἀεθλίου videatur, duobus [b] minimùm παρεκβολῶν ſuarum locis; ὅτι οὐχ ὑποκοριστικὸν ἀλλὰ παράγωγον, ὁμοίως τῷ ἴχνος ἴχνιον. Sed quid vetat (quæſo) quominùs interdum poëta τὸ ὑποκοριστικὸν, metri cauſa vel figuratè κατὰ ταπείνωσιν λεπτότητα ſiue λιτότητα vſurpet? ſicuti alicubi [c] Achillē ægrè tuliſſe aut vehementer doluiſſe ſignificans, lætatum non fuiſſe ſatis habuit dicere, ſic ferè;

--οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.

tamen aliam oratoribus familiarem ἀντὶ καταφάσεων δὲ εἴδει χρᾶσθαι σχήματι τῷ κατὰ ἀπόφασιν agnoſcit Euſtathius, ſed ita vt interim ſuppleat ἀλλὰ τὸ ὑπερελυπήθη δηλονότι: iuxta ea, quæ antè dixi, & aliunde quopiam [d] ſecundi Semeſtrium loco diligenter explicaſſe me recordor. Ἀέθλιον profectò: ſicuti negare nolim, quibuſdam locis videri ſimpliciter pro præmio poſitum; præſertim vbi epitheton Magni ei adhibetur, quemadmodū in hiſce oraculi Delphici verſib. apud Heliodorū [e],

Τὴν παρ' ἀριστόβιον μέγ' ἀέθλιον ἐξάψοντο·

Λευκὸν

ᵃ *epiſt. 1. ad Corint. c. 9. ver. 24.*
ᵇ *ad illum verſum Homericum pag. 1315. lin. 10.* οὐκ οὐχ ὑποκοριστικὸν δὲ τὸ ἀέθλιον· οὐ γὰρ εἴωθεν ἁπλῶς οὕτω χηματίζειν ὁ ποιητὴς ὑποκοριστικῶς ὡς ἐστὶ ἐν ἄλλοις ἐφάνη· παρωνόμασται δὲ ἐκ τοῦ ἄεθλον, ὁμοίως τῷ ἴχνιον καὶ τοῖς τοιούτοις. *Item ſub initiū Odyſſ. φ. ad illud* ἐν μεγάροις ὀδυσῆος, ἀέθλια καὶ φόνου ἀρχήν. *fol. 1897. lib. 3.*
ᶜ *Iliad. α. vbi Euſtath. fol. 111.*
ᵈ *cap. 18. & 21. lib. 2. Semeſt.*
ᵉ *Æthiopicō lib. vlt. fol. 242.*

Λαδικὸν ἐπὶ κροτάφων στέμμα μελαινομένων:

ita quin eandem omnino diminutiui formam ἀπ' ἀέθλου habeat, quam ἀπὸ τοῦ τέκνου τέκνιον, dici non poteſt: hoc autem Galatis blandiens D. Paul.[a] ita expreſsit, τέκνια μου οὓς πάλιν ὠδίνω, & cæt. τειχίον quidem & κλειδίον καὶ τὰ τοιαῦτα ne ipſe quidem Euſtathius ὑποκοριστικὰ eſſe alibi [b] diffitetur; quãuis ex veterum Grammaticorũ obſeruatione circa triſſyllaba vocabula paroxytona vel proparoxytona, differentiam ex accentuum ſedis ratione conſtituere videatur. Sed hæc illi diiudicent, aut etiam excutiant, quibus curæ eſt vacatq́; : nobis profectò à re vel publica vel noſtra tantùm adhuc otij non fuit, aut porrò futurum eſt.

a ad Galat. cap. 4. verſ.19.

b in commentar. in Homer. Iliad. ι. fo.743. in prin. ad illud πρὸς οἶκον πηλῆος ἐγὼ δ' ἐπιμείλια δώσω.

*Prima, ſecunda, tertia in agonibus præmia, Philonis præcipuè ac Herodiani locis expoſitis: τὰ πρωτεῖα δευτερεῖα & cæt. ſed & πρῶτα & δεύτερα: confirmata vulgari, quam in dubium alij vocârant, lectione ad marg. Themiſtius explicatus, Maiora præmia & minora. Lemniſcata palma. Ludi ſeu agones poëtici apud Toloſam, & eorum præmia: itémque commentarij. Athlothetæ ſeu Critæ. Præco qui & commentarienſis; è vetuſtis idiomate vernaculo ante 240. annos conſcriptis legibus, quarum ipſa verba referuntur; Epulum, Tibicines: ex agonotheticorum ab Iſaura Clementia conceſſorum reditu. Iſauræ ſtatua cum inſcriptione in agonum loco. Præmia extra ordinem à Cancellario tributa de ſuo. Hæc omnia non ſine vetuſto Græcorum exemplo.*

## Cap. XX.

ERGO prima, & ſecunda, & tertia præmia fuiſſe propoſita, vt qui eſſet illis excluſus, non tamen hiſce defraudaretur, is cuius aliquod meritum præ cæteris poſt victorem antagoniſtis foret: perſpicuè ac eleganter Philo admonet; quò neminem ab inueſtigatione veri Dei propter difficultatem rei deterrendum eſſe doceat; cùm ſaltem coniectura quadam, eius quod verum eſt ſimilitudinem, tenuémque (vt in philoſophiæ ſtudio euenit) ſi non perfectam intelligentiam adipiſci queat, in quo ſtudio & ſi quis in tam profunda cœleſtium rerum contemplatione mentis oculorum aciem tanto ſiderum fulgore perſtrictam experiatur; nihilo tamen magis animo concidit, aut ſpem ſecundorum præmiorum aſſequendorum (quod in agonibus fieri ſolet, vbi primis alteri delatis exciderit) ipſe abiicit: τούτων γὰρ ὁ λογισμὸς ἀπὸ τῆς

γῆς



γῆς ἄνω μετέωρος (ait [a]) ἀρθεὶς αἰθεροβατεῖ καὶ συμπεριπολῶν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ, τἀκεῖ πάντα γλιχόμενος ἰδεῖν ἀμυδροτέραις χρῆται ταῖς προσβολαῖς, ἀκράτου καὶ πολλοῦ φέγγους ἐκχεομένου ὡς τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα σκοτοδινιᾶν ταῖς μαρμαρυγαῖς, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο προκάμνων ἀπαγορεύει, γνώμῃ δὲ ἀηττήτῳ πρὸς τὴν ἐνδεχομένην θέαν ἵεται, καθάπερ ἐν ἄθλοις δευτερείων μεταποιούμενος ἐπειδὴ τῶν πρώτων ἐσφάλη. Atque ita τὸ τῶν δευτερείων vocabulum intelligas alio [b] eiuſdem Philonis loco, vbi τὸ γὰρ μὴ ἐν καλοῖς διαπρέπειν ἐπιφανέστατον αἶσχος ὡς τὸ φέρεσθαι τὰ ἐν τούτῳ δευτερεῖα. κουφότερον κακόν. Nec enim dubito quin ea ſit à ſecundis agonum ſacrorum præmiis ducta tranſlatio; ſicut apud Polybium, vbi τὸ πρωτεῖον ἐκφέρεσθαι τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων legitur: ſicut apud Eunapium [c] Iamblicho, οὗτος Ἀνατολίῳ τῷ κατὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένων συγγενόμενος, πολύ γε ἐπέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἤκμασεν: Et quo loco Carthaginem de ſecundis aduerſus Alexandriam (ſcilicet præmiis ſiue honoribus) contendere ait Herodianus [d]; cùm ad vim pecuniarum, inhabitantium numerum, atque multitudinem, ciuitatíſque ipſius amplitudinem quod ſpectat, ſoli Romę debeat cedere: ἡ γοῦν πόλις ἐκείνη καὶ δυνάμει χρημάτων καὶ πλήθει τῶν κατοικούντων καὶ μεγέθει, μόνης Ῥώμης ἀπολείπεται φιλονεικοῦσα πρὸς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρου πόλιν περὶ δευτερείων. De præmiis quidem agonum propriè τὰ πρωτεῖα dici, mihi conſtat; ſicut iſto apud Galenum [e] loco, πῶς ἂν οὖν ἔνθα περὶ πρωτείων ὁ ἀγών ἐστι, σαυτῷ δίδως τῆς κρίσεως τὴν ἐξουσίαν, ἀφελόμενος αὐτὴν τῶν σοφωτέρων ἢ κατὰ σαυτόν. Atque hoc deniq; apud Laërtium [f], vbi de adamatis à Menedemo philoſopho poëtis, ad ſatyricos enim quod attinet, Æſchylum in præcipuo, Achæum autem in ſecundo habitum honore ſentiẽs, ita extulit: καὶ δὴ καὶ Ἀχαιῷ ὤετο καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου. Nam & ſecunda & tertia quoque victoribus itidem choragis præmia ex Lycurgi Rhetoris ad populum Atheniẽſem lata lege (cùm tres anniuerſarios choros, pompáſq; in Piræo duci voluiſſet cohoneſtando Neptuni certamini) propoſita fuiſſe Plutarchus eo loco docet, quem tractatu primo [g] attuli. Quamobrem quod circa curſores ad extremum libri ſuperioris

a in περὶ μοναρχίας, fol.558.

b περὶ ἀποικίας, fo.282. Sic Plato in Philebo πρωτεῖα δευτερεῖα τριτεῖα dixerat eo loco quem adfert Step. in πρωτεῖον: deceptus interim hic quidem circa emẽdationem loci cuiuſdã apud Syneſii ex epiſt. 148. vbi καὶ τί ἐστι τὸ ἐκ δευτέρων πρωτεῖον. Sic enim τὸ δευτέρων pro δευτερείων dixit, vt Eunapius in eo quẽ ſubiiciam loco δεύτερα pro δευτερεῖα: vt Philo in præcedenti περὶ μοναρχίας loco τῶν πρώτων αὐτὶ τῶν πρωτείων: vt Herodotus denique συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ Terpſichore: quemadmodũ extremo cap. 12. huius lib. à nobis expoſitum fuit. Et ſanè τὸ πρῶτον dicitur vt ἆθλον intelligatur quomodo in iis Homeri verſibus, quos extremo capitis præcedentis attuli.

c ſub init. Iamblichi in vitis Sophiſtarum, fo.20.

d lib.7. hiſtor. in Maximino, f.153. lib. Stephan.

e ἐν προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας.

f lib. 2. de vitis Philoſ. in Menedemo, fol.97. &

g cap.3. Agoniſt.1.

ſimiliter apud Heſychium Illuſtrium in eius demerita, fol.34. editio. Plantin. an.72.

rioris [a] à Themiſtio propoſui, ὅτι ἀπάντη ἀγέραστος ὁ ἡττώμενος: ita explicandum eſt, vt is demum victus haberetur ac ſine præmio prorſus abſcederet, quem vnus aut alter, aut etiam tertius ita præceſsiſſet, in faciendo fortiter, ac ſtrenuè, iuxta morem, legémque certaminis, vt poſtremus ipſe relinqueretur. Alij quibus ſecunda vel tertia præmia cederent, non vtique victi crederentur; quinetiam iis hoc ipſum honori non vulgari duceretur; ſicuti ex eo Herodoti [b] de Athenienſi Callia, celeberrimo teſtimonio intelligimus, in hæc prorſus verba concepto; ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐλευθερῶν τὴν πατρίδα. τοῦτο δὲ τὰ ἐν ὀλυμπίῃ ἐποίησε ἵππῳ νικήσας, τεθρίππῳ δὲ δεύτερος γενόμενος ἐφανερώθη: & cætera, quæ ſuperioris libri capite 19. exhibuiſſe me recordor: itémque ex eo Thucydidis de Alcibiadis olympionicæ munificentia, elogio inſigni, quod ſequẽti capite proferam. Tametſi propriè victor is eſſet, qui cæteris omnibus ita præſtiterat, vt prima ſibi abſtuliſſet præmia: quæ ipſa maiora nominabantur ab antiquis Romanis, vt in illa vetuſta inſcriptione, quam è Cechinorum domo in campo Martio Roma protulit Philander ad Vitruuium [c], de Diocle Luſcitano agitatore factionis ruſſatæ qui & in aliis factionibus vicerat: ERVSATA LAENATE PONTIANO ET ANTONIO RVFINO COSS. SVMMA QVADRIGA AGITAVIT ANNIS XXIIII. MISSVS OSTIO IIII.CCLVII.CLXII. A POMPA CX. SINGVLARVM VICIT. ∞ LXIII. INDE PRÆMIA MAIORA VICIT XCII. XXX. XXXII. &c. Ex qua conſuetudine vetuſta nẽpe iſtud eſt quod Statius Papinius [d] non Arcadem modò qui ſine fraude vicerat ſecũdo loco, prima vice ſuperatus illò Idæ dolo quem ſuperiùs verbis ipſius poëtæ oſtendimus; verùm etiam Idam ſuo quopiam ſed minoris pretij munere donatum, reliquos antagoniſtas leuiſsimis præmiis affectos, cecinit ſic ferè;

*Finiti curſus, operúmque inſignia præſto*
*Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas*
*Cætera plebs Lycijs gaudet contenta pharetris.*

Et item iſtud quod cùm ab Hippomedonte Phlegyas atque Meneſthæus diſco ſuperati eſſent; nihilòminus tamen hos ſua quoque licet minora præmia conſequutos, idem poëta finxit his verſibus:

Tunc

[a] *cap.34. & pen. ſub initium.*
[b] *Erato, ſiue lib. 6. fol.236.*
[c] *in annot. ad ca. 3. lib. 5.*
[d] *in lib. 6. Thebaidos.*



*Tunc genitus Talao victori Tigrin inanem*
*Ire iubet, fuluo quæ circunfuſa nitebat*
*Margine, & extremos auro manſueuerat vngues;*
*Gnoſiacos arcus habet & vaga tela Meneſteus.*
*At tibi, ait Phlegya, caſu fruſtrate ſiniſtro*
*Hunc quondam noſtri decus, auxiliúmque Pelaſgi*
*Ferre damus (neque enim Hippomedon inuiderit) enſem.*

Poſtremò quod ſuperato collũctatore Agylleo apud eũdem poëtam extrema Thebaide ſexta,

*Et palmam dextra læuáque nitentia dono,*
*Arma ferens Tydeus*
*Hæc ſimul oſtentans quæſitáque præmia laudum*
*Dat ſocijs: ſequitur neglectus Agyllea thorax.*

Et ſanè in Capitolinis à Nerone ac Domitiano inſtitutis (quemadmodum lib.1. cap.3. & 26. enarratum fuit) Muſicis quoque ac poeticis agonibus qui vicerant; eos corona & ramo è quercu arbore (addeſis oleam, ex qua miſtis & circumplexis querneis foliis compactam Capitolinam coronam eo capite 26. monui) lemniſcatis aut torque inuolutis donatos: qui verò ſecundi erant, horum coronas & palmas ſine lemniſcis fuiſſe; in ſuis Auſonianis lectionibus [a] Ioſephus ille Scaliger omnium optimè noſtratium, exterorúmue, hac & patrum ætate literis Græcis Latiniſque meritus, à Sidonio & Auſonio docuit: iſtius [b] ad Paulinum hoſce verſus explicans;

*Et quæ iamdudum tibi palma poëtica pollet,*
*Lemniſco ornata eſt: quo mea palma caret.*

Eadémque ratione in Palladiis quoq; ſeu muſicis, aut potiùs poëticis illis, non Chryſanthinis quidẽ (quales qui olim Sardibus celebrati, vt ex inſcriptione vetuſta Græca, vnde verba ſuperiùs protuli, & illo Martiani iuriſconſulti quod adiunxi teſtimonio intelligitur) ſed argyranthinis vel argyrophillinis, apud Toloſam noſtram ludis, quos quotannis Maio menſe ineũte committi ſolere, aliquot anteà locis ſuperiorum librorum admonui: quemadmodum vnum victori præmium proponitur Leucoion Luteum [c], antiquitus ex auro ſub annum Chriſti ∞ CCC. XXIII. XLVIII. & LV. [d] nunc verò & parentum itidem ac maiorum noſtrorum memoria ex argen-

Ffff 2. to

[a] *lib. x. cap. 10.*
[b] *ex epiſt. 20.*
[c] *vulgari verbo,* La violette qui eſt le violier iaune.
[d] *vide in d. lib. 2. commentarij publici aſſeruati apud Archiũ Capitolinorũ Octouirorum.*

to puro & ſolido; præcipui hoc quidem honoris loco [a]; ſic duobus aliis qui inter antagoniſtas poëmatum ſuorumreccitatoresad victorem proximè acceſſerint, ſua itidem florida (vt ita loquar)ex argento prꝗmia ſub Lilij,ſiue(vt quidã cum Matthiolo ſentiũt) Aquilinæ aut Aquilegiæ [b], atque ſub Heliotropij ſiue Kalendulæ [c] ſpecie, non ſine cauſæ cognitione decernuntur: Sed ita quidem ex maiorum inſtituto, ne idem bis præmium [d] aut annuatim ſingula vnus poëta, verùm intermiſſo vnius anni (quo gratiæ athlothetis, aguntur, dum aliis annua illa concedunt præmia) ſpatio nec citiùs quàm intra quinquenniũ tria illa velut periodonices, aut triſolympionices quiſpiam interiectis (vti dixi) annis conſequatur: atque ita relatus in magiſtrorum Rhetoricæ facultatis ordinem (ita enim in commentariis priſcis, qui ex archio ludorum tempore deprompti oſtentari & ante ipſum protocritem, ſeu Cancellarium collocari ſupra vel ad puluinos holoueros chryſoſpaſtos atque bracteatos ſolent; nominatam comperi poëticam) anno ſexto poſt redditas de adepto ſuperioris anni honore gratias, quas itidẽ ob illa præmia ſingula interiectis annis habuêre, ſuffragij de agoniſtarum præmiis ferendi ius in poſterum conſequatur; cum ipſis athlothetis, ex octouirorum nempe (qui capitolinorum appellatione magiſtratum municipalem

[a] *quod qui conſequeretur eum ſubtilem aut peritum amatorem à maioribus illis agonum poëticorum apud Tectoſagas noſtros inſtauratorib. appellatũ libro commentarij publici 2. fol.70. memoriæ traditum. Cætera verò præmia duo acceſſionis loco ad præcipui eius commendationem & feſtis ac ſolemnis dici celebritatẽ adiuncta, ne in vnum hominem alioqui totus feſtiuitatis honos conferretur. Sic enim verba vernacula concepta ferè ſunt*, Cil que han gazãhada vna vetz o motas la ioya principal coma la ioya de la violeta laqual principal reputan, ſon nommat fin aymant, &c. E dizem principal en reſpieg de las autras ioyas, laſqualz appellam acceſſorias: & a queſtas hom dona per hondrar la ioya principal & per ſollempnizar la feſta. E que vz ſolamen no aya tota la honor de la feſta. *Luteum igitur iſtud Leucoïon ab ipſo agonum initio aureum eorum præmiorum præcipuum fuit huius ornamento adiecta duo poſt annos aliquot argentea: & vt eſt in lib. 2. commenta. publici aliquoties à me iam citati vulgari Occitana lingua perſcripto, fol. 70.* Flor de violeta de fin aur, flor d'ayglentina è flor de gaug de fin argen: *& quadam epiſtola verſibus ante annum 1323. conſcripta ſeptem virorum Manu tentorum nomine ac vndiq; miſſa inuitandorum ad certamen poëticum agoniſtarum gratia quæ extat lib. 1. eiuſdem commentarij publici ſub initium:* E per tal que vuels ſa leſer caſcus en ſa obra plazen. Dizem que per dreyt iuciamen à cel que la fara plus neta donarem vna violeta de fin aur en ſenhal donor no regardan pretz ni valor, &c. [b] *vulgari verbo,* Eglantine (*vnde certamini Muſico nomẽ Gallis dici exiſtimãt,* Ancolye. [c] *vulgari verbo* le gauch, *quod Gallicè* Souci. *Ital.* Fior d'ogni meſe, *veteribus poëtis Caltham vocantibus vt nonnulli ſentiunt.* [d] *expoſitis tamen quas memoraui legibus quæ in deſuetudinem abiere poſt triennium quo durante feſtum diem ſuis poëmatis honoraſſet idem præmium licuit conſequi, vt ſcriptum disertè lib. 1. commentarijs Holouero viridi operti & lib. 2. fol. 67. pag. 2. alio præmio intra triẽnium donari vnum adeptus potuit. Sic enim ibi ſcriptum.* Cel qu'aura ioya haguda vna vets per ſon bel dictar no deu heſſer receuburs per auer aquella que haura haguda tro que deſpazis de tres ans ſia paſſatz aprop lan complit que laura haguda per ſo que las honors ſe partiſcan, e pueis lo quart an pot eſſer receubuts per hauer la meteyſſa ioya que haura haguda mas que haia hondrada la feſta per los ditz tres ans am la precieuſa de la perſona & auer alcum dictat ſi donx per cauſa iuſta no era eſtatz empachat de laqual cauſa poyran conoysher li ditz VII. ſenhor mantenedor ò la maior partida de lor. A dautra ioya però en aquel miech poyra eſſe receubeut.



cipalem annuum gerunt) ordine tribus, ſed iis agonum prꝗcipuè iudicibus, qui vt à Græcis olim hellanodicæ vel Critæ, ſic à noſtris nominati Manutentores: ſimul cum eo, quem Cancellarium [a] ob auctoritatem qua cæteris præcellit, nuncupant; hoc eſt ſupremi Clementiæ Iſauræ iudicij executores & honoratorum ciuium, atque magiſtratuum numero, huic ſerio ludicro tuendo, atque ordinando deſtinantur: in quo vbi Kalendis Maij matutinis poſt audita ſolemnia ſacra, & pomeridianis horis poëmatum variorum recitationi opera data eſt, & celebre ſyſsitium epulum ſiue conuiuium ab octouiris illis municipalibus Clemẽtiæ Iſauræ legatariis in intimo tanquàm Prytanæo Capitolinarum ædium (ex Græcanico ſcilicet more, quem ſuperiore tractatu [b] celebrauimus) Symmyſtis atque thiaſotis, immo præcipuis quibuſque ex ciuium honoratorum ordine inuitatis, ad quintũ Nonas Maij (qui dies inclyti chriſtianorum ſigni [c] memoriæ ſacer eſt) poſt matutinas aliquot horas itidem recitationi poëmatum impẽſas, non ſine publica lætitia, quam vel ipſi tibicines pronunciant, exhiberi moris eſt: factis in eam rem ſumptibus ex agonotheticorum prædiorum reditu, quæ reſtituendi muſici certaminis huius gratia virilem animum gerens Iſaura, Herculea immò virtute ac liberalitate incomparabili contulit; quale cõuiuium præbiturum ſe Achilles poſt monomachiæ agonẽ, olim iſto carmine Homerico [d] profeſſus:

καὶ σφὶν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομαι ἐνκλισίῃσιν.

Ob quam egregiæ fœminæ liberalitatem, cum ſumma prudentia poſteritatíſque ad liberalium literarum ſtudium excitandæ cura cõiunctam, exemplo Romanorum veterum (qui Taraciæ Caiæ, ſiue Suffetiæ virgini Veſtali ſtatuam, vt poneretur vbi vellet, decreuerant: propterea quòd campum Tiberinum gratificata eſſet ea populo; ſicuti à Plinio Secundo [e] literis proditum) maiores itidem noſtri ſtatuam Iſauræ illi virgini (vt fas eſt credere, nam de coniugio nihil hiſtoriꝗ noſtrates memorant) ob forum vænalium quod Petræ dicitur media vrbe ſitũ, & in eos quos dixi vſus liberaliter, cum aliquot aliis prædiis vrbanis, ruſticiſque collatum; ſtatuã quàm honoratiſsimo loco in aula magni, quod vocant, conſiſtorij (vbi poëticum certamen annuatim velut in ipſius conſpectu exhi-

[a] *hoc munere functus an. 1343 Guliel. Molinerius quiſpiã, vt ex eius ad ſeptẽ manutentores epiſtola rythmica in illos commentarios publicos quos antè dixi, relata colligitur: vbi hæc verba ſunt ad extremũ veluti ſubſcriptionis loco, ſimplicitatem quãdã ſubruſticam cum vernaculo ſono redolentia: ſic ferè*

Lan mil tres cents quarante hueict
Am l'autentic ſagel penden
Del gay conſiſtori plazen
Per l'umil voſtre cancelier
Menſonat Guilhiẽ Molinier.

[b] *vbi de præmiis Olympionicarũ agimus.*
[c] *de quo vidẽda quæ ſcribo lib. 3. Semeſtr. ad extremum cap. 1.*
[d] *ex Iliad. ψ. fol. 1330.*
[e] *cap. 6. lib. 34. nat. hiſtor.*

beri ſolet: quotidiana etiam litium iudicia expediri, conſilia denique de ſummis totius reipub. negotiis cogi frequentiſsimo ciuium conuentu, quot menſibus aut etiam ſæpiùs, ſi fortè communis vtilitas exigit) poni iuſſerunt. Inſcriptionis aut vetuſtæ, aut ad vetuſtarum illarũ exemplum expreſſæ, atque cum Romanis comparandæ omnino hæc verba ſunt, maiuſculis, ac deauratis mandata, æneæque tabulæ inſcripta literis.

## EPITAPH. CLEM. ISAVRÆ.

CL. ISAVR. L. ISAVR. F. EX PRÆCLARA ISAVR. FA. QVVM IN. P.P. COELI. OPT. VITAM DELEGI. CASTA. Q. ANNIS. L. VIXI FOR. FRV. VINA. PISCA. ET HOLITO P. S. IN PVB. VSVM STATVIT. C. P. Q. T. L. C. HAC LEGE VT QVOTANNIS LVDOS FLO. IN ÆDEM PVB. QVAM IPSA SVA EXTRVXIT CELEBRENT. ROSAS AD M. EIVS DEFERANT. ET DE RELIQVO IBI EPVLEN. QVOD SI NEGLEX. SINE ƆO. FISCVS VENDICET CONDITIONE SVPRADICTA H. S. V. F. N. V. R. I. P.

Nec aſpernandum, aut ſine aliquo veterum exemplo fieri exiſtimandum; quod ille quem dixi Cancellarius, ſelectis aliquot bonæ, ac generoſę indolis pueris (quib. ipſi libuerit) præter legitimum & publicum, quod vni eximio cuipiam tribuitur; ipſe illis de ſuo alia conſimilia ſubargẽteo itidem, ſed minoris quàm illa tria ſint præmia pretij, flore ocello [a] (quẽ ab odore Cariophyllum, itẽmque Betonicam, ſiue coronariam vetonicam à veteribus dictam nonnulli, alij verò ipſis incognitum autumant) honoris, ac præmij cuiuſdam vice, quo ſcilicet ad bonarum artium ſtudia ineunda extimulet atque incendat, extraordinem de ſuo largiri ſolet. Nam Antilocho qui tertium modò è curſus certamine præmium fuerat conſecutus: dimidium auri talentum inſuper Achilles apud Homerum tribuit: ſic ferè canentem,

[a] *vulgo* gyroflade, Gallicè gyroflee ou œuillet.

ἀλλά τοι ἡμιτάλαντον ἐγὼ χρυσοῦ ἐπιθήσω
ὡς εἰπὼν ἐν χερσὶ τίθει.

Quo exemplo id ab agonothetis quoque priſcis vſurpatum poſteà fuiſſe retulit eo loci Euſtathius; in hæc verba, ἤγουν ἐπιβαλῶ ἐπέκεινα τοῦ ἀέθλου δώσω, ἐξ οὗ νοητέον, ὅτι ἐκ τῶν οἰκείων τοῖς ἀγωνοθέταις ἔκειντο, καὶ τὰ εἰς φιλοτιμίαν εἴπερ δεήσειε. Ac de ocello quidem



quidem cum alioqui nullam in priſcis poëticorum agonum noſtratium commentariis iniectam eſſe mentionẽ, ipſis nuper accuratè perlectis didicerim, à grafiario (ſic vulgò nominant) ſiue grammateo Capitolinorum octouirorum aſſeruatis: Nihilominus tamen vbi de legibus agonis huiuſce agitur, ſub annum Chriſti ∞ CCC. LV. iuſſu VII. Critarum (quos manutentores [a] hoc eſt conſeruatores veluti nomophylacas aliquos vetuſto verbo vocamus) editis, cùm ſcriptum ſit materno, ſiue Occitano vernaculo ſermone [b] in hanc ſententiam; vt Bidello id eſt præconi (ad cuius curam id quoque ſpectauit munus quo graphiarius agonalis conſiſtorij hodiernus, cuius ibi nulla mentio, perfungitur [c]) quinque ſolidi Turonenſes, honorarij cuiuſdam vice pro impenſa opera dentur ab eo (ſi tamen ita libuerit) qui aliquod præmium fuerit aſſequutus; quod interdum extra ordinem tribui ſolet eliciendæ nuperæ poëmatum recitationis, & ad eam incitãdæ iuuenum induſtriæ gratia: inde initium factum Ocelli pueris ſua vel aliena poëmata pronuntiantibus qui bonæ indolis ſuæ ſpem aliquam in poſterum faciant tribuẽdi crediderim; cui aliquot eiuſdem generis adiungi ſolere floſculos extraordinem aliis concedendos pueris, modò dictum eſt.

[a] *in lib. 2. comment. vernacula lingua perſcripti, fo. 70. ſic legitur,* Li ſenhor acoſtumar à iuciar & donar laſditas ioyas. E cil que ſon receubut e creat per lor sõ nomnat Mãtenedor del gay ſaber, o Mantenedor d'amors o del joy d'amors, e prẽdez amors en bon ſignificat, ſoes per amors ques fina honeſta e leguda. Quar aquela tos tẽps manteno e en autra non ſatendo.

[b] *lib. 1. eius voluminis quod ho lobero viridi opertum & vmbilicis quinis deauratis exornatum eſt, & præ cãcellarij oculis, dum agoni poëtico præſidet ſtatuitur, cum aliis Rhetorices vtriuſque præcepta continentib. codicib. viridi rubróque Holouero adopertis.* Et quan alcunas vetz es donada certa ioya extra ordinaria per cobbla eſparſa per apenre & eſſenhar los noels dictadors & en ayſſo com quels bedelz trebaille deu hauer de cel ques ha la ioya, cinq ſolz tornez ſi donar les y vol de grat.

[c] *itaque in ipſius creatione iuxta leges in commẽtarios illos publicos relatas poſt inquiſitionem de fama præclara & honeſtis ac probatis moribus iusiurandum præbebatur ſe bonum & fidelem & arcanorum ſibi cõmiſſorum cuſtodem, bona fide relationẽ durante officio facturũ & præcipua quæq; dictata ſiue poëmata pronunciata ſuo tẽpore in commentariorum Librũ ſibi à manutentorib. in hanc rem præbendum, eſſe relaturũ: his admodũ verbis vernaculis,* E que bona relacion e bon report fara & leyalmen ſeruira a bona fe duran ſon offici: e regiſtrara los dictatz principals de ſon tẽps en lo libre qu'el dict VII. ſenhor mãtenedor li balharan.

*Variis agonibus vnus eodem die decertare athleta potuit bis vt vinceret. De Stratone inſigni athleta, de Timone ac Cimone in eam rem loci. Paradoxonicæ apud Plutarchum, emendatis ipſius verbis, eorúmque reprehenſis interpretibus, ſed ita vt excuſentur quod poteſt. Paradoxi qui, Fortunatiano Arriano & lapidibus vetuſtis; qui Euſebio. Emendantur interim Arrianus & Suidas; Hominibus ipſis tributa hæc, Victoriæ, Veneris, Lyræ, Muſæ, Atticæ Muſæ, Domeſtici boni ſiue Ornamenti, atque Sapiẽtiæ cognomina. Interdum omnia vnus auferebat præmia.* Ἀκονιτί, ἀκονιτί, *Plutarchi de Alcibiade locus illuſtratus, Iſocrate adhibito, quem ipſius interpres aſſequutus non videtur: item Athenæo atque Thucydide* ζεῦγος, ξυνωρίς, *Biga Olympicis agonib. addita ætate Alcibiadis. longè anteà currus, quo, Alcmæon*

*mæon Athenienſium primus inibi vicerat. Alium poſcere. Nemo ſine pugna propriè victor: citato imprimis B. Chryſoſtomo, in quo macula quæpiam deletur. Sed coronatus tamen etiam non victor, ſi leges athleticas omnes obſeruaſſet. Victor etiam poſt lapſum: ex Ambroſio Chryſoſtomo, Arriano, & Chryſologo; cuius verba caſtigantur. De lapſis pœnitentibus in Eccleſiam recipiendis nonnihil aduerſus Nouatianos.*

## CAP. XXI.

POSTREMÒ eodem ludorum die vnum eundémque variis agonibus decertare, præmiáque ipſorum victorem auferre potuiſſe obſeruaui, iam pridẽ apud Pauſaniam [a]; de Capro Pythagoræ ſiue filio, ſiue diſcipulo agentem ita, vt luctæ atque pãcr[a]tij coronas eodem die conſequutum referat, primóque ipſi obtigiſſe iſtud, bis vt eodem die vinceret: cui etiam duas ex duabus victoriis poſitas, iuxta morem ſuperiore libro à me celebratum, ſtatuas apud Olympiam ſcribit; quo loco, περὶ δὲ αὐτὸν ἀνδριάντες δύο, ἀνδρός εἰσι κάπρου τοῦ Πυθαγόρου, πάλης τε εἰληφότος καὶ παγκρατίου στέφανον, ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς. πρώτῳ δὲ γεγόνασιν ἀνθρώπων, αἱ δύο νῖκαι τῷ κάπρῳ τούτῳ. Et lucta quidem narrat ſuperatũ ab illo Eleum Pæanium, qui ipſe poſteà, quòd viros lucta & pugilatu Pythicis agonibus eodem quoque die viciſſet, coronatus fuerit. Prætereà de Clitomacho Thebano memoratur à Pauſania [b] ipſo, illum Iſthmiis eodẽ die viros lucta viciſſe, pugiléſque ac Pancratiaſtas terno certamine: τὰ δὲ οἱ ἐς δόξαν ἦν τοιάδε· ἐν Ἰσθμῷ παλαιστὰς κατεπάλαισεν ἄνδρας καὶ ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε τὴν πυγμὴν καὶ τοὺς ἐς τὸ παγκράτιον ἐσελθόντας ἐκράτει τῇ μάχῃ, &c. Iſtud ipſum ex eo colligitur carmine, quod in hæc verba fudit Alcæus Epigrammatarius [c];

Ἄρτι παρ' αἱματόεντα χερῶν ἀπελύετο πυγμᾶς
  ἔντεα, καὶ γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ.
τὸ τρίτον οὐκ ἐκόνισεν ἐπωμίδας, ἀλλὰ παλαίσας
  ἀπτὼς τοὺς τρισσοὺς Ἰσθμόθεν εἷλε πόνους.
μοῦνος δ' Ἑλλάνων τόδ' ἔχει γέρας. ἑπτάπυλοι δὲ
  Θῆβαι, καὶ γενέτωρ ἔστεφθ' Ἑρμοκράτης.

Alio etiam loco [d] de Stratone loquitur idẽ Pauſanias athleta Ægienſi, vt eodem die apud Olympiam, luctæ atque pancratij victorias reportauerit; cui porticus exercendo corpori ad oppidum Ægium constructa ſit: στοὰ δὲ τῆς πόλεως πλησίον (inquit) ἐποιήθη Στράτωνι ἀθλητῇ Ὀλυμπιάσιν ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς παγκρατίου

[a] *lib. 1. Eliacôn 2 fol. 151. & 152. vbi à capro deiectum in colluctatione præmiũ Eleum*, Ὀλυμπιάδι πάλην τὴν προτέραν ἀνῃρημένον καὶ Πυθοῖ παίδων τε πυγμῇ στεφανωθέντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς. *Theagenem quidem Taſiũ cùm ſuperaſſet pugilatu Euthymum Locrẽſem ab ipſo poſteà volente* τῇ αὐτῇ Ὀλυμπιάδι πυγμῆς τε ἀνελέσθαι καὶ παγκρατίου νίκας *ſuperatum Theagenem pãcratio* ὥστε προκατεργασθέντα τῇ μάχῃ πρὸς τὸν Θεύμου *& mulctatum inſuper talẽto vno quidem depenſo in Dei anathemata: altero autem iuſſu Hellanodicarum præſtito ipſi Euthymo narratur à Pauſan. Eliac. 2. fol. 143.*

[b] Eliacôn 2.

[c] *lib. 4. Anthol. tit.* εἰς ἀγωνιστῶν εἰκόνας *epigram. 5. cuius initiũ* οἷον ὁρῇς *quod protuli ſuperiore libro.*

[d] *Achaicis, fol. 181.*



καὶ πάλης ἀνελομένῳ νίκας. αὕτη μὲν γυμνάζεσθαι τούτῳ τῷ ἀνδρὶ ἐποιήθη. De quo Stratone Corragi filio, id ipſum, quod attinet ad victoriam eodem die duplicem: & inſuper ad valetudinem ope gymnaſtices recuperatam, ex Æliani quarto de varia hiſtoria, primo huius agoniſtici libro [a] egimus; vbi de arte gymnaſtica plurimum à nobis diſputatũ fuit. Hoc amplius ab aſſentatore ſophiſta quopiã (ſic enim potiùs, non philoſophum nominare placet) laudatum Timonem illum Lucianus [b] memorat, quod eodem die pugilatu, lucta, & curriculo viciſſet apud Olympiam; itémque equorum quadrigis & pullorum bigis: νενίκηκε δὲ πὺξ (ait) καὶ πάλην καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας καὶ τελείῳ ἅρματι καὶ συνωρίδι πωλικῇ. Victoriis pares numero coronas & cum palmæ ramis cõſequutum nempe ſignificat. Magnę admirationi fuiſſe apud veteres eum, qui ſacro certamine bis eodem die victoriã reportarat; inde addiſcimus, quod de Cimone (quem Probus Aemilius in eius vita [c] memorat, apud Mycalem Cypriorum & Phęnicum ducentarum nauium claſſem, deuictam cepiſſe, eodémque die pari fortuna in terra vſum eſſe: namque hoſtium nauibus captis, ſtatim ex claſſe copias ſuas eduxiſſe, barbarorum vno concurſu maximam vim proſtrauiſſe) agens Plutarchus, poſteaquàm Cimonem vt inſignem athletam præliis vno die duobus victorem, ac decus Salaminium terreſtri pugna, nauali Platæenſe tranſgreſſum inſtitiſſe victoriis, iuxta Cruſerij verſionem, tradidit: vel potiùs, partis illuſtribus duabus eodem die victoriis, inſuper ſtatuendi ac firmãdi trophæi ergò, prælium continuaſſe nauibus vtique Phœniſsis 80. quas ad Hydrum ſtare, cùm ſuperiori pugnæ non interfuiſſent, intellexerat; celeriter aduerſus ipſas directo curſu ita debellatis depreſsis ac depugnatis, vt vna homines maxima ex parte interierint; quod interpreti Gallico eruditiſsimo placere video: qui hunc locum ſua paraphraſi elegantiſsima illuſtrauit, maiorem in modum, in quo breuitate ſua Latinum fugiſſe videntur interpretem iſta Græca paucula quæ prætermittere non debeo [d]; Κίμων δ' ὥσπερ ἀθλητὴς δεινὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα, καὶ τὸ μὲν ἐν Σαλαμῖνι πεζομαχίᾳ, τὸ δ' ἐν Πλαταιαῖς ναυμαχίᾳ παρεληλυθὼς, τρόπαιον ἐπηγωνίσατο ταῖς νίκαις. Eius rei denuò hiſtoriam pertractans ad finem operis,

[a] *cap. 14.*

[b] *in Timone ad finem.*

[c] *Cimone fo. 103.*

[d] *in Cimonis vita, fo. 889. editio. Steph. vbi Amyotus eruditiſſ. & religioſiſſ. Antiſtes, in cæteris quæ rectiſſ. prodidit, iſtud itidẽ optimè:* Ne ſe cõtenta pas encore de cela: car apres deux ſi belles & ſi glorieuſes victoires gaignees il combatit encore pour l'honneur du trophee eſtant aduerty que les quatre vingts voiles Phœniciẽnes trop tard venuës, &c.

Romanúmque Græco Imperatorem comparans hiſtoricus; ob Græciam illa pedeſtri naualíque laurea vno die ab ipſo coronatam, iure aliquam habere interduces prærogatiuam ſcribit: athletarum exemplo, quos cum vno die lucta ſimul & pancratio coronantur, in vſu, aut conſuetudine vulgi Paradoxonicas, hoc eſt admirabiles vt inexſpectatos victores nuncupant: vbi Cruſerius, Nouo more vocant victorias, vertit; Leonardus autem Iuſtinianus anteà non abſimiliter, Inſueta rei magnitudine victorias vocant; Amyotus ipſe itidem lingua vernacula, *mais comme es ieux de prix, & exercice de la perſonne qu'on faict par la Grece, ceux qui en meſme iour gaignēt le pris de la lucte, & de l'eſcrime des poings* (ſic malè vertit, pancratiū cum pugilatu confundēs) *ſont nommez par vn'eſtrange couſtume nō vainqueurs mais victoires pour plus leur faire d'honneur*: decepti omnes mendoſa ſcriptura illius loci [a] quæ talis eſt; ὥσπερ γὰρ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἡμέρᾳ μιᾷ πάλῃ μιᾷ (legendum ἅμα vt paulo pòſt, vel delendum potius τὸ μιᾷ vt pote fruſtra è præcedentibus repetitum) καὶ παγκρατίῳ στεφανουμένους ἔθος τινὶ παραδόξῳ νίκας καλοῦσιν, οὕτω Κίμων, &c. quę ſuperiore libro [b] appoſui. Verùm intereà in his, pro παραδόξῳ νίκας, legendum vno vocabulo παραδοξονίκας videri (quod & ſenſus expoſcit ratio) Iano Maynardo noſtro Iuueni doctiſsi. antequàm de ſua coniectura me admoneret, aperui; quam ipſum iſto altero Quirij fortunatiani [c] teſtimonio (quod viciſsim ex illo Plutarchi loco lucem accipit) confirmare memini: Vnde etiā vulgo Olympionicas & cæteros victores ſacrorum certaminum paradoxos vocant, magis conſuetudine, quàm ratione ducti, Nam vt opinor παράδοξον eſt quod eſt παρὰ τὴν δόξαν, id eſt contra opinionem bonam. Vbi quod paradoxorum hieronicis nomen tribuitur, de iis qui bis eadem die victores eſſent renunciati accipere cōuenit: Et ſimiliter quod Epictetus apud Arrianum his verbis; quæ, vt eadem opera caſtigentur, & quoniam ſuperiora illuſtrant, lubens proferam: ἐνθυμήθητι οἵαν νίκην ποτὲ ἔγνω ἐκεῖνος νενικηκότα ἑαυτὸν (de Socrate loquitur) οἷα ὀλύμπια, πόσος ἀφ' Ἡρακλέους ἐγένετο ἵνα τις νὴ τοὺς θεοὺς δικαίως ἀσπάζηται αὐτόν· χαῖρε παράδοξε (ita videntur olim ſalutati, quibus eadem die apud Olympiam victores renunciati forent: nam ſequitur, de pugilib. pancratiaſtis, & gladiatoribus

[a] *apud Plutarchum in comparatione Cimonis & Luculli, fol. 952. libri Steph.*

[b] *cap. 14. Agoniſtic. 2.*

[c] *lib. 3. Rhetori.*



toribus illorum ſimilibus) οὐχὶ τοὺς σαπροὺς τούτους παίκτας καὶ παγκρατιαστάς. οὐδὲ τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς τοὺς μονομάχους. ταῦτα ἀντιθεὶς νικήσεις τὴν φαντασίαν, & reliqua: vbi minimè dubito, quin pro παίκταις, legi πύκταις debeat. Nam tametſi παίκτης, luſor ſit, ἀπὸ τοῦ παίζω, vt in vetuſto Lexico græcolatino [a]: attamen quis non videt, inconcinnè generali nomini ſpeciale connecti vocabulum ſub ipſo comprehenſum? è contrario autem pugilibus commodiſsimè adiungi pancratiaſtas, ſicuti luctatoribus, cùm è lucta & pugilatu conſtet pancratium, ex iis deprehenditur, quæ Agoniſtico primo ſermonibus 9. 10. ac 12. luculenter & copioſè diſſertauimus: & verò ex iſto Suidæ, in quo, παγκρατιασταῖς (ait) ἀθληταῖς πύκταις οἱ (hoc addo ex coniectura, ita exigente loci ſententia) ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσιν. Atque vt apud Arrianum, Paradoxi nomen ad paradoxonicam Plutarchi ſcilicet, qui bis eodem die in agonibus ſacris viciſſet; ea nominis figura ſic appellatum, qua & παραδοξόλογον & παραδοξοποιὸν, tanquam παράδοξον νικητὴν, Fortunatiani auctoritas referendum eſſe comprobat: Sic & in antiqua inſcriptione illa Gręca [b] de M. Aurelio Demetrio Hermopolita Pācratiaſte Periodonica luctatore Paradoxo Marci Aurelij Aſclepiadis cognomento Hermodori patre (quam huius libri ſermone 14. ad extremum exhibui) ſi quis Paradoxi nomen acceperit, à vero minimè aberraturū exiſtimem: aut ſi quis de piis & fortibus Chriſti Martyribus Tyriis, qui ex perfectæ confeſsionis ſignaculo (quemadmodum ab Euſebio [c] Ruffinus de Gallis martyribus loquitur) id nominis merebantur accipere; agentem ipſum Euſebium, & hoc vocabulum (quo de agimus) vſurpantem ad illam Ethnicorum hieronicarum appellationem honorificam, quos Paradoxos & paradoxonicas fuiſſe dictos comprobauimus, aſpexiſſe affirmauerit: quo loco [d], ἴσμεν γὰρ καὶ τοὺς ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης οὓς τις ἰδὼν συνκατεπλάγη τὰς ἀναριθμήτους μάστιγας, καὶ τὰς ἐν τούτοις τῶν ἀληθῶς παραδόξων τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν ἐνστάσεις. vbi vim talem articulus ἀληθῶς habere non immeritò videatur, quaſi carnalibus (vt cum Sancto Paulino [e] loquar) ac Ethnicis falſò & iniuria, Chriſtianos autem athletis meritò veréque iſtud Paradoxi Epitheton attributum fuerit. Nec tamen alioqui ab omni ratione abhorrere penitus credenda eſt vulgata eru-



[a] *col. 564. editio. Stephan.*

[b] *quæ in Auctario Lipſiano Smetianis inſcriptionib. editio. Plantinia. addito extat pagin. 57. & citatur ab Huber. Goltzio in Theſauro rei antiquariæ cap. 21. de nominib. prop. fol. 163.*

[c] *lib. 5. eccleſ. hiſtor. ex interpret. Ruffini cap. 2. fo. 108. vbi Græcus contextus habet fol. 48.* οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν.

[d] *hiſtor. eccleſ. c. 7. lib. 8. f. 85. pag. 2. edition. Pariſ.*

[e] *eo loco qui citatus eſt à me initio cap. 4. hoc lib.*

ditorum hominum illa interpretatio apud Plutarchum, vt victoriæ dicerentur homines qui vicerant; quando ab Eunapio [a] Plutarch. omnis philoſophiæ Venus & Lyra nuncupatur, ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης ἀφροδίτη καὶ λύρα: & apud ipſum Eunapium Mileſius Smyrnæus ab Anatolio præfecto prætorio Illyrici Muſæ cognomine donatus; de quo hæc hiſtorici [b] verba ſunt, οὕτω γοῦν εἷλε τὸν Ἀνατόλιον ὥστε καὶ μοῦσαν ἐκάλει τὸν ἄνθρωπον. Apud quem inſuper, vt Caſsium Longinum Porphyrij præceptorẽ, animatæ aut viuæ ac ſpirantis bibliothecæ, itémque deambulantis Muſæi vocabulo exornatum videas; vbi ſic ſcriptum, λογγῖνος δὲ βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον: ita eos qui Athenis nati eloquentia præcellerent Atticæ muſæ domeſticíque ornamenti appellatione cohoneſtatos legimus: vbi de Oribaſio [c] agens, Ὀρειβάσιον δὲ πέργαμος (ait) ἤνεγκε, καὶ τοῦτο εὐθὺς οὕτω συνετέλει πρὸς δόξαν ὥσπερ τοῖς Ἀθήνησι γεγονόσιν ὅτ' ἂν εὐδοκιμῶσι κατὰ τοὺς λόγους πολὺς ἀναχωρεῖ λόγος ὅτι Ἀττικὴ μοῦσα καὶ τὸ ἀγαθὸν οἰκεῖον. Quibus verbis equidem aſpexiſſe illò Eunapium reor, quod de Xenophonte à Diogene Laërtio [d] traditur; ob elocutionis dulcedinem, Atticæ Muſæ inditum ipſi nomen à veteribus fuiſſe. Nam ita ille; ἐκαλεῖτο δὲ (ait) καὶ ἀττικὴ μοῦσα, γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας. Poſtremò non abſimiliter à veteribus Democritum & cœli & ſublimium rerum obſeruatione multa prędicentem pro ſapiente Sapientiam appellatum; tradente hoc ipſum Clemente Alexandrino [e] nuper didicimus: quo loco, Δημόκριτος δὲ ἐκ τῆς οὐ παρατηρήσεως πολλὰ προλέγων, σοφία ἐπωνομάσθη.

Cæterùm quod duos [f] inſigni poëſeos Gallicæ facultate præſtantes viros, atque iſta ætate prę cęteris illuſtres (quorum haud obſcurè ſe diſcipulos agoniſtæ qui aderant, atque adeò inferiores illis, quod legendis eorum ſcriptis multum in eo genere profeciſſent, fatebantur) abſentes licèt, illis argyranthinis ſiue argyrophyllinis præmiis, ſeniorem quidem ipſorum atque vna doctorum voce cæterorũ omnium principem ante triginta minimùm annos [g] argenteo flore illo, vnde præcipuum ludi nomen Aquilinæ ſeu Aquilegiæ, ne alioquin cum agoniſtarum præſentium fraude fieret, quibus debita eiuſmodi ἀργυροφύλλινα præmia: poſteriorum verò nuper anno ſalutis reparatæ ſexto & octuageſimo; argenteo Dauide,

Chriſtiano

[a] *ſub init. lib. de vita philoſop. & Sophiſtar. fol. 6.*

[b] *Eunapius in proœreſio f. 147. Nec abſimiliter Sophoclem tragicum refert Heſychius Illuſtrius in lib. περὶ σοφῶν fol. 43. in vita Menedemi Apẽ vocatum propter lenitatem ſiue dulcedinem σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ.*

[c] *in eius vita ſub initium in f. 171.*

[d] *lib. 2. de vitis philoſophorum, f. 69. editio. Steph.*

[e] *lib. 6. Stroma. fol. 266. exempl. Græci. Latinæ, verſ. fol. 700.*

[f] *Petr. Ronſardũ & illius obitu Io. Anton. Baiff.*

[g] *ann. 1554.*



Chriſtiano Apolline cum publica ipſorum nominis commendatione donatos: & hunc quidem hortatu atque impulſu noſtro ita cohoneſtatum ſapientiſsimi collegæ mecum; vt anteceſſores illum alterum noſtri voluêre. Priſcis quoque temporibus apud Græcos interdum in gymnicis atque adeò curulibus agonibus eueniebat, non ſanè vt abſentium (quod quidem didicerim, præter equorum tamen Circenſium exhibitores [a]) ratio haberetur, ſed præſens vt omnia quiſpiam auferret præmia certamini alicui præſtituta (ſicut etiam omnibus in pentathlo de quo primo ſermone [b] actum eſſe memini) ſi quis nimirum ſine aduerſario, & (quod dicebatur) ſine puluere victor eſſet proclamatus, quod erat ἀκονιτὶ [c] vel etiam ἀπονητὶ [d], vt antè monui, vel ſi quis tot tantáque vel eruditionis (vt illi quos dixi) ſingularis egregia exempla præbuiſſet, aut liberalitatis aut munificentiæ (vt in equis curſualibus alendis qui cæteros velocitate omnes præirent) edidiſſet ſpecimina ſimul, eodemque tempore; nemo vt eſſet qui ſe conferre ipſi animum haberet, aut quin omnium iudicio facilè, ac ſine vllo labore ab ipſo ſuperatum iri cenſeretur. Et ita quidem iſtud Plutarchi [e] de Alcibiade interpretor, vbi ait primo, ſecundo, & tertio vel etiam quarto cum viciſſe; ſcilicet ſi tot erant victoriæ præmia pro aliquo agone propoſita. Quamobrem ipſum Alcibiadem ſplendore gloriáque, omnibus qui in eo genere elaborauerant præſtitiſſe ſcribit; αἱ δ' ἱπποτροφίαι περιβόητοι μὲν ἐγένοντο καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων, & cætera. Καὶ τὸ νικῆσαι δὲ καὶ δεύτερον γενέσθαι καὶ τέταρτον (ὡς Θουκυδίδης φησίν, ὁ δ' Εὐριπίδης τρίτον) ὑπερβάλλει λαμπρότητι καὶ δόξῃ πᾶσαν τὴν ἐν τούτοις φιλοτιμίαν. λέγει δ' ὁ Εὐριπίδης ἐν τῷ ᾄσματι ταῦτα, Σὲ δ' ἀείσομαι ὦ κλεινίου παῖ καλὸν ἀνίκα· κάλλιον (ὃ μηδεὶς ἄλλος Ἑλλάνων) ἅρματι πρῶτα δραμεῖν καὶ δεύτερα καὶ τρίτα, βῆναι δ' ἀπονητὶ δὶς στεφθέντα ἐλαίᾳ, κάρυκι βοᾶν παραδοῦναι. Quod ipſum ab Iſocrate [f] his verbis traditum, nec tamen ab eruditiſsimo illius interprete atque ſcoliaſte Vvolfio in ſuis ad præſtantiſsimum rhetorem annotationibus aut explicatum aut ſaltem leuiter tactum reperio; adeóque inſerendum huic loco, vt è ſuperioribus lucem acciperet, pro bono duxi: ἱπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστίν, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν, οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς,

[a] *ſcripſimus hac de re lib. 1. non longè ab extremo.*

[b] *ſub finem cap. penult. lib. 1.*

[c] *vide Euſtath. in 3. Iliad. Homer. fo. 382. Pauſan. Eliac. 2. fol. 346. Et quos inferiùs citabo ſeq. cap.*

[d] *ſcripſi lib. 1. ad Philenis locum.*

[e] *in Alcibiade fo. 357. lib. à Stephan. excuſ. de quo tactum eſt nõnihil. lib. 1. ſup. cap. 26.*

[f] *in ea περὶ ζεύγους, f. 522. Oporin. edit. an. 1570.*

ἀλλὰ καὶ τοὺς πώποτε νικήσαντας ὑπερεβάλετο. ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμὸν ὅσαις οὐδ᾽ αἱ μέγισται τῶν ἄλλων πόλεων ἠγωνίσαντο. τοιαῦτα δὲ τὴν ἀρετὴν ὥστε καὶ πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τρίτος γενέσθαι, & cætera quæ ſequuntur, & ad egregiam illam & ſumptuoſam Alcibiadis munificentiam commēdandam pertinent. Et ſtatim κατέλυσε δὲ τὴν θεωρίαν· τὰς μὲν τῶν πρώτων εὐτυχίας μικρὰς πρὸς τὰς αὐτοῦ δόξας ποιήσας. τοὺς δὲ ἐφ᾽ αὐτοῦ νικήσαντας παύσας ζηλουμένους, τοῖς δὲ μέλλουσιν ἱπποτροφεῖν οὐδὲ μίαν ὑπερβολὴν καταλιπών. Qua de re ſcilicet ita ipſe apud Thucydidem [a] à Plutarcho ſuperiùs citatum, Alcibiades ſuam munificentiam deprædicans loquutus eſt; ſeptem curribus Olympiam deductis quod nemini priuato anteà obtigerat non prima tantùm ſed ſecunda etiam, & quarta hoc eſt omnia præmia ob illuſtres & eximios ſumptus in Olympicorum agonum cohoneſtationem à ſe factos, merito & legitimo illorum agonum iure aſſequutus fuerit: magnúmque patrię ſuæ nomen, de viribus ipſius atque facultatibus apud reliquos Græcos, facilem iis expugnationem ſibi anteà pollicentes, ita pepererit: οἱ γὰρ Ἕλληνες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μείζω ἡμῶν τὴν πόλιν ἐνόμισαν τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπίαζε θεωρίας, πρότερον ἐλπίζοντες αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι· διότι ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα ὅσα οὐδείς πω ἰδιώτης πρότερον· ἐνίκησα δὲ καὶ δεύτερος ἐγενόμην καὶ τἆλλα ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην. νόμῳ μὲν γὰρ τιμὴ τὰ τοιαῦτα, ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται καὶ ὅσα αὖ ἐν τῇ πόλει χορηγίαις ἢ ἄλλῳ τῳ λαμπρύνομαι, τοῖς μὲν γὰρ ἀστοῖς φθονεῖται φύσει, πρὸς δὲ τοὺς ξένους καὶ αὕτη ἰσχὺς φαίνεται, & reliqua. In ſuperioribus autem illud, ἐνίκησα δὲ καὶ δεύτερος ἐγενόμην, ita ſcoliaſtes Græcus interpretatur conciſè nimis, quod à me ſuperiùs Latinis verbis affatim explicatum fuit; ἐνίκησα δὲ τά τε πρῶτα καὶ τὰ δεύτερα καὶ τὰ τέταρτα. Et quod περὶ τετάρτου ex Thucydide & Plutarcho adnotatum; iſtud ipſum Athenæus quoque probauit Deipnoſophiſtarum libro primo [b] in hæc verba ſcribens: Ἀλκιβιάδης δὲ Ὀλύμπια νικήσας ἅρματι πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος, εἰς ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον, θύσας Ὀλυμπίῳ Διῒ τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασεν. & cætera quæ libro ſecūdo [c] cùm de victorialibus victricibúſue ſeu triumphalibus hieronicarum epulis agerem expreſsi. Quib. Thucydidis & Athenæi teſtimoniis oſtenditur ζεύγους nomē apud Iſocratem

[a] lib.6.fol.202.

[b] ſub init.in fol. 4. Aldi. lib.

[c] cap.19.in prin.



Iſocratem non de biga, quæ σύνωρὶς [a] ſpecialiter dicitur; ſed περὶ ἅρματος de curru accipi oportere: ſicuti quo loco eiuſdem orationis ait [b] Alcmæonem primum ex Athenienſibus apud Olympiam viciſſe longè ante Alcibiadem, ἵππων γὰρ ζεύγη (ait) πρῶτος Ἀλκμαίων τῶν πολιτῶν Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησε: cùm auctore Diodoro [c] certum ſit, Alcibiadis demum temporibus bigam ſiue συνωρίδα ea qua ille vicit Olympiade ludis & agonibus Olympicis receptam, προσετέθη δὲ καὶ συνωρὶς (inquit) κατὰ τὴν αὐτὴν Ὀλυμπιάδα: & verò cùm Herodotus [d] Erato, ſic ſcripſerit de Alcmæone Megaclis filio; καὶ ὁ Ἀλκμαίων οὗτος οὕτω τεθριπποτροφή τας Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται. Nam ἀπὸ τοῦ ζεύγους ἤγουν ἅρματος diſtingui τὴν συνωρίδα ſatis maniſeſtò duobus Platonis in apologia & Athenæi locis comprobatur, quos in Theſauro Græco [e] Stephanus attulit: quibus etiam poſsis percommodè Ioſephi Flauij locum ex libro 15. antiquit. Iudaic. [f] adiicere.

Porrò qui ſemel vicerat ſiue ἱπποτρόφος ſeu potiùs ἱππόκομος, hoc eſt auriga & agitator, aſpirans fortaſſe ad duo vel tria præmia, in more fuit apud veteres, vt alios depoſceret, currus ſcilicet aut agitatores equorum, curſu Circenſi aduerſus eos iterum aut tertiò contendendi gratia. Ex quo more iſtud Plutarchi explicandum ſeſe offert in vita Syllæ, quo loco de Syllæ pugna & victoria ad Cheronæum aduerſus Archelaum, καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἁρμάτων (inquit) ἀργῶς ἐξελαυνόμενα καὶ προσπίπτοντα νωθρῶς ἐκκρούσαντες οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ κρότου καὶ γέλωτος, ἄλλα ἤγουν ὥσπερ εἰώθασιν ἐν ταῖς θεατρικαῖς ἱπποδρομίαις. In poëticis verò Tectoſagum ſiue Toloſatum noſtratium agonibus [g] neque præſentem ſimul eadémque vice, licèt ob variorum ſummæ commendationis ac eruditionis eximiæ poëmatum recitationem, pluribus vnquam præmiis, nec vllo abſentem donari debuiſſe niſi Regem fortaſſe; ducem, comitémve, quibus per procuratorem recitandi, pręmiúmque (ſacramento

[a] excerpta è vetere Lexico Græcolatino adiūcto glosſario cap. de ſpectac. col.274. ſic habent: Biga. συνωρίς.

[b] περὶ ζεύγους col.520. edit. Oporin. quem locum attuli ſuperius lib.1. ad extrem. 3. cap.

[c] lib.13. Bibliot. fol.370.

[d] lib.6. fol. 237. editio Stephan.

[e] in συνωρὶς ex Athenæo quidē καὶ δέκα ἅρματα καὶ συνωρίδας παρεκάλεσε: Platone verò ἵππῳ ἢ συνωρίδι ἢ ζεύγει νενίκηκεν Ὀλυμπιάσι.

[f] cap.11. fo.474. προὔθηκε δὲ καὶ τεθρίπποις καὶ συνωρίσι καὶ κέλησιν οὐ μικρὰς δωρεάς.

[g] quarū hæc verba omnino ſunt in eo libro commentarij iam citati, Motas ioyas en vna vets eſſems no deuō eſſer donadas a vna meteyſa perſona. Cantque motz dictatz ordenatz per hauer ioya haia faitz mays netz que degus dels autres: affin que las honors ſian diſtribuïdas e partidas.

*Quo loco nitidiora poëmata quæ dicuntur ſic intelligi debent vt ſuperiore quodam eiuſdem libri loco exponuntur, fol.69. pag.2. ſic ferè*, Aqueſt vocables net ſe raporta à bona ſentenſa à bon Romans & à bel ornat de paraulas. *De abſentium autem non habenda ratione concepta lex in hæc verba quæ lib.1. extant fol.1.* A perſona abſen no deu eſſer iuciada l'vnha ioya tant que trameta bon dictat ſe doux no era Reis o deugal o de maior dignitat. *Additur lib.2. fol.67.* O fil de Rey, o Com, o deugal, &c. Mas que cet que preſentara per lo dictat haia poder de far lo ſacramē accouſtumat, &c.

cramento tamen illo priùs præſtito, quod exhiberi à recitatoribus ſuorum poëmatũ ſolet) auferendi ius, aut priuilegium potius foret: è priſcis anni 348. & 55. legibus agonalibus (de quibus egimus) compertum eſt. Prætereà quomodo in lucta τὸν μὴ καταβάλλοντα μὴ νενικηκέναι qui non deieciſſet aduerſarium viciſſe olim exiſtimari non potuiſſe, lib. 1. [a] è Chryſoſtomo & aliis docui: ſic in cætero agonum genere is qui non depugnarat victor propriè vereq; nominari non potuit, quippe qui nemine vno ſuperior extitiſſet; iuxta iſtud Senecę [b] verbum, Deſcẽdiſti ad Olympia ſi nemo præter te coronam habes, victoriam non habes: & Pyamonis alterum illud apud Ioannem Caſsianum collatione 18. [c] Neq; enim eſſet (vt diximus) iuſti alicuius laudabilis fortitudo ſi vinceret intentatus, cùm vtique victoria locum habere non poſsit abſque aduerſitate certaminum. Quibus aptè connectitur, tum quod ex Heliodoro & B. Baſilio in eandem ſententiã huiuſce Agoniſtici cap. 1. attuli: tum etiam quod B. Ioan. Chryſoſt. homil. 56. in Matthæum [d]; Quemadmodum enim qui ludicrum inſtituit agonem (inquit) ſi cui athletarum amicitiæ vinculo iungitur, nunquam eum ob beneuolentiam ſuam tantùm, niſi etiam deſcenderit in certamen, coronabit; qui proprium illius, videlicet laborem deſiderat, & quò magis eum diligit, eò magis victorem videre cupit: ſic etiam Chriſtus, quos maximè diligit, eos non ſolùm auxilio ſuo dumtaxat, verùm etiam & à ſe ipſis vult comprobari. Ac prætereà quod idem Chryſoſtomus in ſermone de martyribus imitandis [e]; Nullus athletes ſine certamine fortior dici, nullus ſine victoria poterit coronari: nemo miles ſine prælio hoſtem ſubiecit; nemo ſine bello imperatorẽ promeruit. Et verò, quod lõgè ante vtrumque horum, ex orthodoxorum Chriſtianorum numero, martyr Cyprianus alicubi [f], Niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe victoria, cùm fuerit in pugnæ congreſsione victoria tunc datur vincentibus & corona. Denique quod ex Baſilio in Antonij collectaneis [g] relatum animaduerti, αἱ τιμαὶ καὶ οἱ στέφανοι τῶν νενικηκότων εἰσί· τίς στεφανοῖ ποτὲ τὸν μηδὲ ἀποδύντα πρὸς τὸν ἀντίπαλον, ὅτε οὐ νικῆσαι μόνον δεῖ ἀλλὰ καὶ νομίμως ἀθλῆσαι κατὰ τὸν ἀπόστολον. Honores & coronæ ſunt eorum qui vicerint: quis vnquam eum coronat qui ne ad dimicandum quidem cum aduerſario

[a] *cap. 11.*
[b] *in lib. de diuina prouiden. cap. de Proſperitate.*
[c] *cap. 13.*
[d] *ex cap. 16. in tomo 2. eius operum col. 423. quibus verbis adiũgenda iſta B. Baſilij τῶν ἀσκητικῶν quæſt. 55. & vlt. ad fin. ἐν τοῖς ὅροις κατὰ πλάτος, fol. 474. γίνεσθαι δέ ποτε καὶ κατ' ἐξαίτησιν τοῦ πονηροῦ ὥσπερ ἀγωνιστὴν μέγαν συγχωρηθέντος αὐτῷ εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦ φιλανθρώπου δεσπότου, καὶ τὴν μεγαλαυχίαν αὐτοῦ διὰ τῆς εἰς ἄκρον ὑπομονῆς τῶν ἀθλῶν ἑαυτοῦ καθαιροῦντος· ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ γενόμενον μεμαθήκαμεν.*
[e] *tomo 3. eius operum col. 847. initio ſermonis in certo interprete. videto & in eandem ſententiam quod eſt in ſermone ſequenti, de martyribus quod aut imitãdi aut nõ laudãdi ſunt, fol. 850.*
[f] *in lib. de mortalitate, fol. 298. Vide ſimiliter loquẽtẽ D. Ephrẽ. ſub initium ſermonis de Virginitate.*
[g] *ſermo. 121. loc. commun. Stobæi & aliorum.*



aduerſario ſeſe exuerit? quando non ſolùm vincere oporteat, verùm etiam legitimè decertare, iuxta ipſum Apoſtolum. Poſtremò quod Diuus ille Chryſoſtom. alio loco [a], Chriſti ſtadium, ex cuius lege non qui cædit, ſed qui cæditur, eum coronari ſtatutum eſt; hac re vtique diſtare ait ab Olympiacis agonibus: in quibus cædendo, pulſando, malè alterum mulctando iuxta diaboli cui agones illi dicati ſunt leges; qui decertant: ſuperiores aduerſariis eſſe iudicãtur: καὶ γὰρ τὸ νικᾶν (ait) ἀπὸ τοῦ κακῶς ποιεῖν διαβολικῶν ἐστὶ νόμων. διά τοι τοῦτο ἐν τοῖς ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσι τοῖς ἐκείνῳ τελουμένοις οὕτω κρατοῦσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι πάντες· ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ σταδίῳ τοῦ Χριστοῦ ἐστὶ τῶν σταδίων (vbi malim ἀγώνων, errore illis pari, quos vltimo ſermone libri ſecundi Semeſtrium pridem adnotauimus, ſublato) ὁ νόμος, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν τὸν πληττόμενον οὐ τὸν πλήττοντα στεφανοῦσθαι νενομοθέτηκε. τοιοῦτον γὰρ αὐτοῦ τὸ στάδιον ἀπεναντίας ἅπαντα ἔχει διατεταγμένα ὥστε μὴ τῇ νίκῃ μόνον ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νίκης τὸ θαῦμα γίνεσθαι μεῖζον. Nihilominus tamen eũ qui non depugnarat (deficiente fortaſſe aduerſario [b], qui vel fugiſſet vel ad diem præſtitutã non adfuiſſet) pro victore habitum, atq; adeò coronatum; ſuperiore tractatu, & hoc ipſo paulò antè comprobatum fuit: quemadmodũ è contrario ſuperſtitib. & ad certamen paratis aduerſariis; nõ potuit vni alicui ſine certamine coronam, niſi aduerſus agonis leges, & ſumma cum iniuria ludi moderator tribuere: quod ipſe Chryſoſtomus [c] (nam cuius poſsim verius & clarius proferre teſtimonium?) alio quodam loco ſic explicat interpretis Latini fide; Vt autem quod ait non eſt meum dare ſed quibus paratum eſt, clarius fiat; exemplo id expendamus; Proponamus certaminum eſſe munerarium quempiam (agonothetam Græcè dixerat Chryſoſtomus) ac multos eóſque optimos athletas in huiuſmodi agonem deſcẽdiſſe tum duos quoſdam ingreſſos athletas qui munerario ſingulari familiaritate deuincti dicant, Fac nos oramus corona donari vocéque præconia declarari victores; ídque dicant ſola illius neceſsitudine ac beneuolentia freti. Illum verò eis reſpondere, Non eſt meum id dare, ſed quibus labore ſudoréque paratum eſt. Num igitur ipſum quaſi id præſtare non valentem condemnabimus? Minimè; quinimò & viri Iuſtitiam ſuſpiciemus & nullum eius perſonarum delectum maximis

 laudi

[a] *in Ethico ſiue morali homi. 22. ad cap. 12. epiſt o. B. Paul. ad Rom.*
[b] *de aduerſario detrectante certamen quod pro victo haberetur, vide ſuprà hoc ipſo lib. cap. 19.*
[c] *in Matth. c. 20. tom. 2. fol. 1334.*

laudibus efferemus. Quemadmodum igitur munerarium illum nequaquam impotentem diceremus, qui nequeat coronam ſic petentibus elargiri, ſed potiùs integerrimum prędicaremus, qui nolit agonis legem corrumpere, nec iuſtitiæ ſeriem interturbare: ita & Chriſtum id dixiſſe aſſeueramus, quò illos vndique compelleret, vt poſt Dei gratiam omnem ſuæ ſalutis ac claritudinis ſpem in rectis quæ ipſi præſtiterint operibus collocent: quibus Chryſoſtomi verbis, velut παραφραστικῶς Baſiliana illa eodem pertinentia explicantur, quæ huiuſce Agoniſtici tertij capite primo protulimus.

Hoc ampliùs qui non vicerat, ſi legitimè tamen obſeruatis athleticis præceptis omnibus decertaſſet, eum coronari ſolitum; ſuperiùs alicubi [a] oſtendimus: non item eum qui aduerſus legem agoniſticam ſiue athleticam aduerſarium in lucta, pugilatu, pancratio momordiſſet, ſicuti è Luciani Demonacte [b] cùm libro primo [c], tum hoc etiam tertio ineũte [d] diximus. Et verò eum quoque qui lapſus eſſet, non excluſum tamen ab agone antiquitus, quò minùs victoriam poſſet conſequi, Ambroſius [e] docet; Neque currentiũ ſolui curſum cùm aliqui fortè ceciderint non luctantium contentione (hoc eſt vt arbitror eorum miniſterio atque ope qui non ipſi luctarẽtur, ſed æmulorum luctatorum cuipiam fauerent) ſed inoffenſa manere certamina ſcribit, quando & plerique poſt vnum aut alterum lapſum gratia maiore vicerunt. Atque hoc quidem ille aſpiciens (opinor) vt fortaſſe ad complures alias, ita cumprimis ad illam, ab Eurialo reportatam de certamine curſus victoriam apud Virgiliũ [f], quo loco anteà Niſum dum curreret, cecidiſſe fingitur ſic admodum,

*Iámque ferè ſpatio extremo, feſsíque ſub ipſum*
*Finem aduentabant læui, cum ſanguine Niſus*
*Labitur infœlix--*
*Hic iuuenis iam victor ouans, veſtigia preſſo*
*Haud tenuit, titubata ſolo, ſed pronus in ipſo*
*Concidit, immundóque fimo, ſacróque cruore:*
*Non tamen Euriali, non ille oblitus amorem,*
*Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens,*
*Ille autem ſpiſſa iacuit reuolutus arena,*
*Emicat Eurialus: & munere victor amici*
*Prima tenet.*

[a] *huius lib. cap. 9. circa fin. & ca. 20.*
[b] *in vita Demonactis.*
[c] *cap. 12. lib. 1.*
[d] *cap. 8. ſup.*
[e] *c. ille rex. de pœniten. diſtin. 3. apud Gratianũ.*
[f] *lib. Æneid. 5.*





Quod ipſum quando ad Athletas, de quibus verba faciebamus, omnino pertinebat, omitti minimè debuit; vel quia deſumptum è pontificio iure, cuius non minus quàm ciuilis prudentiam profiteri nos, ac præſtare (cùm in repub. verſamur) cõuenit: vel etiam, atque adeò magis, quoniam iſto exemplo, ſi quid in hac eruta ex vetuſtis Latinorum Græcorúmque libris, vt aliquanto longiore, ita non inutili nec iniucunda prorſus hiſtoria, exciderit properanti mihi non tam ad brauium, quàm ad laboris non modici, tribus iſtis tractatibus exhauſti metam; vt ſemel aut iterum lapſus videri poſsim; (quod quando humanum eſt, non abnuo) Id mihi fraudi ne ſit obtinere velim, atque ab æquis lectoribus tanquam hellanodicis aut Agonothetis impetrare debeam; quominus ob reliqua certè (in quibus non exiguum abſtruſa conquirendi, diſperſa colligendi, obſcura illuſtrandi, deprauata caſtigãdi, à me ſtudium impenſum fuit) ſi non maiore gratia viciſſe iudicer, vt coronam veræ laudis alicuius auferã: inoffenſum vtique noſtrum certamen, & illæſa exiſtimatio eſſe in poſterum atque videri poſsit. Quamobrem iſtud ipſum D. Ambroſij de lapſis athletis, poſteà victoribus atque coronatis, velut in hanc lucẽ è iure pontificio productum teſtimonium, altero D. Ioan. Chryſoſtomi teſtimonio quin illuſtratum omnino reddam, teneri nequeo. Sic igitur in poſteriore ad Theodorum Monachum paræneſi [a] optimus atque diſertiſsimus eccleſiaſtes, interpretis vtique Latini fide: Non eſt graue (inquit) Theodore chariſsime cadere luctantem, ſed iacere deiectum, &c. Sæpe etiam athletas videmus poſt frequentes lapſus & deiectiones plurimas coronatos: militem quoque ſcimus, poſt fugas multas virum fortem fuiſſe, & viciſſe victores. Multi etiam qui negauerant priùs Chriſtum propter crudelitatem neceſsitatémque pœnarum, ſimile rurſus certamen aggreſsi, glorioſè coronam martyrij receperunt. Quibus verbis in ipſo initio, poſt lapſus ac deiectiones plurimas coronari alio certamine aut alio tempore potuiſſe athletas; peritè admodum, & iuxta ius Agoniſticum oſtendit: de illis vtique ſentiens, non etiam de aliis qui propterea puniebantur, quia per ignauiam certaminis metu aufugiſſent, de quib. à me huius libri cap. 19. actum eſt. Nam vt illos qui ad præſtitutam agonibus diem non adfuerant, illa

[a] *epiſ. 6. ſub init. tom. 5. col. 908. Latinorum operum quorum vtinam Græcum authenticum habere potuiſſem. Iſtuc etiam pertinent verba eiuſdem Chryſoſt. è priore paræneſi col. 863. à nobis prolata ſuperioris lib. cap. 27.*

demum vice non in poſterùm aut ab aliis agonum locis excluſos intelligere debemus; quemadmodum & illos qui in pancratio & lucta, deſperantes de victoria, ſe victos profeſſi forent (id quod Arrianus alicubi [a] ſignificat, ſic admodum ſcribens; οὐ γὰρ ὑπὲρ πάλης καὶ παγκρατίου ὁ ἀγὼν πρόκειται & cæt. ἀλλ᾽ ὑπὲρ αὐτῆς εὐτυχίας καὶ εὐδαιμονίας. τί οὖν; οὐδ᾽ ἂν ἀπαυδήσωμεν ἐνταῦθα, κωλύει τις πάλιν ἀγωνίζεσθαι· οὐδὲ δεῖ περιμεῖναι τετραετίαν ἄλλην, ἵν᾽ ἔλθῃ ἄλλα ὀλύμπια· ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀναλαβόντι καὶ ἀνακτησαμένῳ ἑαυτὸν, καὶ τὴν αὐτὴν εἰσφέροντι προθυμίαν, ἔξεστιν ἀγωνίζεσθαι. κἂν πάλιν ἀπείπῃς, πάλιν ἔξεστι, & cæt. quæ libri primi cap.8. à me propoſita videas licet) ita fuiſſe qui in perpetuum ab agonibus ob delictum, ignauiam (putà) corruptionem iudicum, cum antagoniſtis colluſionem, dolúmve ac periurium aduerſus leges athleticas admiſſum, arcerentur; verùm exiſtimo: quamuis mulctari pecunia interdum, verberari etiam ex hellanodicarũ motu potuiſſe non diffitear. Nec aliter accipiendum, quod de pœna Serapionis Alexandrini pancratiaſtæ lib. 1. cap. 21. ad extremum, dictante Pauſania enarraui, ex adiuncto inibi teſtimonio Dionyſij Halicarnaſſei (quod ſingulare ducimus) apparet: cùm τὸ ζημιωθῆναι non ad mulctam eo quidem Pauſaniæ loco; ſed (vt alibi ſæpe) ad pœnam, & quidem illius perpetuæ ab agonibus interdictionis pertineat; de qua illo Dionyſij loco agitur.

Porrò autem poſtremis illis Chryſoſtomi verbis quæ ſuperiùs expreſſi, non modò perſtrictos Nouatianos, qui pro leuibus vitiis laicos à gratia communionis excludebant; ſed Nouatum quoque ipſum, qui his qui ſacrificauerant communicare noluerat, ſcias: huius verò ſententiæ aut errori potiùs, fauiſſe non obſcurè auctorẽ Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cuius verba Euſeb. (ſiue is Epiphanius aut Caſſiodor. eſt) in ſuam tripartitam aliquot congeſſit locis [b], vt propterea cautè legẽdus mihi quidem eſſe videatur. Enimuerò non abſque fructu lapſos ad communionem recipi; cùm impetrata poſt pœnitentiam venia fortiter poſſint pro Chriſto & in ipſum fide mortem oppetere, atque ita toti quam offenderint Eccleſiæ proficere, non imitatione tantùm Sancti Iacobi eremitæ, qui poſt lapſum (vt ferunt [c]) diu in ſepulchro pœnitẽtiæ cauſa latuit, & clarus miraculis migrauit ad Dominum; aut etiam Diui Hippolyti

*[a] Epicteto lib.3. cap.24. πρὸς τοὺς ἀποπίπτοντας ὧν προέθεντο.*

*[b] lib.11. hiſt. tripart. cap.9. & li. 12. cap.21.*

*[c] vide in Martyrologio Romano ad diem 28. Ianuar.*



Hippolyti presbyteri, qui Nouati ſchiſmate aliquãtulum deceptus, ſed operãte gratia Chriſti correctus ad vnitatẽ Chriſti rediit, pro qua & in qua poſteà illuſtre martyrium conſummauit [a]: ſed vel hoc vel ipſo B. Apoſtolorum exemplo demonſtrari poteſt; quod Petri Chryſologi [b] verbis, ad rem (vt videtur) Athleticam pertinentibus, libet proponere. Nam vbi Andreæ fugam cum negatione Petri comparat, Solum eſt, (ait) quod tempore Dominicæ paſsionis fugit, ſed neque hoc impar, quia fugit: negare autem ſi aliqua putatur culpa, nõ eſt grauius fugere quàm negare, ſed tacenda ſunt alia: Æquauit fratres venia, quos ſic diſcreuerat culpa, & ſecuros deuotio perprobauit, (ſic lego, vel Securiùs vbi perperam excuſum, Et ſecutus vt deuotio) quos metus improbauerat antecedens. Quo loco, equidem non dubito, quin Theologus extranearum ſeu Ethnicarum litterarum non imperitus ad illud aſpexerit, quod de detrectante certamen æquè ac fugiente Athleta pro victo habitis, huiuſce libri cap.19. enarratum fuit: ſicuti & ad id quod de probatione aut reprobatione Athletarum 17. cap. prodidi. Sequitur autem apud ipſum Chryſologum ex eadem Athletarũ ſimilitudine, quod eò vnde diſceſsi hoc eſt ad Ambroſij atque Chryſoſtomi ſententiam aſſerendam propriè pertinet: Nam crucem quam refugerant poſteà coniunctis viribus ardenter inuadunt, vt vnde reatum ſumpſerãt, inde conſcenderent cœlum, inde præmium ſumerent & coronam. Lubenter feci vt hanc ſanctorum Apoſtolorum cõſummationem atque victoriæ Athleticæ celebrãdæ oblatam occaſionem, dum iſti ſermoni exitum aliquem eximium quæro, minimè prætermitterem.

*[a] Martyrol. Roman. ad diem 30. Ianua. vbi hæc additur, hoc rogatus à ſuis quænã ſecta verior eſſet: execratus dogma Nouati, eam fidẽ dicens eſſe ſeruandam, quam Petri cathedra cuſtodiret, iugulũ prebuit.*

*[b] ſermo. 133. in D. Andreã Apoſtolum.*

*Rurſum de victoribus ſine puluere, labore, aut ſudore* Ακονιτί. *Præſtantiſſimorum Athletarum nomina: Leonidas in marg. item Glaucus Caryſtius, Polydamas, Philammon, Soſtratus, Euthymus, Dicon, Glycon, Craterus, Harpalicus, Melancomas, Iatrocles, Theagenes* μυριαθλος, *(de quo Chryſoſtomi Dionis locus, cum Pauſaniæ comparatus loco) Nicon & Milo.* Αφή, *in textu & marg. vbi tollitur menda è gloſſario vetuſto. Notata recẽs quædam Budaicæ contraria opinio de victoribus ſine puluere. Hieronicæ interdum mortui coronati: vt Arrichion & Creugas.*

Hhhh 3 CAP.

## CAP. XXII.

CÆTERVM de his, qui ſine puluere, ac ſudore, vt pote quod ad præſtitutam lege ordinéve Agonis, diem Antagoniſtæ non adfuiſſent, vt pro victoribus corona donarentur, cùm egerim ſuprà [a] non ſemel: faciēdum videtur, vt quos ea de re locos in monumentis veterum olim animaduerti, hos ipſe aliis commonſtrem. Pauſanias [b] ab Eleis hellanodicis decretam Heraclidi coronam, quamuis ad certamen ſe Alexandrinus Apollonius, ſed poſt præfinitum tempus obtuliſſet; eo quē ſuperiore proximo tractatu ad rem aliam attuli loco, memorat: περὶ Ἡρακλείδη δὲ τὸν στέφανον παριᾶσιν ἀκονιτί. Dorieum [c] quoque Diagoræ filiū, eundem Olympiorum, Iſthmiorum, & Nemæorum plurimis vicibus victorem, Pythia etiam, ſed ἀκονιτί præmia victorem abſtuliſſe, idem auctor Eliacôn ſecundo [d] tradit: primum verò pancratio victorem ἀκονιτὶ, hoc eſt ſine puluere, ac ſine aduerſario fuiſſe Mantinæum Dromeum, qua Olympiade Theagenes ab Hellanodicis mulctatus eſt, eodem lib. paulo pòſt refert: [e] Sicuti Dioxipum pancratio Olympia citra pulueris iactum (quod vocant ἀκονιτὶ) viciſſe Plinius [f] narrat. Nec dubitandum, quin ſi valentiſsimus quiſpiā, & explorati roboris Athleta in arenam deſcendiſſet, ob Antagoniſtarum penuriam, illi coronam palmámque Athlothetæ attribuere ſint ſoliti; veluti alteri Herculi Olympicorum (ſicuti lib. 1. ſæpiùs oſtenſum eſt) Agonum auctori: vbi, cùm propter virtutum excellentiam nemo cum ipſo auſus eſſet congredi; certaminibus omnibus (quamlibet inter ſe contrariis) ſine vlla cuiuſquam controuerſia, vel potiùs ſine aduerſario & (quod aiunt) ſine puluere ac ſudore victor extitit: quemadmodū à Diodoro Siculo [g] ſcriptum in hæc verba eſt alicubi: τὰ δὲ ἀθλήματα πάντα αὐτὸς ἀδηρίτως (quod hic quidem eſſe nihil aliud, quàm ἀκονιτὶ, de quo ſtatim loquemur, ſentio) ἐνίκησε μηδενὸς τολμήσαντος αὐτῷ συγκριθῆναι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς. καίπερ τῶν ἀθλημάτων ἐναντίων ἀλλήλοις ὄντων: Vnde fortaſſe an, Callinici appellationem ipſi attributam aliquis exiſtimauerit; de qua ſuperioris libri capite 22. egimus. Quales fuere iſti antiquitùs, quos Dorieo illi Rhodio (quem ſuperiùs laudaui), coronariis agonibus præſtantes æquè ac ab animi corporíſque robore, patientia,

[a] hoc ipſo lib. ca. 21. & libris duobus præcedentib.
[b] lib. 1. Eliacôn, fol. 132. Aldini exemplaris.
[c] de quo accipe locū Ariſt. lib. 1. Rhet. fo. 10. ὅτι Δωριεὺς στεφανίτην ἀγῶνα νενίκηκεν ἱκανὸν εἰπεῖν. ὅτι ὀλύμπια γὰρ νενίκηκε, &c. Et iſtū Dionis Chryſoſt. Rodiaco, fol. 237. vbi γελοῖον γὰρ ἂν ἦ εἰ τῶν ἡμετέρων τις πολιτῶν Δωριεὺς ἐκεῖνος ἢ Λεωνίδας οὓς τοσαυτάκις φασὶν ὀλυμπιάσιν νικῆσαι, περὶ ὧς ἄλλον τινὰ ὁρῶν ἐγυμνάζετο καὶ ταῦτα γε μηδέποτε στεφανωθέντα.
[d] fol. 35.
[e] fol. 147.
[f] lib. 35. natur. hiſtor. cap. 11.
[g] lib. 4. Biblioth. fol. 155.





tientia, & omni virtute cōmendatos adiungit Ariſtides Rhetor κατὰ τῶν ἐξορχουμένων [a] Glaucus Caryſtius, Polydamas, & Milo: vbi hæc eius verba ſunt: φέρε δὴ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων σκεψώμεθα, οἷον τὸν Δωριέα τὸν Ῥόδιον, καὶ Γλαῦκον τὸν Καρύστιον, καὶ Μίλωνα δή, καὶ Πολυδάμαντα, καὶ πάντας ὧν εἰκόνες χαλκαῖ. πότερον θρυπτομένους, καὶ παροινοῦντας, καὶ ταῦτα ταῖς ὀρχηστρίσι στρεφομένους ἐστεφάνουν, ἢ τῷ Διῒ τῷ Ὀλυμπίῳ τὸν ἀγῶνα κοσμοῦντας, ἢ καρτερίαν θαυμαστήν τινα καὶ ῥώμην ὁμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος παρεχομένους, τὰς μεγίστας καὶ βεβαιοτάτας ἡδονὰς αὐτοῖς τοῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς συνειδόσι. Qualem fuiſſe pugilem Athenienſem Philammona Euſtathius [b] memorat: νικᾶν τοὺς ἀντιπάλους πάντα τὸν χρόνον. Soſtratum Sicyonium Pancratiaſtem Pauſanias [c], Acrocherſitem nominatum; qui ſummis manibus comprehenſum aduerſarium, nunquam niſi deficientem aut cedentem ſolitus dimittere: Pyctam Euthymū Locrenſem Olympiæ ſemper victorem & ſemel victum Plinius: (cuius verba ſuperiore ſermone [d] cùm de honore Athletis habito loquerer, adferre me commemini) victum autem à Theagene vt puto, eorum vtique memor, quæ à Pauſania traduntur, in 11. Eliacon [e] qualem Diconem eximium, curſorem Caulaniatam ſiue Syracuſium Periodonicā; qui Pythiis quinquies, ter Iſthmiis, quater Nemeæ, apud Olympiam verò ſemel inter pueros, bis inter homines curſu victor fuerit renunciatus, & totidem ibi ſtatuas meruerit, ſi qua Pauſaniæ fides: niſi potiùs Niconem ipſum eſſe quàm Diconem appellatū, quiſpiam autumet; ex eo quod Suidas de Nicone ipſiúſque iam defuncti ſtatua verberata ſcripſit, cuius verba ſuperioris libri capite 21. ad extremum protuli: quamuis hoc diuerſa vtriuſque patria certè non ferat [f]. Qualem inuictum illum (vt Horat. nominat) Glyconem aut Craterū Ægirenſem pugilem atque luctatorē accepimus, de cuius robore atque induſtria, è Pauſania atque Euſtathio ſuperiùs libro ſeu tractatu primo duobus locis * (vti ſe obtulit occaſio) verba feci: aut Harpalycum Phanopæum Mercurij filium; Herculis in arte gymnaſtica ſeu palæſtra, vel Gymnico certamine magiſtrum: de quo Theocritus [g] non fuiſſe quemquam narrat, qui eminus conſpectum eius aut vultui obductum ſupercilium ferre in Agone poſſet:

[a] non longè ab initio in fol. 57. pag. 2.
[b] Homer. Iliad. ψ. fol 1324.
[c] Eliac. 2. f. 141. Aldi. lib. ad hoc citatus à Cœlio Rhodigin. lib. 13. lect. antiq. cap. 30. de Tritano Samnite, ipſiúſque filio milite Cn. Pōpeij vide non abſimile quidpiam circa digitorum robur apud Solin. polyhiſto. ad extremum cap. 3. de Acrocherſita luctatore Leōtiſco Siculo, qui & Olympia & Pythia vicerit, agitur apud Pauſan. Eliac. 2. in ſupra d. loco.
[d] lib. 2. Agoniſt. cap. 18.
[e] fol. 143.
[f] nam Dicō Cauloniata, Thaſius Nicon.
* quorum vnus in cap. 7. ad finem in fol. 25.
[g] Idyll. 25. ἐν Ἡρακλίσκῳ. Sunt qui Moſchi aut Bionis hoc eſſe poëmation dicant.

τὸν οὐδ᾽ ἂν τηλόθι λεύσσων
θαρσαλέως τις ἔμεινεν ἀεθλεύοντ᾽ ἐν ἀγῶνι
τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.

Qualem Melancomam pugilem Caris Melancomæ Olympionicæ filium adamatum à Tito Veſpaſiano, ſicuti primo lib. [a] attigi; cuius laudes Dio Chryſoſtom. duobus eſt ſermonibus proſecutus, vt fœliciſsimũ eſſe iam è viuis ereptum diceret [b], ᾧ καὶ γένους ὑπῆρξε λαμπροῦ τυχεῖν καὶ κάλλους, ἔτι δὲ ἀνδρίας καὶ ἰσχύος, καὶ σωφροσύνης: ἃ δή, μέγιστα τῶν ἀγαθῶν. τόγε μὴν θαυμασιώτατον ἐν ἀνθρώποις ἀήττητον γενέσθαι, οὐ μόνον τῶν ἀνταγωνιστῶν: ἀλλὰ καὶ πόνου, καὶ καύματος, καὶ γαστρὸς, καὶ ἀφροδισίων: qua de re huius initio [c] libri, cùm de Athletica laborum patientia loquerer, ſedulò ac plenè diſſerui. Qualem ipſo mortuo antagoniſtam eius Iatroclem; de quo Chryſoſtom. Dio in ſecundo Melancoma ſic ſcribit, ὅτι μόνος ἐκεῖνος οὐκ ἠξίου παραχωρεῖν, τὸ γοῦν ἐφ᾽ ἑαυτῷ, καὶ ὅτι οὐ μόνον τοῦτον τὸν στέφανον (de Neapolitanorum agonum corona loquitur) ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐπίσταται αὐτοῦ ὄντας, ἢ γὰρ ἔφη τέθνηκεν ὁ μελαγκόμας. qualem poſtremò Theagenem illum Thaſium athletam Triolympionicam: de quo idem Chryſoſtomus Rhodiaco ſcribit, ὅτι ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν τοὺς καθ᾽ ἑαυτὸν, καὶ δὴ σὺν ἑτέροις πολλοῖς καὶ τῶν ὀλυμπιάσι τρὶς εἰλήφει στέφανον. quem ipſo Pythiæ oraculo μυριάθλον eſſe nominatum refert his numero pedéque, vt opinor, adſtrictis verbis;

θεαγένους δ᾽ ἐλάθεσθε ἐνὶ ψαμάθοισι πεσόντος,
κεῖθ᾽ ὑμῖν ὁ πρὶν μυριάθλος ἀνὴρ--

vbi non dubito, quin θειαγένους ſcribendum ſit: ſicut altero eiuſdem vocabuli verſu, quem Pauſanias [d] eandem hiſtoriam enarrans retulit,

θειαγένην δ᾽ ἄμνηστον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμέων.

Nam quod μυριάθλον illo altero verſu oraculi nuncupatum legimus, ὑπερβολικῶς accipi debere, inde addiſcimus: quod hanc de Theagene Thaſio ipſiúſque robore, victoriis & ſtatuis totam enarrans hiſtoriam accuratè ac diligenter (vt in his rebus plerumque nimius eſt) Pauſanias; quadringentarum ſupra mille coronarum, non etiam decem millium, quas ille Athleta ſit adeptus, mentionem facit: In hęc verba diſertè ſcribens, τοὺς δὲ σύμπαντας στεφάνους τετρακοσίους τε ἔσχε καὶ χιλίους.

[a] cap 5. & 7.

[b] in Melancoma 1. ſub fin. in fol. 197. pag. 2. Aldi. libri.

[c] capit. 6. huius Agoniſt. 3.

[d] lib. 2. Eliacôn, fol. 248.

quantas



quantas numero victorias inſignẽ athletam Niconem, Thaſium & ipſum; ſacris agonibus lucta, curſu, pugilatu, pancratio, aliíſque certaminib. reportaſſe, apud Suidam ex vetuſto quopiam auctore his admodum verbis traditum legimus: οὗτος πύκτης ἦν. πὺξ οὖν καὶ πάλην καὶ δρόμον καὶ τἄλλα ἐν ὀλυμπίᾳ καὶ νεμέᾳ καὶ ἰσθμοῖ καὶ ἄλλοις ἀγῶσι νικήσας, ἔλαβε στεφάνους, ὥς φασι, χιλίους καὶ τετρακοσίους. Igitur de Milone illo Crotoniata (cuius proximo ac ſuperiore ſermone facta mentio) cùm ſolus luctamini ſeſe obtuliſſet, legimus apud Epigrammatariũ Poëtam, illico ad coronam ab Athlotheta euocatum: eò enim iſtud eius poëtæ carmen à me relatum anteà pertinet,

τὸν δ᾽ εὐθὺς στεφανοῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει.

Quamobrem propoſito pugnæ ſiue pugilatus præmio apud Virgil. [a] Dares inſignis illa de Bute ad Hectoris tumulum victoria,

*Talis prima Dares caput altum in præmia tollit,*
*Oſtendítque humeros latos alternáque iactat*
*Brachia protendens, & verberat ictibus auras.*
*Quæritur huic alius, nec quiſquam ex agmine tanto,*
*Audet adire virum, manibúſque inducere cæſtus.*

Velut victor palmam ab Athlotheta Æneæ popoſciſſe fingitur ſic ferè,

*Ergo alacres cunctóſque putans excedere palma*
*Aeneæ ſtetit ante pedes, nec plura moratus,*
*Tum læua taurum cornu tenet, atque ita fatur:*
*Nate dea, ſi nemo audet ſe credere pugnæ,*
*Quæ finis ſtandi? quò me decet vſque teneri?*
*Ducere dona iube. Cuncti ſimul ore fremebant*
*Dardanidæ, reddíque viro promiſſa iubebant.*

Et ſtatim Aceſtes ad Entellum:

*Tantáne tam patiens nullo certamine tolli*
*Dona ſinis?*

Huc denique ſpectaſſe. B. Ioan. Chryſoſtomus videtur: quo loco [b] & ſicut generoſi Athletæ (ait) non tantùm aduerſarios complexi, ſed etiam viſi tantùm in oppoſitione & vociferati aduerſarios conuertunt & cæt. At Philo [c] noſter hoc ipſum præclariſsimè vt nihil ſuprà, explicat his verbis: εἰσὶ δέ τινες τῶν ἀνταγωνιστῶν, οἳ διὰ σώματος δεξίαν, ἀπειπόντων [d] τῶν ἀντιπάλων

[a] lib. 5. Æneid.

[b] homil. 17. ad pop. Antioch. col. 130.

[c] in lib. τὸ χεῖρ. τῷ κρείττ. ἐπιτίθ. fol. 108.

[d] de hoc verbo quo deficere, deſperare, cedere, oſtenditur, ſicut aliis verbis in eandẽ rem actũ eſt lib. 1. c. 8. ſup.



ἐστέφα

ἐστεφανώθησαν ἀμαχεί: μηδ᾽ αὐτὸ μόνον κονισάμενοι (hoc illud eſt ἀκονιτὶ quod antè diximus) ἀσυγκρίτου ῥώμης ἀράμενοι τὰ πρωτεῖα. Xenophon etiã ipſe in Ageſilao; vbi καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι δὲ (inquit) οὐδὲν ἧττον τοὺς ἀκονιτὶ ἢ τοὺς διὰ μάχης νικῶντας στεφανοῦσι. Huc poſtremò Heliodorus [a]; quo loco de illo prægrandi Aethiope (cum quo in arenam progreſſo, & alios ad certamen prouocante, poſtquàm ipſe quoque princeps per præconem antagoniſtas proclamari iuſsiſſet; nemo tamen auſus congredi) ab ingenioſiſsimo ſcriptore hoc proditur: acceſſiſſe athletam hunc nobilem ad regem Hydaſpem; eúmque in theatro ſedentem vbi adoraſſet, victoriæ præmio elephantem ab ipſo ſibi donatum accepiſſe, tametſi non decertaſſet; γυμνὸς εἱστήκει (ait ille) πάντα τὸν βουλόμενον· καὶ μεθ᾽ ὅπλων, καὶ γυμναῖς ταῖς χερσὶν εἰς ἅμιλλαν προκαλούμενος· ὡς δὲ οὐδεὶς παρῄει, πολλάκις διὰ κήρυκος τοῦ βασιλέως προτρεψαμένου, δοθήσεταί σοι ἔφη καὶ παρ᾽ ἡμῶν ὁ Ὑδάσπης ἰσοστάσιον τὸ ἔπαθλον· καὶ εἰπὼν ἐλέφαντα πολυετῆ καὶ παμμεγέθη προσκομισθῆναι αὐτῷ προσέταττεν. ὡς δὲ ἤχθη τὸ ζῶον, ὁ μὲν ὑπεδέχετο ἄσμενος. ὁ δῆμος δὲ ἀθρόον ἐξεβάκχευσε τῷ ἀσείσμῳ τοῦ βασιλέως ἡσθέντες.

Solebant ad luctandum congreſſuri, mutuò ſeſe, quo faciliùs inuncti ceromate (quo de actum eſt anteà [b]) comprehenderentur, aut quo minus elaberentur, vel alias etiam ob cauſas ab eruditiſsimis viris [c] (qui ante nos, de re athletica aliquid immo multum ſcripſêre) nequaquam prætermiſſas, puluere ac arena (quam ἁφὴν Græci, Latini argulam [d] dicebant) aſpergere, ac propemodum fœdare, in coniſterio ſeu coniſtra palæſtræ, immo in ipſo ſcammate: id qui non faceret, non luctabatur, quod oſtendit in Herculis & Acheloi lucta Ouidius [e]; vt ſatis appareat, quamobrem qui non decertaſſet, ἀκονιτὶ ſuperaſſe diceretur: his verſibus,

*Ille*

[a] *Æthiopicôn li. 10 fol. 230. Vnde ſũpta verba protuli ſuperiùs lib. 1. cap. 30.*
[b] *cap. 5. lib. 2. Agoniſt.*
[c] *vide Mercur. lib. 1. art. gymnaſ. c. 8. poſt Beroal. Scholiaſt. Apuleij Madaurẽſis in lib. 9. de aſin. aur. fol. 343. & ſeq ad illud Pulniſculo perſperſi vbi περὶ ἁφῆς nõ pauca, citato imprimis Senecæ loco ex epiſt. 7. quibus adiũgere ab Heliodoro poſſis hæc paucula, quæ reperiuntur lib. 10. Æthiopicôn f. 235. vbi Hydaſpes Theagenem cum Æthiope ad luctam commiſſurus,* παλαίειν δ᾽ οὖν σε καὶ οὐ ξιφήρη πυκτεύειν χρεών, *& cæt. Et Theagenes,* εὖ ποιεῖς ἔφη, τοῖς θεοῖς με φυλάττων οἷς καὶ μελήσει περὶ ἡμῶν. καὶ ἅμα κόνιν ἀνελόμενος καὶ ὤμοις τε *(ſic lege, non* ὤμους τε*)* καὶ πήχεσιν ἐκ τῆς βουλυσίας ἱδρῶτι νενοτισμένοις ἐπιχεάμενος· τήν τε μὴ προσιζήσασαν ἀποσεισάμενος περιβάλλει τε ἐκπετάσας τὼ χεῖρε. *Poſſis & iſtud ab Epicteto apud Arrianum lib. 4. cap. 4.* οἷον ἂν εἰ ὁ ἀθλητὴς κλαίῃ εἰς τὸ στάδιον εἰσιών, ὅτι μὴ ἔξω γυμνάζεται, τούτου ἕνεκα ἐγυμνάζου, ἐπὶ τοῦτο οἱ ἁλτῆρες ἡ ἁφή, οἱ νεανίσκοι, καὶ νῦν ἐκεῖνα ζητεῖς ὅτε τοῦ ἔργου καιρός ἐστιν, *in Græcolatino gloſſario quod edidit Henric. Stepha. col. 404.* ἁφὴ παλαιστῶν *Regula: vbi Argula reponito è col. 564.*
[d] *vt in Lexico Græcolat. veteri col. 564. edit. Stephan.*
[e] *Fab. 1. lib. 9. Metamorph.* περὶ τοῦ κονίσασθαι *quod verbum eſt gymnaſticum egimus lib. 1. huc etiam aſpexiſſe Lucan. lib. 4. de bell. ciuili Herculis cum Antæo luctam ſiue pancratium deſcribentem, poſſis dicere, vbi de Antæo, Ille parum fidens pedibus contingere matrem Auxilium membris calidas infudit arenas, Conſeruêre manus, &c. quæ lib. 1. cap. 20. expreſſi. Videſis & Polyænum in ſtratagem. lib. 4. ſub init. vbi de Philippo & Menegete pancratiaſte.*



*Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis,*
*Inq; vicem fuluæ tactu flaueſcit arenæ:*
*Et modò ceruicem, modò crura micantia captat,*
*Aut captare putes, omníque à parte laceſſit.*

Quibus in verbis, illo de fuluæ arenæ tactu, græcum τῆς ἁφῆς [a] vocabulum notat poëta (quo tactus haud dubiè ſignificatur, deductum ἀπὸ τοῦ ἅπτομαι; quamobrem eo etiam D. Ambroſii loco, vnde verba libri primi cap. 9. & cap. 30. attuliſſe me recordor; & apud Pliniũ quoque altero [b], cùm de athletico puluere agatur; videndum cẽſeo, ne Tactum potiùs cum Beroaldo apud Apuleium, quàm iactum pulueris cum Henrico Stephano [c] agnoſcere debeamus. Dicti ſanè πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν athletæ ab Arriano, eo libri tertij de Epicteti diſſertationibus loco vno atque altero, quem huius Agoniſtici cap. 17. indicaui; ſicut hauſta veſtiri arena illis Papinij Statij verſibus quos libri ſuperioris cap. 5. exhibui: & rurſum iis eiuſdem Papinij de pulueris Olympiaci hauſtu, quos ſecundi etiam libri cap. 27. attuli. Itaque falli arbitror eos, qui putant, apud veteres fuiſſe, qui ex compacto ſine iſta pulueris aſperſione, oleo tamen peruncti luctarentur, quos ipſos maiori gloria dignos habitos: qualis fuerit apud Plinium [d] Dioxippus, & Dioreus (pro quo ſcriptum Dorieus oportuit) apud Pauſaniam. Nec enim aliter de iſtis narrant auctores, quàm ſicuti clariſſ. Budæus olim exiſtimauit, ac è locis à me ſuperiùs allatis apparet ſatis; viciſſe illos ἀκονιτὶ dictos, qui neutiquàm decertaſſent, ſiue lucta, ſiue pancratio: ac per tranſlationem ad ſimilia certamina reliqua, illos quibuſ cum nemo in arenam eſſet auſus deſcendere. Denique non aliud eſſe ἀκονιτὶ quàm ἀπονητί, ἀμαχεί, ἄνευ ἀγωνίας: & (ſicuti Beatus Chryſoſtomus [e] eo loci loquitur, vnde ſumpta verba ſuperiore libro [f] de adeptione atque apprehenſione præmiorũ agens retuli) χωρὶς συμπλοκῆς καὶ πρὸ τῆς πάλης ἁρπάσαι τὸ βραβεῖον. Et verò non aliam huic articulo atque nos facimus, adhibendam interpretationem, ſicuti Suidæ auctoritate cõprobare poſſum, cuius iſta ſunt [g] quæ proferã, Ἀκονιτὶ, χωρὶς πόνου, ἄνευ ἀγῶνος, καὶ μάχης, ἢ εὐμαρῶς. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν τῶν οὕτως εὐμαρῶς περιγινομένων ὥστε μηδὲ κονίσασθαι (idem enim εὐμαρῶς eſſe, quod εὐχερῶς καὶ εὐκόλως ipſe alibi [h] Suidas docuit) ita vel ex

 iſto

[a] *quod & idem Tactus vocabulum ad lepræ plagam referri ex interpretatione ſeptuaginta virorum ad cap. 13. Leuitici è Suida & B. Auguſtino Druſius in Miſcellan. centur. 2. cap. 17. adnotat.*
[b] *lib. 35. cap. 11.*
[c] *in Theſauro Græco, in* ἁφῆ.
[d] *lib. 35.*
[e] *Ethic. ſermo. 12. in cap. 7. epiſt. S. Pauli ad Rom. fol. 53. pag. 2.*
[f] *cap. 27. lib. 2.*
[g] *in* ἀκονιτί.
[h] *in* εὐμαρής.

iſto Dionyſij Halicarnaſſei [a] loco apertum eſt: in quo ducta translatione ab agonibus & re athletica, C. Horatius Virginium tribunum alloquens his verbis inducitur, οὐ μὴν ἡμεῖς γε ἀκονιτὶ μεθησόμεθα αὐτῶν, ἀλλὰ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα μετὰ τῶν βουλομένων σώζεσθαι τὴν πατρίδα, χωρήσομεν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, τὰς ἀγαθὰς προβαλλόμενοι τῶν ἔργων ἐλπίδας, ac ex his etiam Diodori [b] verbis, οἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων σύμμαχοι προθύμως εἶχον εἰς τὸν πόλεμον ἐλπίζοντες μήτ' ἀγῶνα μήτε μάχην ἔσεσθαι, ἀλλ' ἀκονιτὶ τῶν Βοιωτῶν κρατήσειν. & alibi οὐ τολμώντων δὲ τῶν βαρβάρων παρατάξασθαι, νομίσας ἀκονιτὶ κρατεῖν τῶν ὑπαίθρων ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Συρακούσας. Item ex iſto Maximi Tyrij [c], quo etiam oſtenditur id quod dicebam modò, neminem antiquitus qui non legitimè decertaſſet (certè qui pugnæ ſe aut agoni non obtuliſſet: ſicuti tum cap.19. huius lib. tum etiã iſto toto ſermone oſtendimus) coronari ſolitum, licèt alioquin à pædotriba perunctus in ſtadium deſcẽdiſſet, nullum præferentem in ſe ipſo virtutis veſtigium: καὶ πῶς ἂν ἠνέσχετο φιλοσοφία ἀπάνιον τὸ πρὸς ἑαυτὴν τοῦτον τὸν ἄνδρα οὐ μᾶλλον ἢ παιδοτρίβης ἐκ σταδίου ἀγωνιστὴν μύρῳ κεχρισμένον ἀνιδρωτὶ καὶ ἀκονιτὶ στεφανωθέντα ἄπληκτον καὶ ἄτρωτον καὶ μηδὲν ἴχνος ἀρετῆς ἔχοντα. Ex iſto igitur inſtituto moréve Agoniſtico ducta metaphora, Syneſius ad Imperatorem Arcadium de regno [d] elegantiſsimè, ὁρᾷς (ait) ὅτι καὶ τῷ πατρὶ καίτοι σαφῶς ἐπὶ κατορθώμασι γινομένης τῆς ἀναρρήσεως [e], οὐδὲ τὸ γῆρας ἀκόνιτον ἀφῆκεν ὁ φθόνος. δοκοῦν οὐδὲ ὁ θεὸς ἀστεφάνωτον: vbi τὸ ἀκόνιτον nihil eſſe aliud niſi ἀπόνητον apparet. Quod autem iſti mirabundi [f] reprehendunt illius clariſsimi viri ſententiam, faciunt me quidem, vt ipſorum tanto vehementiùs in hac re, tam obfirmatam opinionem demirer: pro quibus ne Horatium quidem (quem ipſi citant iam dudum à parœmiographo [g] cum Aulo Gellio itidem laudatum) facere; nemo, qui modò ſit aliquo in hiſce literis iudicio, non mecum intelliget. Ex aduerſo, quemadmodum victorem, etſi inter depugnandum in arena ipſa obiiſſet, nihilominùs coronabant mortuum, quod in Arrachione illo triſolympionica libro primo [h] accidiſſe, Pauſaniæ verbis allatis docui: Sic & oppreſſum quoque ac extinctum potiùs quàm victum per iniuriam & fraudem aduerſarij, poſt obitum coronabãt. Quod apud Nemæã accidiſſe, vt Creugæ pugili Epidamnio, vehementi

[a] *lib.10. Roman. antiquit. fo.654.*

[b] *lib.15. Bibliot. fol. 484. & lib. 18. fol. 727.*

[c] *Orat.31. f.229.*

[d] περὶ βασιλείας *ſub initium in fol. 4.*

[e] *hoc eſſe athleticum vocabulũ videas libri ſuperioris cap. 13.*

[f] *Mercur. lib.1. art. gymn. cap.8. circa fin. ſecutus vt videtur Beroald. ad lib. 9. Apul. de aſi. aur. ad illud Puluiculo perſperſi: vbi* ἀκονιτὶ *ait eſſe citra puluerẽ quo pugiles in athletico certamine perſperſi depugnant. Cùm igitur luctator ſine puluere luctatur (inquit) ea lenis & incruẽta pugna haberi ſolet.*

[g] *Eraſm. in Chil. cent. 5. prouerb. 79. Citra puluerem.*

[h] *vbi* περὶ τοῦ ἀπαυδᾶν καὶ ἀπαγορεύειν.



menti intenſorum digitorum ictu eius lateribus inflicto, extractíſque ita viſceribus perempto contra fidem datam, intereà dum aduerſarij Syracuſij Damoxeni rogatu, poſt primum ictũ ex conuentione à feriendo ceſſauerat; Argiui mortuo victoriam, poſt pulſum arena Damoxenum, & ſtatuam honoris ergò, in Apollinis Lycij fano, Pauſanię hoc enarrantis temporibus poſitam decreuerint: ἐοικὸς δὲ καὶ Ἀργείους οἶδα (inquit ille [a] poſt expoſitam Arrachionis victoriam & mortui coronam) ἐπὶ Κρεύγᾳ πάντας ἐπιδαμνίῳ πύκτῃ. καὶ γὰρ Ἀργεῖοι τεθνεῶτι ἔδωσαν τῷ Κρεύγᾳ, τῶν Νεμείων τὸν στέφανον. ὅτι ὁ πρὸς αὐτὸν μαχόμενος Δαμόξενος Συρακούσιος παρέβη τὰ ὡμολογημένα σφίσιν ἐς ἀλλήλους· ἐφέξειν μὲν γὰρ ἔμελλεν ἑσπέρα πυκτεύουσιν αὐτοῖς: συνέθεντο δὲ ἐς ἐπήκοον ἀνὰ μέρος τὸν ἕτερον ὑποσχεῖν αὐτῶν τῷ ἑτέρῳ πληγήν, &c. τότε οὖν μὲν τὴν πληγὴν ἀφῆκεν ἐς τοῦ Δαμοξένου τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ ἀνασχεῖν τὴν χεῖρα ὁ Δαμόξενος ἐκέλευσε τὸν Κρεύγαν. ἀνασχόντος δὲ παίει τοῖς δακτύλοις ὀρθοῖς τὴν πλευράν. ὑπὸ δὲ ἀκμῆς τε τῶν ὀνύχων καὶ βίας τῆς πληγῆς, τὴν χεῖρα εἰς τὸ ἐντὸς καθεὶς, ἐπιλαβόμενος τῶν σπλάγχνων, ἐς τὸ ἐκτὸς ἕλκων ἀπέρρηξε: καὶ ὁ μὲν τὴν ψυχὴν αὐτίκα ὁ Κρεύγας ἀφίησιν. οἱ δὲ Ἀργεῖοι, τὸν Δαμόξενον ἅτε τὰ συγκείμενα ὑπερβάντα, καὶ ἀντὶ μιᾶς κεχρημένον πολλαῖς ἐς τὸν ἀντίπαλον ταῖς πληγαῖς, ἐξελαύνουσιν. τῷ Κρεύγᾳ δὲ τὴν νίκην τεθνεῶτι ἔδωσαν: καὶ ἐποιήσαντο εἰκόνα ἐν Ἄργει. καὶ ἐς ἐμὲ ἔκειτο ἐν τῷ Ἀπόλλωνος τοῦ Λυκείου. At miror ipſe, impunè abiiſſe Damoxenum, nec ſaltem pecunia mulctatum ab hellanodicis Argiuis, qui ei præerant certamini: contra cuius leges non poterat non videri factum, quod aduerſus conuentionem Damoxenus Creugam ipſi nimis credulum dolo, ac velut ex inſidiis oppreſſum exanimauerat.

[a] *Arcadicis fol. 214.*

*Iuſiurandum de obſeruatis legibus athleticis præſtitum ab athletis. Item alterum ab Hellanodicis de iuſta, ſyncera & ſecreta iudicatione. Integritas Hellanodicarum ſimplicitati coniuncta. Commendatitiæ agoniſtarum ad ipſos literæ poſt certamen demum reſignatæ. Scommata in Hellanodicas iactata è Plutarchi duobus locis, Herodoto item atque Diodoro. Plutarchus adhibito Pauſania caſtigatus. Hellanodicarum poteſtas ac munus. Ariſtoteles expoſitus. Brabeutarum poteſtas ac munus. A quorum vno relata Hieronicarum & ludorum preſidis in commentarium publicum nomina: è Pauſania Strabone, Arriano, & vetuſtis marmoribus: notato Strabonis interprete. Grammateia ſeu tabularia gymnaſiis adiuncta.* Ἀναγράψαι. *Laërtio lumen allatum Olympiadis deſignationi, victorijs plerunque adſcriptum*

*ab hiſtoricis nomen. Quando tempus ab Olympiadibus cœptum ſupputari, & qua tempeſtate anni, quóve interuallo temporis Olympia celebrata: ad marginem. Gymnaſticon Philoſtrati.*

## Cap. XXIII.

RVRSVM quod coronam non aliter vnicuiquã athletarum, qui ad certamen prodirent, datam, immò ne ad dimicandum quidem intromiſſum aliquẽ in ſcamma diximus, niſi de obſeruata omni agonis conſuetudine priſcóque ordine ab ipſo conſtaret: quam ad rem explorationi, atque probationi athletarum illi (de qua tot verba iſto libro fecimus, vt operam non luſerimus tamen) locus fuerit. Ad fidem huius rei faciendam, iuſiurandum olim adhibitum reperio: quod athletæ, ipſorúmque parentes fratres, & gymnaſtæ quoque; ad Iouis ex eo facto nominati Horcij, vtráque manu fulmen gerentis in Senatu Elæo ſtatuam præſtarent: Et quidem ita, non tantùm per ſe; ſuóſque, parentem fratrem gymnaſtam, nihil factum dolo malo aduerſus inſtitutũ, morémque certaminis Olympici; Verùm etiã per decem admodum menſes continuos omnem exercitationis athleticæ ordinem hactenus obſeruatum eſſe. Sic enim Pauſanias [a] Eliacis, vbi dè ſigno Iouis; ὁ δὲ ἐν βουλευτηρίῳ πάντων ὁπόσα ἀγάλματα Διὸς μάλιστα ἐς ἔκπληξιν ἀδίκων ἀνδρῶν πεποίηται· ἐπίκλησις μὲν Ὅρκιος ἐστὶν αὐτῷ, ἔχει δὲ ἐν ἑκατέρᾳ κεραυνὸν χειρί. ἐπὶ τούτῳ καθέστηκε τοῖς ἀθληταῖς καὶ πατράσιν αὐτῶν καὶ ἀδελφοῖς· ἔτι δὲ γυμνασταῖς ἐπὶ κάπρου κατόμνυσθαι τομίων, μηδὲν ἐς τὸν Ὀλυμπίων ἀγῶνα ἔσεσθαι παρ᾽ αὐτῶν κακούργημα. οἱ δὲ ἄνδρες οἱ ἀθληταί, καὶ τόδε ἔτι προσκατόμνυνται, δέκα ἐφεξῆς μηνῶν ἀπηκριβῶσθαι σφίσι τὰ πάντα ἐς ἄσκησιν. Adiicit deinde hoc quoque, de iureiurando quod ab Hellanodicis [b] ibidem præſtari conſueuerat; ſecundum iuris ac iuſtitiæ tenorem, nec pecuniæ vllius ergò à ſe iudicatum iri: ὀμνύουσι δὲ καὶ ὅσοι τοὺς παῖδας ἢ τῶν ἵππων τῶν ἀγωνιζομένων τοὺς πώλους κρίνουσιν ἐπὶ δικαίῳ τε καὶ ἄνευ δώρων ποιήσεσθαι κρίσιν, καὶ τὰ ἐς τὸν δοκιμαζόμενον δὲ καὶ μὴ φυλάξειν· καὶ ταῦτα ἐν ἀπορρήτῳ. A quo iureiurando neutiquam abhorret illud, quod ſeptem viri, Toloſanorum circa poëticam agonum iudices, Manutentorum vocabulo deſignati, ſolent in ipſo ſui muneris introitu exhibere: quemadmodum agonalibus aut agoniſticis legibus à Guil.

[a] *Eliac. fol. 135. Ald. libri. De Iouis Olympij ſigno ſcripſi lib. 1. cap. 5. ſub initium ad marg. & lib. 2. cap. 27.*

[b] *de quib. videſis quæ ſcripſi li. 1. ſub init. cap. 19. & infr. cap. proximo.*



à Guil. Molinerio iuriſconſulto & agonum Cancellario conſilium præbente Bartholomeo Marco iuriſdoctore, illorum ſeptem virorum iuſſu ad annum CIↃ.CCC. XLVIII. compoſitis, promulgatis, libróque commentarij (quo de actum eſt antea) publici ſecundo comprehenſis in hæc verba vernacula; quæ tanto mihi vehementius placent, quanto ſimplicitatem illam antiquam ſapiunt ac redolent: *Que caſcus en lo commenſamen de ſa receptio iure, que per amor, fauor, odi, rancor, temor, prets, pregarias no eſtara que el amlos autres ſos compaignos no iucjebe e lealmen e que tendra ſecret lo iucjamen, tro que ſia publicat lo iorn que ioia ſe dara: e que non impugnara ans tendra per fait ſo que la major partida de ſos compagnos voldra tendra è iucjara e que en aqueſt iucjamen no gardera eſtat condicio, paubriera, rictat indignitat de perſona, ſi no en los cazes ios eſcriutz, mas ſolamen maniera de trobar e de ben dictar tenen e gardan las noſtras preſens leis à bona fe e al miels que poira* &c. quæ ſequũtur.

Et ſanè non mediocrem ſibi laudem Elæi Hellanodicæ illi ob ius apud Olympiam vno die totius quinquennij ſumma iuſtitia & æquitate, in illo conuentu adminiſtratum antiquitus quæſierant: quamuis eas eleuaſſe, quod potuit, Agis Lacedæmoniorum Rex, à Plutarcho [a] memoretur alicubi, ſic ferè; ἐπαινούντων δὲ τινῶν Ἠλείους ὅτι δικαιότατοι εἰσὶ περὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, καὶ τί μέγα (εἶπεν) ἢ θαυμαστὸν ποιοῦσιν εἰ ἐν ἔτεσι πέντε μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ δικαιοσύνῃ χρῶνται: quorum tantam fuiſſe integritatem atque adeò ſimplicitatem, ſed ſine vllo tamen ipſorum periculo, ferunt: vt eorũ qui athletas Olympiæ decertaturos mitterent, commendatitias literas ne aperirent quidem, non modò non legerent; antequam aut certamen finitum foret, aut ipſi quidem certè ſui periculum feciſſent: id quod vnus me docuit Chryſoſtomus Dio [b]; ſic admodum ſcribens, ἀλλ᾽ ἐκείνοις γέ φασι μηδὲ τὰς ἐπιστολὰς λύειν ἃς ἂν γράψωσι τῶν ἀθλητῶν τινὰ συνιστάντες, πρὶν ἢ ἀγωνίσηται, καὶ τοῦτο οὐδένα πώποτε αὐτοῖς ἐνεγκεῖν κίνδυνον. Tales illæ Epiſcoporum ſeu prælatorum literæ, quæ ſubditis præcedenti examine probatis paſſim tribuuntur; vt ab aliis Epiſcopis aut prælatis clericali charactere inſigniri, & ad ſacros etiam presbyteratus ordines promoueri poſſint: quas ipſas commendatitias, tum aliis vetuſtorum Synodorum canonibus; tum verò decreto concilij Tridentini

[a] *apophth. Laco. fol. 381. Stephan. exempl. & in vita Lycurgi, f. 95. vbi* Ἆγις δὲ ἐπαινούντων τινῶν τοὺς Ἠλείους ὡς καλῶς τὰ Ὀλύμπια καὶ δικαίως ἄγοντας. Καὶ τί μέγα ἔφη Ἠλεῖοι ποιοῦντες δι᾽ ὃ τῶν πέντε ἁμέρᾳ μιᾷ χρώμενοι τᾷ δικαιοσύνα-

[b] *Rhodiaco fol. 233. pag. 2. Aldi. libr.*

dentini [a] nominatas ſcimus. Græci [b] συστατικὰς nuncupant; exemplo & imitatione D. Pauli, qui ad Corinthios [c] ſcribens hoc ea ſignificatione vocabulum vſurpauit [d] vbi ſic eſt ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν εἰ μὴ χρῄζομεν ὥς τινες συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ἡμᾶς ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν. Tales formatæ literę, quæ conſecrato in epiſcopum poſt benedictionem à domino Pontifice ſimul cum ſacrata oblatione integra cùm ad communicandum venerit, porriguntur: quibus ex ordine Romano [e], mandatur clero & plebi, electionem comprobatam & conſecratum ſacerdotem; iuxta illum Sanctæ Synodi canonem, quo cautum, Epiſcopum ſine formata ſuſcipi non debere, ne obſcura aut dubia nota ordinationis incurrat. Ideoque formatæ, ſubſcriptionem epiſcoporum qui ordinationi adfuerunt adiici, ordine illo Romano comprehenſum eſt.

Optimè igitur agonas illos curaſſe, atque ordinaſſe crediti Elæi. Sed in anno ſemel tantùm, aut vno aliquo die. Quamobrem vt ab Agide perſtrictos cauillo diximus, ita hoc quoque Stratonici cuiuſdam Scommate iocoſo, ac faceto tactos tanquàm rebus non vſque adeò laudabilibus aut difficilibus eſſent occupati: cùm iuberet, ( ſicuti Plutarchus [f] retulit) ac veluti lata lege ſtatueret, ἀθηναίους ἄγειν μυστήρια καὶ πομπὰς ἠλείους δὲ ἀγωνοθετεῖν ὡς κάλλιστα τοῦτο ποιοῦντας. λακεδαιμονίους δ' ἂν ἁμαρτάνωσιν οὗτοι, δέρεσθαι. καὶ τοῦτο μὲν εἴρηται χάριν τοῦ γελοίου. ab Ægyptiis pariter dicto perſtrictos Elæorum ad Pſamimin Aegyptiorum Regem legatos, ſuorum in hoc adminiſtrando certamine iuſtitiam, atque integritatem commendantes, Herodotus [g] narrat: cùm hos illi non aliter poſſe ſine ſuſpicione gratiæ atque adeò iniuriæ, vel cum aliqua iuſtitiæ laude præmia tribuere ſuis æquè, ac peregrinis, hoc eſt è cætera Græcia oriundis dicerent: quin potiùs à certamine Olympico Elæos omnes eſſe remouendos, vt extranei duntaxat præmiis donarentur: οἱ δὲ βουλευσάμενοι (ait de Aegyptiis) ἐπηρώτων τοὺς ἠλείους εἴ σφισι οἱ πολιῆται ἐναγωνίζονται. οἱ δὲ ἔφασαν, καὶ σφέων καὶ ἄλλων ἑλλήνων ὁμοίως τῷ βουλομένῳ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι

[a] ſeſſione 14. in decreto de reformat. cap. 2. & 3. Dimiſſorias & reuerendas etiã nuncupatas ſcito eiuſdem concilij ſeſſio. 7. Decreto de reformat. cap. 10. De Commendatitiis huiuſmodi literis mentio in Capitular. Karoli Magni in li. 1. cap. 3. lib. 6. cap. 130. fol. 197. pa. 2. & lib. 7. cap. 195. fol. 294. pag. 2. Item hiſtor. tripart. lib. 6. ca. 29. fol. 429. è Sozomeno. De formatis cæteris in meo Iuris Lexico.

[b] Synodi Chalced. can. 10. cuius init. πάντας, & Sardicen. Synodi can. 9. Nam περὶ τῶν κανονικῶν εἰρηνικῶν. in Antioch. ſynodo can. 10. Laodicen. can. 41. Chalced. can. 11. Sed & in canone 12. Apoſtolorum ad quem Zonaras: συστατικαὶ δὲ ἐπιστολαί εἰσιν αἱ διδόμεναι κληρικοῖς, ἢ λαϊκοῖς ἀφοριζομένοις ἢ ἀναγνώσαις ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι καὶ συνιστῶσαι τῷ ἐκεῖ ἐπισκόπῳ αὐτοὺς ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων ἢ πιστοὺς ὄντας. Videſis & in canonem 33. vbi τοὺς ξένους εἰ καὶ συστατικὰ ἐπιφέροιντο οὐδὲ τότε ἀβασανίστως τούτους προσδέχεσθαι συγχωρεῖν canonem adnotat, ἀλλ' ἀνακρίνειν εἰ ὀρθόδοξοι εἶεν. [c] epiſt. 2. cap. 3. in princip. [d] & ſimiliter Arrianus Epicteto lib. 2. cap. 3. καὶ ὡς ὁ Διογένης πρὸς τὸν ἀξιοῦντα γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικά· ὅτι μὲν ἄνθρωπος, φησιν, εἶ. [e] in ordine Romano de offic. diuin. fol. 102. Colon. edit. ann. 1568. [f] Lycurgo ad finem in pag. 107. [g] Euterpe fol. 97. lib. 2.



ἀγωνίζεσθαι. οἱ δὲ αἰγύπτιοι ἔφασαν σφέας οὕτω τιθέντας, παντὸς τοῦ δικαίου ἡμαρτηκέναι, οὐδεμίαν γὰρ εἶναι μηχανὴν ὅκως οὐ τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσθήσονται ἀδικέοντες τὸν ξεῖνον. ἀλλ' εἰ δὴ βούλονται δικαίως τιθέναι, καὶ τούτου εἵνεκα ἀπικοίατο ἐς αἴγυπτον. ξείνοισι ἀγωνιστῇσι ἐκέλευον τὸν ἀγῶνα τιθέναι, ἠλείων δὲ μηδενὶ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. ταῦτα μὲν αἰγύπτιοι ἠλείοισι ὑπεθήκαντο. quod Aegyptiis Herodotus dictum, id ipſorũ Regi Amaſidi vtique (non, de quo ille, Pſammidi) Diodorus [a] tribuit: ſic ferè ſcribens, φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἠλείους σπουδάζοντας περὶ τὸν ὀλυμπικὸν ἀγῶνα πρεσβευτὰς ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσοντας πῶς ἂν γένοιτο δικαιότατος. τὸν δ' εἰπεῖν, ἐὰν μηδεὶς ἠλεῖος ἀγωνίζηται. Sed quidquid viſum Aegyptiis, aut Lacedæmoniis contrà fuerit, ſummam de iuſtitia Hellanodicarum, opinionẽ cæterorum Græcorum fuiſſe conſtat. Ab iis Athenienſis Xenophon Athenis eiectus cùm ipſi Scilluntem Lacedæmonij contuliſſent, in Senatu Olympico abſolutus, cauſa capitis dicta, veniáque impetrata, inibi permanſit ad vitæ ſupremum exitum: hoc narrat Pauſanias [b] ſic ferè, οἱ δὲ ἠλείων ἐξηγηταὶ κομίσασθαί τε αὖθις σκιλλοῦντα ἠλείους: ἔλεγον καὶ ξενοφῶντα ὅτι ἔλαβε παρὰ λακεδαιμονίων τὴν γῆν, κριθῆναι μὲν ἐν τῇ ὀλυμπικῇ βουλῇ. τυχόντα δὲ παρὰ ἠλείων συγγνώμης, ἀδεῶς ἐν σκιλλοῦντι οἰκῆσαι. Ad eos olim Hyperides miſſus, vt Callippum athletam oratione defenderet, qui reus delatus erat corrupti Olympiaci certaminis, & victor abſceſſit: quod ipſum à Plutarcho [c] traditur in hæc verba, ἐπέμφθη δὲ καὶ πρὸς ἠλείους ἀπολογησόμενος ὑπὲρ καλλίππου τοῦ ἀθλητοῦ ἔχοντος αἰτίαν φθεῖραι τὸν ἀγῶνα καὶ ἐνίκησε: cuius rei Pauſanias [d] quoq; meminit his ferè verbis, ex quibus apud Plutarchum pro ἐνίκησε, reponendum ἐνικήθη videatur. Etenim neq; voluiſſe rogatos ab Athenienſib. Elæos mulctam Callippo remittere: & cùm non depenſa mulcta Olympicis ludis abſtinerent Athenięſes oraculo Pythio iuſſos eam exſoluere, ex qua Ioui ſex ſigna, ſiue ſimulachra cum inſcriptionib. poſita fuerint: nam vbi περὶ ἀθηναίου καλλίππου ἀθλήσαντος πένταθλον, ὅν φασιν ἐξωνήσασθαι τοὺς ἀνταγωνιουμένους χρήμασι, quod circa centeſimam, ac duodecimam Olympiadem eueniſſe ſcribit: adiicitur ſtatim, ἐπιβληθείσης δὲ τῷ καλλίππῳ καὶ τοῖς ἀνταγωνισαμένοις ζημίας ὑπὸ ἠλείων ἀποστέλλουσιν ὑπερείδην ἀθηναῖοι πείσοντα ἠλείους ἀφεῖναι σφίσι τὴν ζημίαν. ἀπειπόντων δὲ ἠλείων τὴν χάριν, & cæt. ex quibus ( ni fallor)

[a] Diodor. Sicul. lib. 1. biblioth. ſect. 2. fol. 60. vbi de Amaſide.

[b] Eliacôn 1. fol. 119. Aldin. edit.

[c] Plutar. in vitis decem Rhetorum in hyperide ad finem, in f. 1561.

[d] Eliacôn 1. fol. 132.

fallor) aperta mendi apud Plutarchum caſtigandi ratio;& ex eo, quod de Athenienſib. reddito à Pythia oraculo additum, *σφίσιν ὁ θεὸς ἐν δελφοῖς οὐ πρότερον ἔφησεν ὑπὲρ οὐδενὸς χρήσειν, πρὶν ἢ τὴν ζημίαν ἀποδοῖεν ἠλείοις· οὕτω δὴ ἀποδοῦσι τούτων, ἐποιήθη τὰ δὴ ἀγάλματα ἓξ μὲν καὶ ταῦτα γέγραπται δὲ ἐπ' αὐτοῖς ἐλεγεῖα*, & cæt.

Hellanodicarum ſanè iudicio, vt multas, & caſtigationes verberũ inflictas, ita coronas & cætera victoriæ præmia fuiſſe attributa, & poſt peractum certamen ad ipſos præterca iri ab athletis ſolitũ ſuperiore libro [a] de palma & corona differens, docente hoc Aeliano tradidi, cuius ipſius verba libri huius initio(cùm de athletarum ſagina & ſomnum, varióſque morbos adferente ac ingenerante repletione agerem ) exhibuiſſe me recordor. Quod autem ait Ariſtoteles [b] *ἐπὶ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἅπαντός ἐστι κρῖναι, τῇ ὄψει μόνῃ θεασάμενον*, non hoc ſignificat, quemlibet è populo iudicem eſſe de athletis, ipſaq; tribuere præmia potuiſſe, tanquàm eius rei facultas, penes populum, non penes hellanodicas fuerit, ſed iſtud potiùs, rem agonum non vſque adeò fuiſſe difficilem, quin cùm oculis omnium pateret, de victoria cuius illa eſſet, ſtatuere quilibet per ſe potuerit. Et ſimiliter quod Elæos eſſe principes, ductoréſque Olympici conuentus, inſpectores, ac directores operum & ſermonum in ipſo habitorum ait Chryſoſtomus Dio [c]:de Hellanodicis ab brabeutis, ipſiſque agonothetis interpretor, quo loco, *ὦ παῖδες ἠλείων ὑμεῖς γὰρ ἄρχοντές καὶ ἡγεμόνες τῆς δὲ τῆς πανηγύρεως, ἔφοροί τε καὶ ἐπίσκοποι τῶν ἐνθάδε ἔργων καὶ λόγων ἢ δεῖ θεατὰς εἶναι μόνον τοὺς ἐνθάδε ἥκοντας· τῶν ἄλλων δηλονότι παγκάλων καὶ σφόδρα ἐνδόξων θεαμάτων, καὶ δὲ μάλιστα τῆς τοῦ θεοῦ θρησκείας, καὶ τῆς ὄντι μακαρίας εἰκόνος*, & cætera quæ ad iconem Iouis Olympici pertinentia, non retuliſſe, me quidem, ſed quo reperiri loco poſſent, indicaſſe ſuperiùs alicubi [d] recordor. Brabeutarum quinetiam iudicium de antagoniſtarum victoria fuiſſe, nec præmia dumtaxat victori tribuiſſe vt agonothetas, Dionyſij verbis prolatis libro primo [e] docui:quos ipſos ex Hellanodicarũ collegio lectos veriſimile arbitror, *οὓς βραβεύειν τὸν θεῷ τὸν ἀγῶνα δικαστὰς* ait Olympiaco ſermone Dio Chryſoſtomus [f]. In his autem vnum aliquem fuiſſe, qui in grammateium archîum, ſiue commẽtarium hieronicarum nomina referret(quod in muſicis Palladiæ noſtræ Toloſæ

[a] *cap.27.*

[b] *problem. ſect. 30. quæſt. 11.*

[c] *in olympica orat, ἢ περὶ τῆς πρώτης τοῦ θεοῦ ἐννοίας, 12. fol 155. pag. 2. Aldini lib.*

[d] *lib. 1. huius Agoniſt. cap. 5. ſub init. ad marg.*

[e] *cap. 23. eiuſdẽ libri.*

[f] *fol. 141.*



Toloſæ agonibus, Commentarienſis, ſiue actuarij munus eſt, accedente iuſſu Aeſymnetæ ſiue Cancellarij) Pauſanias [a] me docuit: quo loco de Euamonida Elæo, qui apud Olympiam & Nemæam lucta pueros vicit, ac deinde in hellanodicam euaſit, *γενόμενος δὲ ἑλλανοδίκης ἔγραψε καὶ οὗτος τὰ ὀνόματα ἐν ὀλυμπίᾳ τῶν νενικηκότων*. Atque huc pertinere iſta cenſeo: inprimis quod Iſidorus Hiſpalenſis [b] in libris originum, paragraphum hac nota poni ait, ad ſeparandas res, à rebus quæ in connexu concurrunt, quemadmodum in Catalogo loca à locis, & regiones à regionibus: in agone præmia à præmiis, certamina à diuerſis certaminibus ſeparantur: & quod Xyſticis Herculaneis hieronicis conceſſum locum, in quo de ſuis rebus conſulerẽt, literáſque communes & ſacra, ſeu potiùs deorum ſigna reponerent, thermis ſiue balneis principalibus adiunctum ex vetuſtis inſcriptionibus addidici.

Denique quod gymnaſiis adiuncta grammateia ſiue tabularia legitur eo Athenæi loco, è quinto Deipnoſophiſtarum, quem poſteà [c] de hebeteriis agẽs adhibitis earum inſcriptionum, quas dixi, verbis proferam: Nec tantùm eius qui viciſſet, ſed & agonothetæ vel ſacerdotis prouincialis ludorũ curatoris [d] atque gymnaſiarchæ nomen in commentarios illos publicos redigi ſolitum, à grammateo ſiue ſcriba illo: ſiue is hellanodica fuit, ſiue etiam hellanodica ſcripſiſſe à Pauſania dicitur ſcilicet, cuius iuſſu alius id munus exequeretur; quod veriſimilius arbitror. De nomine ludorũ curatoris, ſiue agonothetæ in commentarios agonum publicos relato, accipiendum cẽſeo, quod cùm Phidon Argiuus pręſtantiſſimus princeps ab Hercule decimo omnia quæ ille peregerat, procuranda itidem ſibi duxiſſet certamina, & in his Olympicum, Elæi tamen opem ferentibus Lacedæmoniis: adeò iſtam ipſius *ἀγωνοθεσίαν* (certaminis videlicet olympici adminiſtrationem) actis & commentariis publicis non eſſe mandandam (ne probaſſe viderentur) iudicarint; vt vel hac etiam de cauſa ſibi arma ſumenda eſſe decreuerint. Qua de re Strabonis [e] hæc eſſe verba cõmemini, *καὶ τοὺς ἀγῶνας, ἀξιοῦν τιθέναι αὐτὸν, οὓς ἐκεῖνος ἔθηκε· τούτων δὲ εἶναι καὶ τὸν ὀλυμπιακὸν· καὶ δὴ βιασάμενον, ἐπελθόντα θεῖναι αὐτὸν οὔτε τῶν ἠλείων ἐχόντων ὅπλα, ὥστε κωλύειν, διὰ τὴν εἰρήνην· τῶν τε ἄλλων κρατουμένων τῇ δυναστείᾳ· οὐ μὴν τούς γε ἠλείους*

[a] *Eliacôn 2. fol. 145.*

[b] *lib. 1. cap. 20. de notis ſententiarum.*

[c] *cap. 27. & 28.*

[d] *de quo ſcripſi lib. 1. Agoniſtici huius cap. 18. & itẽ lib. 3. Semeſt. cap. 1. ad fin.*

[e] *lib. 8. Geogr. fo. 413. vbi de Elide & Olympicis agonibus.*

ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὅπλα κτήσασθαι. διὰ ταῦτα καὶ δεξαμένους ἐπικουρεῖν σφίσιν αὐτοῖς: συμπρᾶξαι δὲ καὶ λακεδαιμονίους. vbi expendenda illa moneo, οὐ μὴν τούς γε ἠλείους ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην: quibus id oſtenditur à Strabone, noluiſſe ſcilicet Elæos in acta referre Phidoniam Olympici agonis procurationem: quod fruſtrà optimus hiſtoricus mandaſſet literis, niſi vt referretur, hoc fuiſſet Elæis hellanodicis in more poſitum. Nam quod illa verba Xylander his Latinis reddidit, Elæi autem non retulerunt in tabulas iſtam certaminis inſcriptionem, non concoquo: & adminiſtrationem procurationémve, aut quid ſimile vocabulo θέσεως (tanquam διαθέσεως δηλαδὴ, vt è Diodori, qui non ita multo pòſt ſubiicietur, loco apparet; vnde agonothetæ, athlothetæ appellati ſunt) ſignificari ſentio.

Pertinet etiam ad illam in publicis agonum commentariis inſcriptionem agonothetarum nominis, de qua loquimur, quod de agonothetæ ſacerdotis (ſic enim accipio, non ignorans quemadmodum alij [a] explicent) relato in acta nomine à commentarienſibus loquentium ſermones perſcribentibus apud Nicopolim (vbi ludos triplices quinquennales fuiſſe, inferiùs [b] dicemus) ita Epictetus ille apud Arrianum [c], σήμερόν τις ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου, λέγω αὐτῷ, ἄνθρωπε ἄφες τὸ πρᾶγμα: δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν: ἀλλ' οἱ τὰς φωνὰς, φησὶ, γράφοντες γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. μή τι οὖν σὺ τοῖς ἀναγινώσκουσι λέγεις παρὼν, ἐμὲ γεγράφασιν, &c. Poſtremò ad iſtam inſcriptionem nominis, vt agonothetarum, ita gymnaſiarchorum idem penè munus adminiſtrantium, referri poſſe arbitror, quod gymnaſiarchi Batonis coronas aureas in albo continendas gymnaſij memoriæ gratia decreto illo Græco columella marmorea Romæ in Muſæo Card. Carpenſis anno ∞.D.XI. in portu Anconitano reperta, & cùm à Smetio [d] tùm à Fuluio Vrſino [e] publicata comprehenſum, atque maiuſculis literis exaratum in hæc verba: ἀνθ' ὧν τὸ κοινὸν εὐδοκιμήσαντα ἐστεφάνωσεν αὐτὸν, ἐπὶ τὰ προειρημένα ἔτη δύο, θαλλοῦ στεφάνῳ. καὶ τὴν περὶ τούτων ἀναγραφὴν, ὑπομνήματος χάριν, εἰς τὸ γυμνάσιον κατακεχώρικεν φιλοτιμίας ἕνεκεν, καὶ τῆς λοιπῆς ἐπιμελείας, ἧς ἔχων διετέλεσεν εἰς αὐτούς: Et poſteà, δεδόχθαι δὲ καὶ νῦν ἐπαινέσαι τε αὐτὸν ἐπὶ τούτοις καὶ πρὸς ἐπιστεφανῶσαι πάλιν χρυσῷ στεφάνῳ καὶ

[a] *Iuſtus Lipſius in commenta. ad 1. annal. Taciti. fol. 22. editi. Antuerp. anno 81.*
[b] *cap. 26.*
[c] *lib. 1. de ſermo. Epicteti cap. 19.*
[d] *inſcriptio. antiqu. in officina Plantiniana editarum an. 1588. ordine 2. ſol. 42.*
[e] *poſt comment. Antonij Auguſt. de Legib. Fuluij Vrſini notis præpoſita num. 30.*



καὶ τοὺς μὲν χρυσοῦς στεφάνους εἰς λευκώματα χωρῆσαι, τὸ δὲ δόγμα τὸ δὲ ἀναγράψαι εἰς στήλην λιθίνην, καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ τοῦ γυμνασίου. Vbi verbum ἀναγράψαι agnoſcere perplacet, quod apud Strabonem ea ipſa de re agentem extat, illo quem antè perſcripſi loco: & apud Diodorum Siculum [a] eiuſdem quæ à Strabone allata hiſtoriæ, finem his verbis concludentem: τέλος πισάται νικήσαντες ἔθηκαν τὸν ἀγῶνα, καὶ τὴν ὀλυμπιάδα ταύτην ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν ἠλεῖοι, διὰ τὸ δοκεῖν βίᾳ καὶ ἀδίκως διατεθεῖναι: quæ libro primo [b] cū reliquis in rem aliam attuliſſe me recordor; ſic nimirum intelligenda, vel è Pauſaniæ ſecundo Eliacôn libro [c], vt ad quartam & centeſimam Olympiadem pertineant. Etenim ſequentis (quæ fuit quinta ſupra centeſimam) anno primo perſcripta in archîo ab Elæis Olympionicarum ſimul & Agonothetarum nomina, ex eo Diogenis Laertij loco [d] didicimus; in quo de Xenophonte agens, κατέστρεψε δὲ (καθά φησι Στησικλείδης ὁ Ἀθηναῖος) ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ, ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου, ἐφ' οὗ καὶ φίλιππος ὁ Ἀμύντου ἦρξε. vbi τὸ ἄρχοντος quidem ad magiſtratus Athenienſium Xenophontis ciuium; illud autem ἀρχόντων ad Eleenſes ludorum Olympicorum agonothetas referendum cenſeo: qui hos ludorum magiſtratus quoſdam & præfectos fuiſſe, ideóque ἀγωνάρχας à Sophocle tanquam τῶν ἀγώνων ἄρχοντας nominatos, de Suida dici: quo loco, Ἀγωνάρχαι (inquit) ἀγωνοθέται ἄρχοντες τῶν ἀγώνων· σοφοκλῆς

Καὶ ταῦτα μὰ τοῦ τύχῃ μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς
Θήσουσ' Ἀχαιοῖς, μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός.

Ex iis verò percipimus hoc quoque Olympiadum ordinem, numerúmque in publicos agonis Olympici commentarios, non minus quàm victorum & agonothetarum ſiue certaminis præſidum nomen referri moris fuiſſe. Quamobrem ab optimis quibuſque [e], rerum præſertim græcarum, hiſtoricis deſignationi Olympiadis nomē eius qui ſtadio viciſſet [f] (quāuis nonnunquam omiſſum breuitatis gratia, vel memoriæ vitio videre eſt) paſsim adpoſitum, adiuncta etiam patriæ appellatione reperies, ex more illo (vt arbitror) vetuſto dignoſcendi ac citandi vt annos Argis à ſacerdotibus fœminis [g], ſic in



[a] *lib. 25. biblioth. fol. 497.* ἀναγράψαι *autem ad relationem agoniſtarum nominis in album pertinet: de quo dictū eſt ſuprà cap. 16. huius lib. De Piſatarum verò & Elæorū inter ſe pugna de qua Diodorus videſis Pauſaniā lib. 1. Eliacôn f. 117. & fo. 119. & lib. 2. fo. 141. vbi eādem hiſtoriā perſtringens de qua Strabonis & Diodori verba protuli, ſimiliter ſcribit* τὴν πρὶν τὴν δὲ ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, *& cat.* οὐκ ἀναγράφουσιν οἱ ἠλεῖοι διότι μὴ αὐτοὶ τὸν ἀγῶνα ἀλλὰ πισαῖοι καὶ ἀρκάδες ἔθεσαν ἀντ' αὐτῶν.
[b] *cap. 19.*
[c] *d. fo. 141. vnde verba protuli modò in margine.*
[d] *lib. 2. in vita Xenophontis fol. 69. editio. Steph.*
[e] *Pauſan. Eliac. fol. 172. Vvech. edit. Diodoro Siculo & Dionyſ. Halicarnaſſ. locis illis quos indicaui libro ſuperiore ad extremum cap. quinti & decimi.*
[f] *imò illius quoque qui ſuperatus foret vt oſtēdi in dicto ca. 15. lib. ſuper.*
[g] *vide Thucyd. init. lib. 2. fo. 48. & ibi ſcholia.*

cætera Græcia Olympiadas [a] in communi etiam ſermone, non tam ex earum ordine ac numero, quàm è victorum, ſiue hieronicarum

*[a] De harũ Olympiadum vſu in chronographia quadragenis poſt excidium Troianum & ſeptem vel octo annis recepto iuxta Diodor. Siculum lib. 1. & Clem. Alex. Stromat. lib. 1. Solinum cap. 2. & alios, quando ludicrum Olympicum ab Iphito renouatum atque illuſtratum: cuius origo Euſebio auctore annis 25. illud excidium præceſſerat: videſis Benedict. Pererium in commentar. de communib. omn. rer. princip. lib. 4. qui eſt de antiquis philoſoph. c. 3. vbi etiam oſtendit Olympiades annóſque Olympicos initium habuiſſe ab æſtiuo ſolſtitio circa quod ludi Olympici celebrati, vt ſuperius monui huius lib. 6. cap. Principiũ autem Olympiadum exordia vrbis Romæ annis 24. anteceſſiſſe: octauo anno regni Achaz regnantis in tribu Iudæ: contra Iulij Africani & Euſebij in Chronicis opinionem. Poſt Olympiades quoniam quadriennio diligentiſſimè cuncta notabantur nullam temporum confuſionem extitiſſe iuxta Iul. African in 3. annal. referente Euſebio in cap. 3. lib. 10. de præparat. Euang. & Iuſtino Martyre in parænet. ad gent. vt Varro apud Cenſorinum totum illud tempus quod Olympiades anteceſſit fabuloſum appellauerit. D. Cyrillus catecheſi 12. fol. 89. Latinæ verſ. in temporis ad Chriſti aduentum pertinentis ſupputatione ſcribit Olympiadem apud Græcos vocari, quod ſingulo quadriennio peracto certamen fieri ſoleret propter quatuor annorum curſum ſolis in quibus ſingulis annis tres horas adiiciens diem quarto anno adderet. Cùm igitur quincta quaque æſtate apud Elidem ſiue Olympiam curules in cæteris agones celebrare mos foret Iouiq; Olympio mactare victimas, eámque præflueret ſiue præterlaberetur Alphæus: quamobrem Arethuſam in Sicilia, in quam ille amnis per intimos terræ canales velut abſorptus incurrebat, quincta quaque itidem æſtate per Olympia ſcriptum à Seneca lib. 3. natur. quæſt. cap. 26. purgamenta eiectaſſe: Inde opinio eſt (ait) Alphæon ex Achaia eo vſque penetrare & agere ſub mare curſum nec antequàm in Syracuſano littore emergere. Ideóque iis diebus quibus Olympia ſunt, victimarum ſtercus ſecundo traditum flumini illic redundare, quod ipſum Plinius cap. 5. lib. 31. his verbis extulit: Arethuſam Syracuſis fimum redolere per Olympia: veriq; ſimile quoniam Alpheus in ea inſula ſub ima maria permeet de Alphæo & Arethuſa, Plinius cap. 103. lib. 2. natur. hiſt. Mela lib. 2. de ſitu orb. cap. 7. Solinus Polyhiſtor. cap. 11. Rectè verò Cyrillus ſingulis quadrienniis Olympia celebrata prædicat: quod & anteà Epictetus apud Arrianum lib. 3. cap. 24. indicarat iis verbis quæ Agoniſtici 1. cap. 8. protuli. Et poſteà Suidas in Ὀλυμπία. quod ſic accipiendum cum clariſſ. & eruditiſſ. viro Ioſ. Scaligero lib. 1. de emendat. temp. fol. 43. vbi de periodo Delphorum Pythica: Interuallum nempe duarum Olympiadum eſſe tetraëterida caput vnius pentaëterida, quare & Olympiadem ipſam aliquando etiam Tetrapentaëterida dictam apud Cenſorinum: eſſe enim initium quinti anni, eadémque ratione cùm Delphis ludi qui vocantur Pythia poſt annum octauum olim conficerentur, eáque octaëteris haberet menſes triginta dierũ omnes, dictam fuiſſe enneæterida, quòd nono quoque anno recurreret: quartã fuiſſe Pythiorum: quæ poſteà in tetraëteridem redacta ſit, vt Olympicus agon anno tertio Olympiadis 48. hoc eſt anno Iphiti 195. Sequenti tetraëteride qui erat annus 3. Olympiadis 49. agonem illum Stephanitem factum vt Olympicum, vnde prima Pythias putari ſolet: quæ in re priſco Pindari ſcoliaſti rectè cum Euſebio conuenire. Ab annis igitur Iphiti ſi auferas 194. annos Pythicos futuros. Rurſum Suidas in ſupra dict. loco neſcio quid præterea de Olympiadum initio ſub Salomone ſic ferè, ἐπεὶ δὲ πρώτη ὀλυμπιὰς ἐπὶ Σολομῶντος εἰς ἑορτὴν κοσμικὴν τοῦ θεοῦ: cùm tamen huius principatus non vltra mundi annum 3186. prolatus fuerit: Chronologi verò plerique omnes Olympiadum initium ad annum 3408. quo Ozias Iſraëlis rex fuit, reijciant, in his Functius atque Genebrardus. Olympiadem autem duabus trieteridibus lunaribus conſtantem non ſolarem fuiſſe (vt viſum Cenſorino) ſed lunarem demonſtrat is, quem antè nominaui, Scaliger eo ipſo libro capite de anno æquabili minore Græcorum, fol. 19. qui ſemper Olympiadem plenilunio, & 15. menſis celebratam. Romanos autem brumæ ſidere confecto diem intercalaſſe (quod Olympiadum myſterium vocarent) anteà tradiderat: cap. de anno fol. 8. & 10. & fol. 16. cap. de anno æquabili, menſem Olympiadis primum habuiſſe nouilunium, verùm & in quintadecima eiuſdem confecto plenilunio, peractum Olympicum ludicrum è Pindaro & ipſius ſcoliaſte, & in fol. 20. vnam Olympiadem ſolam nunquam cum ſolis rationibus congruere, ſed potiùs duas: quæ quidem iunctæ octaëterida conſtituunt, de qua ibid. vbi & hoc, Olympicum agonem decimoquinto die menſis lunaris obiri ſolitum, & octaëteridis auctorem Cleoſtratum Tenedium fuiſſe docet eiuſdem Tractatus lib. 5. fol. 208. cap. de initio Olympiadum & fol. 209. annum primum Olympiadis fuiſſe 590. & primum ludicrum Olympiadicum duodecima aut tertiadecima Tamuts ab Iphito celebratum, & primum annum Olympiadum in cycli Dionyſiani quintum incurrere. Et lib. 6. pag. 263. Chriſtum paſſum anno 1. Olympiadis 203. currente, quæ erat 13. periodi Olympicæ.*



hieronicarum nomine, & quidem eorum qui ſtadio viciſſent. Quid igitur? ſolíne ſtadiodromi, aut prima, & præcipua tulêre præ agoniſtis reliquis & potiſsimùm præ hippotrophis & Circenſium equorum exhibitoribus à me ad extremum libri primi celebratis, præmia? an & ſi ſecunda vel tertia, prout eos eſſe commeritos Hellanodicæ iudicabant, hoc tamen præcipui iuris habuêre, tum vt qui citarentur primi ad certamen [a], renunciarentur itidem primi inter victores reliquos honoris ergo: tum etiam (id quod ex eo ſequitur) eſſent veluti magiſtratus [b] quidam Athenis & tanquam ipſi ſacrorum præſides agonum Dij (quod à Dionyſio Halicarnaſſeo [c] epitheton iis tribuitur) ἐπώνυμοι, nempe vt ab ipſis nomen Olympiades quemadmodum Romæ olim anni à Conſulibus acciperent; propter veterem ſcilicet cœptæ à curſu primum ſtadiali (quo ſolo diu conſtiterit, ſicuti [d] ſuperiùs admonui, cæteris agonibus longè pòſt additis) Olympicæ celebritatis memoriam? Etenim vt νικῆσαι στάδιον viciſſe ſtadio alios quàm curſores (quocumque agonis genere decertaſſent) apud hiſtoricos interpretemur, ferendi fortaſſe nemini eſſe videamur. Amplio, nondum liquet: In hiſce interim tenebris, illud ſequendum potius duco, quod paulo antè protuli. Neque in contrarium mouet, quod Thucydides alicubi [e] à pancratio tempus deſignat, non à ſtadio: ſic admodum ſcribens, ὀλύμπια δ' ἐγένετο τοῦ θέρους τούτου, οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα. καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἠλείων εἴρχθησαν, ὥστε μὴ θύειν μηδ' ἀγωνίζεσθαι. Non enim hoc loco ea mens hiſtorico, vt Olympiadem notet ſolito more, ſed ex eo quod recenter Olympicis agonibus adiũctum certaminis genus fuerat, pancratium ſcilicet: quod ſecunda & trigeſima Olympiade receptum operam pancratiaſtis præbente Lygdami Syracuſio, nulla interim Androſthenis (de quo apud Thucydidem illo loco) mentione habita, Pauſanias [f] retulit his verbis; πέμπτῃ δὲ ἐπὶ ταῖς εἴκοσι κατεδέξατο ἵππων τελείων δρόμον &c. ὀγδόῃ δὲ ἀπὸ ταύτης ὀλυμπιάδι, ἐδέξατο παγκρατιαστήν τε ἄνδρα καὶ ἵππον κέλητα. ἵππος μὲν δὴ Κραννωνίου Κραυξίδα παρέφθη. τοὺς δὲ ἐσελθόντας ἐπὶ τὸ παγκράτιον ὁ Λύγδαμις συγκατειργάσατο Συρακούσιος. De quibus omnibus profectò certius quidpiam veriúſque, ac minore interim opera id ipſum protuliſſem, ſi Eratoſthenis

*[a] cap. 23. lib. 2. ſup. & cap. 30. li. 1. & verò hoc li. 3. cap. 8.*

*[b] qui ἄρχοντες dicti & annis dabant nomina: vt apud Diony. Halicar. atq; Diod. Sicul. inter cæteros videas licet.*

*[c] ἐν τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρικῶν, fol. 33. vnde verba libro 1. ſuperiùs protuli.*

*[d] d. cap. 23. lib. 2.*

*[e] lib. 3. fol. 182. editio. Stephan.*

*[f] Eliac. 1. fo. 120.*

ſthenis Olympionicarum libros,quos ab Athenæo [a],ac Diogene Laërtio [b] citatos reperio ; aut ſi Lemnij Philoſtrati doctiſsimi ſophiſtæ illius, qui primus è tribus eiuſdem nominis atque artis fuit,Neroníſque temporibus floruit;librum illum legere, aut è longinquo ſaltem aſpicere contigiſſet, quem inſcripſerat γυμναστικόν : quando Suidas, ipſum ad ea quæ apud Olympiam peragerentur, atque adeò ad totam agonum Olympicorum rationem pertinuiſſe, in vita illius [c] auctor eſt.In tanto vetuſtatis ſitu, veritatis lucem ex iis quas dixi tenebris vt eruerem, déque agonibus ſacris omnia examuſsim vt traderem,nō ſumpſi mihi,qui nec poſſe arbitrarer : ſatíſque habui,ſi veterum veſtigia,per libros qui ad meas perueniſſent manus,aſsiduè premens,quem permulta fugerent, quæ nemo vnus hodie valeat aſſequi;quod ipſe tamen odorando,coniiciendo, diuinando, non abſonum aut ineruditum vtcumque percepiſſe viderer, eius omnibus, quemadmodum bona fide ac perliberaliter,de noſtro tanquam demenſo aut peculio,ita ſine vlla præſtatione copiam facerem.

[a] *lib.4.Deipnoſo. fol.115.vt monui ad initium c.35. libri proximi in margine.*

[b] *lib 8.in Empedoclis vita ſub initium edition. Stepha. fol. 327.*

[c] *vbi eius libros enumerās τοῦ γυμναστικοῦ ita commeminit, vt addat hoc, ἔστι δὲ περὶ τῶν ἐν ὀλυμπίᾳ ἐπιτελουμένων.*

*Prouocatio ab Hellanodicis ad Elæum ſiue Olympiacum Senatum : ab Amphictyonibus ad Agonothetam,ab hoc ad Romanum Imperatorem. Hellanodicę per decē menſes à Nomophylacibus de officio ſuo admoniti, ad quos fortaſſe,itidem vt ad Senatum fuit prouocatio,* Ἀπάλαιστοι *motus. Hellanodicarum ſenior quiſque præibat.Codicilli à Principe ipſis conceſſi.*

## CAP. XXIIII.

ILLVD inſuper ex eiuſdem Pauſaniæ ſcriptis addidici,ab Hellanodicarum iudicio, ad Olympiacum ſiue Elæum ſenatum prouocationem fuiſſe. Itaque cùm Eupolemus Elæus curſu in ſtadio aduerſus Leonem Ambraciotam decertaſſet,illíque duo ex Hellanodicis,huic verò tertius victoriam decreuiſſet, dictū duobus diem à Leone apud Senatum mulctæ gratia:qua de re illius [d] auctoris hæc verba ſunt. λέγεται δὲ ἐπὶ τῷ Εὐπολέμῳ καὶ τάδε, ὡς ἐφεστήκοιεν τρεῖς ἐπὶ τοῦ δρόμου τῷ πέρατι ἑλλανοδίκαι· νικᾶν δὲ τῷ μὲν Εὐπολέμῳ δύο ἐξ αὐτῶν δοῖεν, ὁ τρίτος δὲ Ἀμβρακιώτῃ Λέοντι. καὶ ὡς χρημάτων καταδικάσαιτο ὁ Λέων ἐπὶ τῆς ὀλυμπικῆς βουλῆς ἑκατέρου τῶν ἑλλανοδικῶν, οἳ νικᾶν τὸν Εὐπόλεμον ἔγνωσαν. ab Amphictyonibus verò ( quos numero triginta fuiſſe ſuis,atque adeò Adriani principis temporibus

[d] *Pauſan. lib.2. Eliacōn. fol.140. Ald. lib. De numero Hellanodicarum vide quæ ſcribo lib.1.c.19. ad marg.& cap. 26. ad extremū.*





poribus idem Pauſanias [a] alibi memorat)ludorum Pythicorum iudicibus ad Agonothetam,ſiue athlothetam certaminis moderatorem fuit prouocatio, qui forſitan & ſine appellatione illorum iudicio intercedebat ( quod magis puto ) cùm æquum ipſi hoc eſſe videretur:ab hoc rurſum ad Romanum imperatorem poſtremis Reipub.Romanæ temporibus. Itaque cùm Clemens Byzantinus qui alioqui tragœdia præclarè acta victoriæ præmium meruerat, propterea tamen quia hoc circa id temporis incidiſſet quo Byzantium à Romanis obſidebatur, ideò victoria exciderat Amphictyonū iudicio, hac ratione ſcilicet ne propter vnum hominem prædicaretur voce præconis atque coronaretur, ciuitas Romana, inimica nimirum ipſa & rebellis:Hippodromus tamē athlotheta tum quidem Amphictyonico certamini pręfectus,victoriam nihilominùs Byzantio adiudicaſſet, illis valere iuſsis iudicibus, qui aduerſus iuſiurandum, iniuſtam ſententiam protuliſſent. Porrò autem alter auctor tragicus appellauit ad principem: in cuius conſiſtorio ex prouocatione Romæ Byzantium viciſſe laudato Hippodromi, & probato iudicio Philoſtratus [b] in hæc verba retulit, Κλήμης δὲ ὁ Βυζάντιος τραγῳδίας ὑποκριτὴς ἦν, οἷος οὔπω τις τὴν τέχνην. νικῶν δὲ κατὰ τοὺς χρόνους οὓς τὸ Βυζάντιον ἐπολιορκεῖτο ἀπήει ἁμαρτάνων τῆς νίκης, ὡς μὴ δοκοίη δι' ἑνὸς ἀνδρὸς κηρύττεσθαι πόλις ὅπλα ἐπὶ ῥωμαίους ἠρμένη, & cætera quæ ſuperiore tractatu retulimus : tum poſteà, ἀναπηδήσας δὲ ξὺν ὁρμῇ ὁ ἱππόδρομος οὗτοι μὲν εἶπεν ἐρρώσθων ἐπιορκοῦντές τε καὶ παραγινώσκοντες τὰ δίκαια, ἐγὼ δὲ Κλήμεντι τὴν νικῶσαν δίδωμι. ἀφέντος δὲ θατέρου τῶν ὑποκριτῶν ἐπὶ τὸν βασιλέα ηὐδοκίμησε πάλιν ἡ τοῦ ἱπποδρόμου ψῆφος. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς ῥώμης ἐνίκα ὁ Βυζάντιος. Hellanodicas profectò atque horum fortean exemplo itidem Amphictyonas,antequàm eo fungerentur iudicum in agonibus luſtralibus munere ; per decem totos menſes à nomophylacibus in Hellanodicæone admoneri de iis quæ ad agonas pertinerent, atque inſtitui ſolitos Pauſanias [c] retulit : vt cum cætero ſenatu ad nomophylacas prouocaſſe ab Hellanodicis athletas, ſimile vero ſit. ἐν τούτῳ τῷ ἑλλανοδικαίῳ ( ait ille) οἰκοῦσι δέκα ἐφεξῆς μῆνας οἱ αἱρεθέντες ἑλλανοδικεῖν καὶ ὑπὸ τῶν νομοφυλάκων, ὅσα ἐς τὸν ἀγῶνα σφᾶς δεῖ ποιεῖν διδάσκονται. Quod decem menſium tempus equidem ſatis breue atq; anguſtum

[a] *Phocicis,f.256.*

[b] *lib.2. Sophiſtæ. in Hippodromo.*

[c] *lib.2. Eliacōn fol.15.*

Hellanodicis ad diſcendum fuiſſe cenſeo : quippe qui de ſingulis athletarum moribus iudicare poſteà debuêre, cùm ipſis decernerent abdicerêntve victoriam ; vtrùm eſſent ἀπάλαιστοι (quos Græci vocant) motus illi, an verò palæſtram quãdam haberent, vt quicquid in vitandis, cautè, aut in petendo vehementer fieret,atq; adeò ad pugnam vtiliter, idem ad aſpectum etiam venuſtum eſſet : quod & ipſum Cicero quodam in loco [a] memorat : quamuis aliud in alio fuiſſe certaminis gymnici genere venuſtum, aut decens, aut contra ridiculum ; ex Arriano & Epicteti enchiridio, à me tractatu ſuperiore obiter demonſtratum fuit. Athletas verò ſacris agonum diebus decertaturos coronarum gratia per triginta dierum ſpatium antequàm Olympiam accederent apud Elidē ipſam exerceri ſolitos, ſuperiùs auctore Philoſtrato admonuiſſe me recordor. Idem alio loco nos docet ſeniorem præire ordine, cæteros Hellanodicas ſubſequi, ſecundum ætatis cuiuſque prærogatiuam conſueuiſſe. Nam de gymnoſophiſtis agens [b] οἱ δὲ ὥσπερ Ἑλλανοδίκαι (ait) τῷ πρεσβυτάτῳ εἵποντο, κόσμῳ ἅμα καὶ σχολαίῳ βαδίσματι. Non immeritò : quando & iſto munere veluti publico fungi vt ipſis liceret, codicillos ab Imperatoribus Romanis, tanquam aliqui magiſtratus extraordinarij acceperunt : iam inde ab Adriani aut ſupparium ipſi principum Romanorum temporibus ; quibus Epictetus, & qui facta dictaq; huius mandauit literis Arrianus floruit. Id quod ex huius quodam loco [c] nuper colligebam ; vt mihi tum quidem videbatur, non ineptè: ſic enim verba ſe habent : ἀλλὰ καὶ κριτής εἰμι τῶν Ἑλλήνων. οἶδας κρίνειν, τί σε (malo è ſequentibus, τίς σε) ἐποίησεν εἰδέναι. Καῖσαρ μοὶ κωδίκελλον ἔγραψε· γραψάτω σοι ἵνα κρίνῃς περὶ τῶν μουσικῶν. καὶ τί σοι ὄφελος, ὅμως δὲ πῶς κριτὴς ἐγένου· τὴν τίνος χεῖρα καταφιλήσας, &c. Ac de Hellanodicis quidem Amphictyonibus, athlothetis agonibus ipſis & agoniſtis, hęc ferè ſunt, quæ, quòd minùs eſſe nota crederem, iſtò congerenda exiſtimaui.

[a] *in Oratore ſub finem. Sed tu ſi vacat, vide alios ex eodē & Quintiliano à me allatos locos lib. 1. cap. 14. de motibus qui ἀπάλαιστοι vocati.*

[b] *lib. 6. de vita Apollonij, fol. 35. pag. 2.*

[c] *lib. 3. Epicteti cap. 7. ſub finem.*

*D. Paulus explicatur, quodam ad Timotheū loco. Exponitur principale reſcriptum de vacatione munerum athletis conceſſa poſt tres demū coronas adeptas : Et quid noui iuris eo inductum fuerit oſtenditur. Antiqua Græcia quæ Achaia. Ludi antiqui. Pliniani loci lectio in dubium vocata. Achaicus currus apud Horatium. Achæum ſtadium, Achæa præmia; apud Sulpitium & Papinium. Vetus Gallia. Vetus Pergamum. Antiqua Italia, Vetus Roma & noua.*



## CAP. XXV.

HOc certamen animi non paruum, quod circa reſcripti principalis illuſtrationem ſubire placuit, aliquãdo tandem (ſi Deus annuerit) finiam. Sed reſtant explicanda paucula quæpiam, non adeò illa vulgaria, vt ſine literarum aut iuuenum certè ipſis initiatorum damno prætermitti queant. Illa ſunt huiuſmodi; Iis demum athletis immunitatem ipſo tribuere imperatores voluerunt, qui non æmulis corruptis ac redemptis, ſed meritò coronati fuerint: cui ſimile arbitror, quod à Conſtantio & Conſtāte AA. reſcriptū eſt [a], de his qui honorarias ex præſidibus vel ex comitibus dignitatis ſuffragio & pretio non meritis perceperint, vt ciuilibus oneribus muneribúſque teneantur adſtricti; ne commoda publica, ſub vmbratili ſuffragiorum pactione lacerentur. Poſt operam igitur nauatam Reipub. magiſtratus, poſt legitimum vtique certamen athletæ, vt coronas ſecundum D. Pauli effatum quod expoſuimus, ita ex Imperatorum iſta conſtitutione munerum ciuilium vacationem accipiunt ; ſicuti fructus agricolæ poſt labores : iuxta illud alterum eiuſdem B. Pauli [b] qui non laborat non manducet. Ac de agricolis quidem id ipſum cùm annexum ſuperioribus fuerit: omnino ſic oportere accipi ( quamuis aliter aliis placuerit ) ipſe cum neotericis quibuſdam, vel potiùs cum D. Baſilio exiſtimo, quod ita ſcriptum [c] legitur, τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν : vt τὸ πρῶτον non quemadmodum ab aliis ſcrupulosè nimirum ordini verborum inſiſtentibus factum fuit, τῷ μεταλαμβάνειν adiũgatur ; ſed ad illud κοπιῶντα referri debeat: tanquàm ſi ſcriptum ſic foret τὸν γεωργὸν δεῖ πρῶτον κοπιῶντα: vel τὸν πρῶτον κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν: quod ipſe vidit Chryſoſtomus [d] eum locum ex profeſſo explicans, ὁ γεωργὸς οὐχ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, τουτέστιν οὐ μικρὰν ἀμοιβὴν τῶν πόνων καρποῦται καὶ ὁ γεωργός. Atque hoc etiam præcedentia [e] illo ipſo D. Pauli loco verba, quæ antè attuli, omnino exigunt : vbi de athletarum coronis agitur; quas eodem loco vbi certatum foret conſecutos athletas, è Chryſoſtomo [f] & aliis [g] tractatu ſuperiore admonui.

[a] *l. 4. de legatio. lib. 10. C. iuncta l. 24. 25. 26. 27. 41. 45. 86. Cod. Theodoſ. De decurion.*

[b] *epiſt. 2. D. Pauli ad Theſſalon. cap. 3. verſ. 10.*

[c] *epiſt. 2. D. Pau. ad Timoth. ca. 2. verſ. 6.*

[d] *ſermo. 4. fo. 50. pag. 2.*

[e] *verſu 5.*

[f] *in ſermone de inanis gloriæ cupiditate, col. 719.*

[g] *Plin. lib. 16. natural. hiſt. cap. 4.*

Poſtremò hic quoque D. Baſilij locus [a] apertiſsimè oſtendit illum B. Pauli παραφραστικῶς explicans ſic ferè, τίς ἐν καιρῷ τῆς σπορᾶς οἴκοι καθήμενος ἢ καθεύδων, ἐνστάντος τοῦ θερισμοῦ τὸν κόλπον ἐπλήρωσε τῶν δραγμάτων; τίς ἐτρύγησεν ἀμπελῶνα τὸν μὴ παρ' αὐτοῦ πεφυτευμένων; ἐκείνων οἱ καρποὶ ὧν καὶ οἱ πόνοι. αἱ τιμαὶ καὶ οἱ στέφανοι τῶν νενικηκότων εἰσί. τίς στεφανοῖ τὸν μηδὲ ἀποδύντα πρὸς τὸν ἀντίπαλον ὁπότε οὐ νικῆσαι δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως ἀθλῆσαι κατὰ τὸν ἀπόστολον. Has autem coronas, aut earum vnam quampiam, qui vbicumque in orbe Romano eſſet conſecutus; vt à tutela, ſic à cæteris quoque muneribus excuſationem antiquitus videtur habuiſſe. Vnde Vlpianus [b], Athletę habent à tutela (inquit) excuſationem, ſed qui ſacris certaminibus coronati ſunt: non aut bis, aut tertiò, igitur etiam ſi ſemel, nihilominus habebant: donec iſta conſtitutione introductum eſt, ne ante coronam tertiam hieronicę immunitate huiuſmodi fruerentur. Atque hoc quidem ita tentari poteſt: verius tamen eſſe arbitror, vt antiqua conſuetudine receptum id foret, ne vacationem haberent munerum ciuiliũ, niſi qui tres (minimùm) coronas eſſent conſequuti: quod ſatis oſtendere ipſius conſtitutionis iſta clauſula videtur, Tribui ſolet vacatio. Nec enim ius induci nouum, ſed vetus, quod obtinuiſſet anteà, recitari atque declarari ſignificat. Sanè apud veteres Græcos Triſolympionicis honos quidã eximius & ſingularis habitus fuit: Ex vetuſto igitur more, poſt tres demum coronas, athletam hieronicam ſequebatur immunitas. Placuit autem hoc inſuper iſto quod exponimus reſcripto, principibus, vt ipſarum ſaltem vnam, eis qui athletarum priuilegio vti vult, aut Romæ, aut in antiqua Græcia fuerit cõſequutus. Atque hoc fortaſſe eſt, quod illa conſtitutione vetuſto iuri adiicitur, cùm anteà ſiue in antiqua Græcia, ſiue alicubi tres coronas conſecutis idem pateret immunitatis beneficium. Antiqua verò eſt Græcia, non ſicuti ab aliis exponitur Italia, quæ ipſa vt magna [c] & maior [d], ſic à Varrone antiqua etiam Græcia dicta, atque ab ipſo etiam Polybio ad extremum lib. 3. [e] agente de pugnæ Cannenſis exitu tam Romanis triſti quàm auſpicato Carthaginenſibus; quo loco, Καρχηδόνιοι μὲν γὰρ διὰ τῆς πράξεως ταύτης παραχρῆμα τῆς μὲν λοιπῆς παλαιᾶς σχεδὸν πάσης καὶ μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἦσαν ἐγκρατεῖς: quanquàm quod de antiqua loquitur

[a] *Aſceticorũ ſermone qui ὅροι κατὰ πλάτος inſcribitur, fol. 384. & 385.*

[b] *l. ἐὰν δύω 6. §. Vlpian. al. eſt §. athletæ D. de excuſat. tutor.*

[c] *Cic. 5. Tuſcul. quæſt. & Plin. li. 3. cap. 10. Procop. lib. 1. de bello Gotth. D. Hiero. in apologet. aduerſus Ruffin. & Polyb. lib. 2. fol. 50. edit. Heruag. καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ Ἰταλίαν τόποις κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην ἐνέπρησαν τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων.*

[d] *Ouid. init. lib. Faſt. 4. vbi de Aprili. Seneca de conſolat. ad Heluiam cap. 6. Feſt. Pomp. & ibi Ioſeph. Scaliger. in Maior. Silius Italicus lib. 11. Iuſtinus ſub initiũ lib. 20. & B. Hieronym. in proœm. in 2. lib. commen. ad Gal. Vale. Maxim. cap. 7. lib. 8. vbi de Pythago.*

[e] *fo. 105. Heruagiani libri.*



loquitur Polybius; magis eſſe puto, vt ad Achaiam pertineat, quæ antiqua propriè ac verè Græcia: in qua etiam qui celebrarentur ludi, antiqui dicti ab ipſo Auſonio [a], in eo quod antè citaui, carmine,

*Quatuor antiquos celebrauit Achaia ludos.*

De Achaia præclarũ Plinij Elogium, quo ſuperiora illuſtrari puto, non prætermittam. Sic ille igitur [b] ad Maximum, Cogita te miſſum in prouinciam Achaiam, illam meram, & veram Græciam (antiquam: quod ab illo, ſi rationem ſpectaueris, cùm recentiora quæque degenerent, miſceantur, deterãtur, immò atque immutentur, non longè abeſt, principes vocare maluerunt) in qua primùm humanitas, literæ, etiam fruges inuentæ eſſe creduntur &c. Reuerere conditores Deos numina deorum (iſtud gloſſema ſuperioris proximi vocabuli, audentior quàm ego ſum quiſpiam, configendum atque delendum cenſuerit) reuerêre gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in vrbibus ſacra eſt, ſit apud te honor antiquitatis (Achaia nimirum antiqua Græcia) ſit ingentibus factis, ſit fabulis quoque &c. Ab antiqua Græcia videtur Helladem, quæ ab Iſthmi anguſtiis incipiat: quæ ipſa Græcia à Romanis appelletur; nihilominus ſeparare Plinius [c] lib. 4. naturalis hiſtoriæ: vt in hac primam eſſe Atticam referat. Iulius autem Solinus Polyhiſtore [d], vbi de Peloponneſo, Diuortium facit inter Ionium & Ægæum mare, quatuor (inquit) non ampliùs millibus diſpeſcens vtrumque littus ex curſu tenui quem Iſthmon dicunt ob anguſtias. Hinc Hellas incipit, quam propriè veram volunt eſſe Græciam: quod valde placet, quoniam cum eo congruit, quod ex Plinio iuniore antè retuli, Achaiam veram & meram Græciam fuiſſe nuncupatam: cuius prouinciæ partem fuiſſe Græciam ſeu Helladem (hanc propriè veram) innuit Plinius alter, iis quos indicaui ſuperiùs locis. Ac ne quis dubitare poſsit quin eadem ſit antiqua Græcia & Achaia, lubẽter equidem huius ipſius verba (quanquam ſcribendo dictandóve defeſſus) hîc inſeram, Achaiæ nomen prouinciæ (ait) [e] ab Iſthmo incipit, &c. portus Cœnites ſinus Saronicus olim Querno nemore redimitus, vnde nomen, ita, Græcia antiqua appellante quercum. In eo addit eſſe Cenchreas Iſthmi partem alteram cum delu-

LIII 3 bro

[a] *Eglogario in Epigram. de luſtralib. agonib.*

[b] *lib. 8. epiſtol.*

[c] *cap. 3. 5. & 7.*

[d] *Polyhiſt. c. 13. fol. 35.*

[e] *cap. 5. lib. 4. natur. hiſtor.*

bro Neptuni quinquennalibus inclyto ludis, Elidem in mediterraneo, intus delubrum Olympiis Iouis ludorum claritate factos Græciæ amplexum. Idem auctor vbi de apio.[a] Honos ipſi in Achaia coronare victores ſacri certaminis Nemææ. Nero quidem non contentus aurigationis cæterarúmque huiuſmodi artium experimenta Romę dediſſe, Achaiam petiiſſe à Suetonio[b] dicitur. Vnde Horatium[c] explicandum admoneo, qui de ſacris agonibus in antiqua Græcia (quæ Achaia) celebratis agens, Achaicũ currum enũciauit: ſic ferè,

*Illum non labor Iſthmius*
*Clarabit pugilem: non equus impiger*
*Curru ducet Achaico*
*Victorem-*

Quæ verba vel ad victoriam equeſtris, ſiue curulis certaminis vel ad ipſum poſt victoriam triumphum hieronicarum, ac reductionem curribus ſubuectorum in patriam (qua de re affatim à nobis tractatu ſuperiore[d] actum eſt) referre poſsis. Vnde poſtremo Sulpitia poëtria in quopiam carmine[e] ſtadium Achæum dixit,

*Deinde velut ſtadio victor qui ſolus Achæo*
*Languet, & immota ſecum virtute fatiſcit.*

Itémque Achæa præmia Statius Papinius[f] Syluarũ quinto,

*Sit pronum viciſſe domi: quid Achæa mereri*
*Præmia, nunc ramis Phœbi, nunc germine Lernæ,*
*Nunc Athamanthæa protectum tempora pinu?*

Vbi trium agonum percenſentur præmia, de quibus actum libro ſecundo; Vnius Olympiaci prætermittitur: quòd in eo ne poſt Neronẽ quidem Domitiani (ſub quo poëta ille floruit temporibus, Muſicum certamen apud Olympiam frequentaretur. Porro vt imperatores hoc loco antiquam Græciam, ſic ipſe τὴν ἀρχαίαν ἑλλάδα dixit Appianus: & cum Macedonia coniunxit initio Mithridaticæ. Iulianus etiam imperator antiquam Græciam dixit in epiſtola[g] pro Argiuis: nam vbi ea de luſtralibus agonibus memorauit, quæ ſuperiùs[h] à nobis exſcripta ſunt, hæc quoque aliquanto pòſt legas, ex quibus itidem in antiqua Græcia exhibitos illos, quod hîc aiunt imperatores, id eſt in Achaia poſsis cognoſcere: πρὸς τοὺς κορινθίους εἰκότως ἄν τις (ait) καὶ τοῦτο προσθείη πότερον αὐτοῖς δοκεῖ καλῶς

ἔχειν

[a] cap.8. lib.19.
[b] in Nerone ca. 21.
[c] Od.3 li.4. carmin. Quem tu Melpom.
[d] Agoniſt.2.c.10.
[e] Eclog. de edicto Domitiani relata in lib.9. Catalectorum veterum poëtarũ edito Lugduni, fol. 249. clariſſi. Ioſephi Scaligeri opera.
[f] Epicedio in patrem.
[g] quæ eſt ἀντίγραφος fol. 260. edit. Pariſ.
[h] lib.2. Agoniſt. noſtri cap.17. & 23.



ἔχειν τοῖς τῆς παλαιᾶς ἑλλάδος ἕπεσθαι νομίμοις, ἢ μᾶλλον οἷς ἔναγχος δοκοῦσι παρὰ τῆς βασιλευούσης προσειληφέναι πόλεως. εἰ μὲν γὰρ τὴν τῶν παλαιῶν νομίμων ἀγαπῶσι σεμνότητα, & cætera quæ ſequuntur εἰ δὲ τοῖς νῦν ὑπάρξασι τὴν πόλιν ἐπειδὰν τὴν ῥωμαϊκὴν ἀποικίαν ἐδέξαντο ἰσχυριζόμενοι πλέον ἔχειν ἀξιοῦσι &c. Atque vt Græciam, ſic & Galliam eſſe quandam veterem Auſonius[a] ſub finem gratiarum actionis pro conſulatu ad Gratianum indicat. Itemque Appianus ἐμφυλίων tertio ad extremũ; quo loco, τοῦτο Δέκιμῳ τέλος ἦν ἱππαρχῇ τε Καίσαρος γενομένῳ, καὶ ἄρξαντι τῆς παλαιᾶς Κελτικῆς ὑπ' ἐκείνῳ, καὶ ἐς τὸ μέλλον ἔτος ὑπατεύειν ὑπ' αὐτοῦ κεχειροτονημένῳ, καὶ τῆς ἑτέρας Κελτικῆς ἄρχειν. Sic vetus Pergamum in Aſia cuius Eunapius commeminit Aedeſio[b], αὐτὸς δὲ εἰς τὴν ἀσίαν διαβὰς ὅλης ἀσίας προτεινούσης αὐτῷ χεῖρας ἐν τῷ παλαιῷ Περγάμῳ καθιδρύθη: & poſteà Σωσίπατρα μετὰ τὴν ἀποχώρησιν Εὐσταθίου πρὸς τὰ αὐτῆς ἐπανελθοῦσαν κτήματα περὶ τὴν ἀσίαν καὶ τὸ παλαιὸν Πέργαμον διέτριβε: huius incolæ Ilienſes ad Pergamenorum differentiam incolentium oppidum ad Caicum cuius Strabo lib.12. Geographiæ mentionem facit: de vtriſq; nos itidem dicturi paulo pòſt ſumus. Sic vetus ſiue antiqua Italia dicitur à Polybio[c], in qua multitudinem porcorum eſſe memorat; διὰ γὰρ τὴν πολυχοιρίαν καὶ τὴν χορηγίαν μεγάλα συμβαίνει τὰ συβόσια κατὰ τὴν ἰταλίαν ὑπάρχειν, καὶ μάλιστα τὴν παλαιὰν παρά τε τοῖς τυρρηνικοῖς καὶ γαλάταις. Sic Romam veterem & nouam Byzantium ſiue Conſtantinopolim ſcilicet, quam Romæ veteris prærogatiua lætari, cùm Honorius ac Theodoſius[d] voluerint; minimè ambigendum puto, quin ex eorum & Iuſtiniani mente quod hoc reſcripto Romę tribuitur, vt vel ſemel ibi coronatum eſſe aut in antiqua Græcia immunitatem habiturum athletam oportuerit, ad vtramque Romam pertineat: Cæteras coronas aliis quoque in quibus gymnici exhiberentur, orbis Romam locis conſequi licuerit, atque adeò ad immunitatem ipſi profuerit.

[a] vbi. Venetiam Liguriámque & Galliã veterẽ inſuperabilia Retiæ Rheni. accolas Sequanorum inuia, & porrecta Germanicæ celeriore tranſcurſu euoluis.
[b] in vita ſophiſtarũ & philoſo. fol. 47. & fol. 65.
[c] ſub init. epit. lib. hiſtor. 12. fol. 244. editio. Heruagen.
[d] l. vnic. C. de priuileg. vrb. Cõſtantinop. lib. 11. ſic ſæpe à Iuſtiniano νέα ῥώμη dicitur Conſtãſt. in Nouellis. Sed & in actis conſiliorũ non ſemel.

*Quibus locis antiquitus gymnici ludi exhibiti. Epheſus ac Triopus Ilium, Syracuſæ, Delos, Nicopolis, Pergamus, Smyrna, Mænala, Platææ, & Lebadia, vtrumque in Bœotia oppidum ſicuti & Thebæ: Dium denique in Macedonia Chios, Cheronæa. Expoſitus obiter Aeliani locus vnus; & Laërtij Diogenis alter, qui ab interprete non perceptus, interim corrigitur. Gymnaſia in omnibus Græciæ oppidis. Iunonia feſta quæ Lyſandria. Neapoli ludos*

*gymnicos,*

*gymnicos, muſicóſque luſtrales celebratos, qui Auguſtales dicti & Græco vocabulo Auguſtæa, itémque Sebaſta, vt Pia quæ Puteolis certamina. Chryſanthinus agon in vetuſta inſcriptione atque Chryſantianus Sardianorum in quodam pandectarum loco, cuius lectio partim in dubium vocatur, partim caſtigatur. Non vbique licitam nec ſine auctoritate publica gymnici agonis aliorúmve ſpectaculorum celebrationem, ex Plinio & Modeſtino.*

## Cap. XXVI.

IN iis locis antiquitus fuiſſe Epheſum ac Triopum, cùm in illa Dianæ fanum Iones, Apollinis verò in hac Dorienſes conſtruxiſſent, Dionyſius Halicarnaſſeus [a] memorat: nam eò ſtatis temporibus illos cum vxoribus & liberis conuenientes vna ſacris mercimoniíſque publicis operam dediſſe; tum verò equeſtria gymnica & muſica inſtituiſſe certamina, deos quoque communibus donariis honoraſſe: peractis denique ſpectaculis ac negotiationibus cæteríſque humanitatis officiis vltrò citróque exhibitis, ſi qua inter ciuitates interceſsiſſet offenſio, conſediſſe Iudices, qui litem componerent; poſtremò tum de bello contra barbaros gerendo, déque mutua gentis concordia ſolitum in medium conſuli: ἔνθα συνιόντες γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις (inquit) κατὰ τοὺς ἀποδειχθέντας χρόνους συνεθυόν τε καὶ συνεπανηγύριζον, καὶ ἀγῶνας ἐπετέλουν ἱππικοὺς, καὶ γυμνικοὺς καὶ τῶν περὶ μουσικὴν ἀκουσμάτων καὶ τοὺς θεοὺς κοινοῖς ἀναθήμασιν ἐδωρῶντο & cæt. Præterea in illorum locorum numero fuiſſe Ilienſium vrbem ad quam Ephebiis arbores in Proteſilai ſepulchro cùm in tantùm accreuiſſent, vt Ilium aſpicerent, inareſcere rurſúſque adoleſcere à Plin. [b] narratur: niſi tamen ibi ephebiorum nomine ſignificata Heberteria, de quibus inferiùs agetur. Ilienſibus quidem agonibus Lyconem è Troade philoſophum palęſtricis exercitationibus deditiſsimum, ipſóque bene conſtituti corporis habitu toto (cum oliſas quoque obtuſáſque pugilatritiis cæſtuum ictibus aures haberet) [c] referentem athletas; & lucta & pila [d] decertaſſe in patria, itémque alibi; Diogenes Laertius refert [e] his verbis, peſsimè acceptis à Latino interprete: ἀλλὰ καὶ γυμναστικώτατος ἐγένετο καὶ εὐέκτης τὸ σῶμα, τὴν τε πᾶσαν σχέσιν ἀθλητικὴν ἐπιφαίνων, ὠτοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν, κατά φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος. διὰ τοῦτο δὲ καὶ παλαῖσαι λέγεται, ἅτε ἐν τῇ πατρίδι ἰλεία καὶ σφαιρίσαι. Vbi ſic ſcribendum, pro ἰλεία, vt ſit quarti casus pluratiui numeri; & ad illud πάτε (quod alioqui ſuperfluum foret) referatur; eadem loquēdi ratione, qua ἀγωνίσασθαι vel νικῆσαι τὰ ὀλύμπια frequenter apud auctores legimus. Sanè in iis antiquitus fuiſſe Syracuſas Siciliæ iam inde à Timoleone Corinthio, qui per octo admodum annos ibi ſummum imperium obtinuerat mortuo, Diodorus Siculus [a] docet: etenim honoris ergò ſumptuoſis admodum exequiis elato ipſius funere annuum certamen eius memoriæ à Syracuſanis triplex muſicum, equeſtre ac gymnicum ob debellatos Barbaros & reſtitutam Sicilienſibus libertatē poſt colonias in Græca oppida deductas decretum fuiſſe in hæc omnino verba retulit: τὸ δὲ τὸ ψήφισμα ἀνηγόρευσεν ὁ δῆμος τῶν συρακουσίων Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον: τοῦτον δὲ θάπτειν ἀπὸ διακοσίων μνῶν, τιμᾶσθαι δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, καὶ ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἑλληνίδων πόλεων ἐνωκίσας αἴτιος ἐγγυέθη τῆς ἐλευθερίας τοῖς σικελιώταις. Sed & in eorum locorum numerum referre quis meritò poſsit Delum inſulam: vbi cùm ab antiquo (vt apud Homerum eſt) frequentiſsimo totius Græciæ conuentu ad feſta Delia gymnicus muſicúſque agon choris hymníſque ſiue prooemiis in honorem Apollinis adhibitis procurabantur; tum verò poſteaquàm Delo Rheneam à ſe captam Samiorum tyrannus Polycrates veluti catena quapiam adiunxiſſet, purgata demum ſublatis inde cadaueribus per Athenienſes inſula, quinquennale inibi certamen ab inſulanis atque Athenienſibus exhibitum: quod etſi cum ſacris, choríſque ac prooemiis ob aduerſos eius inſulæ caſus, intermiſſum exoleuerat; ab Athenienſibus tamē addito curuli agone denuo inſtauratum fuiſſe, auctor mihi Thucydides [b] quo loco inter cætera, καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ ἀθηναῖοι τὰ δήλια, ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος εἰς τὴν δῆλον τῶν ἰώνων τε, καὶ περικτιόνων νησιωτῶν, &c. καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο, αὐτόθι καὶ γυμνικὸς, καὶ μουσικὸς, χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις, δηλοῖ δὲ μάλιστα ὅμηρος, ὅτι τοιαῦτα ἦν ἐν τοῖς ἔπεσι, τοῖς δὲ, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος: vbi placet iſtud ſcoliaſtis ἐξ ὕμνου, ὕμνους γὰρ τὰ προοίμια ἐκάλουν. ſequūtur Homerici verſus apud Thucyd.

Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλιστ᾽ ἐπιτέρπεαι ἦτορ
Ἔνθά τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται

[a] lib. 4. ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. fol. 229. edit. Vvechel.

[b] lib. 16. cap. 44.

[c] vide ſi lubet quæ de pugilatu ſcripſi lib. 1. cap. 7. & 8.

[d] de hoc ludo li. 1. cap. 6. actū eſt.

[e] lib. 5. fol. 189. editio. Stephan.

[a] lib. 16. bibliot. fol. 556. vbi κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων ὁ Κορίνθιος, &c. ἐτελεύτησε στρατηγήσας ἔτη ὀκτὼ οἱ δὲ Συρακούσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα, διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν αὐτόν, καὶ κατὰ τὴν ἐκφορὰν ἀθροισθέντος τοῦ πλήθους, & cæt. vt in textu.

[b] lib. 3 fol. 117. editio Stephan.

Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν
Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσι, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα.

Adiicit deinde hiſtoricus ὅτι δὲ καὶ μουσικῆς ἀγὼν ἦν, καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων ἐν τοῖς δὲ αὖ δηλοῖ, ἅ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ προοιμίου, τὸν γὰρ Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη,

Ἀλλ' ἄγεθ' ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν. & reliqua.

Tum denique τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν ὅτι ἦν καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ, ὕστερον δὲ τοὺς μὲν χοροὺς οἱ νησιῶται, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ' ἱερῶν ἔπεμπον. τὰ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν (ὡς εἰκὸς) πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν καὶ ἱπποδρομίας ὃ πρότερον οὐκ ἦν. Hactenus Thucydides. Apud Delum inſulam denique ab Apollinis ac Dianæ ſacerdotibus Delphicis, cùm eo non ſine ſolemni pompa ſacerdotio perfuncturi, ac ſe abdicaturi conferrent; gymnicos muſicóſque ludos (de quibus è Thucydide verba fecimus) exhibitos Heliodorus & ipſe in Aethiopicis

[a] lib.1. fol. 20.

[a] oſtendit; hæc narrantem inducens Chariclæam ad Thyamin: γένος μὲν ἐσμὲν Ἴωνες. Ἐφεσίων δὲ τὰ πρῶτα γεγονότες ἀμφιθαλεῖς ὄντες: νόμου τοὺς τοιούτους καλοῦντος ἱερατεύειν. ἐγὼ μὲν Ἀρτέμιδος, Ἀπόλλωνος δὲ ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς οὗτος ἐλαγχάνομεν· ἐπετείου δὲ τῆς τιμῆς οὔσης, καὶ τοῦ χρόνου πληρουμένου, θεωρίαν εἰς Δῆλον ἤγομεν. ἔνθα μουσικούς τε καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας διαθήσεσθαι, καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀποθήσεσθαι κατά τι πάτριον ἐμέλλομεν & reliqua. Poſtremò ex iis agonum locis Nicopolis fuit, vbi ob Actiacam victoriam ab Au-

[b] vide Sueton. Octauio cap. 18. Dion. lib. 31. & 53. Suetonium Tiberio cap. 6. Mamert. panegyr. Iuliani.

[c] lib.7. Geograp.

guſto [b] luſtrales agones inſtituti, vel reſtaurati potiùs formáque atque ordine meliore in poſterum celebrati, qui anteà in ſuburbio ſcilicet Nicopoleos conditi: vbi gymnaſium & ſtadium antiquitus fuiſſe, in loco ad quinquennale certamen adornato, in hæc verba Strabo [c] retulit, ἤγετο δὲ καὶ πρότερον τὰ Ἄκτια τῷ θεῷ στεφανίτης ἀγὼν ὑπὸ τῶν περιοίκων. νυνὶ δ' ἐντιμότερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ. Meminit Mamertinus in Panegyrico ad Iulianum, ſic ferè, vbi de Nicopoli à D. Auguſto in monumentum Actiacæ victoriæ trophæi inſtar inſtructum, quæ tum in ruinas prope tota conciderat, Certamen ludicrū (ait) luſtris omnibus ſolitū frequentari intermiſerat temporis mœſti deforme iuſtitium, &c. Meminit Epigrammatarius deniq; poëta



poëta quidam, iis ſenariis Græcis, quæ non ita multò poſt exhibebimus.

Sed & prouinciarum pleráſque, ſuper templa & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim honori Octauij Auguſti conſtituiſſe, à Suetonio [a] traditur. Ex Aſia quidem Pergamenos ob id agonem ſacrum quinquennalē ſuper templum inſtaurandi facultatem habuiſſe, Dio [b] ſcribit; καὶ ἔλαβον καὶ οἱ Περγαμηνοὶ (ait) τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὀνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ τιμῇ ποιεῖν. Præterea ex iis locis in quibus quinquēnalis agon celebrabatur, antiquitus fuit Smyrna; vt equidem tum ex iis Epigrammatarij poëtæ cuiuſpiam ſenariis Græcis (quæ aliquantò pòſt proponam) ac etiam ex illa inſcriptione Græca peruetuſta, vnde verba ſtatim proferre certum eſt, tum verò ex iſto loco Pauſaniæ [c], de Artemidoro pancratiaſta Trallia-no agentis, deprehendere viſus ſum: ὡς δὲ ἀφίκετο ἀγῶνος καιρὸς ὃν Σμυρναῖοι Ἰώνων ἄγουσιν, ἐς τοσοῦτο ἄρα αὐτῷ τὰ τῆς ῥώμης ἐπηύξητο, ὡς κρατῆσαι παγκρατιάζοντα, &c. Fuit etiam Mænala in Arcadia, vbi duplex ſtadium antiquitus partim athletis, partim equis agonalibus ſiue Circenſib. qua de re idem Pauſanias [d] ſic ferè, vbi de Megalopoli; ac deinde de Mænalio monte, λείπεται δὲ καὶ αὐτῆς ἐρείπια Μαινάλου, ναοῦ τε σημεῖα Ἀθηνᾶς καὶ στάδιον ἐς ἀθλητῶν ἀγῶνα καὶ τὸ ἕτερον αὐτῶν ἐς ἵππων δρόμον. Apud Lebadiam Bœotiæ Ioui Regi ex Trophonij oraculo poſt Leuctricam victoriam agonem coronarium inſtitutum Diodor. narrat [e] his omnino verbis; ἄλλον δὲ κατέστησεν ὡς ἀπὸ Τροφωνίου προστάγματος ἀναβεβηκότα, καὶ λέγοντα διότι προστέταχεν ὁ θεὸς αὐτοῖς ὅταν ἐν Λεύκτροις νικήσουσιν, ἀγῶνα τιθέναι Διὶ Βασιλεῖ στεφανίτην, ἀφ' οὗ δὴ Βοιωτοὶ ταύτην ποιοῦσι, τὴν πανήγυριν ἐν Λεβαδείᾳ. Ad Platæas itidem alteram Bœotiæ vrbem à Thebanis bello Peloponneſiaco euerſam, ac deinde ab Alexādro reparatam gymnicum certamen fuiſſe, idq; nuncupatum Eleutheria, quod illic Græcorum copiæ Mardonium, cum trecentis Perſarum millibus ad internecionem deleuiſſent, è Strabonis IX. Plutarcho, Ariſtide atq; Scoliaſte Pindari in 3. Olymp. hymno adnotatum à doctiſsimo Brodæo memini ad illud [f] Luciani Epigrammatarij Græci de pugile,

ἔσχον δ' ἐν πίσῃ μὲν ἓν ὠτίον, ἐν δὲ πλαταιαῖς
ἓν βλέφαρον. πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι.

[a] Octauio c. 59. ad finem.

[b] lib.51. fol.310.

[c] Eliac.2.fo.150. Ald.lib. Huc facit epigramma Philippi Græcū, quod ſtatim adfero.

[d] Arcadicis fol. 211.

[e] lib.15. bibliot. fol.485.

[f] ex lib. 2. Anthol. cap. 1. Epigramm. vltim.

Muſicum quidem ſiue poëticum agonẽ apud Thebas aliam Bęotiæ ciuitatem olim editum. In quo ambitioſis Imperitorum iudicum decretis eximius poëta Pindarus à Corinna quinquies ſuperatus fuerit, ex Æliano in libris de varia hiſtoria intelligitur: cuius verba ne perperàm immutentur (quod quibuſdam alioqui eruditiſsimis criticis placuiſſe audio) ideo adferam libenter; & (qui meus eſt mos) explicabo eadẽ opera ſi potero: πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος θήβαις ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς ἡττήθη Κορίννης πεντάκις ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ πίνδαρος συνεκάλει τὴν Κόρινναν. hoc autem ſignificat; cùm iudicum ſiue auditorum imperitiam & ruditatem eſſet reprehenſurus Pindarus; in conſpectu Corinnæ victricis hoc feciſſe, cui nimirum eius rei gratia condixiſſet: quod idcirco ab Æliano fortean adnotatum, vt non vulgarem Pindari de ſuis ipſius meritis exiſtimationem, conſciẽtiam immo, & confidentiam oſtenderet; qui coram victrice iudicum ignorãtiam ipſis exprobraret. Nam vt pro σὺν legatur ὗν & ſcropham aut ſuem Corinnam Pindarus præ indignatione vocauerit, perſuaderi mihi nunquàm ſiuero. Ad Dium quoque Macedoniæ oppidum ſcenicos ſiue muſicos ludos ab Archelao rege inſtitutos Ioui & muſis ſacros, quos per nouemdium Muſarum numero totidem honori, Alexander peractis itidem ſacrificiis celebrauerit; ex his Diodori [a] verbis cognoſcimus: θυσίας μεγαλοπρεπεῖς τοῖς θεοῖς συνετέλεσεν ἐν δίῳ τῆς μακεδονίας καὶ σκηνικοὺς ἀγῶνας διὶ καὶ μούσαις, οὓς ἀρχέλαος ὁ προβασιλεύσας πρῶτος κατέδειξε· τὴν δὲ πανήγυριν ἐφ' ἡμέρας ἐννέα συνετέλεσεν ἑκάστῃ τῶν μουσῶν ἐπώνυμον ἡμέραν ἀναδείξας & cætera. Quid quod apud Chium inſulam gymnaſia & ſtadia ſeu dromos fuiſſe cõſtat, in quibus iuuenes cum puellis ad colluctationem componerentur? quas & hoſpitibus denudatas oſtendere, Spartanis in more poſitum fuit. Hac de re tota ſic loquitur Athenæus, [b] quantum memini: ἡμεῖς δὲ ἔχει καὶ τῶν ἀψύχων τὰ κάλλιστα προκρινόμενοι, ἐπαινοῦντες τῶν σπαρτιατῶν τὸ ἔθος, τὸ γυμνοῦντας παρθένους τοῖς ξένοις. ἐν χίῳ δὲ τῇ νήσῳ καὶ βαδίζειν ἥδιστόν ἐστιν ἐπὶ τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς δρόμους, καὶ ὁρᾶν προσπαλαίοντας τοὺς νέους ταῖς κόραις. Apud Cheronæam gymnaſium fuiſſe antiquitus, inde colligo; quod Plutarchus [c] Damonem in Cheronæam patriam ſuam reuerſum, gymnaſiarchum fuiſſe creatum, & in ſudato

[a] Diodor. Sicul. lib.17. ſub init. in fol.571.

[b] Deipnoſop. lib. 13. fol.237.

[c] Cimone ſub initium in fol.876. editio. Stepha.



ſudatorio (dum inungeretur) poſteà extinctum ſcribit: κατελθόντα δὲ γυμνασίαρχον κατέστησαν εἶτ' ἀλειφόμενον ἐν τῷ πυριατηρίῳ διέφθειραν.

Deniquefuiſſe in omnibus Græciæ oppidis gymnaſia in quibus agones darentur gymnici, ex eo Anacharſidis dicto intelligitur, quod ſuperiore libro à Dione Chryſoſtomo [a] attuli, cùm de præmiis Atticorum ludorum, aut Panathenaicorum explicando Laërtij loco differerem, vbi ſic eſt, ἔλεγεν οὖν, ὡς ἐστιν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν ἑλλήνων, ἀποδεδειγμένον χωρίον ἐν ᾧ μαίνονται καθ' ἡμέραν τὸ γυμνάσιον λέγων. De Iunonis feſtis quæ Lyſandria in honorem Lyſandri Samiorum decreto dicta ſunt, ita celebratis, vt agone muſico, ſiue poëtico Antimachus Colophonius, & Niceratus quidam Heracleotes inter ſe canendis Lyſandri laudibus contenderent, déque Nicerato corona donato: qua re offenſus Antimachus poëma ſuum aboleuerit, Plutarchum videre eſt Lyſandro [b], vbi tamen vtrum gymnici, & equeſtres agones celebrati fuerint, nequaquam aperit. Sanè in magna, ſeu maiore Græcia cùm eſſet Neapolis; ibi quoque ſacrum muſicum, & gymnicum in plures dies quinquennale ludicrum celebratum, quod componi, hoc eſt de paritate contendere cum clariſsimis Græciæ illis agonib. poſſet, iam tum inſtitutum fuiſſe didici cùm Strabo [c] (Auguſto nimirum imperante) ſcriberet: cuius hæc quoque verba ſunt, νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς μουσικός τε, καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν ἑλλάδα. quod in honorem Auguſti non ibi tantùm ſed ab Herode in Iudæa conditum, è Suetonio [d] & Ioſepho [e] eruditiſsimus atque caſtiſsimus Taciti explicator Lipſius animaduertit. Neapolitani ergo tam gymnici, quàm muſici agonis Dio libro 60. mentionem habuit, ipſéque adeò Philoſtratus in præfatione [f] ad Iconas, quo loco, ἣν μὲν ὁ παρὰ τοῖς νεαπολίταις ἀγών, ἡ δὲ πόλις ἐν ἰταλίᾳ ᾤκισται, γένος ἕλληνες καὶ ἀστικοί, ὅθεν καὶ τὰς σπουδὰς τῶν λόγων ἑλληνικοί εἰσι. βουλομένῳ δέ μοι τὰς μελέτας μὴ ἐν τῷ φανερῷ ποιεῖσθαι παρεῖχεν ὄχλον τὰ μειράκια, & cæt. De Neapolitano ſiue Parthenopæo luſtrali agone gymnico Statius quoque Papinius poëta Neapolitanus mentionem habet in Sarrentino Pollij [g] ſic admodum canens,

[a] ex oratione πρὸς ἀλεξανδρεῖς fol.253.

[b] Lyſandri vita fol.810. & 811.

[c] ex lib.5. Geographiæ.

[d] Octauio 88.ca. & cap.11.

[e] lib.15.

[f] quã inſcripſit ἑλλάδα.

[g] ſub initiũ eius carminis in lib. 2. Syluar.

*Huc me poſt patrij lætum quinquennia luſtri,*
*Cum ſtadio iam pigra quies canúſque ſederet*
*Puluis ad Ambracias conuerſa gymnade frondes*
*Trans gentile fretum placidi facundia polli*
*Detulit:*

Et in Hercule Surrentino Pollij [a],

[a] *lib.3. Syluar.*

*--ridétque benigna*
*Parthenopè gentile ſacrum, nudóſque virorum*
*Certatus & parua ſuæ ſimulacra coronæ.*

Eóque pertinet, quod de gymnaſio Neapolitano & ſpectatis ibi athletis à Nerone, Suetonius [b] in hæc verba; Neapoli de motu Galliarum cognouit &c. adeóque lentè ac ſecurè tulit, vt gaudentis etiam ſpeciem præberet &c. ſtatimque in gymnaſium progreſſus certantes athletas effuſiſsimo ſtudio ſpectauit. Muſici verò illius quem dixi agonis apud Neapolim quo pithaulæ tibicines atque adeò præcones in theatro decertarent, Seneca meminit in quadam ad Lucilium epiſtola [c] ſic ferè: Pudet autem me generis humani. Quoties ſcholam intraui, præter ipſum theatrum Neapolitanorũ (vt ſcis) tranſeundum eſt, Metronactis petentibus domum: Illud quidem farctum eſt, & hoc ingenti ſtudio quis ſit pithaules bonus iudicatur, habet tibicen quoque Grecus & præco [d] concurſum. At in illo loco in quo vir bonus diſcitur, pauciſsimi ſedent: & hi pleriſque videntur nihil boni negotij habere quod agant, inepti & inertes vocantur. Poſtremò ſcenicis actoribus, aut comicis poëtis coronas Neapolitano certamine datas ſignificans, Græcam comœdiam coronatam dixit Suetonius in Claudio [e] ſic ferè; Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine dedit, ac de ſententia iudicum coronauit. Vbi quòd Græcam dixerit, cauſam fuiſſe illam arbitror; quam attentus lector ex iis Philoſtrati verbis quæ antè protuli, colligere nullo negotio poterit: & ex eo quod Statius ille (quem ſuperiùs laudaui) Epicedio in patrem [f]; vbi Parthenopem alloquitur de patre ſuo Neapolitano:

[b] *cap.40.*

[c] *epiſt.76. cuius initium, Inimicitias mihi denuntias.*

[d] *hoc vocabulũ quò ſpectet ex iis intelliges quæ sũt 14.& 15.capitib. libri ſuperioris enarrata.*

[e] *in vita Claudij cap.10.*

[f] *libro Syluarum quinto.*

*Si tu ſtirpe vetus famáque obſcura jaceres*
*Nil gentile tenens; illo te ciue probares*
*Grajam atque Euboico majorum ſanguine duci.*
*Ille tuis toties præſtrinxit tempora ſertis*

Cùm



*Cùm ſtata laudato caneret quinquennia verſu*
*Ora ſupergreſſus Pylij ſenis--*

Et aliquantò pòſt patrem alloquens;

*Protinus ad patrij traheris certamina luſtri*
*Vix implenda viris, laudum feſtiua, ſed vt dux*
*Ingenij ſtupuit primæua ad carmina plebes*
*Eubœa & natis te monſtrauère parentes,*
*Inde frequens pugnæ nullóque in gloria ſacro*
*Vox tua---*

Auguſtalia igitur ſiue Auguſtæa Græco verbo, & Sebaſta certamina dicta, quæ exhiberentur Neapoli, quemadmodum Pía, quæ puteolis in honorem (quod quidem augurari coniectura poſsim) Imp. Antonini eius, qui ab Adriano adoptatus Pij nomen adeptus eſt; ſicut Actia, vel Actiaca, quæ Nicopoli, Capitolina quæ Romæ: quorum omnium in ea inſcriptione antiqua quæ maiuſculis literis exculptis marmori Romæ in Palatio Farneſij Cardinalis aſſeruatur [a] mentionem factam inuenio, Marco Aurelio Aſclepiadi, qui & Hermodori nomen habuit, dicata pancratiaſtæ periodonicæ, in qua de ſe ita ipſe loquens inducitur, ἀγωνισάμενος ἐν ἔθνεσιν τρισὶν ἰταλίᾳ, ἑλλάδι, ἀσίᾳ νικήσας ἀγῶνας τοὺς ὑπογεγραμμένους πάντας παγκρατίου ὀλύμπια τὰ ἐν πείσῃ, & cæt. καπετώλια ἐν ῥώμῃ δὶς τὸ δεύτερον μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς, εὐσέβεια ἐν ποτιόλοις δὶς τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς, σεβαστὰ ἐν νεαπόλει τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς. ε. παναθήναια ὀλύμπεια, πανελλήνια, ἀδριάνια, δὶς Σμύρναν. ε. κοινὰ, ἀσίας δὶς τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς ὁμοίως ἐν Σμύρνῃ ὀλύμπια καὶ ἀδριάνια ὀλύμπια πέργαμον αὐγουστεῖα, τρὶς τὸ δεύτερον ἐξαρχῆς στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Vbi, quæ Adriana dicuntur certamina, eadem eſſe cum illis quæ in Antinoi honorem, ab eius amatore Adriano principe inſtituta & celebrari iuſſa paulo pòſt demonſtrabitur, equidem perſuaſum habeo: ſicuti & in altera illa inſcriptione marmoris eiuſdem à latere; τὸ τρίτον, &c. ἔφεσον τρὶς Ἀδριάνια ὀλύμπια βαλβίλλεια μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἐπίδαυρον ἀσκλήπεια ποδονάλεια χρυσάνθινα ἐν σάρδεσιν καὶ θεμαθεῖτας πλείονας ἐν οἷς εὐρύκλεια ἐν λακεδαίμονι καὶ μαντίνιαν, καὶ ἄλλοις ἀθλήσας τὰ πάντα ἔτη ἓξ παυσάμενος τῆς ἀθλήσεως ἐτῶν ὢν. κε. διὰ τοὺς

[a] *exhibita publico vſui à Lipſio eruditiſſimo in auctario inſcript. Smetij veterum edito Antuerpiæ an.1588. à Raphelẽgio pa. 57. unde protuli nõnulla ſuperiùs Agoniſt.1.ca.24. circa finem.*

συμβάντας

συμβάντας μοι κινδύνους καὶ φθόνους καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι μετὰ πλείονα χρόνον, ἀναγκασθεὶς ἐν τῇ πατρίδι Ἀλεξανδρείᾳ καὶ νικήσαι ὀλύμπια παγκράτιον ὀλυμπιάδι ἐπίῃ. Quam idcirco integram libuit apponere, quoniam aliorum quoque agonum, de quib. nondum egeram commeminit: atque in his Chryſanthini in Sardibus, de quo Marcianus Iuriſcōſultus, vno (quod ſciam) librorum noſtrorum loco, in titulo de annuis legatis ſic admodum ſcribens, vt hoc quoque certamen πεντετηρικὸν, non minus quàm Olympicum, hoc eſt quarto quoque anno integro elapſo Sardibus celebratum; & (ſicuti iuriſconſultus loquitur) per quadriennium intelligatur, cùm erat certa pecunia, id eſt centum (inquit [a] vbi hoc, id eſt centum ab interpretamento, ſeu gloſſa eſſe arbitror, quæ in contextum irrepſerit) Reipublicæ Sardianorum relicta per quadriennium certaminis Chryſanthini: Diui Seuerus & Antonius reſcripſerunt, videri perpetuam penſitationem reliquiſſe teſtatorem per quadriennium, non in primum quadriennium; vbi per quadrienniū ſignificat, quod quadrienniis, per ſingula quadriennia ipſo nimirum quinti cuiuſque anni principio: & mētio Sardianorum Reipub. cùm apud Sardes τὸ Chryſanthina, inſcriptio illa Græca (cuius verba ſuperiùs expreſsi) oſtendat; mouet me non parum ac perſuadet etiā, vt à Martiano Chryſanthini potiùs quam Chryſanthiani ſcriptum fuiſſe aſſeram: præſertim cùm deriuationis grammaticæ regula hoc expoſcere videatur, & Chryſanthinum certamen inde nomen habuiſſe, quòd è floribus aureis coronæ, ſertáve contexerentur, atque præmij loco victoribus, ſicut apud Toloſates noſtros poëtico agone annuo argentei, vt ſuprà [b] monui, flores præſtarentur. Cæterùm abſque inſcriptione illa eſſet peruetuſta: quæ me in hanc emendandi huius loci opinionē pertraxit, Chryſanthiani apud iuriſconſultum ferri poſſe iudicaſſem, quaſi à Chryſanthio quopiam Sardiano certamen inſtitutum foret, in eo Sardianorum oppido, vnde ortum Chryſanthium quendam ſophiſtam Iuliani principis temporibus floruiſſe, auctor Eunapius in ſuo de vita philoſophorū libro [c]: præſertim cùm ita Cuiacio etiam viſum in Obſeruationibus recentioribus [d] nuper deprehenderim. In ea porrò inſcriptione videndum admoneo, ecquid pro Ἀντίνιαν (quod nihili eſſe putauerim) reponi debeat

Ἀν-

[a] *l. pen. D. de ann. legat.*

[b] *huius Agoniſt. 3. cap. 20.*

[c] *fol. 177.*

[d] *cap. 7. lib. 23. Obſeruatio.*



Ἀντινόεια, vt luſtrale illud certamē Antinoi honori ab Adriano Imp. in oppido Antinoo inſtitutum (de quo in capite proximo pluribus agetur) aliud ab Adriano, quod in eiuſdem licèt Antinoi memoriam, alibi tamen idem imperator celebrari iuſſerat, nimirum intelligatur. Iuſſu namque principum aut permiſſu, non prout priuato cuique collibuiſſet aut inter viuos ſiue vltima voluntate decreuiſſet atque ordinaſſet, nec in omnibus oppidis vel ciuitatibus quæcunque celebrare ſpectacula licuit: quinimo ſi quod ſine auctoritate publica celebrari cœptum, vt olim apud Viennenſes Plinij ſecūdi temporibus; hoc principis aut ſenatus decreto plerunque abolitum. Sic enim ad Sempronium Rufum Plinius: [a] interfui principis optimi (de Traiano loquitur) cognitioni in conſilium adſumptus. Gymnicus agon apud Viennenſes ex cuiuſdam teſtamento celebrabatur; hunc Trebonius Rufinus vir egregius nobíſque amicus in duumuiratu tollendum abolendúmque curauit: negabatur ex auctoritate publica feciſſe & cætera: cùm ſententiæ rogarentur, dixit Iunius Mauricus (quo viro nihil firmius, nihil verius) non eſſe reſtituendum Viennenſibus agona; adiecit, vellem etiam Romæ tolli poſſe, & cætera. Placuit agona tolli, qui mores Viennenſium infecerat, vt noſter hic omnium: Nam Viennenſium vitia inter ipſos reſidūt, noſtra latè vagantur: vtque in corporibus, ſic in Imperio grauiſsimus eſt morbus qui à capite diffunditur. De legato ciuitati relicto, vt in ea ſpectaculum memoriæ defuncti conſeruandæ gratia celebretur, ſed tale, quod ibi celebrari non licet, agere Modeſtinum noſtrum [b] alicubi recordor, & in rem licitam conuerti debere fideicommiſſum tradere.

[a] *lib. 4. Epiſtol.*

[b] *l. legatum 16. D. de vſu & vſufruct. leg.*

*Nicenſe gymnaſium, item Antinoium apud Antinoum Thebaidis oppidum ab Adriano conditum, honori Antinoi catamiti, & apud Mantineam Arcadiæ celebrari cum ſacris ſolitum. Loto roſeo Antinoium cognomen datum ex quo Antinoiæ coronæ. Antinôium ſydus. Cherſoneſitarum agon equeſtris & gymnicus. Alexandrinum gymnaſium & Muſæum è Spartiano, Dione Chryſoſtomo & Vitruuio qui obiter emendatur. Quinquennale certamen multiplex Hieroſolymis, & apud Cæſaream: Theatrale ac Circenſe apud Antiochiam, ibique alentium equos immunitas. Gymnici ſeu Pythici agones Carthagini: De quibus Tertullianus emendatus: & in Codice Iuſtinianico locus expoſitus. Ephæbia gymnaſijs adiuncta quæ fuerit,*

 *diſce-*

*diſceptatum aduerſus alios. ἠθικτήρια apud Athenæum & Euſtathium: Plutarcho expoſito aliquot locis aduerſus interpretes. Varino interim & Suda notatis. Cauponarum apud veteres atque ganearum infames loci, & ideò cum meritorijs ſiue Lupanaribus coniuncti. Nauis Hieronis, in qua gymnaſium ambulationes. Aphrodiſium Scholaſterium cum bibliotheca & balneum. Syriacæ Voluptates ac deliciæ. Grammateia publica epulorum loca. Explicatus aliter atque ab interprete Athenæus & apud ipſum grammateij nomen expoſitum. Inſcriptio Græca vetus obiter correcta & expoſita. Grammateium æneum in Olympiis quid ſit apud Aelianum.*

## CAP. XXVII.

DE Nicenſi gymnaſio quod incēdio amiſſum Plinius [a] ante aduentum in Bithyniam ſuum reſtitui longè numeroſius laxiúſque quàm fuerat cœpiſſet; incompoſitum tamen & ſparſum foret, de quo ad Trajanum Imperatorem ſcripſerat: hoc theatrum nominans Trajanus, quod circa ipſum iam inchoatum oporteret fieri, optimè ab ipſo in re præſenti deliberatum & conſtitutũ iri reſcripſit, iſto adhibito; Gymnaſiis indulgent Græculi, ideò forſitã Nicenſes maiore animo conſtructionẽ eius aggreſsi ſunt; ſed oportet illos eo contentos eſſe, quod poſsit illis ſufficere. Fuiſſe gymnaſium non ita multò pòſt ædificatum reperio in oppido Antinoo apud Ægypti Thebaidem condito ab Imperatore Adriano, Antinoi quem in deliciis habebat memoriæ [b] vbi luſtrales agones peragi voluit: quemadmodũ & apud Mantinæam Arcadiæ à qua Bithymi, vnde ſupra Sangarium fluuium oriundus Antinous fuit profecerãt: ibi adeò Pauſanias, [c] non ludos modò, ſed etiam ſacra placandis Antinoi manibus Adrianum induxiſſe tradit, ſic fere καὶ τελετή τε κατ' ἔτος ἕκαστον καὶ ἀγών ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Cuius nimirum Antinoi gratia (vt equidem arbitror) quod alibi traditum non reperio, lotum roſeum quod Pancrates Alexandrinus poëta imperatori Adriano apud Alexandriam ſpectãdum præbuit, terra cruore Mauri leonis fuſa in Libya Alexandriæ vicina ab ipſo imperat. inter venandum olim proſtrati & occiſi procreatum comminiſcens, adulatorio & poëtico more Antinoium vocandum eſſe dixit: ex quo necti coronas quæ Antinoiæ propriè vocentur ab Athenæo [d], literis proditum recordor:

*[a] Epiſtol 48. lib. Epiſtol. 10.*
*[b] vide Spartianũ & Xiphilin. in Adriano: Pauſaniã. Arcad. fol. 192. Aldini lib. Ammia. Marcellin. lib. 22. D. Hier. in Catalog. ſcriptor. Eccleſ. in Hegeſippo cuius verbis hoc ſubiicit. Tumulos verbis tẽplaque fecerunt, ſicut vſque videmus è quibus eſt Antinous ſeruus Adriani Cæſaris cui & gymnicus agon exercetur, apud Antinoum ciuitatem, quam ex eius nomine condidit: & ſtatuit prophetas in templo. Antinoũ autem habuiſſe in deliciis Cæſar Adrianus ſcribitur. Hæc ille de Antinoïa vrbe Ægypti, quæ & Adrianopolis, vide apud Stephanum de vrbibus. Exoletũ Adriani pro Deo habitum, vnde & ciuitas Antinous dicitur apud Chryſ. legas homil. 66. ad popul. Antioch. co. 360. Vtinam hodie principes in iſta re quidẽ Adrianũ imitari nollent. Feliciùs ab ipſis haud dubiè Rempubli. geri Deus Opt. Max. ſineret.*
*[c] Arcadicis.*
*[d] l 15. dipnoſoph. fol. 504. eius quam Dalicampius Latinum fecit, Lugd. excudi iuſſit ann. 1588.*



cordor: ſicut alij è familiaribus plerique cùm Adrianus ſtellam quandam ſe videre diceret, quæ Antinoi foret; ipſam ex Antinoi anima factam, ac tum primùm confectam proclamabant: quos Imperator ita fabulantes libenter audiiſſe dicitur, quemadmodum ex Dione Xiphilinus [a] narrat; quo loco, καὶ τέλος ἀστέρα τινὰ αὐτός τε ὁρᾶν ὡς τοῦ Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε, καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ μυθολογούντων ἡδέως ἤκουεν· ἔκ τε τῆς ψυχῆς τοῦ Ἀντινόου ὄντως τὸν ἀστέρα γεγενῆσθαι, καὶ τότε πρῶτον ἀναπεφηνέναι. De Cherſoneſitarum agone tum equeſtri tum gymnico in honorem Miltiadis filij Cypſeli, vrbis eius inſtauratoris, cui etiam ſacrificium celebretur, conſtituto; in quo nemini Lampſaceno (propterea quòd à Lampſacenis in bello captus olim, ac vix tandem ab ipſis in Crœſi gratiam liberatus fuiſſet) decertare liceat; auctorem Herodotum laudare poſſumus: cuius hæc verba ſunt, è lib. 6. [b], vbi de Miltiade Cypſeli vterino Cimonis fratre; τελευτᾷ ἄπαις τὴν ἀρχήν τε καὶ τὰ χρήματα παραδοὺς Στησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεοῦ παιδὶ ὁμομητρίου. καί οἱ τελευτήσαντι Χερσονησῖται θύουσι (ὡς ὁ νόμος) οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα. ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι: ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι. Alexandrini gymnaſij in quod Antoninus Caracallus Imperator populum conuocatum obiurgauerit, ab Aelio Spartiano in ipſius vita mẽtionem fieri ſcio; ſicuti à Dione Chryſoſtomo in eo libello quem ad Alexandrinos ſcripſit [c]; ipſorum theatri & ſtadij. Sed de Alexandrino gymnaſio atque bibliotheca [d] nemo meliùs ampliúſque ſcripſit, quantum memini, Vitruuio Pollione: cuius hæc verba ſunt ex initio libri 7. de architectura. Ptolomæus infinito zelo cupiditatíſque incitatus ſtudio non minoribus induſtriis (ait) bibliothecam ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare. Cùm autem ſumma diligẽtia perfeciſſet, non putauit id ſatis eſſe, niſi propagationibus in ſeminando curaret augendam. Itaque Muſis & Apollini ludos dedicauit: & quemadmodum athletarum, ſic communium ſcriptorum victoribus præmia & honores conſtituit. His ita inſtitutis cùm ludi adeſſent, Iudices literati, qui ea probarent, erant legendi &c. Primo poëtarum ordine ad certationem inducto cùm recitarentur ſcripta, populus cunctus ſignificando monebat Iudices quod probarent. Itaque cùm ab ſingulis ſententiæ ſunt

*[a] Adriano fol. 356. VVechel. editio. Vnde Suidas caſtigandus venit.*
*[b] Erato. fol. 218.*
*[c] fol 255 pag. 2. & fo. 259. pag. 2. vide verba inſerui lib. 2. ſup. vbi de acclamationib. in ſpectaculis.*
*[d] De qua & aliis publicis bibliothecis A. Gellius lib. 6. ca. vlt. Addeſis quæ de Alexandriæ ſtudiis à Marcellino adſero. infr. c. proximo.*

rogatæ,ſex vna dixerunt &c. Ariſtophanes verò &c. Silentio facto docuit vnum ex iis eum eſſe poëtam, cæteros aliena recitauiſſe. Oportere autem iudicãtes non furta,ſed ſcripta probare. Admirante populo & rege dubitante fretus memoria è certis armariis infinita volumina eduxit: & ea cum recitatis conferendo coëgit ipſos furatos de ſe confiteri. Itaque rex iuſſit cum his agi furti, condemnatóſque cum ignominia dimiſit: vbi hoc interim velut aliud agens admoneo, pro è certis armariis legendum videri exertis,hoc eſt apertis. De Alexandrino autem Muſæo,menſáque Aegyptia quę doctiſsimis viris eò conuenientibus præberetur,è Strabone, Athenæo, Philemone, Philoſtrato, Spartiano, atque Dione,huius etiam caſtigato(vt ſpes eſt)loco fuſiùs alibi ſcribere certum eſt: ſi,quæ in Semeſtrium opiſtographis habemus, ea proferendi otium poſthac ſuppetet: tu interim vide(ſi vacat) quæ doctiſsimus ille Iunius in Adagiorum centuria 7.[a] de Muſæo Aegyptio, vt Prytanæo Athenienſi compararet,è Philoſtrato & Plutarcho legenda duxit. Nunc cæteras, quib. agonum ius competebat Romanæ ditionis regiones oratione proſequi ſtatuo.

[a] *prouerb. 2. in bibliotheca animata.*

Et quidem fuiſſe apud Hieroſolyma Iudææ, itémq; apud Cæſaream Auguſtã Phœniciæ ab Herode Iudææ rege quinquennale certamen gymnicum Muſicum ſiue Thymelicum & equeſtre ſiue Curule inſtauratum honori Auguſti Cæſaris, itémque ſcenicos & amphitheatrales tam gladiatorios quàm beſtiarios ludos procuratos Ioſephi Flauij [b] narrat hiſtoria, quo loco in cæteris πρῶτον μὲν γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο καίσαρι καὶ θέατρον ἐν ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν, & cæt. τὴν μέντοι πανήγυριν ἐκεῖνος ἐπιφανεστάτην τὴν τῆς πενταετηρίδος συνετέλει καταγγείλας τοῖς περὶξ καὶ συγκαλῶν ἀπὸ τοῦ παντὸς ἔθνους. οἱ δ᾽ ἀθληταὶ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἀπὸ πάσης γῆς ἐκαλοῦντο κατ᾽ ἐλπίδα τῶν προκειμένων, καὶ τῆς νίκης εὐδοξίαν. συνελέγησαν τε οἱ κορυφαιότατοι τῶν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς περὶ τὰς γυμνικὰς ἀσκήσεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ μουσικῇ διαγωνιζομένοις καὶ θυμελικοῖς καλουμένοις προυτίθει μέγιστα νικητήρια καὶ διεσπούδαστο πάνθ᾽ ὡς τοὺς ἐπισημοτάτους ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν. προέθηκε δὲ καὶ τεθρίπποις καὶ συνωρίσι, καὶ κέλησιν οὐ μικρὰς δωρεάς, & reliqua. Item vbi de conſecratione vrbis Cæſareæ Auguſtę quam eo quo Stratonis turris anteà fuerat loco Herodes conſtruxit,

[b] *lib. 15. ἰουδαϊκ. ἀρχαιολ. cap. 11. fol. 474.*



ſtruxit, agitur [a], ἦν οὖν εὐθὺς πρὸς τῇ καθιερώσει μείζων ἑορτὴ καὶ παρασκευαὶ πολυτελέσται. κατηγγέλκει μὲν γὰρ ἀγῶνα μουσικῆς καὶ γυμνικῶν ἀθλημάτων. παρεσκευάκει δὲ πολὺ πλῆθος μονομάχων καὶ θηρίων ἵππων τε δρόμον καὶ τὰ πολυτελέστερα τῶν ἐν τῇ ῥώμῃ καὶ παρ᾽ ἄλλοις τισὶν ἐπιτηδευμάτων. ἀνετίθει δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἀγῶνα καίσαρι κατὰ πενταετηρίδα παρεσκευασμένος ἄγειν αὐτόν. Et tamen ante ipſum Herodem agitatos Hieroſolymis ædificato ab Onia Machabeorum temporibus gymnaſio ludos gymnicos, illorum hiſtoria ſacra nos docet: de qua ſermone proximo dicetur, ſicuti 22. etiã capite libri primi adhibito Ioſepho & huius ipſius libri cap. 11. & verò ſecundi libri cap. 26. nonnihil aſperſum fuit. Igitur magni apud Hieroſolyma ſtadij ſub Tiberio principe cuius temporibus Pilatus Iudæam adminiſtrabat, Ioſephus lib. 11. de captiuit. Iudaica [b] mentionem facit, his admodum verbis, τῇ δ᾽ ἑξῆς ὁ πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος, &c. Sed & ſtadij eius apud Cæſaream quod antè memoraui, ſub Galerio & Maximino Imperatoribus apud Euſebium Pamphilum habetur mẽtio in eccleſiaſtica hiſtoria [c] non ſemel: vbi de martyrio Agapij, ob Chriſtiani nominis confeſsionem obiecti beſtiis: καὶ πολλάκις ἅμα κακούργοις ἐκπομπεύσας τῷ σταδίῳ, & poſteà φέρεται δὴ εἰς μέσον τὸ στάδιον σὺν καί τινι κακούργῳ. Apud Antiochiam Syriæ ludos exhibitos theatrales, itémque circenſes: ad quos qui equos agonales alerent, ipſis prædiorum immunitatem ab Imperatoribus conceſſam; ex iſto Iuliani [d] loco deprehenditur Antiochenos alloquentis: καὶ νῦν ἀτελῶς ἔχουσιν οἱ καθ᾽ ἕκαστον ὑμῖν ἐνιαυτὸν ἱπποτροφοῦντες, γῆς κλήρους ἐγγὺς τρισχιλίους ἐπινοίᾳ μὲν καὶ οἰκονομίᾳ τοῦ θείου τοῦ μοῦ καὶ ὁμωνύμου, χάριτι δ᾽ ἐμῇ, ὃς δὴ τοὺς πανούργους καὶ κλέπτας οὕτω κολάζων, εἰκότως ὑμῖν φαίνομαι τὸν κόσμον ἀνατρέπειν.

[a] *lib. 16. ἰουδ. ἀρχαιολ. cap. 9. ſub init. in fol. 496.*

[b] *cap. 13. fol. 732.*

[c] *in appendicib. lib. 8. fol. 94. p. 2.*

[d] *Antiochico ſiue Miſopogone, fol. 141.*

Præterea extitiſſe itidem apud Carthaginem in Africa ſtadium gymnicóſque agonas ſub Alexandro Seuero Imperatore non longè anteà vrbis honori conceſſos, ex iſto Tertulliani [e] loco aduerſus gnoſticos animaduerti, Agonas iſtos contentioſa ſolemnia (inquit) & ſuperſtitioſa certamina Grecarum (ſic malo quàm Græcorum, vt cum ſequentib. verbis copuletur, legere) & religionum,& voluptatum,quãta Græcia ſeculum celebret, etiam & Africæ licuit, adhuc Carthaginem

[e] *Scorpiaco.*

ginem ſingulæ ciuitates gratulando inquietant donato Pythico agone poſt ſtadij ſenectutem. Libyci ſiue Carthaginẽſis non minùs quàm Actiaci ſiue Nicopolitani gymnici agonis adiunctam ſacris antiquæ Græciæ agonibus mentionẽ à Philippo Epigrammatario quodam poëta reperio, ſenariis hiſce iambicis,

*ἴσως μελ.δύασον ξεῖνε ταυροζάστορα*
*καὶ στερρόγυιον ὡς ἄτλαντα δεύτερον*
*θαμβεῖς ἀπιστῶν εἰ βρότειος ἡ φύσις*
*ἀλλ' ἴσθι μ' ἡρᾶν λαδικῆα πάμμαχον*
*ὃν σμύρνα καὶ δρῦς περγάμου κατέστεφεν*
*δελφοὶ κόρινθος ἦλις ἄργος, ἄκτιον*
*λοιπῶν δ' ἀέθλων τὴν ἐρευνήσεις κράτος*
*καὶ τὴν λίβυσσαν ἐξαριθμήσεις κόνιν.*

Verius tamen eſſe cenſeo; vt quod poſtremo verſu de Libyſſæ arenæ numero comprehenſum eſt, id non ad puluerem agoniſticum ſiue ſtadialem referri debeat: ſed hoc potiùs eo ſignificetur; vt ſi quis reliqua certamina indagare animum induxerit, non minus difficultatis habiturus ſit, quàm ſi & Libyſſam ſiue Africanam arenam dinumerare decreuerit iuxta illud Catulli:

*Quàm magnus numerus Libyſſæ arenæ.*

Ad Africanum ſeu Libycum agonem vt reuertar: Id Pythicum atque adeò gymnicum certamen Carthagine, cùm aut deſuetudine intermiſſum aut etiam imperio proconſulis præfectíve prætorio Africæ, vel principali quopiam edicto prohibitum fuiſſet, ibidem reſtitui Valens Gratianus & Valentinianus poſteà voluêre, miſſa eam in rem ad Heſperium Africæ proconſulem epiſtola: ex qua hæc vtique verba ſuo Codici Iuſtinianus inſeri iuſsit, Non inuidemus, ſed potiùs cohortamur amplectenda felicis populi ſtudia, gymnici vt agonis ſpectacula reformentur, &c. non ſine aliorum quoque principum exemplo: ex quibus Diocletian. & Maximianus, cùm impenſæ in certaminis editionem erogari ſolitæ, ad refectionem murorum ciuitatis aut oppidi alicuius à præſide prouinciæ translatæ forent, poſt reſtitutam murorum fabricam, inſtaurari ſolemne certaminis ſpectaculum, agoníſque voluptatem iuxta veteris conſuetudinis legem celebrari ac populis

repræ



repræſentari iuſſêre: idque reſcripto quodam Iuſtinianæi Codicis [a] expreſſum eſt. Apud Murſam Pannoniæ oppidum, Conſtantini Principis & filiorum temporibus (quibus id oppugnauit Maxentius) fuiſſe ſtadium ante vrbem, in quo armati ſeu gladiatores exercerentur; auctor mihi Zoſimus ad extremum libri II. [b] quo loco, *στάδιον ἦν τι πρὸ τῆς πόλεως τῶν ἀφοριαθέντων ἄνωθεν τῇ τῶν ὁπλομάχων ἁμίλλῃ πανταχόθεν ὕλαις ἀμφηρεφές.* Iis gymnaſiis cùm ephębiã adiunctam apud Græcos auctores legimus, tametſi quid poſt Vitruuium alij [c] de ephæbeo ſcripſerint non ignoro, nihilominus vereor ne de palæſtra (quæ ſatis ipſo gymnaſij nomine oſtenditur, vt eam exprimere ſuperuacuum fuerit) non debeamus accipere, ſed potiùs de ganea quadam, immo etiam de luſtro fortaſſe ac lupanari, quo res turpes à iuuenibus fœminis maribúſque exoletis atque adeò à viris aut ſemiuiris, ne dicam à ſenibus quoq; nonnullis & lurconibus & iuuenilem laſciuiam exercentibus, illo ſcilicet palæſtræ genere quod *κλινοπάλην* (vt apud Spartianum Lampridium aut Capitolinum legere memini) nuncupabant. Nam vt mittam, quod *ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια* poſt Athenæum Deipnoſophiſtam [d] Euſtathius [e] refert ipſo etiam citato, adiicit hoc ampliùs, iſto *ἡβητηρίων* nomine (quæ *ἀπὸ τῆς ἥβης, ἣ τοῖς θεοῖς οἰνοχόος μυθεύεται*) dicta ſint) turpe ac inhoneſtum illud ſignificari diuerſorium, in quo res ſimul illæ veneris vtriuſque patrarentur quas dixi modò: *εἰ καί ποτε ἄσεμνον* (ait) *συναγωγὴν ἡ τοιαύτη λέξις δηλοῖ.* Cui conſentaneum quod à Suda etiam adnotatur, *ἡβηδὸν παρὰ ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ μετὰ αἰσχύνης μετὰ ἀκολασίας.* Quamobrem & apud Plutarchum [f] id nominis ita interpretor, de Pompeio agentem: adeò vxorio, vel ab vxore adamato, vt per Italiam in diuerſoriis eiuſmodi oberrans voluptatis gratia, diuelli tamen à conſortio coniugis nequiret, cùm legatis amicíſque interim prouincias & ipſos exercitus regendos traderet: *πρεσβευταῖς φίλοις* (inquit) *παραδοὺς τὰ στρατεύματα καὶ τὰς ἐπαρχίας, αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ τὴν ἰταλίαν ἡβητηρίοις μετιὼν, ἄλλοτε ἀλλαχόσε, μετὰ τῆς γυναικὸς διῆγεν: εἴτε ἐρῶν αὐτῆς, εἴτε ἐρῶσαν οὐχ ὑπομένων ἀπολιπεῖν.* Nec verò aliter id nominis apud eundem Plutarchum de Pompeij liberto Demetrio verba faciẽtem, exponẽdum fuit; quod viſum tamen recentioribus duobus Latinis & alioqui vetuſtiore

[a] *l. vnica de expenſis public. ludor. lib. 10. Cod.*

[b] *nouæ hiſtor. fo. 699.*

[c] *Mercur. cap. 8. lib. 1. artis gymn.*

[d] *lib. 10. non lõgè ab initio in fol. 168. Ald. exempl.*

[e] *ad Iliad. v. vbi de Ganimede, f. 1205. lin. 20.*

[f] *in Pompeio, fol. 1182. excuſi à Stephan.*

ſtiore melioribus,ſed hîc peioribus vtique interpretibus: tanquam gymnaſia & quidem pulcherrima Romę illis iam temporibus fuerint: quæ demum ſub Nerone principe in vrbem inducta & recepta;tum hoc libro paulo antè, tum etiam libro primo vbi de gymnicorum, muſicorúmque ludorum apud Romanos receptorum tempore diſputationem iniuimus, planum atque perſpicuum (vt videtur) fecimus: & quidem iſta ſunt Plutarchi [a] quæ lectorem volo expendere, ὅπω δὲ εἰς Ἰταλίαν ἐπανεληλυθὼς (Demetrius ſcilicet) ἐκέκτητο τῆς ῥώμης τὰ ἥδιστα προάστεια, καὶ τῶν ἡβητηρίων τὰ κάλλιστα: καὶ κῆποι πολυτελεῖς ἦσαν ὀνομαζόμενοι δημητρίου. Vbi longè meliùs (animo quidem meo) Latinus vetuſtior τὰ ἡβητήρια diuerſoria expoſuerat, quidquid illi Græcorum grammaticorum Varini & Sudæ τὸ ἡβήτριον ἀπὸ τοῦ ἡβητηρίου, cùm eandem tamen originem habeat ſubtiliùs quàm veriùs diſtinguentium auctoritate nixi (quæ non ita magni apud me momenti eſt) in contrarium exiſtimauerint [b]. Nam diuerſoria non ganeæ tantùm,ſed omni voluptatum generi comparata, hominem ſua fortuna peſsimè abutentem Romæ coëmiſſe,verius arbitror: qui ſcio de Mucerino Ægyptiorum Rege narrari, ab Herodoto inter cætera memoriæ proditum, apud Athenæum *: λύχνα ποιησάμενον πολλὰ ὁπότε γίνοιτο νὺξ, πίνειν καὶ εὐπαθεῖν· οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτὸς ἀνιέντα. καὶ εἰς τὰ ἕλεα δὲ καὶ τὰ ἄλση νεμόμενον, ἔτι τε ὅπου πύθοιτο ἡβητήρια εἶναι μεθυσκόμενον. Ac inſuper in diuerſoriis popiníſque ſiue cauponis infamia, viliáque ac diabolaria propemodum ſcorta proſtitiſſe, vt quẽadmodum ſtuprum in ipſis non committeretur,ita ex iſto genere nemo ſenator ſenatoríſve filius aut nepos niſi aduerſus legem Iuliam de maritandis ordinibus vxorem duceret domum: id quod duobus Pandectarum Iuſtiniani titulis, de ritu nuptiarum atque de adulteriis veteres Iuriſconſulti tradidêre. Vnde cauponas cum meritoriis ſiue Lupanarib. Dio in Auito Pſeudantonino [c] coniunxit, ſic ferè; ἐς καπηλεῖα εἰσῄει νύκτωρ περιθεταῖς κόμαις χρώμενος, καὶ τὰ τῶν καπηλίδων εἰργάζετο ἐς τὰ πορνεῖα τὰ περιβόητα εἰσεφοίτα, καὶ τὰς ἑταίρας ἐξελαύνων ἐπόρνευε. Et Philoſtratus libro quarto de Apollonio,agens de Nerone, imitatum ipſum τοὺς τῶν καπήλων ἀσελγεστάτους dixit: quod etiam ſuperioris libri quodam loco de cinctorio ſiue campeſtri agens, admonui.

Similiter

[a] ibid. paulo antè in fol.1169. & 1170.

[b] in annota. Cruſerij & Xilãdri, ad eum locũ editis à Stephano vbi Athenæ. & Euſtath. citantur.

* lib.10. Deipnoſoph.fol.174. Aldini exempl. Latinæ verſionis à Dalecampio,fol. 327. parum immutatis Herodoti verbis Euterpe ſiue lib.2. fol. 96. λύχ. ποιησ. πολ. ὅκως γίνοιτο νὺξ, ἀνάπτοντα αὐτὸ πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν οὔτε ἡμέρης οὔτε νυκτὸς ἀνιέντα, ἔστε τὰ ἕλεα καὶ τὰ ἄλσεα πλανώμενον καὶ ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι ἐνηβητήρια ἐπιτηδεώτατα.

[c] vide Xiphilinum Heliogabalo, fol.350.



Similiter honeſtas quoque perſonas Romæ antequàm Chriſtiana inualuiſſet religio, lupanaria in ædibus habuiſſe (non tamen vt ea per ſe ipſi exercuerint) iam dudum ex aliquot librorum noſtrorum locis [a] comperi:ſicuti Athenienſes pleríque non modò ſalſamenta & obſonia olim præcone proclamante vendere, aut vectigalia exigere, verùm etiam lenocinium exercere, multáque alia parum decora agere,nihilq; inhoneſtum ducere; quod conſpicatus Lacon & in patriam reuerſus, quærentibus quales Athenienſium res forent, omnia pulchra reſpondiſſe per iocum Plutarchus refert, innuentem, turpe nihil,honeſta omnia apud Athenienſes exiſtimari.

In famigerata illa Hieronis naue, cuius fabricam Athen. [b] diligenter,velut ob oculos proponit;fuiſſe in aditu ſupremo gymnaſium & ambulationes (in quibus hortos) eáſque ab attegiis inumbratas: Poſt hæc ad veneris voluptates Aphrodiſium extructum tribus lectis continens,huic ſcholaſterium (in quo bibliothecam) denique balneum quoque ibidem fuiſſe cum caldariis tribus eſt proditum: κατὰ δὲ τὴν ἀνωτάτω πάροδον γυμνάσιον ἦν καὶ περίπατοι, &c. ἐν οἷς κῆποι παντοῖοι, &c. ἑξῆς δὲ τούτων ἀφροδίσιον κατεσκεύαστο τρίκλινον· τὰς δὲ θύρας ἐλέφαντος καὶ θυΐου γραφαῖς καὶ ἀγάλμασιν, ἔτι δὲ ποτηρίων κατασκευαῖς ὑπερβαλλόντως κατεσκεύαστο. τούτου δ᾽ ἐφεξῆς σχολαστήριον ὑπῆρχε πεντάκλινον, & cæt. βιβλιοθήκην ἔχον ἐν αὐτῷ, &c. ἦν δὲ καὶ βαλανεῖον τρίκλινον πυρίας χαλκᾶς ἔχον τρεῖς καὶ λουτῆρα πέντε μετρητὰς δεχόμενον, &c. Vbi ſi non Aphrodiſij, Scholaſterij certè pentaclini vocabulo, hebeterium (quo de agimus) deſignatum, augurari coniectura libet. In Syria quidem omni (Iudæam, & illas Palæſtinæ partes, quæ diuinis legibus parebant excipio) cùm ob regionis fertilitatem pleriſque apud alias gentes neceſſariis laboribus exempti eſſent: agitata identidem ab incolis conuiuia lauationibus,ludicrorum certaminum exercitationibus, & ſumptuoſiſsimis ex oleo pretioſo vnctionibus adhibitis; adeò vt in grammateiis quoque (ſic enim publica epulorum loca honeſtiore ſcilicet,ac turpitudinem rei velante vocabulo nuncupabant) non ſecus ac priuatis quiſque domibus maximam diei partem,farciendo dapibus vinóq; ventri, nõ ſine aurium voluptate (quas vel ipſe demulcebat multiſonæ teſtudinis fragor) impenderent, ſecúmque poſtea ob-



[a] l. ancillarum, in fine, de petit. hered. D. & l. ſi lenones.C.de epiſcop. & clericis.

[b] lib.5. Deipnoſo. fo.64. Ald.exẽpl.

ſoniorum partes domum auferrent, Athenæus [a] me docuit his Græcis: quæ, cùm aliter paulò ab aliis factum ſit, Latinis illis eam quæ mihi eſſe videbatur, ſententiam exprimentibus reddenda ſuperiùs duxerim; ideo iuuat, vt noſtri ſtudioſos iuuenes eadem opera (ſi potero) adiuuem, expromere: καὶ οἱ κατὰ τὴν συρίαν δὲ πάντες φησὶ (Poſidonium ſcilicet autorem citat) διὰ τὴν τῆς χώρας εὐβοσίαν ἀπὸ τῆς (Latinus interpres alioqui doctiſsimus, quaſi eſſet μετὰ τὴν ego aliter, tanquàm ſi ἐκτὸς aut δίχα τῆς malui) περὶ τἀναγκαῖα κακοπαθείας συνόδους (hoc Latinus interpres conuentus nomine, ipſe conuiuij reddere malui, quod materna lingua dicimus, *aſſemblees, compagnies*) ἐνέμον πλείους ἵνα εὐωχοῖντο συνεχῶς τοῖς μὲν γυμνασίοις ὡς βαλανείοις χρώμενοι. ἀλειφόμενοι δὲ ἐλαίῳ πολυτελεῖ καὶ μύροις. τοῖς δὲ γραμματείοις (οὕτως γὰρ ἐκάλουν τὰ κοινὰ τῶν συνδείπνων) ὡς οἰκητηρίοις ἐνδιαιτώμενοι καὶ τὸ πλεῖον μέρος τῆς ἡμέρας γαστριζόμενοι ἐν αὐτοῖς οἴνοις καὶ βρώμασιν ὥστε προσαποφέρειν πολλὰ hoc Dalecampius doctiſsimus ita reddidit, ſic vt reliquiæ multæ ſupereſſent: quod non reiicio, ſed illud alterum amplector, quod attuli) καταυλούμενοι πρὸς χελιδόνος πολυκρότου ψόφοις, ὥστε τὰς πόλεις ὅλας τοῖς τοιούτοις κελάδοις συνηχεῖσθαι. Vbi maiorẽ in modum placet adiunctas videre gymnaſiis balneas & grammateia, hoc eſt tabularia ſiue archîa: in quibus videlicet athletarum ſiue gymnaſticorum in albo propoſita, cùm viciſſent, redigi velut in cenſum, ac perſcribi nomina, præmia, & certamina quibus viciſſet quiſque, ſed ſeparata hac paragraphi nota ſolebant; ſicuti anteà [b] ex Pauſania & Iſidoro iſtud Hellanodicarum fuiſſe munus apud Olympiam oſtendi, & hoc ipſo libro è Dione Luciano atque Lucillio deſcribi ſolita in album agoniſtarum nomina ſuperiùs [c] docueram: nec enim ad literarium ludum commodè referre (mea quidẽ opinione) poſſis hoc nominis. Itaque tum eundem Xyſtici collegij pontificem ſimul & Auguſtis balineis præfectũ olim fuiſſe legimus: ſicut in illa vetuſta inſcriptione, quam haberi Romæ in Palatio Cardinalis Farneſij, auctor mihi Iuſtus Lipſius [d], inſculptam marmori maiuſculis literis, ſic ferè; Ἀγαθῇ τύχῃ Μ. Αἰλίῳ Αὐρηλίῳ καίσαρι Τ. Αἰλίου Ἀδριανοῦ Ἀντωνείνου σεβαστοῦ εὐσεβοῦς υἱῷ Μ. Οὔλπιος Δομέστικος ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ καὶ ἐπὶ βαλανείων σεβαστῶν. Et in illa eiuſdem marmoris altera, Αὐτοκρά-

τορι

[a] lib. 5. Deipnoſo. fol. 66. Simile quippiã de Phraotis Indorũ Regis hortis, gymnaſio, ambulationibus, exercitiis, balneis, commeſſationibus & ſaltationib. legas apud Philoſtratũ lib. 2. de Apollonio, fol. 12.

[b] cap. 23. huius lib. 3.

[c] cap. 16. huius libri.

[d] in Auctar. inſcripti. veter. Antuerp. impreſſ. an. 1588. pag. 58.



τορι καίσαρι (ſic enim legendum, vbi exeſo lapide hoc demum apparet, τοκράτορι σαρι) Τίτῳ Αἰλίῳ ἀδριανῷ ἀντωνείνῳ σεβαστῷ εὐσεβεῖ Μ. Οὔλπιος Δομέστικος τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ καὶ ἐπὶ βαλανείων σεβαστοῦ. Tum verò locum Xyſticis ab Adriano Imperatore ipſiúſque ſucceſſore Antonino Pio dari iuſſum, vbi concilia ſua inirent, & Capitolinis potiſsimùm ludis conuenirẽt, cellámque ſiue conclaue conceſſum, in quod Thermis à Traiano principe conſtructis adiunctum, ſcripturas communes & commẽtaria ſiue acta collegij agonum ſacrorum cauſa inſtituti, ſacráque ipſa vel ſigna deorum, velut in grammateium ſeu tabularium, de quo dixi, reponerent: ex iſtis baſi eiuſdem marmoris inſculpti decreti verbis cognoſcitur; quæ hoc loco exhibiturũ eſſe me; lib. primo [a], cùm de Herculaneis athletis agerẽ, promiſi: ἀγαθῇ τύχῃ. Αὐτοκράτωρ καίσαρ θεοῦ τραιανοῦ παρθικοῦ υἱὸς θεοῦ νέρουα υἱωνὸς τραιανὸς ἀδριανὸς σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ III. ὕπατος τὸ γ. πατὴρ πατρίδος συνόδῳ ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν χαίρειν. Καὶ τόπον ἔνθα βούλεσθε κελεύσω ἀποδοθῆναι ὑμῖν, καὶ οἴκημα ὡς τὰ γράμματα ἀποτίθεσθαι τὰ κοινὰ καὶ εἰς τῶν διπλῶν τὴν μεταποίησιν ἀναγκαῖαν νομίζετε, τοῦτο ἐφ' ὑμῖν ἐστιν: ἐπρέσβευεν Οὔλπιος Δομέστικος. εὐτυχεῖτε πρὸς γ. νωνῶν Μαίων ἀπὸ ῥώμης (vbi τῶν διπλῶν nomine, libros forſitan acta & geſta ſiue regeſta [b] publica continentes, qui & διπτύχων vocabulo à veteribus deſignati; nos intelligere atque interpretari conuenit.) Ac rurſum in altera eiuſdem marmoris inſcriptione: Ἀγαθῇ τύχῃ. Αὐτοκράτωρ καίσαρ θεοῦ ἀδριανοῦ υἱὸς θεοῦ τραιανοῦ παρθικοῦ υἱωνὸς θεοῦ νέρουα ἔγγονος Τίτος Αἴλιος ἀδριανὸς Ἀντωνεινὸς σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ γ. αὐτοκράτωρ τὸ β. ὕπατος τὸ γ. πατὴρ πατρίδος συνόδῳ ξυστικῇ, τῶν περὶ τὸν ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν χαίρειν. Ἐκέλευσα ὑμῖν ἀποδειχθῆναι χωρίον ἐν ᾧ καὶ τὰ ἱερὰ καταθήσεσθε καὶ τὰ γράμματα πρὸς αὐταῖς ταῖς θέρμαις ταῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ πάππου μου γεγενημέναις: ὅπου καὶ μάλιστα τοῖς καπιτωλείοις συνέρχεσθε. εὐτυχεῖτε ἐπρέσβευεν Οὔλπιος δομέστικος ἐπὶ βαλανείων μου. ἐγράφη πρὸ ιζ. καλ. ἰουν. ἀπὸ ῥώμης ταρκουάτῳ καὶ ἡρώδῃ ὑπάτ. De grammateio quod dixi ſuprà, ſiue archio apud Elidem Olympico, fuit cùm iſtud Æliani [c] acciperem: quo loco æneum grammateium in Olympiis dedicatum ab Oenopide Chio Aſtrologo refert; in quo no-

Oooo 2 uem.

[a] cap. 16. lib. 1. videſis quæ de grãmateio iſto ſiue archio agonũ & commentariis publicis in id relatis notaui ſup. ad extremum c. 23. huius lib. & cap. 15. lib. 2.

[b] de hoc vocabulo quod vſus pragmaticorum Gallicorum recepit ſcripſi plenius in commentario ad l. ſi librarius. D. de regul. iur. ant.

[c] lib. 10. var. hiſt. cap. 7. vbi Vulteius interpres: Cùm dedicaret in Olympiis legũ tabulam. Manifeſto libri mẽdo, quod ita corrigas, ſi τὸ legum in Æneam mutaris.

uem & quinquaginta annorum (qui magnus annũs eſſet) rationem deſcripſerat. Nam ita ille, οἰνοπίδης ὁ χῖος ἀστρολόγος ἀνέθηκεν ἐν ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον ἐγγράψας ἐν αὐτῷ τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἑνὸς δεόντων ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον. Sed verius profectò eſt, vt de tabella ænea in templo Iouis Olympici dedicata Aelianus ſenſerit, in qua computationem illius anni magni aſtrologicam Oenopides Chîus expreſſerat.

*Macchabæorum locus de Ephebia gymnaſio adiuncta explicatus. Sub petaſum agere vel ducere. Circa id Lyrani probata interpretatio: ſicut & de Cadeſim in libris Regum qui Græcè* τετελεσμένοι. *Reprehenſa circa gymnaſij vocabulum. De Petaſo reiectis aliorum opinionibus, allata plurima minimè vulgaria. Expoſitus Athenæus aliter atque ab interprete. Petaſus aurigarum proprius; non curſorum, qui nudi contendere ſoliti: ſicuti diſcoboli quoque nudo capite.* Πῖλον. *Altera de adactis ſub Petaſum allata interpretatio.* ἡβητήρια *popinas ſiue ganeas fuiſſe non lupanaria. Ephebia cellæ Epheborum gymnaſiis adiuncta:* παραστάδιον *cum quo idem fortè an* ἐφήβιον *ſeu* ἡβητήριον. Εφηβεῖον; *notato Hippocratis interprete. Petaſus & curſorum & aliorum athletarum ſed extra ſtadium tamẽ imitatione Mercurij Enagonij, qui Petaſatus. Cur de antiqua Græcia diſertè cautum in reſcripto principali. De promotis ad magiſterium in famoſis vniuerſitatibus iuxta concordata. Item de probatione Magiſtrorum Regentium ſiue Anteceſſorum ſicuti Sophiſtarum apud Græcos ſub Romanis Imperatoribus: Déque Sophiſtarum auctoritate ſiue Regia quadam poteſtate atque tyrannide. Denique de examinatione, probatione ac per gradus promotione clericorum.*

## Cap. XXVIII.

IVVIT hoc quoque me non parum; ex illis, quæ ſuperiùs ab Athenæo protuli verbis, in ipſis grammateiis tanquàm hebeteriis aut ephebiis ventri à veteribus omni ratione indulgeri ſolitum agnoſcere: quem non modò Cereris, aut Bacchi thyaſotas, verùm etiam cum illis ac præ illis Veneris vtriuſque myſtas & ſodales, Syros præſertim non minùs immò magis quàm Sybaritas [a] illos ac Sodomitas vetuſtos omni voluptatum genere diffluentes γαστριζομένους, & (ſicuti Athenæus ipſe poſteà ſub finem eiuſdem libri loquitur) τῇ ἀκρασίᾳ συγκαλινδουμένους, Iuuenes prætexta poſita, cùm primùm ephebi eſſe cœperant coluiſſe: ipſiúſque vt Regis aut Dei (iuxta illud, Quorum Deus venter eſt) imperata feciſſe probabile arbitror: & verò facile factu fuiſſe, vt ad iſtorum

[a] *de Smindyride Sybaritæ circa cibos deliciis vide lib.12. variæ hiſtoriæ, cap.24. apud Ælianum, item Athenæum lib.16. Deipnoſo. fol. 203.*



iſtorum Syrorũ mores prophanos Iudæi & Palæſtini ex ipſa Syria, bellis præſertim attriti (cùm ſaluti, hoc eſt vitæ iſti corporali conſulere aliter nequirent) deſciſcendum ſibi ſub Antiocho decreuerint: quem ipſum cum popularibus, quos in tabernis aut vbiuis reperiſſet, helluari & compotare, atque cum iuuenibus nepotari ſaltaréque ſolitum (quamobrem potiſsimùm à pleriſque, pro Epiphane dictus Epimanes fuerit) Athenæus [a] memorat: quo loco, μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων (ait) συγκαταβαίνων ὡμίλει ᾧ τύχοι, καὶ μετὰ τῶν παρεπιδημούντων συνέπινε τῶν εὐτελεστάτων, ὅτι δὲ τῶν νεωτέρων αἴσθοιτό τινας συνευωχουμένους, οὐδεμίαν ἔμφασιν ποιήσας παρῆν ἐπικωμάζων μετὰ κεραμίου καὶ συμφωνίας· ὥστε τοὺς πολλοὺς διὰ τὸ παράδοξον ἀφισταμένους φεύγειν &c. Ephebiam profectò adiunctam gymnaſio duobus locis animaduerti: apud Strabonem [b] vbi de Neapoli (quæ gymnaſium antiquum habuit) ſic ferè ſcriptum; πλεῖστα δὲ ἴχνη τῆς ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα καὶ φρατρίαι καὶ ὀνόματα ἑλληνικὰ καίπερ ὄντα ῥωμαίων. & item illo Macchabæorum ſecundi libri [c] loco, quem ſermone libri huius vndecimo [d] Caſsianum exponens, leuiter attigi: in quo de Iaſone fratre Oniæ ſummum Hieroſolymis apud Antiochũ regem ambiente, pecuniis etiam oblatis, ſacerdotium; ea ſcilicet lege vt ſuo ipſe arbitrio gymnaſium & ephebiam ſibi conſtitueret, eóſque qui Hieroſolymis erant Antiochenorum nomini adſcriberet: ἐὰν ἐπιχωρηθῇ διὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ (inquit) γυμνάσιον καὶ ἐφηβίαν αὐτῷ συστήσασθαι, καὶ τοὺς ἐν ἱεροσολύμοις ἀντιοχεῖς ἀναγράψαι. Hîc verò turpe quidpiam ephebiæ ſignificari vocabulo, ſatis manifeſtum fieri aliquando credidi, ex eo quod ſubiicitur pòſt paulo, in hæc verba; quæ patratũ ab Iaſone id oſtendunt cuius facultatem ab Antiocho, & popoſcerat (vti dixi) & impetrauerat: ἀσμένως γὰρ ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν γυμνάσιον καθίδρυσε. Hoc de gymnaſio; de Ephebia porrò quod ſequitur. καὶ τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑποτάσσων ὑπὸ πέτασον ἦγεν: vbi non ignoro equidem quid Pithoeus noſter V. C. de Petaſi & iuuenum nomine ad Rufinum [e] adnotarit; ſed vetuſta tamen eius loci Latina, quæ Hieronymiana eſt interpretatio, id confirmat quod prædixi: hæc nimirum, Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſq; epheborum in lupanaribus ponere. Quamobrẽ ephebiam Lyranus optimè

[a] *lib.5. Deipnoſo. fol.57.*

[b] *lib.5. Geograp. fol.268. Germanici exempl.*

[c] *cap. 4.*

[d] *ſcripſi & ex eo loco nonnihil in cap. ſuperiùs proximo ſub init. & aliis capitib. ibidem citatis.*

[e] *in annotationi. ſuis ad coll.at. Legum Rom. cum Moſaicis, ad ti 9.*

mè (vt videtur) proſtibulum pulcherrimorum iuuenum expoſuit:ſicuti tum apud Stephanum Comicum in Philolacone citatum ab Athenæo [a], Ephebi ſunt proſtituti pueri; tum libro 4. Regum cap. 24. effœminatos illos, qui καδησεὶμ, retento Hebræo vocabulo, in ipſa ſeptuaginta virorum verſione Græca nominantur, Proſtibula maſcula Lyranus ille interpretatus eſt optimè (niſi fallor) ex 6. Hebraici vocabuli: quod & in Gallicis quibuſdam bibliorum Lugduni anno 66. apud Honoratum excuſorum, adnotationibus ſimiliter expoſitum videre eſt; quos in Græcæ verſionis aliquot locis, τετελεσμένους dici, hoc eſt initiatos, ſeparatos, ſelectos & conſecratos (idolo ſcilicet, ſeu dæmonio cuipiam) animaduertimus: qua de re tota ſubtiliùs lib. 3. Semeſtrium cap. tertio à me diſputatum fuit. Illum tamen in eo non ſequor, quod gymnaſij nomen, & ibi & libro primo Macchab. ſub initium ad literarum ludum referre maluit.

[a] *lib. 11. Deipnoſ. fol. 349. Latina verſ. & Dalecampiana annot. in extrema ibi linea.*

Nam quod Pithoeus ipſe à Polluce, [b] quod ab Heſychio alij [c], πέτασον εἶδος τῶν ἐφήβων φόρημα notauêre; vulgatæ interpretationi quam adhuc ſequor, non officit, ſed ipſam potiùs confirmat: ſicuti flauum Galerum in proſtibulis apud Romanos notatum ab illo ipſo agnoſcitur. Nec verò aliud fortaſſe Petaſi nomine hoc loco ſignificatum eſſe, quàm quod illo altero lib. 4. Regum anteà citato στολῆς vocabulo ſeptuaginta viri expreſſêre [d]; nimirum cortinam illam quam in effœminatorum domunculis, ſeu Iuuenum auerſæ Veneri mancipatorum (vt à Lyrano ipſo anteà monui) ædiculis pertextam à mulieribus luco, aut in vſum luci; vel potiùs Aſtartæ Veneris Deæ Syriæ (quod ſermone illo tertio libri tertij Semeſtrium pleniùs explicare memini) meritò quiſpiam exiſtimet: præſertim ſi explicationem Suidæ aientis πέτασον eſſe εἶδος ὑφάσματος, & verò ipſum Petaſi etymon propriámque Græci vocabuli ſignificationem attentiùs conſiderauerit: cùm ἀπὸ τοῦ πετάννυμι quod eſt extendere petaſum deductum; cortinam verò velum eſſe, aut extenſum, aut quod extẽdi poſsit, vel ſoleat, ignoret nemo in hiſce verſatus literis; à qua extenſione, aut expanſione ſiue latitudine ſicuti Galerum ſiue Pileum dictum petaſum, & eius ſimilitudine fabam Aegyptiam eo petaſi nomine nuncupatam oſtenſum eſt ſuprà [e]. Nec alia ratione amphoram

[b] *lib. 10. Onomaſtic. cap. 38.*

[c] *Leopard. c. 19. lib. 9. Notat & Stephan. in Theſauro Pollucis ac Heſychij locos in πέτασος.*

[d] *vbi ſic eſt. καὶ καθεῖλε τὸν οἶκον τῶν καδησεὶμ τῶν ἐν οἴκῳ κυρίου ἐν ᾧ αἱ γυναῖκες ὕφαινον ἐκεῖ στολὰς τῷ ἄλσει.*

[e] *lib. 2. vbi de diſco Iphiti cap. 25. vide quæ ſcribo infr. ad marginem huiuſce cap. è Theophra.*



phoram phialam, lagenámve capaciorem atque latiorẽ, ipſo petaſi vocabulo deſignatam apud Athenæum [a] accipio: quo loco, τὸ δ' ἐν Γηρυονίδι Λαγυνώοις Στησιχόρου ἔμμετρον ὡς τριαλάγηνον τὴν τῶν τριῶν γλυνῶν ἀμφιβολίαν ἔχει, Ἐρατοσθένης δέ φησι λέγεσθαι τὴν πέτασον, καὶ τὴν στάμνον ὑπό τινων. vbi pro γλυνῶν doctiſsimus medicus Dalecampius in eius loci Latina verſione λαγυνῶν aut λαγηνῶν legiſſe videtur, cùm ita omnino reddidit; Quod autem in Geryone legimus (Aldinus liber habet Geryonide, vt expreſsi) Menſura par lagenis Steſichori obſcurum & ambiguum eſt, tanquàm duabus tribúſve lagenis conſtent. Eratoſthenes lagenum petaſum exponit aut ſtamnum. Equidem de lectione Aldina (vt vt ille ſentiat) nihil immutandum duco: qui è præcedentibus facilè colligo, hîc quoque Atheneum agere grammaticum, vt in illis, & hoc voluiſſe ſcilicet, cũ Diphilus neutro genere τὸ λαγυνίον dixiſſet in Adelphis, Geryonide ita id nominis vſurpaſſe, tertio ſcilicet caſu pluralis numeri: vt trium generum ambiguitatem habeat, hoc eſt intelligi non queat (præſertim deficiente articulo) cuius id generis eſſe Diphilus eo loci ſenſerit. Eraſtothenem verò genere fœminino (vt ex articulo addito apparet) Petaſum & ſtamnum à nonnullis vſurpatum ſcribere. Sub petaſum igitur agere, hoc eſt intra cortinam & velum templi expanſum inducere, vbi molles & pathici ephebi, ac forſitan euirati ſpadones (effœminati quidem certè) turpia quæpiam & nefanda paterentur, aliis perpetrantibus morigerantes: vt ephebi huiuſmodi deducti ſub petaſum, licèt gymnaſio adiuncta ephebia fuerit; non tam gymnaſio quàm templo Veneris Aſtartes, & abominando ipſius miniſterio ad voluptatem dicati fuiſſe videantur. Quod autẽ petaſum curſoribus ac diſco certantibus ille noſter Pithoeus accommodat, fruſtrà eſt, vt equidem arbitror: qui ſcio, petaſum aurigarum ſiue agitatorum proprium fuiſſe, vt ex Athenæo ad extremum ſuperioris libri [b] manifeſtò comprobatum fuit; & verò ex diuerſo ſtadiodromos, diaulodromos, dolichodromos, omnes inquam cuicuimodi aut generis curſores, nudos (vt pote in gymnicis) decertaſſe, niſi quod calceorum genus illud (quod ibidem Endromidas vocari admonui) aptaſſe pedib. non inficior. Diſcobolos quidem aperto capite decertaſſe, non velato, & ſi alij non

[a] *lib. 11. Deipnoſ. fol. 204. Ald. lib.*

[b] *cap. 34. & pen. circa finem.*

non tradunt; ex Ligoriana tabula, cuius figuram in arte gymnaſtica ſua doctiſsimus Mercurialis exhibuit, ſatis manifeſtũ: & ex eo quod Anacharſis Scytha apud Lucianum [a] cùm ad ludos veniret, domi pileum reliquiſſe, ne diuerſo ab aliis eſſet habitu, narrat (qui tamen ſpectandi, non decertandi cauſa eò venerat) ſuóque capiti ſe ab ardore ſolis ideò timere: οὐδὲ τὸν ἥλιον ἔτι ῥᾳδίως ἀνέχομαι ὀξὺν καὶ φλογώδη ἐμπίπτοντα γυμνῇ τῇ κεφαλῇ· τὸν γὰρ πῖλόν μοι ἀφελεῖν οἴκοθεν ἔδοξεν, ὡς μὴ μόνος ἐν ὑμῖν ξενίζοιμι τῷ σχήματι. vbi τὸ πῖλον galerum ſignificat, quem ſenatoribus ad theatrum confluentibus geſtare ad morẽ Theſſalicum à Caio Caligula permiſſum, Dio [b] retulit; & cui ſicuti Theophraſtum lib.4. de plantar. hiſto. ingentium Ægyptiæ fabæ foliorum magnitudinem comparare, ita & petaſo Dioſcoridem lib.2.cap.97. à doctiſsimo medico Adriano Iunio [c] dudum animaduerſum fuit: vt non ineptè ſub petaſum adactos eo Macchabæorum loco, nimirum auctoratos agitandis curulibus equis Iuuenes, qui & ipſi ſeſſores alios fortaſſe petaſatos agitatores ferrent, interpretari poſsis; quò ab Hieronymi verſione quàm minimùm diſcedas, ipſamque adhibito ſplendore aliquo lenitatéque verborum interim emollias.

Quanquam, ſi mihi quod ſentio dicendum eſt denique; nec ἡβητήρια fuiſſe luſtra ſiue lupanaria crediderim, ſed popinas & ganeas tantùm: ſicut illas Neroniano gymnaſio adiunctas, in quibus cantaſſe principem refert Philoſtratus his verbis; ἤδη δὲ ἐν καπηλείῳ πεποιημένῳ ἐς τὸ γυμνάσιον ex eo libri de Apollonio quarti loco deſumptis, quem initio ſuperioris libri afferre memini: vnde Iſidorus in libris originum [d] vbi docuit balnea & gymnaſia dici, quia ibi athletæ vncto corpore & perfricato, manibus exercitantur, & de apodyterio loquutus eſt, adiicit, Propina Græcus ſermo eſt qui apud nos corruptè popina dicitur: Eſt autem locus iuxta balnea publica, vbi poſt lauacrum à fame & ſiti reficiuntur, & cætera. Sed nec ephebiũ adiũctam gymnaſio eſſe aliud, quàm cellas epheborum reor, in quibus per id tempus nõ certaminis modò, ſed proagonis etiam quod antè dixi commorarentur; vt legibus athleticis viuerent, ac ædificando robori tum ſaginarent ſeſe curaréntque molliter, tum etiam vnctionibus, frictionib. exercitationibus iuuenes in cute curanda plus æquo operarentur (vt

[a] περὶ γυμνασίων.

[b] lib. 55.

[c] cap.6.lib.2.animad. vide & c.10. libr.1. apud Theophraſt. ita eſt in cap.10 lib.4. τέτε δ' οἱ μὲν τοῦ κυκλοῦ φύσεις ὁμοία τῇ τοῦ κυάμου καὶ οἱ πέτασοι δὲ ὡσαύτως, πλὴν ἐλάττους καὶ λεπτότεροι, quæ de re Plinius agẽs lib.13.cap.17. pro πέτασοι dixit folia denſæ congerie ſtipata.

[d] lib.15.cap.2. de locis publicis.





Horatius loquitur, qui ſe ſiue Circenſium equorum agitationi manciparant ſub petaſum ducti (quod inſigne aurigariorum fuit) vel athleticæ vitæ inſtituto auctorati caput corpúſque ſuum addixerant: atque hoc quidem alio quàm agonis aut proagonis tempore, quo abſtinere ab omnibus, & vitam continentem ducere ſoliti: quemadmodum ſuperiùs hoc ipſo libro ſub initium [a] accuratè demonſtratũ fuit. Poſsis & ephebium ſiue ἡβητήριον eum eſſe locum intelligere, τὸ παράσιτον à veteribus dictum, in quo primitias ſacri frumenti, gymnicorum ſeu Herculeorum ſumptibus agonum deſtinati recondebant ludorum curatores; excipiẽdis epulo aut prorſus exhibendis, id eſt alendis iis qui in paraſitorum Herculis cætum cooptati forent, τῶν καταλεγομένων τῷ Ἡρακλεῖ παρασίτων de quibus Athenæus lib.6. Deipnoſoph. loquitur [b]. In eo itaque paraſitio ſeu Ephebio qui alerentur ſumptibus publicis velut in prytanæo, atque gymnaſticis animi fortaſſe corporiſq; artibus exercerentur: hos ἐφηβεύειν à veteribus dictos: coniectura è ſuperioribus quæ maiorem in modum ei placuerant deſumpta, Coſtanus Caturcenſis acutiſsimus Iureconſultus familiaris noſter hiſce aliquot verbis ex perhonorifico Athenienſium Senatus & populi de Hippocrate Coorúmque (vnde origo ipſi) omnibus in eius vnius gratiam liberis, decreto exhibitis mihi facilè perſuaſit: quo loco [c] ἀναγορεῦσαι τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. καὶ ἐξεῖναι πᾶσι Κῴων παισὶν ἐφηβεύειν ἐν Ἀθήναις καθάπερ παισὶν Ἀθηναίων· ἐπειδήπερ ἡ πατρὶς αὐτῶν ἄνδρα τοιοῦτον ἐγέννησεν. εἶναι δὲ Ἱπποκράτει καὶ πολιτείαν καὶ σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ διὰ βίου. quæ non ſatis videtur interpres recentior eſſe aſſecutus, cùm ita his Latinis reddidit: & licere omnibus Coorum liberis, vt Athenis pubeſcant quemadmodum liberi Athenienſium. Nam quid hîc facit pubeſcere, aut quo vetuſto more legéve Cois prohibitum ne apud Athenas Atticas educarentur; vt magni alicuius beneficij loco indulgeri hoc deinde ipſis oportuerit propter Hippocratem? Nempe τὸ ἐφηβεύειν quod explicamus, interpretem illum alioqui perſpicacem fugit. Παιδεραστὰς quidem fuiſſe cùm Syros, tum verò Græcos [d] etiam Laconas [e] duriori vitæ inſtituto addictos conſtat: quamquam apud hos quidẽ congreſſum cum ipſis turpem habitum, nec tamen

[a] cap.3.4. & 5.

[b] fol.78. ex quo verba protuli li.2. ſup. cap.17. in fine. vbi de hieronicarum conuiuiis.

[c] in fine decreti inter Hippocratis epiſtolas relati, fol.82.

[d] Æmilian. Probus in procemio lib. de vita excell. Imp. vbi laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis, quamplurimos habere amatores: & in Alcibiade ineũte adoleſcẽtia amatus eſt à multis more Græcorum: in eis à Socrate de quo mentionem facit Plato in Sympoſio: namque eum induxit commemorãtem ſe pernoctaſſe cum Socrate neque aliter ab eo ſurrexiſſe, ac filius à parẽte deguerit. Poſteaquam robuſtior eſt factus non minus multos amauit. In quorum amore quoad licitũ eſt odioſa multa delicatè iocoſéque fecit, &c.

[e] Plutarch. videatur in Lycurgo fol.93. Ageſilao, fol.1109. & Inſti. Lacon. fol.422. & Xenophõ in Lacedæm. Repub. fol 395. Plato in Sympoſ. fol. 182. & 213.

grauiùs quàm infamia punitum Plutarchus auctor eſt [a], poſt Xenophontem vtique, qui hac de re tota pluribus agit in libro de Lacedæmoniorum Republica. Quid verò ſi athletis dum extra ſcamma & ſtadium forent, in ipſis ephebiis hebeteriis atque gymnaſiis; neque decertarent, ſed vel cibum ſomnúmve interdiu caperent, vel etiam deambularent; hoc proprium capitis integumentum fuit? vt qui Mercurium enagonium colerent, eiúſq; iconem in gymnaſiis, non minùs quàm Herculis, poſitam haberent (quemadmodum libri primi cap. 6. ac decimo luculenter oſtenſum eſt) in petaſo, non aliter quàm ipſe Mercurius olim fecit, ſi qua ſculptoribus atque pictoribus vetuſtis, immo etiam ſcriptoribus fides, vterentur? Mercurium quidem petaſatum fuiſſe, ignotum nemini: de quo Athenæus [b] ϗ τὸν πέτασον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, ϗ τὸ κηρυκεῖον ἐν τῇ χειρί, & in epigrammate vetuſto,

*Σοὶ τὸν πιληθέντα δὶ ὀίξάν τε τεῖχος ἀμυνῶ*
*Ἑρμᾷ Καλλιτέλης ἐκρέμασεν πέτασον.*

Sic legendum alij obſeruarunt: & rectè quidem, tametſi πέταλον Sudas ibi agnouerit, & πίλημα δὲ ἐρίε πιληθὲν ibi expoſuerit lexico. Mercurius denique Plautinus Amphitr.

*Ego has habebo vſque in petaſo pinnulas.*
*Tum meo patri autem trochilus inerit aureus ſub petaſo.*

Petaſo veteres viatorio velandi ac obtegendi ab temporis iniuria capitis amiculo potiùs quàm ornamento vtebantur (vt reor) quale id quod à noſtris Capellum vulgò nuncupatur: ſic accipe (ſi me audis) vt apud Plautum ita & apud Ciceronem [c] ad Caſsium de Tabellariis. Sed petaſati veniunt, comites ad portam expectare dicunt.

In eo igitur loco (vt ad rem redeam) in quo imperatores gymnicum certamen inſtitui volebant, item Nicopoli, Neapoli & oppido Antinoo, & apud Mantinæam, & Carthagine, ac deniq; in aliis quibuſcunq; licèt extra Romam & Achaiam coronatis athletis, immunitatem tribuendam, iidem principes, illo quod exponimus reſcripto, cenſuerunt: dum tamen ex tribus coronis merito non ambitioſa æmulorum corruptione quæſitis: vnam Romæ alterutri nouæ aut veteri ſibi decretam athletæ abſtuliſſent, vel in antiqua Græcia: cuius religioni vetuſtæ propter ludorum luſtralium in ea regione factum



[a] *Inſtit. Lacon. fol. 422. & in Lycurg. fol. 93.*

[b] *lib. 12. Deipno.*

[c] *lib. 15. epiſtola.*



ctum initium atque inſecutam celebritatem hoc dare principibus placuit: forſitan etiam propterea quod ex vetuſto loci ritu ac inſtituto, rigidior ibi morum athletæ indagatio, roboris diiudicatio ſubtilior, totiúſque iuris agoniſtici ab athleta obſeruati approbatio ſanctior (vtque antiquum obtineret) illis adhuc eſſe videretur. Quo exemplo cùm itidem Alexandriæ ipſis Ammiani Marcellini temporibus, doctrinæ variæ quæ antè floruerant non ſilerent, ſed & medicinæ ita in dies augerentur ſtudia, vt licet opus ipſum redoleret, pro omni tamen experimento ſufficeret medico ad commendandam artis auctoritatem ſi Alexandriæ ſe dixiſſet eruditum, quod & ab ipſo Marcellino traditur [a]: qui hodiéque in famoſis [b] & nobilibus Regni huius Academiis quibus Vniuerſitatum nomen vulgo datum (qualis noſtra Toloſana eſt, quæ legum olim ſtudio cùm earum ſacris ab Cuiacio illo noſtro initiaremur, non minus quàm Pariſina omnium aliarum diſciplinarum facultate præ cæteris omnibus floruit) ad magiſterij apicem corona mutatum per diuerſos certaminum gradus ſi non per omnem ætatem at per triennium aut quinquennium [c] diſputando recitandóque ac cætera ſcholaſtica obeundo certamina non ſine commendatione ſuæ virtutis & nominis peruenêre: iis & ad ciuiles honores latiſsimus patet aditus, & verò ad eccleſiaſticorum etiam beneficiorum adeptionem tutior propiórque ſternitur ac munitur via: ex Pontificio Regióque iure ſanctionis pragmaticæ per Concordatum (vt vocant) hoc eſt conuentionem cum Regibus Chriſtianiſsimis initam, ſacróque fœdere ſancitam reformatæ, quàm illis qui per ſaltū, aut in aliqua ignobili vniuerſitate, vbi nullum eruditionis publicum ac ſolemne ſpecimen editur, atque adeò perfuſoriè proluſorio iudicio ſine vllo examine legitimo, ſatiſue fideli approbatione per quendam veluti ſaltum promoti fuerint. In ipſis autem huiuſmodi vniuerſitatibus ſiue Academiis aut Muſæis non modò probari eos qui per gradus quoſdam ad doctoratus, quem vocant, honorem promouentur; ſed & eos qui ad magiſterium & docendi onus inuitātur ſub Anteceſſorum (ſic à Iuſtiniano Imp. appellantur) ſiue Regentium titulo, Sophiſtarum & magiſtrorum appellatione à veteribus deſignatos, ex eo Eunapij loco [d] addidici, vbi de



[a] *lib. 22. huc pertinēt quæ de Alexandrino gymnaſio bibliotheca & menſa è Vitruuio & aliis ſup. cap. 27. huiuſce lib.*

[b] *vide in concordat. inter Leonem 10. Papam Roma. & Franciſc. 1. Gall. Regē. tit. de collat. §. præterea, vbi qui per tempus competens in vniuerſitate famoſa ſtuduerint, vbi vide Rebuffum in verb. famoſa.*

[c] *iuxta diſtinctionem tam facultatum quàm perſonarum ſiue nobiliū ſiue aliorum Concordato comprehenſum: quantum ad beneficiorū adeptionem attinet dict. §. præterea, verſ. tempus autē competens, de collat. in princ. & in fi. ibi. ſi ex vtroq; parente nobiles fuerint trienniū decernimus. & §. cùm verò probatio nobilitatis, & cæt. & vide Rebuff in tracta. Nominat. q. 12.*

[d] *Proæreſio, fol. 151.*

probatione Sophiſtarum Athenienſium (hos autem eſſe numero complures è Romanis legibus inibi oportuit, Iuliani ætate; qui Proæreſio alternis cum Ephæſtione diſputanti fauebat) in hæc verba diſſerit: ὡς δὲ ἀπελθόντος Ἰουλιανοῦ τὰς Ἀθήνας εἶχεν ἔρως τῆς διαδοχῆς τῶν ἐπὶ τοῖς λόγοις πλεονεκτημάτων. παραγγέλλουσι μὲν ἐπὶ τῷ κράτει τῆς σοφιστικῆς πολλοὶ καὶ ἄλλοι ὥστε ὄχλος ἦν. καὶ ταῦτα γράφειν. χειροτονοῦνται δὲ δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι Προαιρέσιός τε καὶ Ἡφαιστίων καὶ Ἐπιφάνιος καὶ Διόφαντος καὶ Σώπολις ἐκ παραβάσεως καὶ παρημελημένης ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐνδείας καὶ Παρνάσιός τις ἐκ τῆς εὐτελεστέρας· ἔδει γὰρ πολλοὺς εἶναι (hæc duo deerant in impreſsis, quæ ope manuſcripti à clariſs. Fumæo vetere collega & amico, libri iuuit reponere) κατὰ τὸν νόμον τὸν ῥωμαϊκὸν ἀθλοῦσι τοὺς μὲν λέγοντας τοὺς δὲ ἀκούοντας. Et fuit ſanè non parum cauſæ, quamobrem accuratè ac diligenter de iis inquiſitio ad probationem fieret; qui multum erant auctoritatis ac poteſtatis habituri, non in ſcholis modò apud auditores, ſed apud prouinciales in ipſa Republica; ita vt nonnullis eorum potentioribus vtique prouinciæ ipſæ cuiuſdam quaſi præmij vice cederent: quemadmodum ab Eunapio [a] ibidem traditum χειροτονηθέντων δὲ τούτων. οἱ μὲν εὐτελέστερα τὸ ὄνομα εἶχον καὶ μέχρι τῶν σανίδων ἦν τὸ κράτος καὶ τοῦ βήματος ἐφ' ὃ περιέστησαν εἰς δὲ τοὺς δυνατωτέρους ἡ πόλις εὐθὺς διῄρητο καὶ οὐχ ἡ πόλις μόνη, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔθνη. καὶ περὶ λόγων οὐκ ἦν αὐτοῖς ἡ στάσις ἀλλ' ὑπὲρ ἐθνῶν ὅλων ἐπὶ τοῖς λόγοις ἡ μὲν γὰρ ἑῴα καθάπερ γέρας Ἐπιφανίῳ σαφῶς ἐξῄρητο τὴν δὲ Ἀραβίαν εἰλήχει Διόφαντος. Ἡφαιστίων δὲ καταδείσας Προαιρέσιον ἀπῆλθεν ἐξ Ἀθηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων Προαιρεσίῳ δὲ ὁ Πόντος ὅλος καὶ τὰ ἐκείνῃ πρόσοικα τοὺς ὁμιλητὰς ἀνέπεμπεν ὥσπερ οἰκεῖον ἀγαθὸν τὸν ἄνδρα θαυμάζοντες προσετέθη δὲ καὶ Βιθυνία καὶ Ἑλλήσποντος, & cætera quæ ſequuntur.

Nam quod ego de clericorum probatione, vt per gradus quoſdam ad quatuor primùm illos, quos minores vocant, tum ad ſuperiores, deinde non per ſaltum, ſed gradatim [b] ad ſubdiaconatus, diaconatus & presbyteratus ordines, & per hos ad Epiſcopatus culmen promoueri debent, hîc verba faciam, nihil eſſe video: de qua tot canonibus conciliorum, patrúmque veterum decretis, tot etiam pontificum conſtitutionibus ac decretalibus epiſtolis cautum eſſe ignorat nemo.

*[a] fo.132. De Tyrannide verò ſiue regno ſophiſtarum quale Iulianus ipſe Athenis habuit Eunap. loquitur in Iuliano ſub init. in fol.113. vbi, καὶ ἐτυράννει γε τῶν Ἀθηνῶν παρὰ τοῦτον ἡ πᾶσα νεότης πανταχόθεν ἐχώρει, ῥητορικῆς ἕνεκεν τὸν ἄνδρα καὶ μεγέθους φύσεως σεβαζόμενοι. Et proæreſio, fol. 134. καὶ τὴν ἐπὶ λόγοις βασιλείαν εἶχον αὐτόθι. & 141. & 142. τὸ δὲ Προαιρεσίου τυράννις ἐδόκει τις εἶναι καὶ εὐτυχεῖν, ἡ ἀρετὴ τῶν λόγων ἐδόκει καλῶς.*

*[b] vide apud Gratia. diſt. 53. cano. 1. & de cleric. per ſalt. prom. ca. 1. apud Gregor. De probatione clericorū & promotione per gradus minores ad epiſcopatum in conſtanti. Syno. 1. & 2. cap. 17. vbi Balſamon f. 298. & apud Gratianum diſtinct. 77. tota, & potiſſimū in can. Quicumque.*



nemo [a]. Etenim cum iis qui nondū ad triginta annos peruenerint, eos quoq; quos nec clerus aut populus propriȩ ciuitatis elegit, item qui per gradus eccleſiaſticos non aſcendêre, ad ſacerdotij gradum promoueri non debere conſtitutum eſt [b]: ſicuti neq; ad clericatum laici quilibet admittuntur non curiales, non infames, aut ſeruili conditioni obnoxij, quíve ſcelus aliquod per publicam pœnitentiam confeſsi, aut in hæreſim lapſi vel in ea baptiſati, quíve ſemetipſos abſciderunt aut defectu membrorum quopiam laborant; qui ſecundæ vxoris coniunctionem ſortiti ſunt, viduámve aut à marito relictam duxerunt, ſeculari militiæ dediti, literarum ignari, ambitioſi, & id genus alij [c]. Quin & ipſo Tridētino concilio [d] cautum eſt, ac decretum, vt epiſcopi ſi per ſemetipſos conferre ſubditis ſuis ordines ægritudine fuerint impediti, eos non aliter quàm iam probatos & examinatos ad alium epiſcopum ordinandos dimittant. Examinis verò ſiue probationis formam tam circa eos qui prima tonſura [e] initiari quàm qui ad minores ordines promoueri aut ad ſacrum miniſterium accedere voluerint; eodem concilio præſtitutam conſtat [f]: vt ordinandorum genus, perſona, ætas, conſtitutio, mores, doctrina, & fides diligenter inueſtigetur. Sed neque ad Eccleſias Cathedrales aſſumendus eſt hodie iuxta eiuſdem Tridentini concilij decretum [g], niſi qui non ſolùm natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis quæ à ſacris canonibus requiruntur plenè ſit præditus. Verùm etiam in ſacro ordine anteà ſaltem ſex menſium ſpatio

*[a] vide apud Gratia. diſtin. 61. per tot. & præſertim in cap. quid proderit, & in c. Oſius. & apud Gregorium. d. cap. 1. de cleri. per ſal. prom. in glo. vlt. De examinatione eligendi aut ordinandi in epiſcopum agitur in ca. qui Epiſcopus diſtin. 23. de purgatione ſiue probatione cap. 1. illud eadem diſt. De examine & probatione ordinandi cleric. ca. nullus ordinetur & cap. quando diſtinct. 24. examinationem neceſſariam oſtenditur in cap. ſi quis preſbyt. ead. diſtinct. & cap. ſi qui ſiue diſtinct. 81. & c. ad hæc, & cap. vt noſtrū de offic. archidia. apud Gregor. Videſis & in de gradib. Romanæ eccleſiæ poſt ordinē Romanum, f. 86. & ſeq. editionis anni 1568. Colon. auctorum de diuinis officiis eccleſ. cathol. vbi caput Zozimi papæ itémque Leonis alterum animaduertendum ad hanc rem qua de agitur moneo & cap. 1. ex cōcilio Africano 4. quod ibi proponitur in fol. 95. De probatione ac diſcuſſione ordinandorum, vide in capitular. Karoli magni cap. 2. lib. 1. fol. 8. pag. 2. & lib. 5. cap. 37. fol. 121. pag. 2. & ibi de criminoſis non promouendis ad clerum lib. 7. cap. 50. fol. 263. & de dilatione temporum erga promouendos lib. 7. cap. 27. fol. 261. Qui promoueri ad altiores ordines aut dignitates non debeant, cautum concilio Tridentino ſeſſ. 14. in decreto de reformat. cap. 1. De probatione verò monaſtica videto quæ attuli ſupra hoc lib. cap. 18.*
*[b] cap. 2. & 3. & cap. qui in aliquo, apud Gratia. diſtinct. 51.*
*[c] de his omnibus in d. cap. qui in aliquo, & in diſtinct. 52. 53. 54. 55. iuncto cap. vlt. diſtinct. 24. & in ordine Roman. de gradib. Roma. eccleſ. Item qualiter in Roma. eccleſ. ſacri ordinis fiant, fol. 86. 87. 88. 89. edition. Colon. Item qualiter in Rom. eccleſ. preſbyt. diac. vel ſubdiac. eligendi ſunt, fo. 91. ibid. & qualiter epiſcop. in Rom. eccleſ. ordinand. fol. 97. cap. cuius initium Antiqua. Et Durand. Mimat. in Rational. diuinor. offic. cap. 1. lib. 2. fol. 48. ex Leuitici cap. 21. & 49. diſtinct. can. Hinc etenim. Et addit. In quo inſtruimur quales à clericatu ſint repellendi.*
*[d] ſeſſio. 23. decreto de reformat. c. 3. & 8.*
*[e] per quam vtique mancipatur quis diuinæ militiæ, vt Zoſimus Rom. Pontifex ad Heſychium epiſcopum Salonitanum ſcribit epiſto. 1. cap. 3. vnde ſumptus can. in ſingulis diſtinctio. 77. apud Gratian.*
*[f] cap. 4. 5. 7. 8. 12. & 13. ſeſſionis eiuſdem.*
*[g] ſeſſione 21. in decreto de reformat. cap. 1. ſeſſ. 22. cap. 2. ſeſſ. 24. decreto de reformat. cap. 1.*

ſpatio conſtitutus atque in vniuerſitate ſtudiorum Magiſter ſiue doctor aut licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico meritò ſit promotus; aut publico alicuius academiæ teſtimonio, idoneus ad alios docendos oſtendatur. De aſſumendorum ad epiſcopatum, aliáque miniſteria eccleſiaſtica exploratione, ac probatione, ſimpliciùs aliquantò (pro temporum illorũ ratione ſcilicet) D. Paulus ad Timoth. [a] ſcripſerat: hoc verò inter cætera de probatione diaconorum [b] καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες: vbi Theodoretus, Priùs autem conuenit eorum vitam examinari (ait) deinde ſic gratiam ſpiritalem conſequi: & aliquanto pòſt ad illud beati Pauli [c] ad eundem χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, Manus citò nemini impoſueris, Oportet enim (inquit Theodoretus aptiſsimè) priùs examinare vitam eius qui ordinatur, deinde in ipſum inuocare gratiã Spiritus. Atque hoc quidem iis quæ iſtius libri ſermone octauo & decimo de probatione athletarum Chriſti, quatenus ipſa res ferebat, tradideram, ad lectorum aliquam (vt ſpero) vtilitatem, iuuit adiicere: ne ignorationis, aut prætermiſsionis arguerer.

*[a] epiſt. 1. cap. 3.*
*[b] eodem cap. ver. 10.*
*[c] cap. 5. verſ. 22.*

*De conſtituenda cuiuſdam apud Tacitũ loci lectione aduerſus clariſſ. Lipſium agitur pleniſſimè. Ludorum religio. Curules ludi à principibus Romanis dati populo, ſuis ſuorúmve natalitiis. Panathenæa. Dij Attici, Gymnici Panatheneis ludi, & iam inde à Pericle Muſici exhibiti. De filiis Themiſtoclis apud Suidam locus vnde ſumptus, Plutarcho adhibito, ad marg. cuius verbis ab interprete non perceptis ille inuicem affulget. Ludi in campis Marathoniis certamina Hellotiis ſacris. Corinthi & Athenis: itémque apud Æginam & Dialibus ludis apud Athenas. Eleuſinium & Theſeum certamẽ de quibus Agellius, atque Ariſtides. Emendatus Dio. De non exhibendis Circenſibus gymnicis, theatralibus ludis muneribúſve per dies dominicos, alióſque Epiphaniorum Paſchæ & quinquageſimæ ſolemnes etiam ſi natalitia Imperatorum in eos incurrerint: quorum tamen etſi Chriſtianorum ſucceſſione, atque inauguratione Circenſes dati, vt ex his illa innoteſceret. Emendato interim Euagrio. Taciti locum illum de Circenſibus ad exemplum Atticorum exhibitis intelligendum. Suetonij locus de ludis Atticis. Caſtigatio Lipſiana reprehenſa, & allata noua, ſi quid tamen vlla opus eſſe cuipiam videbitur. Antiqua vel Achaica religio.*

## CAP. XXIX.

ERAM huic ſermoni, totíque iſti agoniſticæ tractationi facturus modum, ita vt apud me ab initio decreueram: ſed cùm de antiquæ Græciæ circa gymnicos

cos



cos agonas religione multa dixerim (de qua cæterorúmque ludorum omni ſuperſtitione, ſi plura quiſpiam legere deſideret, ad priſcos illos Chriſtianæ religionis puræ, veræq; aſſertores [a] adeundi facultas eſt, Tertullianum, Arnobium, Lactantium, Auguſtinum atque Saluianum) vereor, vt mihi vitio detur, ſi hanc de dubia loci cuiuſpiam apud Cornelium Tacitum lectione opinionis noſtræ (quæ à Lipſiana ſententia facere nõdum potuit) proferendæ opportunitatem elabi patiar: præſertim cui alia ſuppetunt ad eundem auctorem non pauca, præter aliorum opinionem explicanda, vt videtur, & ea quidem ita non leuis operæ, vt ſermonem, ſiue tractatum vnum atque alterum, iſto aut ſuperioribus non minorem explere poſsint. Vt cithara ludicrũ (inquit ille, aut potiùs quemadmodum Lipſius profectò malit, ludiorum) in modum canere, non magis Vatum laudibus celebre, quàm Deorum honori datum. Enimuerò cantus Apollini ſacros, talíque ornatu aſtare non modò Græcis in vrbibus, ſed Romana apud templa numen præcipuum (Apollinis nempe) ac præſcium, Nero non abs re dicebat, quodam apud eundem Tacitum [b] loco: ita gymnicos ludos Herculis præcipuè virium, roboríſque laudibus pollentis herois honori ſacros: & prophana ethnicorum aduerſus hoc, itémque Mercurij numẽ, ſiue idolum religione inclytos, verũ eſt; ſicut antè [c] monui: & in omnibus ludis religioni (falſæ ſcilicet) ſiue ſuperſtitioni aliquid, immò multum ſi non totum tributum eſſe, negaturus nemo eſt, qui Auguſtini de Ciuitate [d] Tertulliani [e], atque martyris Cypriani de ſpectaculis libros, aut illius Apologeticum ad gentes [f] aſpexerit, quíve Arnobium ita ſciuerit aliquo in loco [g] ſcribere, Ludi verò quos facitis quibus floralibus, atq; Megalenſibus nomen eſt, cæteriq; omnes alij, quos eſſe ſacros voluiſtis, & religionum inter officia deputari. Quamobrem cùm apud Tacitum in vulgatis libris ita ſit ſcriptum, vbi de nata Neronis ad vrbis annũ 816. filia ex Poppæa quod vltrà mortale gaudium ipſe acceperit, vt Auguſtæ cognomen vtrique adderet, Iam Senatus vterum Poppææ commendauerat Diis (inquit) votáque publicè ſuſceperat, quæ multiplicata exſolutáque, & additæ ſupplicationes, templúmque fœcũditati: & certamen ad exemplar Atticæ religionis: quamuis Lipſius ille noſter

*[a] Tertull. in de ſpectac. c. 1. Arnub. lib. 7. aduer. gentes. Lactant. lib. 6. inſtitu. De vero cultu cap. 19. & epito. inſti. c. 4. Auguſt. li. 18. de ciuit. Dei, ca. 12. & Saluia. lib. 6. de gubernat. Dei. De quatuor ſacris agonibus præter Scolia & commen. ad Pindarum. Videſis Natal. Comitem lib. 5 Mythol. qui liber an. 81. Frãcofur. à Vuech. editus admonitu ac beneficio illius cui noſtra iſta exſcribenda tradideram commodum in manus venit: vt in quibus ipſe diligentior atque accuratior fuerat, ea prorſus à me omitterẽtur, néue noſtra à nobis cõtra conſuetudinem, contráque id quod bonum æquumq; eſt aſſignarẽtur operæ.*
*[b] lib. 14. Annal.*
*[c] hoc ipſo Tractatu ſub initiũ lib. 1.*
*[d] lib. 1. cap. 32. lib. 2. cap. 8. 10. 13. 29. & lib. 18. cap. 12.*
*[e] cap. 11.*
*[f] cap. 1. 4. & ſeq. vſque ad 7.*
*[g] lib. 7. aduerſus gentes.*

noſter

noſter (qua eſt ſagacitate, ac exercitatione in iſtis literis, quáque pollet, ac præſtat vetuſtæ hiſtoriæ ſcientia & arte critica) è veſtigiis manuſcripti Vaticani libri, qui habet, Accicæque; cùm in Farneſiano itidem manuſcripto ſit Anciatæ: legẽdum odoratur Actiacæ; ſed ita, vt ſtatim pro religionis, reponendum Regionis putet. Atque hoc quidem ideò quoniam nulla in his ludis magis, quàm in aliis religio: illud verò propterea quod Atticis ludis, hoc eſt Panathenęis Romanę quinquatrus reſpondebant, non hoc certamen nouum. Nihilominus tamen (dicam ingenuè id quod ſentio) in tuam concedere opinionem Lipſi, non poſſum: qui quadrata rotundis, niſi quæ grauior me ratio vrgeat, mutare non ſoleo; nihílque ſubeſſe (hîc quidem) incommodi video, ſi vulgata retineatur, quam & in veteribus æquè libris olim repertã ſimile vero eſt, lectio.

Imprimis enim ludorum quorumlibet publicorũ aliquam religionem habitam, ſatis toto iſto hactenus tractatu trino comprobatum fuit, vt quod huius ergo addi velim, nihil ſit aliud, niſi fortaſſe Valerium Maximum, ita etiam loquutum alicubi [a], vt ludorum religionem diceret. Curules autem ludos, à principe ſuis, ſuorúmque natalitiis pleriſque dari ſolitos, iſtis certè datos quin exiſtimemus, nihil prohibet: quales Panathenæis exhibiti; de quibus ita loquitur Sudas [b] vt primùm quidem ab Ericthonio Vulcani & Mineruæ filio inſtituta, tum ab inſtauratore Athenarum Theſeo [c] reſtituta fuerint, ipſa duplicia luſtralia ſcilicet, quæ magna dicta, quinquenniis ſingulis celebrari ſolita, alia verò quotannis vtraque apud Athenas ipſas. Videſis & quod ita ſcriptum apud Hyginum [d] Heniocho, alij autem anguina tantùm crura habuiſſe Ericthonium dixerunt: cúmque primo tempore adoleſcentiæ ludos Mineruæ Panathenæa feciſſe, & ipſum quadrigis cucurriſſe: pro quibus factis inter ſidera dicitur collocatus. Meminit & Pindarus Ode Pythionicarum nona Teleſicrati Cyrenæo dicata, ſic admodum canens [e],

πλεῖστα νικήσαντά σε καὶ τελεταῖς
ὡρίαις ἐν Παλλάδος εἶδον.

Itémque B. Auguſtinus in libris de ciuitate [f] Apollini ac Mineruæ dicatos ſignificans, quamuis non Apollinem, ſed cum Minerua illa Neptunum tutelares Athenarum eſſe Deos.

Strabo

*[a] lib.6. tit.1. vbi de Qu. Catulo ludorum ſecularĩũ religionis qui trinoctio fierent cũ hoſtiis & lectiſternio idem auctor, non ita multo poſt meminit, vt & Liuius initio lib 7. ab vrbe condita, vbi hac de re tota pluribus.*

*[b] in παναθηναίοις 1. & 2.*

*[c] de cuius ſignis ſiue ſtatuis in gymnaſiis actum eſt cap. 16. lib.1. ſup. & ab ipſo artem eſſe palæſtricam ſiue luctatoriam, oſtenſum eodem lib. ca.13.*

*[d] lib.2. fo.64. & Germanicũ Cæſarem in Arati Phænomena & Erichtonio, fol. 184. pag.2. poëti. aſtronom. Bigas primum iunxiſſe Phrygum natione, quadrigas Ericthonium li.7. natur. hiſt. c.46. Plin. auctor eſt. Primus Ericthonius currus & quatuor auſus Iũgere equos rapidúſque rotis inſiſtere victor. inquit ex Virgilij tertio Georgicôn Tertullian. in de ſpectacul. cap.9. videſis & quæ lib.2. Agoniſt. ca. 22. ſup. ab Auguſti. ſcripſimus.*

*[e] Epod.4.*

*[f] lib.18. cap.12.*



Strabo [a] retulit: qui & alio loco in Diis Atticis Orphanam Commiſſolum & Tychonẽ connumerat: Demoſthenes autem & Plutarchus Apollinem Pythium & Mineruam: ille quidem [b] his verbis, καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν πύθιον ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. Hic verò [c] iſtis, ὑμῖν ἀθηναίοις ἀρχηγέτις Ἀθηνᾶ καὶ πατρῷος Ἀπόλλων ἐστί. De agonibus Atticis ſiue Panathenaicis partim gymnicis, partim etiam muſicis loquutum Iſocratem Panegyrico [d] recordor, vbi, πρὸς δὲ τούτοις καὶ φιλίας εὑρεῖν πιστοτάτας καὶ συνουσίαις ἐντυχεῖν παντοδαπαῖς. μάλιστα παρ᾽ ἡμῖν ἐστιν ἔτι δὲ ἀγῶνας ἰδεῖν, καὶ μὴ μόνον τάχους καὶ ῥώμης, ἀλλὰ καὶ λόγων καὶ γνώμης, καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων καὶ τούτων ἆθλα μέγιστα. Muſicorum quidem certamen vt Panathenæis celebraretur, tuliſſe ingẽti gloriæ (hoc enim Cruſerianæ interpretationi verbum addendum) ſtudio Periclem Plutarchus [e] refert; ídque ipſum athlotheram creatum digeſsiſſe quemadmodum certantes tibia vel voce vel cithara canerent: Spectaſſe verò & eo tempore & deinceps in odæo muſica certamina, φιλοτιμούμενος δ᾽ ὁ περικλῆς τότε πρῶτον ἐψηφίσατο μουσικῆς ἀγῶνα τοῖς παναθηναίοις ἄγεσθαι, καὶ διέταξεν αὐτὸς ἀθλοθέτης αἱρεθεὶς καθότι χρὴ τοὺς ἀγωνιζομένους αὐλεῖν ἢ ᾄδειν ἢ κιθαρίζειν, ἐθεῶντο δὲ καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐν ᾠδείῳ τοὺς μουσικοὺς ἀγῶνας. Meminit & gymnicorum funebrium Athenis editorum Suidas [f], vbi Themiſtoclis liberos Neoclem & Demopolim, illum dolicho hunc ſtadio victorem vtrumq; fuiſſe narrat, & antequàm agnoſcerentur coronatos: illicò autem vbi agniti poſt certamen forẽt, parum abfuiſſe, quin à ciuibus propter leges de exulibus latas (quibus vtique non paruerant, quòd in aſtu veniſſent) hoc ipſis periculum creantib. paternis inimicis, lapidati opprimerentur: θεμιστοκλέους παῖδες (ait ille ex vetuſto auctore quopiam) νεοκλῆς καὶ δημόπολις ἀγωνισάμενοι τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ἐν ἀθήναις καὶ νικήσαντες ἐστεφανώθησαν ἀγνοούμενοι, καὶ νεοκλῆς μὲν δόλιχον ἐνίκησε δημόπολις δὲ στάδιον. Γνωρισθέντες δὲ μετὰ τὸν ἀγῶνα καταλευσθῆναι ἐκινδύνευσαν ὑπὸ τῶν θεμιστοκλέους ἐχθρῶν ὑπομνήσαντες τοὺς ἀθηναίους τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν φυγάδων. Sed & gymnicorum, qui Panathenæis ederentur, Solon apud Lucianũ [g]: quibus pro præmio non coronæ modò, vt aliis quatuor antiquis agonibus, ſed oleum quoque præſtaretur; quemadmodum ſuperiùs [h] ab ipſo apud Budæum, & à Suida itémque



*[a] lib.9 Geograp. fol.459.*

*[b] in ea περὶ στεφάνου.*

*[c] Plutarch. Alcibiade.*

*[d] non longè ab init. in col. 72. editio. Oporianæ anno 1572.*

*[e] in vita Periclis, fo.291. edit. Steph.*

*[f] in θεμιστοκλέους παῖδες, quo ex loco (è Plutarc. fortaſſe hiſtoria deprompto) exponendus Plutarchus in Themiſtocle ad finem in fol.233. quem interpretes non ſunt aſſecuti. De Neocle quidem ac Demopoli filiis Themiſtoclis quod Plutarch. in hiſtoria tradiderat neminem eſſe tam indoctũ qui factum eſſe ignoret à Plutarcho ibi traditur: nempe id quod à Suida enarrauimus.*

*[g] Anacharſi ſiue de gymnaſiis.*

*[h] lib. 2. vbi de coronis aliiſque hieronicarũ præmiis, ſcilicet cap. 22.*

ab Auguſtino monui: ſed & in Marathoniis Atticæ campis celebritatem honori Herculis aliquam fuiſſe, in cuius ludis qui vincerent argenteis donarentur phialis: ex quodam Pindari loco [a] addidici; cuius verba hîc appingere defeſſum iam ſcribendo piget. Præterea in Hellotiis ſacris feſtis Lampadodrimicis quæ ab Hellotide virgine dicta non Corinthi modò, verùm etiam Athenis peragebantur: fuiſſe quædam certamina, quibus ſiue Theſſalus, ſiue (quod Scoliaſti Pindarico placet) ipſe Xenophon eius filius vicerit, cui dicata Ode Pindarica XIII. Olympiorum ex eius Epodo II. intelligimus ſicut ex ode Pythicorum VIII. Æginetæ Ariſtomeni dicata ipſum domi, hoc eſt Æginæ quinquertio victorem extitiſſe, vbi [b] hoc inter cætera,

[a] *Olymp. Ode 9. ſtrop. 4. Odéque 13. ad extremum & ex Pythior. Ode 8. Ep. 4.*

[b] *Strophe 4. vide & de Teleſicrate Ode 9. Pythiorũ antiſtrop. 4. vbi de Megarenſi quoq; ipſius victoria.*

---- οἴκοι
τε προόδεν ἁρπαλέαν
δόσιν πενταέθλιον σὺν ἑορταῖς
ὑμαῖς ἐπάγαγες ἄναξ. --

Ipſis etiam Athenis ludos fuiſſe quoſpiam gymnicos Ioui ſacros, ex illo Pindaricorũ Nemæorum carmine [c] percipimus, Odes quam Timodemo Athenienſi pancratiaſtæ cecinit;

[c] *ad extremum Ode 2. Nemæo in fine epuod.*

ἑπτὰ δ' ἐν Νεμέᾳ· τὰ δ' οἴκοι
μάσσον' ἀριθμοῦ,
Διὸς ἀγῶνι. τὸν ὦ πολῖται
κωμάξατε Τιμοδήμῳ
σὺν εὐκλέϊ νόστῳ
ἁδυμελεῖ δ' ἐξάρχετε φωνᾷ.

Apud Eleuſinem denique pagum in terra Attica gymnicum fuiſſe certamen quod Eleuſiniũ diceretur, ſicuti quod Athenis ipſis vt Panathenaicum ita Theſæum ab ipſius (vt ſuperiùs [d] dictum eſt) inſtauratore Theſeo: fidem non improbabilem facit, mihi quidem, illud Agellij [e] quod in recenſenda Euripidis (quam attuli ſuperiùs) [f] hiſtoria ſubiecit: ac primò quidem in certamen per ambiguam ætatem receptus non eſt, pòſt Eleuſinio, & Theſæo certamine pugnauit & coronatus eſt. Itaque non dubito, quin à Theſeo Θησεῖα dicta ſint, quæ Agonaria, ſiue Agonalia Latinis, non (vti perperam legitur in Latinogræco gloſſario B. Germani quod Henric. Stephanus edidit) Θυσεῖα: & quin Theſæa & Eleuſinia cum Panathenæis eadem

[d] *lib. 1. cap. 16. lib. 2. cap. 8.*
[e] *cap. 20. lib. 15. Noctium Attic.*
[f] *cap. 9. ſupra.*



eadem fuerint. Sanè Ariſtides, cùm celeberrima iudicarentur Græciæ certamina; horum antiquiſsimum Panathenæum fuiſſe, aut potiùs Eleuſinium alicubi [a] tradit: hoc etiam aliquanto pòſt adiiciens, Myſteria cùm alia propter antiquitatem nonnulla neceſsitatis, quædam etiam celebritatis cauſa in honore ſint: omnibus vtique modis Eleuſinia præſtare: atque ſolis Græcorum Athenienſibus ferias nundináſve quotannis, aut potiùs conuentus nullis quinquennalibus deteriores celebrari, pluréſque in Eleuſinium ab ipſis, quàm à reliquis in oppidum totam recipi, omnibus etiam hanc ſolennitatem hominum turba ſuperare contendentibus. Ludos verò pleroſq; primæ notæ (aut, quod fortaſſe melius, primi, hoc eſt maximi & grauiſsimi ſumptus) plurimos ibi ſolummodò exhiberi: ἐνδοξότατοι πάντων (ait ille) οἱ κατὰ τὴν ἑλλάδα ἀγῶνες, καὶ μὴν τούτων πρεσβύτατος ὁ τῶν παναθηναίων· εἰ δὲ βούλει ὁ τῶν ἐλευσινίων, &c. Et, ἀλλὰ μὴν τῶν γε μυστηρίων τὰ μὲν ὡς ἀρχαῖα τετίμηται, τὰ δ' ὡς ἀναγκαῖα: τὰ δ' ὡς πλείστοις γνώριμα. πάσαις τοίνυν ταῖς ψήφοις προφέρει τὰ ἐλευσίνια· καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐχ ὑμῖν ὁ λόγος, μόνοι δὲ τῶν ἑλλήνων καθ' ἕκαστον ἔτος ποιεῖτε πανήγυριν οὐδεμιᾶς πεντετηρίδος φαυλοτέραν. καὶ δέχεσθε τῇ ἐλευσινίῳ πλείους ἢ ἕτεροι τῇ πάσῃ πόλει καὶ πάντες ἐρίζουσι καὶ τὴν παροῦσαν ἑορτὴν νικᾶν πολυανθρωπίᾳ, &c. καὶ μὴν ἀγῶνάς γε οὓς πρό τε τέλους μία δὴ πόλις αὕτη πλείστους ἁπάντων ἔτι νῦν ἄγει.

[a] *Panathenaico ſub finem in Latina à Cantero verſionis fol. 103. & 104. Exẽplaris Græci Florentini, fol. 21.*

Siue igitur gymnici, ſiue Muſici atque theatrales, ſiue Circenſes fuerint ludi Attici, ad eorum religionis exemplar ob proſperum Poppææ partum editi Romæ iuſſu imperatoris, ſicuti propter Criſpi atque Helenæ partum (vt in publica lætitia fieri ſolet) omnibus quoque Conſtantinus [b] princeps indulgenda crimina putauit: Caius Caligula longè anteà Druſillæ natalitiis pugiles, aut pancratiaſtas (vt ſuprà dixi) Lybicáſque beſtias quingentas, cùm totidem vrſis produxiſſe narratur à Dione [c], ac Circenſes dediſſe popularibus epulo, ſiue prandio, ſenatorib. eorúmque vxoribus congiario exceptis, ſed parcè ac tanquam exhauſtum, & magnopere ipſum egentem hæc omnia inſtruxiſſe, atque obiiſſe munera: ſuis etiam natalitiis quæ in Auguſtalis templi conſecrationem incurrerant, tum muſica tum alia omnis generis inducta ſpectacula: Sed & equorum Circenſium qui duobus diebus, priore quidem

[b] *lib. 1. Co. Theo. de indult. crimi. tit. 38. lib. 9.*

[c] *lib. 58.*

dem vicies, poſteriore etiam quater curſu contenderint: θέαι-
τε παντοδαπαὶ (ait) ἐγένοντο τά τε γὰρ τῆς μουσικῆς ἐχόμενα ἐσήχθη καὶ
ἵπποι δύο ἡμέραις ἠγωνίσαντο. τῇ μὲν προτέρᾳ εἰκοσάκις, τῇ δ' ὑστέ-
ρᾳ καὶ τετράκις: διὰ τὸ τὰ γενέθλια αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι. ἦν
γὰρ ἡ τελευταία τοῦ αὐγούστου. & aliquanto pòſt de honoribus Dru-
ſillæ defunctæ decretis, καὶ ἐν τοῖς γενεσίοις αὐτῆς ἑορτή τε ὁμοία
τοῖς μεγαλησίοις ἄγηται καὶ ἡ γερουσία ἥ τε ἱππὰς ἑστιᾶται: & poſteà
ἐπανελθὼν πρὸς τὰ τῆς δρουσίλλας γενέσια, & cæt. θέαν τῷ δήμῳ
προῖκα ἐπὶ δύο ἡμέρας ἀπένειμε καὶ αὐτῷ τῇ μὲν προτέρᾳ ἄρκτοι
πρὸς ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις πεντακόσιοι ἐσφάγησαν. τῇ δ' ἑτέρᾳ
λιβυκὰ θηρία ἴσα ἀνηλώθη καὶ παγκρατιασταὶ ἐν πολλοῖς ἅμα τό-
ποις ἠγωνίσαντο. καὶ ὁ δῆμος εἱστιάθη τοῖς τε βουλευταῖς ταῖς τε γυ-
ναιξὶν αὐτῶν δῶρα ἐδόθη ταῦτά τε ἅμα ὡς καὶ πάνυ πενόμενος
ἐφόνδε. Vbi omnino poſtremum (quod cùm ſit, hoc quidem
loco, ineptiſsimum, diu profectò me multúmque torſit) ver-
bum reiicio: & ipſius vicem, ἐφόδδε (quod eſt impendit) præ-
buit, ἐχορήγησε reponendum iudico. Cùm eſſet puer impera-
tori Claudio natus, ipſius natalitia ſponte prætores & ſpecta-
culi & cœnarum exhibitione celebraſſe, ille ipſe Dio eodem
libro retulit: ſic admodum ſcribens, τὰ δὲ δὴ γενέθλια, τὰ τοῦ υἱοῦ
αὐτοῦ οἱ στρατηγοὶ ἐθελονταὶ θέας τε τινὸς ποιήσει καὶ δείπνων ἑώρτασαν.
Auguſti etiam natalitia Iullum Antonij filium prætorem &
Circenſib. & beſtiariis ludis olim celebraſſe, atque in ipſo Ca-
pitolio & illum & Senatum ex huius decreto excepiſſe con-
uiuio, anteà [a] idem hiſtoricus in hæc verba ſcripſerat: τά τε γε-
νέθλια τοῦ αὐγούστου ὁ ἴουλλος ὁ τοῦ ἀντωνίου παῖς στρατηγῶν καὶ ἱπποδρο-
μίᾳ καὶ σφαγαῖς θηρίων ἑώρτασε καὶ ἐν τῷ καπιτωλίῳ καὶ ἐκεῖνον καὶ τὴν
βουλὴν κατὰ δόγμα αὐτῆς εἱστίασεν. Adrianum verò Cæſarem per
natales dies populo ſpectacula gratis diuiſiſſe feráſque iuſsiſſe
confodi, vt ſemel leones centum, & totidem leænæ concide-
rent [b], ille ipſe alibi memorat. Spartianus itē auctor eſt ipſum
decretos ſibi Circenſes ludos ſpreuiſſe, præter natalitios, &c.
Atque ob adoptionem Cæionij Commodi Veri, quē Ælium
Verum Cæſarem appellauit Circenſes ludos dediſſe, ſicuti
gladiatorios Nicomediæ ſuis itidem natalitiis dediſſe impe-
rat. Antoninum Caracallam, vti ne hoc etiam die abſtineret à
ſanguine, Dionis abbreuiator Xiphilinus [c] tradit: ſicuti Phi-
lippum Macedonem Cleopatræ filiæ cum Alexandro Epiro-
tarum

[a] *Dio lib.54.fol. 366.*

[b] *vide ipsū Dionem aut Xiphilinum eius abbreuiatorem in Adriani vita.*

[c] *in Antonino Caracalla, f.335.*



tarū Rege Nuptias vt ſacrificiis ſumptuoſis, ita & agonib. Mu-
ſicis apud Aegas Macedoniæ datis olim celebraſſe Diodo-
rus refert [a], quo loco inter cætera τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν
πρὸς τὴν πανήγυριν συρρεόντων καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμον συντελουμέ-
νων ἐν αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας, &c. Et verò (ad Romanos princi-
pes vt reuertar) Galerius Maximinus qui Diocletiano & Ma-
ximiano in Imperio cum aliis ſucceſsit, apud Cæſaream Pa-
læſtinæ ſuis natalitiis more anteriorum Regum atque Impe-
ratorum ad voluptatem populi varia & in iis noua quædam
aut peregrina certè beſtiarum ex India & Aethiopia vſq; ad-
uectarum itémque agoniſtarum ſpectacula edidit: quemad-
modum Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria [b] memorat: quo lo-
co, αὐτοῦ δὲ τοῦ τυράννου μαξιμίνου παρόντος, καὶ θέας τοῖς πλήθεσι φι-
λοτιμουμένου κατὰ τὴν λεγομένην αὐτοῦ γενέθλιον ἡμέραν, ἀπετελέσθη
τοιοῦτον. ἔθους τὸ πρὶν ὄντος ἐπὶ βασιλέων εἰ καὶ ἄλλοτε τὰς φιλοτί-
μους θέας πλείους τοῖς θεαταῖς ἐμπαρέχειν θυμηδίας (hîc additum
ἕνεκα reperio in eo libro, qui ex Daneſij clariſsimi viri Epiſco-
pi Vaurenſis religioſiſsimi bibliotheca dudum à me compa-
ratus fuit; neſcio an vllius manuſcripti codicis fide, cùm non
inelegāter ſuppleri ſoleat) καινῶν καὶ ξένων τάδε συνήθη παραλ-
λαττόντων τῶν θεαμάτων, ζώων ἔσθ' ὅπη τῶν ἐξ ἰνδίας ἢ αἰθιοπίας ἢ καὶ
ἄλλοθεν εἰσκομιζομένων ἢ καὶ ἀνδρῶν ἐν τέχνοις τισὶ σωμασκίαις
(hoc equidē ad gymnica eorúmve ſimilia certamina refero)
παραδόξους ψυχαγωγίας τοῖς ὁρῶσιν ἐνδεικνυμένων, πάντως που καὶ
τότε οἷα βασιλέως τὰς θέας παρέχοντος πλεῖόν τι καὶ παράδοξον
χρῆν ὑπάρξαι τῆς φιλοτιμίας. τί τοίνυν τοῦτο ἦν; μάρτυς τοῦ καθ' ἡμᾶς
δόγματος παρήγετο εἰς μέσον τῆς μόνης καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας
ὑπεραγωνιζόμενος.

Imperatoriis natalibus aut anniuerſariis imperij adepti ſo-
lemnibus diebus quinquennalibus, decennalibus, vicennali-
bus Circenſes alióſque ludos edi ſolitos libro Semeſtrium
primo [c] atque iſtius etiam tractatus libro itidē primo [d] cùm
Appianici cuiuſdam loci caſtigandi gratia de triumphalibus
ludis agerem, demonſtratum fuit: Quamobrem Chriſtianis
demum imperatoribus Gratiano, Valentiniano, ac Theodo-
ſio placuit [e] Dominico potiſsimùm die, qui ſeptimanæ totius
primus eſt, & ad natale, atque Epiphaniorum Chriſti, Paſchæ
etiam & quinquageſimæ ſiue pentecoſtes diebus in quos feſti-
uita

[a] *lib.16.biblioth. fol.557.*

[b] *in appēdice ad lib.8. fol.94.*

[c] *cap. 8.*

[d] *ad finem in c. 29. lib.1.*

[e] *l.2. & l.vl.C. Th. de ſpectacul. lib.15.tit.5. Voluptates, editionéſque populo celebratas ſimul coniunxit Innocent. apud Gratia.c.1. & cap.præterea, diſtin.51. Munerum vtiq; ac ludorum editiones intelligens vnde voluptas populo quari ſolet.*

uitatum illarum natalitiarum ſolemnitas incurreret, poſteà iſtam ludorum huiuſmodi voluptatem, per vniuerſas vrbes populis denegare: Secundùm quam conſtitutionē, hoc ipſum aliquot annis poſteà ſub Honorio & Theodoſio Impp. comprehenſum eccleſiaſticis ſynodi Carthaginenſis [a] canonibus fuit; quamuis longè anteà ipſis Apoſtolorũ canonibus pompæ omnes & in publicis cõuentib. ludicra exhiberi ab ethnicis ſolita, Chriſtianis omnibus fuiſſe interdicta conſtet ex iis, quæ ſub initium [b] huius Agoniſtici tertij ſcripſimus. De Valentiniano quidē principe D. Ambroſius [c], Ferebatur primò (inquit) ludis Circenſibus delectari, ſic iſtud abſterſit, vt ne ſolemnibus quidem principum natalibus, vel imperialis honoris gratia Circenſes putaret eſſe celebrandos &c. Vbi quod generaliter & in vniuerſum ſanctus ille vir dixit, nihilominus è conſtitutione quadam [d] eius imperatoris nomen præferente quæ in Cod. Theodoſiano extat ita explicādum vt monui modò, hæc verba manifeſtum faciunt: quæ quod ad ſuperiorum de ludis per ſolemnes natiuitatis principum vel imperij ſuſcepti dies exhibitis, illuſtrationem pertinent, & noſtram ſimul de illo Taciti loco ſententiam (vt puto) ſtabiliunt, atque confirmant; propterea proferre non grauabor: Nullus omnino iudicum (aiūt Gratian. Valenti. & Theodoſ.) aut theatralibus ludis, aut Circenſium certaminibus, aut ferarum curſibus, vacet, niſi illis tantùm diebus quibus vel in lucem editi, vel imperij ſumus ſceptra ſortiti, & addunt aliquantò pòſt, *Nullum ſolis diei ſpectaculum populo* (ſic lego pro ſpectaculo) *præbeant ne diuinam venerationem confecta ſolemnitate confundat.* Theodoſij poſteà & Valentiniani iunioris exemplo, Leo etiam atque Anthemius illa conſtitutione, quam vltimam ſub titulo de feriis Codici ſuo inſerendam Iuſtinianus curauit, hoc præcepêre, vt dominico die nihil ſibi vendicaret ſcena theatralis aut Circenſe certamen, aut ferarum lachrymoſa ſpectacula: etiam ſi in principis ortum aut natalem (hæc ad rem noſtram verba pertinent) celebranda ſolemnitas inciderit, ſed differendam eſſe cenſuerunt.

Nec tamen ideò Circenſium ſpectacula in poſterum ſublata

[a] *Canone 62. quo loco, κἀκεῖνο ἐπὶ μὲν δεῖ αἰτῆσαι ἵνα τὰ θεάτρα τῶν θεατρικῶν παιγνίων ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς φαιδραῖς ἡμέραις τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως κωλύωνται· καὶ μάλιστα ὅτι ἐν τῇ ὀκτάδι τῆς ἁγίας πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὸ ἱπποδρόμιον, ἤπερ εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνέρχονται, ὀφείλειν μετενεχθῆναι τὰς ὡρισμένας αὐτῶν ἡμέρας ὅτε ἀπαντήσῃ. καὶ μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν χριστιανῶν πρὸς τὰ θεάτρα ταῦτα ἀναγκάζεσθαι. Sic & ſexta ſynodo Conſtantinopoli. can. 66. fol. 402. tomo 3. Concil. A ſancta Chriſti Dei noſtri reſurrectionis die vſque ad nouum Dominicum tota ſeptimana in eccleſiis vacantes fideles iugiter oportet pſalmis & hymnis & ſpiritualibus canticis in Chriſto gaudentes feſtumque celebrantes, &c. Nequaquam ergo prædictis diebus, equorũ curſus vel aliquod publicum fiat ſpectaculum.*

[b] *ad extremum cap. 1.* [c] *in Oratione de ipſius obitu.* [d] *dicta leg. 2.*



lata penitus, exiſtimandum eſt: cùm vel ipſo Imperij principum cuiuſque initio celebrata inde intelligamus; quòd ex ipſorum ſcilicet exhibitione populus Iuſtiniano ſucceſsiſſe Iuſtinum agnouerit, quemadmodum Euagrius hiſtoriæ libro quinto [a] prodit: οὔτε τὴν ἀποβίωσιν Ἰουστινιανοῦ, οὔτε τὴν Ἰουστίνου (hoc enim addendum ex eiuſdem annotatione Daneſij V.C. admoneo; ſiue à manuſcripti codicis collatione, ſiue à coniectura eſt) ἀνάῤῥησιν τινὸς ἐγνωκότος πλὴν τῶν ἀμφ' αὐτὸν, μέχρις οὗ κατὰ τὴν ἱπποδρομίαν ἐφάνη τὰ νόμιμα τῆς βασιλείας δρῶν τε καὶ πάσχων. ὡς δ' οὖν ταῦτα γέγονε, μηδενὸς παντάπασι νεωτερισθέντος, ἐπανῄει μὲν κατὰ τὴν αὐλὴν &c. Quo ex loco ſic fortean accipiendum quod Zonaras in Iuſtini Thracis imperio [b] ad finem ſcribit; cùm eſſet ipſius è morbo decumbentis, ac parua ſpe vitæ reliqua laborantis manibus nepoti Iuſtiniano in Epiphanij patriarchæ magnatúmque conſpectu Imperatori deſignato corona impoſita: hoc habitu proceſsiſſe Iuſtinianum (à populo conſpiciendum, atque conſalutandum ſcilicet) ad Circēſium agonum locum; vbi ſpectaculis equorum, vt equidem coniicio, exhibitis de more, fauſtis acclamationibus exceptus à frequenti populo, indéque in Regiam reuerſus fuerit: qua de re hiſtorici non aſpernandi verba hæc ferè ſunt; καὶ βασιλέα τὸν ἀδελφιδοῦν Ἰουστινιανὸν ἀναδείκνυσιν αὐτὸς τῇ ἐκείνου κεφαλῇ περιθεὶς τὸ διάδημα· καὶ εἰς τὸ τῆς ἱππηλασίας θέατρον τοῦ δήμου τῆς πόλεως ἀθροισθέντος, ἔξεισι πρὸς αὐτοὺς ἐστεμμένος ὁ Ἰουστινιανός· καὶ παρὰ πάντων εὐφημηθεὶς ἐπανῆκεν εἰς τὰ βασίλεια. Atque ad Atticorum potiùs exemplum Circenſes ludos, quàm Romanorum aliorum qui magni dicti & Conſo ſacri, iam inde à Romulo aut Mineruæ, Nero ille apud Tacitum ad maiorem forſitan celebritatem dari voluit, quoniam pluribus ſpatiis Græci quàm Romani Circenſes peragebātur: id quod primo [c] huius tractatus libro illuſtrandi Horatiani Carminis oſtendimus. Multiplicatos quidem equorum miſſus ita vt curricula, & ſpatia corriperentur à ſeptenis ad quina, quò faciliùs centum miſſus peragerentur, vt à Domitiano poſteà (quemadmodum eo loci docuimus) ita & à Nerone aliiſque principibus Romanis, ſiue id religioni, ſeu voluptati, aut lætitiæ publicæ teſtimonio ac celebritati hoc darent, eum qui neſciat; in Græca, Latináque ipſorum hiſtoria, prorſus eſſe peregri

[a] *ſub initium.*
[b] *tomo 3. Annal. fol. 50.*
[c] *cap. 29.*

peregrinum oportuerit:præſertim cùm de Nerone [a] quidem Suetonius apertè,ac diſertis verbis : tanto ipſum & Circenſes ſpectandi & equos ipſos agitandi ſtudio flagraſſe tradat,vt ad omnes etiam minimos Circenſes ( eos fortaſſe hiſtoricus intelligit quos ſepteno ſpatio concludi ſermone ſuperiore docuimus ) ſeceſſu commearet &c. neque diſsimularet velle ſe palmarum numerum ampliare. Quare ſpectaculum (inquit, quod ad rem noſtram valde pertinere arbitror) multiplicatis miſsibus in ſerum protrahebatur:ne dominis quidem iam factionũ dignantibus, niſi ad totius diei curſum greges ducere.

*[a] in eius vita, cap.22.*

Cæterùm ſiue multiplicatis miſsibus, ſiue ſpatiorũ & curriculorum aucto ad inſtar Atticæ Circenſium religionis numero protrahebatur in extremam diei horam, agonum huiuſmodi voluptas:quo genere lætitiam ſuam munerarij, cum publica cõiunctam ſignificare prorſus exiſtimati,vt ſatis cauſæ Neroni fuiſſe videatur,quamobrem propter Poppææ partum, ad exemplar Atticæ religionis illius certamen edi præceperit. Superioribus accedat hoc quoque ad conſtituendam eius apud Tacitum loci dudum receptam lectionem ( ſi quid etiam opus eſt ) aduerſus Archimedeas oppugnatoris Lipſij machinas; quod Caium Caligulam aliquot annis ante Neronem Atticos ludos Syracuſis in Sicilia edidiſſe memorat Suetonius [b] quo loco tamẽ quibuſdam in libris excuſum, ſed perperam Haſticos non ignoro: & verò poſſe nõ minus rectè aut commodè Haſticos quàm cæſticos dici ludos non diffiteor,quorum à Troiano Antenore inſtitutorum Patauij Tacitus proximè ſequenti libro [c] mentionem facit. Illud profectò Lipſianum (Actiacæ regionis) breuitatem Tacito familiarem minimè(meo quidẽ palato)ſapit;qui potiùs,ad exemplar Actiaci(ſcilicet certaminis)ſcripturus fuerat:vt mittam quod non ſatis lepidè videtur enunciatum hoc, de certamine ad exemplar regionis, pro ad exemplar agonis in regione quapiã inſtituti aut celebrati:ſicut hic noſter ſuperiore libro [d] ludicrum quinquennale, à Nerone inſtitutum ad morem Græci certaminis non Græciæ Græcæve regionis dixerat. Denique aut nihil è recepta lectione immutãdum apud Tacitum; aut ſi cui tantopere diſplicebit Attica religio,is antiquam ſuaſore me religionem amplectatur;vel Achaicã profectò(quod

*[b] in Caio cap. 8.*

*[c] lib.16. annal.*

*[d] lib.14.annaliũ ex quo verba ſuperiùs protuli.*





perinde eſt ) ab Achaia ſcilicet illa, qua & item Aſia poſſeſſa Romæ quoque ludos curatiùs editos Tacitus ipſe noſter ibidem retulit:certè potiùs quàm ſine vlla religione in Actiacam illam regionem tam longè ab huius auctoris mente, vſitato ipſi loquendi modo, recepta etiam nec minus antiqua ſcriptura diſsitam,totóque velut orbe rationis diuiſam proficiſcendi,atque adeò exulandi neceſsitatem ſibi tam facilè imponi patiatur. Equidem cùm vetuſtæ ludorum ſacrorum gymnicorum ſcilicet muſicorúmque luſtralium agonum in antiqua celebratorum Græcia religionis,toties à me iſto tractatu trino repetitę animo ſubit recordatio;teneri vix poſſum,quin iſta mihi ob facilem, & nimis frequẽtem ab leuiuſcula immutatione mendam librariorum ſiue antiquariorum(qui contractè aut compendio ita ſcriptum à notariis aticæ pro anticæ, quod eſt antiquæ, quodam errore [a] :ob id quod interdum titulo, ſiue temone cuipiam literæ ſuperpoſito duplicationem eius,vt aſſolet in vetuſtis,literæ deſignarent, Atticæ reddiderunt)caſtigatio magnopere probetur, ac placeat;vt pro Atticæ, antiquæ reponatur:præſertim quod ludos illos Auſonius [b] antiquos(quemadmodum ſuperiùs admonui [c])nominauerit, ab antiquitate conſtitutionis ( vt cum Tertulliano [d] loquar)quod ab antiquo nimirũ ludi huiuſmodi, & in antiqua Græcia, ſiue Achaia religionis ergò fierent:Ad cuius exẽplar Capitolina Romæ certamina Ioui Feretrio Romulum in Tarpeio monte ( vnde Tarpeij & Capitolini ludi nuncupati) deinde Numam non Marti modò, ſed etiam Robigini olim inſtituiſſe,idem Tertullianus auctor eſt:Maximo quidem Ioui Circenſes olim Romæ celebratos;ipſo Religionis vocabulo vſurpato,Arnobius aduerſus gentes [e] memorat:quo loco, Scimus ludis quondam(ait)ipſis Circenſibus qui Ioui Maximo fierent &c. poſſe meliùs fieri ciuitati, ſi ludis ſua religio redderetur, & ex integro rurſus curioſa obſeruatione procederent. Addeſis hoc quoque, quod Religioni nullum neque aptius epitheton adhiberi poſsit, neque verò frequentiùs ab auctoribus claſsicis ſoleat : quàm iſtud Antiquæ, quod apud Tacitum reponimus. Ipſe adeò Plinius lib.15. natural. hiſtor. [f] Lucum antiqua religione Dianæ ſacratũ à Latio in ſuburbano Tuſculani agri fuiſſe ſcribit, velut arte tõſili coma fagei

*[a] cui ſimilis aut contrarius quidem,ſed ex eodẽ fonte ortus in l. vlt. C.Theod.de murilegulis. lib. 10.vbi ſcriptum, Blãtæ ſericæ, pro Blattæ ſericæ.*

*[b] elogiario vbi de luſtralib. agonibus.*

*[c] potiſſimum in ca.25. huius lib.*

*[d] in de ſpectaculis cap.2. de horũ ludorum origine plurima Strabo lib.16. geograph.*

*[e] lib.7.*

*[f] cap.vltimo.*

nemoris. Ante ipſum Virgilius [a] Antiqua ſub religione tueri populum, & Ouidius [b] Priſca religione ſacrum receſſum dixerant. λύτω δ' ὁ ἀγὼν ϗ ἔστω τέλος τοῦ λόγου τούτου [c].

*Totius operis agoniſtici concluſio.*

## Cap. xxx.

Hactenvs de ludis, ludorúmque locis, temporibus, præfectis, præmiis; denique de athletarum ſagina, patientia, probatione, legibúſque aliis gymnaſticis habui, quod præter contráve alios traderem: de quib. omnibus equidem vereor, vt eorum cuipiam, quos niſi ſua non delectant, aut quibus ieiuna potiùs breuitas, quàm verus & germanus qui aliquas argutias habeat Laconiſmus, familiaris eſt; in ſcribendo fuiſſe nimius, ideóque ludos etiam diutiùs feciſſe forſitan videar. Tametſi ad eos tranſlatitiũ propè nihil attuliſſe me, quódve iam ab alio quoquam (ita vt feci) exhibitum ſcirem; ſedulò, liquidóque aſſeuerare poſſum. Enimuerò ſemotis, aut meapte ſponte, aut vergẽte regni huius in lachrymabiles ruinas (niſi Deus optimus Max. ipſum ex illa cœleſti machina [d] reſpexerit) concidentis fato, priſtinis in Palatio Toloſano dicendi iuris occupationibus: dum ſe nonnulli malè feriati, eo potiùs qui βασιλίνδα [e], quàm qui ad Iudices olim dicebatur [f], ludo animum paſcunt & oblectant ſuum: ita nouum noſtris agonale ſpectaculum dare volui, vt torporis vitandi (dum procul negotiis in hoc ſeceſſu ſuburbano ſum) ac tædij leniendi gratia, nec vllo alio inuitatus præmio; partim χειρονομῶν ὡς ἐν σκιαμαχίᾳ, partim etiam ὡς ἐν ἁμίλλᾳ πολλῇ ἀνταγωνιζόμενος, in hoc literario ſcammate non inſtrenuè ac ſine puluere contenderem. In quo quidquid eſt quod eniſus ſum, elaboraui, effeci, Iacobe, fili anno Chriſti ſupra ſeſquimilleſimum nono & octuageſimo, Toloſæ noſtræ non minùs quàm aliis miſeræ Galliæ ciuitatib. primariis luctuoſo; totum hoc tibi iam donatum, ac dicatum (quod abſoluiſſe me

*[a] lib. 2. Æneid.*

*[b] lib. 10. Metamorph.*

*[c] imitatio Iulij Pollucis qui ab his ferè verbis lib. 3. Onomaſti. ſui in quo de ludis agitur claudẽdum atque abſoluendũ duxit: Nõnus verò inchoandum Dionyſiacôn ſuorum viceſimum: poſt ſaltationis certamen lib. 9. expoſitum atque celebratum.*

*[d] notũ illud prouerbiũ θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Vide Eraſmum chiliad. 1. centur. 1. prouerbior. 63. Deus ex improuiſo apparens, & Lambinum ad illud Horatij in arte, Nec Deus interſit. Ex Platone in Cratylo, Plutarch. in Lyſandro fol. 811. Luciano in Philopſeude, & in Seſtis Athenæo lib. 6. in principio & aliis. Vide Euſtathiũ ad 3. Iliad. fol. 426. & Philon. περὶ μοναρχίας fol. 557. Ariſtidem περὶ παραφθέγματος, f. 52. & Heliodorum aliquot locis.*

*[e] de ludo regni menſe Decembri ſortito ducti, videſis Lipſium noſtrum ad 13 annaliũ Taciti ex Arriano, Luciano & Polluce, quibus adde locum Herodiani ex lib. 7. pag. 157. ibi ὥσπερ ἐν παιδιαῖς παίζουσι βασιλείαν, & alterum Suetonij Nerone cap. 38. ibi quia ferebatur ducatus & imperia ludere niſi tamen quod aliis placere video locus iſte magis ludum ad iudices attingit. [f] de iſto primus ipſe attuli lib. 1. Semeſtr. cap. 6.*



mẽ arbitrabar) cùm expectarem, vt ſublata vel alleuata itinerum difficultate tutò poſſem excudendum vſpiam emittere: Intereà facere aliter non potui, quàm vt identidem in manus aſſumerem; multíſque (quas quotidiana penè obſeruatio, ex indefeſſa circa variam vetuſtorum auctorum lectionem elucubratione ſuggerebat) hoc verè Agoniſticon, vt tute ſcis, noſtrum eximiis teſtimoniorum adoreis, ſiue coronulis exornarem, atque cumulatius haud paulò redderem: tantò lubentiùs hoc quidẽ; quantò, ſi non pacatis prorſus atque tranquillis, at lenitis tamen vtcúnque vrbanis rebus, illum quem dixi anteà Æſymnetę, hoc eſt protagonothetæ aut protocritæ [a] in Argyranthinis ſiue Argyrophyllinis Palladiæ ab antiquo Toloſæ poëticis agonibus honorem [b], communis eorũ omnium conſenſus, quorum id iudicij ac muneris fuit [c], nuper præſenti mihi benigniùs ac prolixiùs ineunte Maio huius anni nonageſimi detulit. Quem (quantuluſcúnque iſte cuipiam eſſe videbitur) vt æmulorum quorumdam factione hactenus intercluſum apud me ipſe tacitus ridebã (adeò non ferebam ægrè, vel mirabar) ita nunc eundem cum aliquo non vulgaris ipſorum de me opinionis teſtimonio coniunctũ, nequaquàm reſpuendum, aut aſpernãdum eſſe duxi: quin potiùs Deo opt. maximo (cui omnia mea ſumma, infima, æquè debeo) accepto ferendum cenſui; ſanctiſsimo & integerrimo Agonothetæ, Regum Regi, qui vnus inſpector & iudex omnium certaminum iuſtus & verus eſt, ſi verè à Dionyſio [d] dictum, ὅτι τῷ ὄντι ἀγωνοθέτης πάντων ἀγώνων ὁ βασιλεύς, ὁ τὴν εἰρήνην πρυτανεύων: δι' ἣν ϗ τοὺς ἀγῶνας ἐπιτελεῖν οἷόν τε. Huius verò Dionyſij monitu, cùm panegyricæ omnis orationis propterea clauſulam & quaſi colophonem eſſe debere, laudem Regis illius, cuius cura, & ſolicitudine pax alma populis tribuitur, atque firmatur; ita vt agonum celebrationi vacare liceat; intelligamus [e]: Chriſto itidem Regi Regum; cui poteſtas omnis eſt) ob exhauſtos feliciter, ac vtiliter conſummatos, ipſo manum, animúmque dirigente atque opportunitatem nobis tribuente, incredibiles in iſtum Agoniſticum, & plus quàm athleticos labores; lucémque adeò plurimis claſsicorum auctorum locis, hactenus in magna hominum ignoratione verſatis, publico literarum bono per nos redditam: gloria omnis, quantum

*[a] Cancellarium vulgò nominari ſuperius hoc libro indicaui.*

*[b] de quibus actũ eſt à me ſup. hoc ipſo libro.*

*[c] qua de re hoc ipſo lib. Agoniſt. tertio cap. 18. & 20. diximus.*

*[d] Dionyſ. Halicarnaſ. ἐν τῇ τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρικῶν, fol. 34. lin. 14. edit. Frãcofur.*

*[e] vbi ſic ſcribit, ὁ δέ σοι τοῦ παντὸς λόγου οἱονεὶ κολοφὼν ἐπὶ τέλει τοῦ βασιλέως ἔπαινος.*

poteſt, gratiarúmq; actio ab vtroque noſtrum in æternū eſto.

--οὐκ ἀθεεὶ γὰρ ταῦτα διέρχομαι ὑγρὰ κέλευθα

(quod apud Theocritum Europa [a] cecinit)

--Χαλεπαὶ δ' ἐθ' ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδᾶν

Μουσάων, ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος:

vt iſtud eiuſdem poëtæ [b] verbum de Muſis, ad hæc noſtra ſcripta, quibus earum interpretibus poëtis opem non modicam tulimus, transferre liceat. Καθόλου γὰρ οὐδὲν οὐδαμοῦ οὐδ' ὠφέλιμον (ait Chryſoſtomus Dion. [c]) ὃ μὴ κατὰ γνώμην καὶ δύναμιν τῶν θεῶν ἀφικνεῖται πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἁπανταχῆ πάντων ἀγαθῶν αὐτοὶ κρατοῦσι, καὶ διανέμουσι δαψιλῶς τοῖς ἐθέλουσι δέχεσθαι. Atque hîc quidem ex vetuſto Hieronicarum more, quem ipſum iſto Agoniſtico [d] memoriæ dedimus, tecum, mi fili, tanquàm στεφανίτης quidam ᾄσω τὸ ἐπινίκιον. [e] Ἀμήν.

[a] *Eidyll. 19.*

[b] *Theocriti* ἐν χάρισιν εἰδύλ. 16.

[c] *in Orat. 32.* πρὸς ἀλεξανδρεῖς.

[d] *ſuperioris libri cap. 13.*

[e] *vide quæ ſcripſi cap. 13. lib. 2.*

FINIS.

# INDEX
# RERVM ET VERBORVM
## In hoc opere memorabilium.

A

ABſtinentia athletarum. 436.448
Abſtinentia athletarū à rebus Venereis. 448
de Acclamationibus in gymnicis. 272.396.397.407
Achaia verè antiqua Græcia. 637. & eius elogium ex Plinio.
Achaicus currus apud Horatium quid ſit. 638
Acies ſcholarum in choro. 242.244
Ἀκονιτὶ viciſſe qui dicerentur. 619. Vide Ἀπονητί.
Acrocheiriſtæ qui dicti ſint. 54. in margine.
Actum agere præpoſterus labor. 1
Adagium apud Platonem & Plutarchum expoſitū. 580
Adriana certamina quæ dicta ſint. 647
Aedificare robur corporis. 449. & animum, ibid. in margin.
Aelianus caſtigatus. 380
Aeliani de Oricadmo locus. 480
Aemilius Probus obiter emēdatus. 323
Aemuli nomen. 516
Aeſchines obiter caſtigat⁹. 191
Aeſchylus victus à Sophocle. 174
in Aeſtu tolerando patientia athletarum. 468
τὸ Ἀέθλιον apud Homerū exponitur. 591
Aetas ambigua 492
Aetolus Oxylas primus Olympicorum ludorum iudex 128. in marg.
Ageſidamus Locrus cōmendatus à pulchritudine. 90
Ageſilai ſcitum dictum 6. in marg.
Agitatores equorū apud Olympiam coronatos. 123
Agoniſtici operis argumentum. 2
Agones diis ſacri. 9
Agones ſacri quibus diis dicati. 24
Agones ſacri nō omnes vbique ab autoribus enumerati. 25.29
Agonum alij graues, alij leues. 191
Agones quatuor celebres. 302
de Agonum curatoribus. 126
Agonis genera proponi ſolita. 555
Agoniſtæ ordine à præcone citati. 559
Agonum quiſque quo tempore apud Olympiam inductus. 204
ab Agonibus excluſus, qui ad diem dictam non adfuiſſet. 584
Agones poëtici apud Toloſam & corū præmia. 190. 559.595
Agonothetarum ornatus, purpura & ſceptrum. 128
Agonothetas eoſdē eſſe cum athlothetis. 123.124
Ἀγωνίσασθαι καλῶς qui dicerentur. 515
Ἄγχειν luctatorum vox propria. 58
Agrigentina regio equorum. 383
Αἵματος ἄχρι. 45.51.283
Αἰσυμνῆται moderatores ludorum dicti. 127
Album agoniſtarū apud Olympiam. 558
Alcibiadis victoria apud Olympiam curuli certamine. 15.606
Alcibiadis magnificētia 170. ad margin. 311.605.606
Alcibiades tibia canere refugit. 21
Alcibiades amatus à multis. 665. ad marg.
Alcibiades victor multos cōuiuio excepit. 311
Alcmeon bigis equeſtribus primus ex Athenienſibus vicit. 15
Aleipræ & gymnaſtæ qui dicti fuerint. 232
Ἀλείφειν, pro παρακελεύεσθαι. 403.404.405
Alexander Macedo pancratium abominatus. 55

Alexander magnus ſuperatis Lacedæmoniis Athenienſes conuiuio excipit. 315
Alexander Neapolitanus carpitur. 48
Alexandriæ eruditum fuiſſe quid valuerit. 667
Alexandri nummi quomodo ſignati. 172
Alexandrinum gymnaſiũ. 651
Alium poſcere. 607
Ἄλμυτ⊛ vocabulo quę exercitia comprehenſa. 25
Alpheni I. C. de ſphæromachia locus illuſtratus. 31
de Alti Olympiæ luco. 143. 292. & 319.
Alytarchæ nominis notatio inueſtigata. 126
de Ama, quale inſtrumentum fuerit. 255
Ambroſij locus de pancratiaſtis. 54
Ambroſij locus emendatus. 209
Ἄμμα. 85. 97. 138
Amor Mercurio & Herculi adiunctus. 112
Amphictyones qui fuerint. 632
Αμφώτιδες. 65. 422
de Amuranto tubicine. 294
Amyotus laudatur. 601. carpitur. 602
Amyoti verſio loci cuiuſdam apud Plutarchum carpitur. 253
Αναγράψαι vox explicatur. 629
Ανάθημα athletarum ex voto. 299
Ανακλινοπάλη. 57
Ανάπαλη, 76. vnde ἐπαναπαλαῖσαι. 325
Ανάπαυσις in curſura quid fuerit. 416
Αναπίπτειν, animo concidere. 49
Αναρρήσεως vocabulum excutitur. 283. vide & 466
Androclida Lacedæmonij ſcitum dictum 6. in marg.
Angelum cum Iacobo luctatum, fuiſſe Chriſtum. 233. 234
Anima pro carne aut corpore, 542. & ad marg.
de Animis ſanctorum in inferis ante Chriſti aduentum. 506. 508
Anni Argis à ſacerdotib. fœminis deſignati. 629
Annona tribui ſolita Olympionicis ab Athenienſibus. 307
Annonæ vocabulum vnde. 302
Annonæ in Prytaneo. 304
Annonaria commoda, ſiue obſonia. 302
de Annonariis hieronicarum ſumptibus. 307
Antæus cum Hercule luctatus, portentoſis prodigiis vſus, & ab Hercule ſuperatus. 84. 85
Ανζωνίζειν pugilũ proprium. Vide Ι'ζειν. 66. 76
Antigonus athletas magnis præmiis inuitat. 7. in marg.
Antinoium gymnaſium Antinoi memoriæ. 650
Antinoiæ coronæ. 650
Antiochi Regis conuiuia ludis apud Daphnen editis. 313
Antiochi Epiphanis editio ludorum. 553
Antiochus pro Epiphane dictus Epimanes. 661
Antonius ludos exhibuit gymnicos. 188
Αντώλιδες. 65
Απαγόρευσις, & ἀπαγορεύειν, quid ſit. 44. in marg. & 47
Απάλαιστροι motus qui. 634
Απαυδᾶν exponitur quid ſit. 44. 47
Απειπεῖν quid ſit. 48
Aphrodiſiũ & Scholaſterium cum bibliotheca in naui hieronis. 657
Α'φλῶ quid dixerint olim. 618
Apio in Iſthmio donati victores. 346
Apium viride Nemæis pro præmio tributum. 346
Αποβάται qui. 171
Απογινώσκειν quid ſit. 44. in marg.
Απογράψαι, à quo diuerſum ἀναγράψαι. 555. ad marg.
Apollinis ſignum in gymnaſiis. 118
Apollinis ſignum apud Delphos cum cithara expreſſum. 165
Apollini varia ſacra à variis facta. 118
Apollini dicati ludi apud Alexandriam. 166
Apollo Enagonius, vt Mercurius. 118
Apollonij locus de pugilatu certantibus. 52
Αποθεραπεία athletarum. 549. 550
Απονητὶ & ἀκονιτὶ auferre premium, quid ſit. 59. 605
Appiani locus emendatur. 184
in Aquam impellendi mos in exercitationibus. 69. in marg.
de Ara apud Altim Olympiæ lucum, ad quam decertabant tubicines præconéſque. 292
Arcadij & Honorij conſtitutio de ludis ſublata ſuperſtitione vetere. 121
Archemorus, cui ſacra nemæa. 109 347
Α'ρχοντες qui apud Græcos dicti. 631. ad marg.
Arcus certamen. 160
Arenoſum ſtadium 67
Argos celebratũ, & quomodo. 349
Arietaſſe athletæ quomodo dicantur. 266
Arionis citharœdica veſtis. 352.
Ariſtides obiter emendatus. 322
Ariſtidis locus expoſitus. 554. 555
Ariſtonico Caryſtio ſphæriſtæ ſtatua erecta. 318
Ariſtoteles de gymnicis agonibus libros edidit. 429
Ariſtoteles impuberes à grauioribus exercitationibus arcebat. 493
Ariſtotelis locus de virga iudicum. 139
Ariſtotelis locus quidam ex problem. explicatur. 626
Ariſtotelis locus de pædotribis, qui nulli apud Laconas fuerunt. 102
Ariſtotel. locus expoſitus. 564
Ariſtote

Ariſtotelici loci cuiuſdam lectio in dubium vocata. 81
Arrachionis, ſeu Arrichionis pugna. 47. 48. 153
Arrachion poſt mortem coronatus. 479
Arriani locus explicatus. 132
Ars & ſolertia in athletis vtilis & neceſſaria. 104
Ars virtutis à Prudentio dicitur. 103
Artificum nomen. 7
Aſcetæ olim qui dicerentur. 576
Α'σκησις athletica & monachica. 377. & ad marg.
Aſiarchæ & Syriarchæ. 127
Aſtus nomine dictam artem palæſtricam. 85
Athenæi locus emendatus. 309. 308
Athenæi locus emendatus & expoſitus. 658
Athenæi interpres recentior carpitur. 308
Athenienſes quando cœperint à tibiis abſtinere. 21
Athenienſes lenociniũ exercere ſoliti. 657
Athenienſium gymnaſia & palæſtræ. 118. in marg.
Αθλητὴς quaſi ἄτλι⊛. 440
Ατληταὶ ἀπὸ τῶ ἀέτλων. 440
Athletam vnum variis agonibus eodem die decertare potuiſſe, vt vinceret. 600
Athletæ nominis expoſitio, quàm latè pateat. 7
Athletæ carnales. 458
Athletæ iudiciorũ aduocati. 527
Athletæ, pueri, cultores ac imitatores Herculis. 110
Athletæ nudi in ſtadio decertarunt. 480. 418. 219
Athletæ contra morem agoniſticum peccãtes mulctis & verberibus coërciti. 135
Athletæ quomodo tertia cõmiſſione victoriam conſecuti. 175
Athletæ Chriſtiani perpetiẽdo vincunt. 436
Athletæ altiles homines. 445
Athletæ liberi, bonæque exiſtimationis. 483
Athletæ perfecti qui. 494
Athletæ quo anno deſierint artem. 523
Athletæ interdum ciuilibus verberibus coërciti. 565
Athletæ inter ſe decertantes ſi cædem admiſerint, non ſunt eius rei. 478
Athletarum nomine in Reſcripto qui non cõtineantur. 122
Athletarum ſortitio. 154. 155
Athletarum melior conditio qui poſtremo loco contenderent. 153
de Athletarum obeſitate. 253
de Athletarum gloria. 281
Athletarũ renuntiationi coniuncta præclarorum virorum laudatio. 284. 285
Athletarum ex voto ἀναθήματα. 290
Athletarum ſuſpiria & gemitus. 374
de Athletarũ dormitatione, & ex ea periculo 437. & ad marg. De voracitate. 437. 445
de Athletarum abſtinentia 448
de Athletarum laboribus & patientia. 463. 464. 467
Athletarum decertaturorum nomina propoſita in albo. 297
Athletarum ſaginatio. 443. 444
Athletarum perpeſſio ictuum periculoſorum. 478
Athletarum exercitatio in proagonibus. 477. 478
Athletarũ probatio. 517. 525. 526. 561. & in ea circumductio accuſatióque. 524
de Athletarum probatione Pauli locus. 530
Athletarum præſtantium nomina. 615
Athletarum preces, Vide Preces.
Athletis ſalarium publicum quomodo permiſſum. 8. in marg.
Athletas velut arietantes ſe commiſiſſe in lucta. 258
ad Athletas, cùm probarentur, hellanodicarũ admonitio. 526
inter Athletas qui non recepti. 562
Athletas etiam coronatos qui non decertaſſent. 580
Athleticæ finis, rei militari ſubſeruire. 3
Athleticam omnem deturbat Galenus. 4. 5
Athleticam Plato in ſua Repub. tuetur. 5
Athletica ab Imperatoribus Romanis retenta. 6
Athletica victoria à ſpectatoribus in theatro acclamantibus celebrata. 407
de Athletica ciborum lege. 437
inter Athleticã & militarem magna ſimilitudo. 472
Athletica vitæ ratio illiberalis. 564
Athlothetæ vbi ſedere ſoliti. 369
Athlothetas & agonothetas eſſe eoſdem. 123
Auguſtales ludi qui dicti ſint. 647
Auguſtini locus aduerſus ſpectacula inuecti. 133
Auguſtini locus de clamore populi in ſpectaculis. 391
Aulus nocturnus fur. 115
de Aura Phidolæ equa. 321. 379. 419
Auſonij de Agonib. verſus. 24
Autolycus hieronicæ cœna exceptus. 307. & ad marg.
Autolycus puer victor. 491

B

BAculi nomine apud Suetonium quid ſignificetur. 151
τὰ Βαῖα. 362. 363
Balbis quid fuerit. 249. 250. 409. 417
Balnea publica gymnaſiis antiquitus adiuncta. 118. in margine.
Baptiſmus Chriſtianorũ veluti vnctio. 234
Bato gymnaſiarchus corona donatus. 147
Beliſticha curru equeſtri victrix renuntiata. 172
Bellarmini laus 506. in marg.
Beneficium

Beneficium idem ac priuilegium. 301
Bidellus ſeu viator Floralium ludorum apud Toloſates. 140
Biga quando addita Olympicis agonibus. 607
Billius Prunæus carpitur. 276. 405. 491
Bomonicæ apud Lacedæmonios qui dicti. 573
Brabeutæ cum agonothetis iidem fuiſſe videntur. 123. 149
Βραβευταὶ qui fuerint. 123
Βραβεῖς qui apud Sophoclem. 149
Britones πτερνίζειν periti. 58
de Buccinatore hieronica. 294
Bucephalo equo habitus honos poſt mortem. 383
Budæi ſententia de palæſtra excutitur. 546.547

C

CAdere. 63
Cadeſim qui dicantur in lib. Regum. 662
de Caduceo Mercurij, fabula. 129
Cælibes ſoli gymnicis ludis à Lycurgo prohibiti. 50
Cælius Aurelianus emendatus. 248
Cæſtibus pugilum fuit inferre vulnera. 55
Cæſtuum & meilicharũ differentia ex Pauſania. 55
Cæſtus in pugilatu ſubditos ſortitioni 24. in marg.
de Caio Caligula. 396. in mar.
Calculus albus. 267.412
Callicratidis ſcitũ dictum. 6
Callinicus Hercules, & modus tibiæ & ſaltatio. 338
Callippus Athenienſis multctam pependit apud Olympiam. 143
Καλλίςυ nomen exponitur. 88
Caluini verſio carpitur. 498. ad marg.
Camerarius notatus. 354.355
Campagi. 427
Καμπτήρ. 409.410.417
Κανὼν, regula & ſcopus. 249. 250
Canonem, ſeu menſuram, de ſaltu dictum. 213.250
Canterus notatur. 562
Cantorum veſtis ſplendida. 352
Cantorũ ſchola. 243. & deinc.
Caper Pythagoræ filius bis eodem die victor. 600
Καπέτυ etymon. 209
Capitolini ludi triplices. 13
Carceres ſtadij. 210
Carmen vetuſtum emendatum. 294
de Carne domanda. 540.541
Caro pro anima. 543. ad mar.
Carthagini gymnicos agonas conceſſos. 653
Caryſtius ſphæriſta ciuitate ab Athenienſib. donatus. 34
Caſſiani icon. 325
de Caſtigatione corporis, 540. & ad marg. & 541. & deinceps.
de Caſtitate athletarum. 458
Καταβάλλειν quid fuerit in lucta. 59.61.176
ex vocis Καταβάλλειν ambigua ſignificatione elegantia. 63
Καθαιρέτλειν luctatorum proprium. 59
Καθαιρέτλειν de luctatorib. dictum. 209
Καταπονδύη. 203.425.514.522
Καταςρέφειν vox luctatorũ propria. 58
Catonis Vticenſis ingreſſus in vrbem Antiochiæ. 142
Cauea pars amphitheatri qua ferę includebantur. 268. ad marg.
Cauea quid fuerit. 208
Cauponarũ apud veteres atque ganearũ infames loci, & cum lupanaribus coniuncti. 656
Cedere. 48.49
Κεράμειον. 312
Cereris ſacerdotis in agonũ ſacrorũ ſpectaculo locus. 128
Κερητίζειν quid. 34
de Ceromate. 229
Ceromate non inunctos curſores. 229
Certamina Hellotiis ſacris.
Certamen detrectantem, aut fugientem, pro victo habitum. 585
in Certamine non eſſe iniuriam, ex Vlpiano. 33
Ceſsio victoriæ ſpontanea. 382
Κηδεμόνες qui dicti. 150
Κῆπος tonſionis ſpecies. 261
Κήρυξ tubicen. 194
Κηρύσσειν quid apud Chriſtianos ſignificet. 536
Κηρύσσειν tranſitiuè poſitũ. 536. in textu & marg.
Χειρονομία. 92.416
Χῖυ κεράμειον. 312
Choragi ludorũ Muſicorum ſiue ſcenicorũ ſortitò ducti coronari ſoliti. 173
Choragis quæ data præmia. 173
Choragi ſuis ſumptibus ſpectacula edentes coronis honorabantur. 13
de Chriſtianis athletis locus Ambroſij. 234
Chriſtiani agoni pugilatus mancipati. 519
Chriſti diuinitas inſeparabilis ab eius corpore & anima. 508. ad marg.
Chriſtus epiſtata & ἀλείπτης. 231. 233
Chriſtus verus athleta. 479
Chryſanthina certamina quę dicta ſint. 648
Chryſoſtom. caſtigatus. 401. 449. 609
Chryſoſtomi locus de inuncta veſte athletarum. 215
Chryſoſtomi locus quidam excutitur. 124
Chryſoſtomi locus explicatur. 372
Chryſoſtomi locus de lucta & colluctatione ad diabolum. 62
Chryſoſtomi locus de luctatoribus. 57
Chryſoſtomi μνημονικὸν ἁμάρτημα. 338
Chryſippi plagia. 430. & ad marg.
Cilicium & ſaccus differunt, 542. ad marginem.
de Cimone. 601
Cimonis equarũ ſtatuæ iconicæ. 386


Cingulum




Cingulum. 216
Circenſes Græci plurib. ſpaciis quàm Romani peragebantur. 679
Circenſium & aliorum ſub Imperatorib. exhibita ſpectacula. 389. & oppida in quibus data. ibid.
Circumductio per arenã. 560
Circum & ſtadiũ idem fuiſſe videri, & quid. 207
de Citatione athletarum. 435
Citharœdi in theatro decertarunt. 166
Citharœdorum in certamine ſplendida veſtis. 352
de Clemente Byzantino. 633
Clementis locus de αὐτωτίδων voce. 65
Clementiæ Iſauræ liberalitas 597. & eidẽ dicata ſtatua 597. Epitaphium. 598
Cleomedes Aſtypalæus victoriæ prǫmio mulctatus. 482
Cleoſthenis ſtatua cum curribus & equis. 321
de Clericis ad ordines Eccleſiaſticos promouẽdis. 569. 570
de Clericorum probatione. 668
Κλινοπάλη. 655
Cliſthenes Olympionica, qui Sicyonius tyrannus. 355
Clitomachus pancratio ſuperatus inter pugiles decertat. 55
Clitomachi ſtatua. 325
Clypei curſorum 349.422. in marg. & 423
Cœleſtis nomen athletis attributum ab Horatio. 298
Cœna exhiberi ſolita victoribus. 307
Cœna exhibita ob Muſicorũ agonum victoriam. 309
Cœna viatica dari ſolita. 310
Cœna victorialis in ædibus Agathonis. 310
Coliphia quæ ſint vocata. 448
Colludentes inter ſe & non ſeriò agentes athletę coërciti. 567
Colluſio inter agoniſtas coërcita. 133
Commendatitiæ agoniſtarũ literæ poſt certamen demum reſignatæ. 623
Commentarij vetuſti Occitanici verba. 288. 141. in marg. & 579. & 596. 597. 599. in marg. & 607. 623
Concordatum 667. ad marg.
Cõfeſſio ſola in pugilum pugna victum prodebat. 51
Confirmatio. Vide, Vnctio.
Κονίζειν vox luctatorum propria. 58
Conſtãtius reprehenſus quod pugiles ſpectãdi eſſet auidior. 40
Cõſummare idem quod perficere. 496
Cõſummatio patriarcharum & martyrum, 499. 502. 503. 504. & deinceps variis locis ronfirmata.
Cõſummatus gladiator. 496
de Continentia ſeruanda. 458
Conuiuiis priuatis excipi ſoliti hieronicæ. 307
de Corace ac altero Lichi auriga victoribus coronatis. 123
Cornea certamina quæ dicta ſint. 34
Corœbus Eleus coquus Olympionices. 528
Corœbus Eleus curſu victor. 204. 343
Coronarij agones qui & cur vocati. 264
Coronarij agones qui ςεφανῖται. 300
Coronas non fuiſſe niſi vincentium. 608
Coronas ex loco eminentiore appenſas victores ſumpſiſſe. 367
Corona in agonothetarum ornatu. 131
Coronæ Olympicæ aureæ olim in mẽſis propoſitæ. 334
Coronæ Olympicæ olim ex oleaſtro. 334
Coronæ, quibus datæ apud Olympiam. 14
Coronæ ſcenicæ. 11
Coronæ ſponſorum & amantium. 458. ad marg.
Corona ſub Ioue data quid. 370
Corona ſublata pueris quinquertio certantibus. 493
Coronæ variæ Pythiis agonibus datæ. 356
Corona vnde dicatur. 7
Coronæ pro victoriis. 373
Corona victori à prǫcone imponi ſolita. 370
Coronatus etiam non victor ſi leges omnes obſeruaſſet. 610
Coronati etiam poſt mortem. 620
Coronati interdum qui fraude victi fuiſſent. 585
Coronatæ hieronicarum patriæ. 4
Corycæum quid fuerit. 34
περὶ Κείυ. 60
Cotis nomẽ apud Pindarum & alios. 240
Coturnicibus pugnatricibus extructos tumulos. 383
Critę ſiue iudices ludorũ ſorte ducti. 174
Cruquius Horatij ſcholiaſtes carpitur. 114
Cuiacij commendatio. 2
Curſores etiam inungi ſolitos. 222
Curſoribus inter gymnicos agones honos maior habitus. 205
Curſores omnium agoniſtarum primi citati. 192
Curſores in ſtadio arena iniecta exerceri ſolitos. 231
Curſores à carceribus interdum diuerſis partibus miſſi, ad eoſdem athlothetas contendebant. 416
vbi Curſores curſuram deſinerent, ibi ſaltatores exerceri ſolitos. 417
Curſores non nudos, ſed galero aut petaſo caput opertum habuiſſe. 420
Curſores non ſemper nudos decertaſſe, ſed interdum & armatos. 160. 349. 420. 421. & deinceps.
Curſorum ocreæ & calceamenta. 350. 423
Curſores primos ex athletis vocatos. 560
in Curſura quæ obſeruanda. 415. 416
in Curſura proditorium habitum,




bitum,

bitum, à tergo perſequi vt lædas aduerſarium. 483
Curſus exercitationē rei bellicæ inutilem Diogenes dixit. 5
Curſus ante Solis exortum, aliique leuiores ante meridiem agones commiſſi. 192
Curſus præmia quando primùm propoſita. 204
Curſus agon antiquiſſimus. 343
Curſus certamina trifariam diſtributa. 488
in Curuli certamine ars. 100
Curulis agonis inſtaurator apud Olympiam. 164
Curules ludi quo tempore finiti apud Græcos & Romanos. 179
Curulibus ludis abſentes coronatos, & fœminas apud Olympiam. 170.171
Curulem fuiſſe Pythicū agonem Oreſtis temporibus. 354
Curules ludi à principib. dati populo. 672.673.674
Cymbia & cymba quæ inſtrumenta fuerint. 256
Cyniſca Archidami filia prima Olympionica. 171
Cynoſarges gymnaſiū Athenis. 111
Cypellum vaſis genus. 257
Cypriani locus de pugilibus emendatus. 39
Cypriani locus de ludorum religione. 9.10
Cypriani locus, In viribus, expenditur. 81
de Cypriani verbis ad agones pertinentibus. 16
apud Cyrrhæos agon Pythicus Apollini exhibitus. 356

D

Ακτυλοδεικνεῖν. 274
Dalecampius reprehenditur. 313
Damaſceni locus excutitur. 405. ad marg.
Damonicus ab Hellanodicis mulctatus. 143. ad marg.
Deductio honorifica hieronicæ coronati. 274.298
Defunctorum commemoratio in ſacris officiis vnde originem habuerit. 296
Delos inſula: vnde feſta Delia. 641
ſub Dei nomine Mercurius. 113.114.115
Democritus philoſophus pētathlus nuncupatus. 195
Demyli paterna adhortatio. 393
de Deſcenſu Chriſti ad Inferos. 509
Deſignatores. 123
de Deſignatoribus & agonothetis. 148
Deſultores qui. 171. in marg.
Δευτερεῖα. 593
Διακοσμῶν apud Plutarchum quis. 573.574
Διαμαστίγωσις quid dicatur. 142
Dianæ Orthiæ ara. 574
Διαπαρατελέσθαι. 522
Δίαυλος. 419
Δικαίως & δοκίμως affligi quomodo differant. 534
Dij Attici. 671.672
Diodori locus explicatus. 132
Diodori Siculi locus emendatus. 199
Dio Chryſoſtomus obiter caſtigatus. 91.398
Dionis Chryſoſtomi locus de pammachis. 64.65.
Dionis loci duo, quorū vnus caſtigatur. 122
Dionis vtriuſque loci explicati. 131
Dionis Chryſoſtomi locus de Nerone expoſitus. 292
Dionis locus de Circenſibus emendatus & illuſtratus. 388
Dionis locus emendatus. 676
Dionis Chryſoſtomi locus emendatus. 466
Dionyſius Halicarnaſſeus. 3
Dionyſij Halicarnaſ. locus, è quo tria mēda ſublata. 375
Dionyſij Halicarnaſſei locus de exhortationibus ad antagoniſtas. 402
Diotimus optimus gymnaſtes. 106
Dioxippus citra pulueris iactum victor. 614
Διώκειν & λείπεσθαι cōtraria. 584
τῶν Διπτύχων nomine acta publica ſignificari. 659
Δίπτυχα 659
de Diſco. 26. in marg.
Diſcus inter agonas aliquando recenſetur. 26
de Diſci ludo. 211
Diſcum eundem antagoniſtas iactauiſſe. 212
de Diſci ludo quis pro victore habitus. 212
Diſcus amentum habuit. 225 & in marg.
ad Diſcum prouocare quid ſignificarit. 146.366
Diſcus Iphiti Olympiacus Lycurgi nomine inſcriptus. 364
Diſco feriæ Olympicæ prænuntiatæ. 365
ars Diſcobolorum. 87
de Diſcobolis quæſitum, an nudi certarint. 222
Diſcoboli tunicati. 226
Diſcobolos nequaquā inunctos. 224.225
Diſcobolos aperto capite decertaſſe. 663
Δοκιμασία, probatio athletica. 532.533
Δόκιμος & ἀδόκιμος apud D. Paulum & Iacobum. 532. 533.534
Δόλιχον quid varij dixerint. 180
Dolichus curſus in exercitiis leuioribus numeratur, & de eo quæritur. 204
de Dolichodromo, ſcholiaſtes Ariſtophanis notatus. 179
Dolichodromi qui. 430. & ad marg.
Dolum ac proditionem inter agoniſtas in reprehenſione poſita. 585
Dominico die, & aliis feſtis ſublata ſpectacula. 677
Doricus victor plurimis vicibus. 614
Δόρπα λύσις, ex Pindaro. 305
Δόσις quid ſit apud Clementem. 265
Δῶρα nomine coronas comprehenſas. 266





Dotis appellatione quid Tertullian. ſignificauerit. 266
Δρόμος locus in quo ſe exercebant. 50
de Dromo quid fuerit. 36
Io. Druſius carpitur. 511
Duellum olim apud Gallos receptum. 580. conciliaribus decretis prohibitum. 442
Duratio & patientia ex virtute. 91

E

EDitio nominis vt agoniſtarum, ita inūctorum in baptiſmo fidelium. 555
Ἔγκελσις athletarum. 145
Εἰσεκήρυξαν quid ſignificet. 149
Ἐκεχειρίας vocabulum exponitur. 365
Ἔκκελσις athletarum. 532.561
Ἐκτραχήλισις. 32.61
Elei quomodo dicti principes Olympici conuentus. 626
Eleuſinium gymnicum certamen. 674
Empedoclis agrigentini victoris munificentia. 311
Ἐναγώνιοι dij. 111.119
Encomia & cantilenæ honoris ergo prolatæ. 375
Ἐνδρομίδες quid fuerint. 427
Ἐνθύελα. 18
Epaminondas fidibus pręclarè ceciniſſe dicitur. 16.17
Ἐπανακαπαλαῖσαι, ab ἀνακάπαλη. 76.325
Ephebia, idem quod proſtibulum. 661.662.664
Ephebiam adiunctam gymnaſio. 655.661
Ephebi proſtituti pueri. 662
Ἔφεδρος quis dictus. 156
Epheſiæ literæ. 587
Ἐφιστᾶσαι apud Pollucem expenſum. 149
Ἐφίησιν apud Dionyſiū quid ſit. 149
Epheſus inſignis Dianę fano. 640
Ἐπινίκιον ᾄδειν quid ſit. 287
Ἐπινίκια emendatū apud Appianum quid ſint. 283
Ἐπινίκια ἑστιᾶσθαι quid ſignificet. 307
Ἐπινικίων nomen. 273
Epiſcoporum inaugurandorum circumductio. 524
Epiſtata quis dicatur Philoni. 241
de Epiſtata, gymnaſta, pædotriba, &c. inter ſe differentiis. 231
Epiſtatæ qui dicti. 149
Epulum datum militibus ab Imperatorbus Romanis victoribus. 313
Epulum in agonibus poëticis apud Toloſates. 597
Equæ Auræ dicata effigies. 321
Equarū Cimonis ſtatuæ iconicę. 386
Equi quo ætatis anno deputati circo. 387
Equi palmati qui dicti ſint. 387
Equi ἀθλοφόροι. 377.379
Equi agoniſta ſtatuarum honore donati. 385
Equi Circenſes albatæ factionis ſub Claudio. 379
Equis Circenſibus debilibus attributa ex publico alimonia. 386
Equis ſepulturæ honos conceſſus. 380.383
Equis ineſſe ingenium ac iudicium. 378
Equorū agitatores pueri cum viris commiſſi. 487
de Erichthonio. 339. 672
Erigere Ieſſe, ἐναντίον ἀνδρὶ κατεστῆσαι εἰς ὀρθὸν, pugilum proprium. 66
Eruditionem ſummam qua in re Græci ſitam cenſerēt. 16. 17
Euagorus præceptor certaminis gymnici. 106
Euangelus citharœdus, & in eum iocus. 352
de Eubatæ Cyrenenſis continentia. 460
Εὐδόκιμος apud Iſidorū Peluſiotam. 532
Eumelus citharœdus & eius amictus. 353
Eunapij locus de martyrum iconibus. 328
Eunapij locus de orationibus Chriſtianorum ad martyria, caſtigatus & expoſitus. 328
Eunomus Locrenſis citharędus. 353
de Eunomi citharœdi ſtatua. 331
Eupolus Theſſalus mulctam primus pependit apud Olympiam. 143
Euprepes nobilis agitator multis coronis inſignis. 122
Eurydamas Cyrenæus dētes excuſſos deglutiuit. 465
Euthymus Locrenſis robore corporis admirabili. 27
Euthymus ſemper victor, nūquam victus. 615
de Euthymo pugile viuo cōſecrato. 298
Exercitatio continua athletarum. 546
Exercitatio violenta puerorum vires frangit. 493
Exercitationes domeſticæ. 520
Exercitationum variæ ſpecies. 550
Exercitiū perfectiſsimū. 203
Exercitiis grauibus maior dignatio. 204
Exercitiorum aliæ differentiæ. 204
Exhortatio athlothetarū ad athletas. 399
Exhortatio Achiuorum ad Vlyſſem apud Homerum. 394
Exhortationem ad athletas licitam & ordinariā fuiſſe. 402

F

FLorales ludi qui apud Toloſates. 140
Fœminæ Olympionicæ. 171
Fœminis apud exercitationes excepto ſaltu conceſſas. 51
è Fontibus authorum hauriri quantum ſit. 434
Fores, ſiue oſtia in ſtadij carceribus. 369
Formatæ ſiue formales literæ. 624
Frictiones athletarum. 550
Fuga victi animi indicium. 45. in marg.

Funale cereum fuiſſe. 271
Funalia triumphantibus prælucere ſolita. 270
de Furibus aliorum laborum. 429
Fuſtibus milites coërciti. 566

G

Galeni locus. 110
Galeni locus de pugilibus. 38
Galeni locus de pulchritudine. 90
Galeni locus emendatus. 265
Galeni locus obiter correctus. 255
Galeni locus de Epeo ſuppletur & caſtigatur. 38
Gallia vetus. 637. & ad marg.
Gallinaceis pugnatoribus extructos tumulos. 384
Gemitus athletarum. 374
Glaucus Siſyphi filius ab equis diſtractus. 123
Gloriæ verbum in Tertulliano exponitur. 268
in Gradu ſtetimus, apud Ouidium quid ſit. 61
Græcia antiqua quæ. 637
de Græcia antiqua cur cautũ in reſcripto. 666
Græcoſtadium quid dictum ſit. 548
Græci certaminis nomine Olympicum deſignari. 547
Græcis ſolis aditus ad Olympicum agonem patuit. 529
Græcum certamen quale intellexerit Tacitus, diſceptatur. 184
Grammateij vox apud Athenæum explicatur. 659
Γραμμὴ duplex in ſtadio. 249. 417
Gratiæ dijs actæ ab hieronicis. 286
Grauitas corporis athletarũ. 220
Gulielmus Molinerius agonum Toloſ. primus Cancellarius. 141. 597
Gymnaſiarchi olim ſacra curarunt. 146
Gymnaſiarchi athletis de ſuo præmia propoſuerunt. 145
Gymnaſiarchos ius virgę habuiſſe. 145. 146
Gymnaſium quid ſit. 82
Gymnaſium vnde dictum. 228
Gymnaſium Romæ ſub Nerone conflagrauit. 548
Gymnaſia Romæ priuata. 547
Gymnaſia quando Romę inſtituta. 546
Gymnaſia Athenienſia. 117
Gymnaſia in quibus oppidis Græciæ fuerint. 645
Gymnaſia & palæſtræ occluſæ luctu publico. 190
Gymnaſiis adiũcta grammateia. 627
de Gymnaſiis, frictionibus, & lauationibus è Galeno. 549
Gymnaſiorum publicorum duplex vſus. 551
Gymnaſta quis 240
Gymnaſta & epiſtata idẽ. 231
de Gymnaſtæ officio & munere. 238
Gymnaſtæ quidã vetuſti cotibus comparati. 240
Gymnaſtarum exhortationes ad athletas. 399
Gymnaſtas fuiſſe qui athletarum præmiis caruiſſent. 240
Gymnaſtica diuerſa Galeno à palæſtrica. 102
Gymnici panathenæi ludi. 673
Gymnicis prælati equeſtres ſeu curules. 204
Gymnicorum ludorum origo. 108
Gymnicorum ludorum religio. 107
Gymnicorum ludorum apud Romanos editorum hiſtoria accurata. 182
de Gymnicorũ certaminum more. 484
Gymnicorum certaminũ genera quinque. 27
Gymnicorum agonum alij grauiores, alij leuiores dicti. 191
Γυμνοπαιδεία Laconica. 469

H

Harpaſti pilæ ludus. 30
Haſtæ nomine τὸ ἀκόντιον ſignificatum. 29
Hebeterion quid fuerit. 664. 665
Hebeteria quid dicantur. 655. 656
Hellanodicæ per decẽ menſes à nomophylacibus de officio admoniti. 633
de Hellanodicis. 127
in Hellanodicas iactata ſcõmata. 624
Hellanodicarũ numerus. 174
Hellanodicarum ſenior quiſque præibat. 634
Hellanodicarum poteſtas & munus. 626
Hellanodicarum iuſiurandũ & integritas. 622
Hellanodicarum ſeſſionis locus in ludis. 127
Hellanodicarũ & athlotetarũ exhortatio ad athletas. 399
Hellanodicarum ad athletas quum probarentur admonitio. 526
Hellotia ſacra quæ. 674
Heraclides ſine aduerſario coronam adeptus. 614
Herculanei ludi gymnici appellati. 108
Hercules Alcmenæ filius, & incantator habitus. 116
Hercules ab Amphitryone patre peritiam equeſtrium adeptus, ex Theocrito. 204
Hercules Celticus. 117
Hercules Tyrius, cui ludi & ſacra olim fiebant. 116
Hercules quis Olympiæ cultus. 116
Hercules primus Olympiæ victor quomodo dicatur. 108
Hercules Callinicus. 337. 614
Hercules victor ſine puluere. 614
Hercules Vigilicius atque gracilis. 451
Hercules Muſagetes. 117
Herculis cum Antæo colluctatio. 85
Herculis lucta cum Antæo arte peracta. 113
Herculis cum Archeloo colluctatio. 618
Herculis ſtatuæ in gymnaſiis. 110. 305
de Herculis Idæi ara. 116


Hercu




Herculis eloquentia à Pindaro commendata. 117
Herculi Ogmio Celtas vim ſermonis tribuiſſe. 117
Herodes perpetuus agonotheta pronuntiatus. 125
Herodis exquiſitæ epulæ. 316
Herodianus caſtigatus. 103
Herodiani locus expoſitus. 593
Herodicus pædotriba cum medicina gymnaſticẽ cõmiſcuit. 101
Herodotus tubicen hieronica. 294
Hieran facere curſores quid ſit. 409
Hieron Siciliæ tyrannus coronatus vt victor. 15. 168
Hieronica ἰσόθεος quomodo dictus. 298
Hieronicæ deductio honorifica. 274
Hieronicæ Spartano regi depugnaturo proximi aderant, quod in honore ab ipſis eſt habitum. 300
Hieronicæ cuius ſumptibus alerentur. 4
Hieronicæ etiam poſt mortem coronati. 620
Hieronicæ olim donati malis. 344
Hieronicæ ſuas laudes prædicare ſoliti. 285
Hieronicis priuilegia publica conceſſa. 302
Hieronicas pro diis habitos. 298
Hieronicas non deſiiſſe propter ætatem à profeſſione. 583
Hieronicarum fructus ex victoriis. 307
Hieronicarum florida & triũphalis veſtis. 277
Hieronicarum præconia. 268
Hieronicarũ gloria ex proëdria. 297
Hieronicarũ honos quis fuerit. 294
Hieronicarum diuini propè honores. 272
Hieronicarum icones ἰσομέτρηται. 320
Hieronicarum nomina, & ludorum præſidis nomina in commentariũ relata ab vno ex hellanodicis. 627
Hieronimi locus explicatus. 208
Hieronymi ab oleaſtro laus. 512
Hieroſolymis quinquennale certamen gymnicum. 653
Hippagretæ apud Lacedęmonios. 70
Hippolyti martyris icon. 325
Hiſtoricis ſua in Olympicis agonibus decreta pręmia. 335
Homeri locus expenſus. 211
Hoplitodromi. 180. 421
Horatij locus de patiẽtia laborum athletica. 463
Hoſpites conuiuio excipiendi mos. 313
Hyginus correctus. 129

I

D. Iacobi locus quidam explicatus. 425
D. Iacobi locus expoſitus. 495
Iacobi Fabri filij commendatio. 402
Iaculatores veſtibus amictos decertaſſe. 228
Iaſonis Hieroſolymitani impuritas. 145
Icchus optimus gymnaſtes. 106
de Iccho Tarentino luctatore. 460
Icones martyrum. 324
de Iconibus martyrum. 324
Icones hieronicarum effictæ eo ſtatu geſtúque quo fuerant quum vincerent. 322
Iconicæ ſtatuæ quæ ſint dictæ. 321
Idolũ nihil niſi dæmonij. 23
de Ieiunio. 542
de Ieiunio locus Baſilij. 457
Ignis prælatus hieronicis. 270
Ignis honoris cauſſa prælatus principib. Roman. 270
Immunitas athletis qua lege conceſſa. 666
de Immunitatis priuilegio hieronicis conceſſo. 302
de Immunitate cõceſſa athletis. 636
Iniuriarũ actiones extra ſtadium. 32
de SS. Innocentiũ feſto. 500
Inquiſitio de presbyteris initiatis. 525
Inſcriptio nominum in agonibus. 618
Inſcriptio vetus emendata 551
Inſcriptio vetus Græca caſtigata. 249
Inſcriptio quædam Græca emendata & expoſita. 658
Inſcriptiones vetuſtæ Græcæ expoſitæ. 156
Interius flectere, prouerbium. 421
Ioannis Caſſiani de Gymnicorum certaminum more locus expoſitus. 484
Iolaus apud Argos quadrigis victor coronatus. 123
Ioſephi locus de victi confeſſione. 51
Iouis Olympici ſimulacrum. 25, 370
Ioui ſacra Nemæa dicata. 347. 349
ſub Ioue corona dari ſolita. 371
Iphitus Olympicũ certamen inſtaurauit. 109. 344. 366
Iſelaſticæ annonæ quæ dicantur. 302
Iſelaſtici agones vnde dicti. 269
Iſidori locus explicatur. 497
Iſidori locus de pulchritudine. 90
Iſidori locus de athletis Chriſtianis. 435
Ἰσόπαλοι qui dicti. 155
Ἵστασθαι pugilum proprium. 66. vide Ἀνθίστασθαι.
de Iſthmicarum coronarum variatione. 344
Italia vetus. 639
Iudęi facilè ad Syrorum mores delapſi. 661
Iulianus monachus. 105
Iulij Pollucis error memoriæ. 9
Iunonia feſta quæ Lyſandria dicta. 645
Iuſiurandum ab hellanodicis præſtitum. 622
Iuſiurandum de obſeruatis


 legi

legibus athleticis præſtitum. 622
Iuſiurandum Toloſanorũ circa poëticẽ præſtitum. 622

L

ΛΑβαί. 96
Laconis cuiuſdam apophthegma. 103
Laconis cuiuſdam de Athenienſibus dictum. 657
Laconis cuiuſdam mordentis antagoniſtam reſponſum. 70
de Ladæ ſtatua iconica. 323
Laërtij locus expenſus de voce τραχηλίζεται. 61
Laidis conſuetudo ſpreta ab Eurybata & Ariſtot. athletis. 460
Lampades ab elephantis prælatæ. 271
de Lapſis pœnitentibus recipiendis aduerſus Nouatianos. 612
Laſſitudo athletarum. 550
de Latronis anima. 509
Lauri ſurculum triumphantes Rom. geſtabant. 360
apud Lebadiam agon coronarius inſtitutus. 643
Legitimè certare apud Paulum & Galenum quid ſit. 433.434
τὸ Λάπαξ in certaminib. quid fuerit. 581
Λάπαξ & πλεονεκτεῖν, ſunt contraria. 583
Lemniſcata palma. 595
Leonina pellis quò non pertingit, vulpina aſſuenda. 104
Leucoion luteum præmium victoris in agone poëtico. 146
Lex de non occidẽdo aduerſario. 482
Leges athleticæ. 457.480
Libertini admiſſi inter athletas. 568
Lichas Lacedæmonius. 122
de Licha. 135.136
Ligaturæ vocantur ab Ambroſio nexus luctatorum. 138
an Ligoni locus aliquis in palæſtrica. 254
Linea hiera in calculorũ ludo. 409
Linea, pro ſcammate. 250
de Linea media in ſtadio. 409
Linea. Vide Γραμμή. 208
Lintei ſiue orarij excuſſio. 392
Lipſius notatur. 183
Lipſius ad Tacitum notatus. 547.628
Lipſij lectio apud Tacitum carpitur. 680
Literæ commendatitiæ Epiſcoporum. 623
Liuius poëta. 19
Luciani lectio in dubium vocata. 208
Lucillianum carmen illuſtratur. 177
Lucta duplex, Erecta & voluntaria. 56
Lucta pugnæ cognata & affinis. 466
Lucta in grauibus agonibus numerata. 191
in Lucta melius eſſe, quod eſt gymnaſticum. 85
Luctam tribus vicibus conſtitiſſe. 176
Luctatores conferebant capita. 62
Luctatorum verba propria. 58
Luctatoria Catabletica. 62
Ἀνδρεμπτης vox quomodo exponenda. 10
Ludi Romæ editi acto triumpho. 186
Ludi Romæ editi à Nerone. 676
Ludi varij editi à principibus in natalitiis. 672.676.677
Ludi qui dicti antiqui. 637
Ludi Capitolini triplices. 13
Ludi victoriales poſt actum triumphum. 186
Ludi gymnici multis fauoribus & clamoribus peracti. 390
Ludi gymnici quibus olim locis exhibiti. 640
Ludi in campis Marathoniis. 674
Ludi intermiſſi luctu publico. 190
Ludi Chriſtianis denegati ab Imperatoribus. 678
Ludi poëtici apud Toloſam, & eorum præmia. 595
de Ludis Apollinaribus Romæ editis. 121
ad Ludos inuitatio præconis voce. 558
Ludos aut agones celebrare ſine publica auctoritate non licuit. 649
Ludorum religio. 9.672
Ludorum gymnicorum origo ad deos relata. 108
Ludorum ſacrorum auctores. 359
Ludorum maximorum Romæ celebratorum pompa. 223
de Lupercis inunctis. 229
Lycurgus adiutor Iphiti in Olympico certamine inſtaurando. 109.364
Lygdamus Syracuſanus Olympio certamine victor primus quomodo coronam reportaſſe dicatur. 108
Lyſandri à Charone ſuperati apophthegma. 102

M

MAchabæorum locus de Ephebia gymnaſio iuncta. 660.661.664
ex Machabæorum hiſtoria locus illuſtratus. 146
SS. Machabæorum feſtum. 501
Mænala athletis & Circenſibus inſignis. 643
Magiſtratib. Toloſanis præiuiſſe viatores. 141
Μᾶλα apud Theocritũ quid ſit. 256
Malè, laborioſè è Seneca. 472
Maniæ meretricis dictũ. 461
Manus remittere quid fuerit in agonibus. 45
Manuũ extenſio, velut ἀποσι-μιον pugilatus. 531.532
Manuum, ſeu brachiorũ extenſio ab omnibus pugilibus vſurpata. 42.531.532.582
Manutentores qui dicti. 190.597







Marianus Victorius obiter carpitur. 208
Martyres Callinici. 337
Martyrum imagines in baſilicis. 324
Maſſarij. 141
Maſtigophoris quid oneris iniunctum. 149
Matriculæ ſcholaſticorum origo. 558
Maynardi laus. 602
Medium ſtadij. Vide, Stadiũ.
Meilichæ quid fuerint. 55.483
Meilicharum vſus pancratiaſtis an denegatus. 55
Melancomas pugil præſtantiſſimus. 27
Melancomas pugil nullum formæ damnum perpeſſus. 39
Melancomas pugil eximius manus nunquam remiſit. 53
Melancomæ fortitudo commendatur. 466.470
Melancomæ duratio & patientia. 91
Μελέται. 521
Menander à Philemone victus. 11
Mercurialis laudatur. 56.520
Mercurialis carpitur. 51.210.563
Mercurius petaſatus. 666
Mercurij figura duplex. 113
Mercurij enagonij ſigna. 111
Μέχρις αἵματος. 51.45.102
Mileſij pilæ ludum prorſus auerſati. 34
Militaris ætas apud Romanos quæ. 578
Militiæ etymon. 473
Milo vbi conſtitiſſet nullo cuiuſquam impetu deiectus. 177
Milonis Crotoniatæ victoriarum varia hiſtoria. 177
Milonis athletæ voracitas. 1437
de Milonis amica hiſtoria. 178
Moles & pondus corporis athletarum. 220.282.444.445
Monachi agoniſtæ monachicę philoſophiæ cur dicti à Iuſtiniano. 105
Monachi ranis comparati. 27
de Monachis recipiẽdis. 570
Monachorum veterum in toto vitæ aſceticę genere humilitas, patientia. 474
Monaſtica probatio triennalis. 576
Monaſticæ ac regularis vitæ ætas quæ. 578
Μονημέρελον. 203
Monomachus. 39.443
Monſtratio per digitum. 272
Mordere aduerſariũ in athletica prohibitum. 482
Μορία. 339
Morſus in lucta familiaris Lacedæmoniis. 70
Mothaces apud Lacedæmonios. 71
Mulctæ pecuniariæ ab Hellanodicis indictæ aduerſus agoniſtici iuris temeratores. 143
Mulo de alimonia prouiſum. 307
de Mulo vetulo. 386
Mureti laus. 520
de Murorum deiectione in tranſuectione hieronicarum. 269
Muſęum Alexandrinum. 537.651
Muſicam Ægyptij à ſuis ciuitatibus excludebant. 5
Muſices agones apud Toloſates. 288
Muſicus agon vbi exhibitus, & quæ præmia. 11
Muſici olim qui dicti. 7
Muſici ludi vbi fieri ſoliti. 163
Muſici agones olim celebrati. 16.17
Muſicum pro poëtico. 288
Muſicũ certamen apud Thebas. 644
Muſico certamine vincentiũ, laudatio publica. 286
de Muſico agone. 292
de Muſicis ludis. 161
in Muſicis ludis album agoſtarum. 557
in Muſicis agonibus ſortitio. 160
in Muſicis agonibus certas fuiſſe leges. 483
in Muſicis agonibus præfationes atque adhortationes. 404
ob Muſicorum agonum victoriã cœna exhibita. 309

N

NAtalis Comes carpitur. 48
Natura nihil fruſtra facit. 2
Nauis hieronis in qua gymnaſium. 657
Neapoli ludos gymnicos muſicóſque celebratos. 645.646
Nemęa à quo inſtituta & cui ſacra. 347
Nero victor proclamatus agone muſico. 289
Nero victorem ſeipſum pronuntiabat. 291
Nero corruptis Hellanodicis coronatus. 122
Nero primus apud Olympiã certamen Muſicum inſtituit. 162
Nero timet ſibi ab Eleorum flagris. 137
Neronis ſtatuæ citharœdico habitu. 320
de Nerone Romam redeunte hieronicæ habitu. 270
Neronianũ Gymnaſium quale. 548
de Neroniano gymnaſio. 552
Nexus luctatorum & pancratiaſtarum. 54.138
Νήπιοι καὶ τέλειοι opponuntur ſicut ἀνδρομαχικοὶ & σαρκικοί. 512
Nicenſe gymnaſium. 650
Νικητήρια ἰσάδαξ quid ſignificet. 307
Nicopolis luſtralibus agonibus inſignis. 642
Nodos etiam Lucanus dixit, quos alij nexus. 138
Nomina hieronicarum cum Olympiadibus numerata. 296
Nomos Pythius. 351
Nouati error. 612
cur Nudi athletę cucurrerint. 222
Nudos athletas decertaſſe. 480
Nudos certare athletas conſtitutum.

ſtitutum. 216.217
Nudos certare athletas ex quo fuerit inſtituto. 218
Nudæ ſtatuæ erectæ. 320
Νύσσα, vide in Καμπτήρ.
Nyſſeni locus de Martyrum iconibus. 327

O

OBſonia & alimenta præſtita hieronicis à ſuis oppidis. 4
Occaſio magni momenti in rebus omnibus. 113
Occaſio Mercurij ſoror, quibus aræ apud Olympiam. 113
Odas Ἐπινίκας ſcribi ſolitas. 322
Oenomaus Olympicorum ludorum auctor. 164
de Oenomao & Pelope. 164
Ὄγκος quid ſignificet apud Paulum. 220
de Ὄγκῳ athletarum. 437
Οἰκοδομεῖν metaphoricè poſitum. 444.449
Olea pacis inſigne. 342
Olea ſignificationem habuit & ad labores & ad pręmia. 340
Oleaginæ coronæ ad virtutem excitandam propoſitæ. 336
Oleaſter, Calliſtephanus. 336
Oleaſter deſignatus oraculo ad coronas victorum. 344
Oleum ad quid præbitũ. 552
Oleum inſaniæ Pharmacum quomodo dictum ſit. 341
Oleum victoribus propoſitum. 540
Olei nomine impenſam & ſumptum ſignificari. 100
Olei & palæſtrę res apud Ciceronem. 98
de Oleo gymnaſtico. 126
Olympiæ ſoli equeſtres & gymnici ludi editi, quos Muſici apud Delphos præcederent. 163
Olympiæ & Olympici Iouis nomen. 108.370
Olympias, dinumeratio temporis, quando cœpta. 366
Olympiadis deſignationi nomen eius qui ſtadio viciſſet paſſim appoſitum. 629. 631
Olympiades, & anni Olympici, vnde initium habuerint. 630
Olympicus tibiis primus vicit. 16.17
Olympici ludi qua re à cæteris diſtarent. 163
Olympica celebritas ab Iphito reſtituta. 344
de Olympica notatione diſputatio. 630
Olympicum certamẽ Troianis temporibus quale. 266
Olympica certamina inferis dicata dicit Chryſoſto. 110
Olympionicẽ eſſe glorioſum fuit. 298
Olympionicæ non vſque adeò laudati apud Lacedæmones. 300
Onomaſtus Smyrnæus pugilatu victor primus. 37.204
Ὁπλίτης δρόμος quis dictus ſit. 350
Orarij ſiue lintei excuſſio. 392
Oratorum & poëtarum commiſſiones Romæ. 167
Ordines quomodo fiant in Romana Eccleſia. 524
Oricadmus quidam luctatoriæ arti modum addidit. 84
Oricadmus quidam celebratus. 480
Orſippi curſoris hiſtoria. 217
Ὀρθὸς νόμος. 332
Ὀρθια κηρύγματα. 192
Ὄρυγμα quid fuerit. 208
περὶ Ὀρχήσεως 222
Ouidij locus expoſitus. 61.221

P

De Pædotribæ officio & munere. 239
Pædotribæ quidã vetuſti cotibus comparati. 240
Pædotribas fuiſſe qui athletarum præmiis caruiſſent. 240
Pædotribas nullos ſe exercentibus in palæſtra Lacedæmonij præeſſe voluerunt. 102
Pædotribarũ exhortationes ad athletas. 399
Παιδοτρίβαι qui fuerint. 665
de Παίδων voce. 491
Παίειν ὀρθοστάδην. 53
Palæſtra Mercurij filia. 230
Palæſtra quaſi virgo, Mercurij filia depicta. 113
Palæſtra & colluctatio apud Lacedæmonios. 67
Palæſtræ nomen vnde. 230
Palæſtræ ſtatua ab Aulo apportata. 115
Palæſtræ catenatæ cur dictæ. 138
de Palæſtra, Græcorúmne an Romanorum conſuetudinis fuerit. 546
ars Palæſtrica à Theſeo inuenta. 84.85
Palæſtritas ceromate inunctos. 229
Παλαιόντας pro pancratiaſtis poſuiſſe videtur Chryſoſtomus. 58
Παλαιόντων nomen de pugilibus & pancratiaſtis. 63
Παλαισμάτων vocabulo notata ars palæſtrica. 85
Παλαισμάτων vocabulo notata ars oratoria, & militaris. 96
Pales, ruſticum numen apud veteres. 230
Πάλης vocabulo quæ exercitia comprehenſa. 25
Palma lemniſcata. 595
Palma in ludis omnibus victoribus conceſſa. 360
Palma interdum pro victoria non præmio. 371
Palmæ ramis qui primum donati. 363
Palmę rami menſæ in medio ſtadio collocatæ impoſiti. 361.364
Pammachus idémne ſit cum pancratio. 195.456
Pammachi qui dicti. 54
de Pammachis Dionis Chryſoſtomi locus. 631
Panathenæa. 672.673
Pancratiaſta quis dicatur. 203
Pancratiaſtæ & pentathli iidem eſſe potuerunt. 197
Pancratiaſtis mordere nõ licuiſſe niſi apud Lacedæmonios. 68





Pancratiaſtas cæſtibus nõ depugnaſſe. 54
Pancratium duplex 57. in margin.
Pancratio Lacedæmoniis interdictum. 53.54
in Pancratio ars. 100
in Pancratio quis victor. 62
de Pancratio plurima. 53.54
Papinij locus de porrectione manuum. 53
Παραβάται qui. 171
Παραιβατεῖν. 522
Paradoxi olim qui dicti. 602. 603
Paradoxonicæ apud Plutarchum. 602.603
Paraſitium horreum. 305
de Patientia athletica. 478. 469
Patrias ſuas ab hieronicis coronatas. 289
Paulini locus de ſcammate. 248
Paulini locus obiter emendatus. 458
D. Paulus explicatus. 219. 220. 315.404.472.495.584. 635
D. Pauli locus, cuius lectio aſſeritur aduerſus Budæũ. 530
in D. Paulo loci cuiuſdam tentata emendatio. 533
Pauli Aemilij ſpectacula & epulæ profligato Perſeo. 314
Pauſa in ſtadio. 51. Vide, Quies.
Pauſaniæ locus de Clitomacho. 55
Pauſaniæ locus de cæſtibus & meilichis. 57
Pauſaniæ loci explicati & illuſtrati. 127.154.195.443
Pedis pronuntiatio pręconia. 292
Pelopi dicatus agon Olympicus. 108
Πένταθλον quid ſit, & quis hoc certamine victor: & quod inter grauia certamina rectè numeretur. 197
Pentathlum ab aliis certaminibus meritò diſtingui. 198
poſt Pentathlum inuectum, vni ex agoniſtis omnium certaminum præmia tribui cœpta. 201
Pentathli & luctæ certamina quando reſtituta. 203
de Pentathlo Laërtius mutilus ſuppletur. 195
à Pentathlis non fuiſſe vno die quinque agonibus decertatum. 201
Pentathlos quis dicatur. 203
Πεντετηριζόμενος vox expenditur. 176
Perdicibus pugnatricibus extructos tumulos. 384
Perfectiſſimum exercitiũ ab athletis habitum. 203
Perfecta præmia quæ dicta ſint. 498
Pergamum vetus. 639
Pergamus quinquẽnali agone ſacro inſignis. 643
Periandri votum de aurea ſtatua Ioui ponenda. 300
Periclis egregium dictum. 561
Περιοδονίκαι qui propriè dicti. 294
Perpeſſio ictuum periculoſorum athletica. 478
Petaſus athletarũ capitis integumentum. 666
Petaſus athletarũ capitis integumentum. 421. in text. & marg.
ſub Petaſum agere quid fuerit. 661
de Petaſo, cuius variæ ſignificationes notantur. 662. 663
Φάραγξ pars concaua & infima theatri. 208. ad marginem.
Phayli eximij ſaltatoris fabula. 212
Philippus quidam Crotoniata hieronica à pulchritudine commendatus. 89
Philippi Macedonis conuiuium Græcis exhibitum. 315
Philippo ob agones muſicos coronæ aureæ datæ. 14
de Philippo Butacide poſt obitum conſecrato. 298
Philonis locus obiter emendatus. 282
Philonis locus expoſitus. 593
Philonis locus de victi confeſſione cum aliis collatus. 51
Φιλοσοφία pro arte aſtuq; in agonibus. 105
Philoſophorum & Chriſtianorum gradus. 512
Philoſtrati γυμναστικόν. 632
Philoſtrati locus expoſitus. 163
Philoſtrati locus emendatus. 136. 443
de Phoco filio Phocionis. 308
Phorbantes Phlegyenſiũ tyrannus ſuperatorum à ſe capita præciſa quercui appendiſſe dicitur. 213
Phornuti locus caſtigatus. 111
Φθάσαι quid ſignificet. 583
Φυλάξαι apud Galenũ quid. 550. ad marg.
Φυλλοβολία quid ſit apud Clementem. 265
Pia certamina dicta, quæ Puteolis agerentur. 647
Picturæ certamen inſtitutum Pythiis. 355
Pilæ ludus creber apud veteres Romanos. 30.61
Pilæ ludi auctor Pythus. 359
Pilæ luſum non fuiſſe è ſacrorum ludorum numero. 34
Pilæ luſoribus decretæ ſtatuæ. 318
Πῖλος galerum ſignificat. 664
pro Pilo, non Diſco, ſed Pila reponẽdum apud Paulum Iuriſconſ. 30
Pincianus corripitur. 32
Pindarus à Corinna quinquies ſuperatus, vti ſe vindicarit. 644
Pithœi de petaſo ſententia carpitur. 662
Plagium cuiuſdã, Fabri duos ſermones de ludis gladiatoriis & venatoriis ſibi aſcribentis. 430
Platonis locus. 57
Platonis loci expenſi & caſtigati. 191.222.481

Plautinus loc⁹ enarratur. 178
Πλεονεκτεῖν, pro præuertere. 583
Πάλῳ vocis varia ſignificatio. 68
Plinius explicatus. 167.199
Plinij locus emendatur & illuſtratur. 379
Plutarchi locus de pancratio. 53
Plutarchi locus de virgis maſtigophororum. 135
Plutarchi locus de ſublatione manuũ explicatus. 43
Plutarchi de Alcibiade locus illuſtratus. 605
Plutarchi locus caſtigatus. 11. 67.601
Plutarchi locus expoſitus. 117.126
Plutarchi loci duo explicantur. 156
de Pœnis & mulctis athletarum. 145
Poëſis Occitanica. 141. in margin.
Poëtę duo Galli abſentes Toloſæ argenteo flore cohoneſtati. 604
Poëtis coronæ datæ & ſtatuæ. 12
Poëtarum commiſſiones Romanæ in Capitolinis agonibus. 167
Poëticus agon apud Toloſates. 288
Poëtici agonis leges apud Toloſates. 578
Poëtici agones apud Toloſates proclamantur. 559
Poëtici agones Toloſani, & eorum præmia. 595
Polychares Meſſenius victor Olympicis ludis. 343
Pompeius vxorius. 655
Pondus de athletis à Quintiliano dictum. 220
Populi clamor, fauor, incitatio in ludis. 390.396
Porrectio manuum in agonibus indicium animi. 53
Præconia & deductiones hieronicarum. 268
Præconiæ citationes binæ. 195
de Præconia renuntiatione athletarum. 282
de Præconia pedis renuntiatione. 292
Præconizatio in curia Romana. 284 ad marg.
Præludium in curſura, vt in pugilatu. 416
de Præmio immortalis vitæ. 534
Præmia athletarum. 264.265
Præmia agonum varia apud Græcos. 264
Præmia extra ordinẽ à Cancellario tributa de ſuo apud Toloſates. 598
Præmia omnia interdũ vnus auferebat. 605
Præmia in Græciæ agonib. etiam abſentibus data. 15
Pręmia prima & ſecũda propoſita in agonibus. 591
Præmia maiora & minora. 589.594
Pręmia in medio ſtadio propoſita. 361.364
Præmiorum dationes binæ. 195
Preces athletarum. 27.395. 454
Precum virtus etiam ex opinione profanorum. 394
Priuilegium quid ſit. 301
Priuilegia publica conceſſa hieronicis. 302
Proæreſio ſophiſtæ erecta ænea ſtatua. 318
Proagones. 72.457.473.521. 532
Proagonum vox à corpore ad animũ transfertur. 520
Probatio monaſtica. Vide, Monaſtica probatio.
de Probatione athletarum. 561.573
de Probatione clericorum. 668
de Probatione promouendorum ad magiſteria, ad Doctoratum. 667
de Probatione ſophiſtarum ſub Romanis imperatoribus. 667
de Probatione eorum qui à gentilibus ad Chriſtianiſmum accederent. 571
Proclamatio eorum qui ad gradus Eccleſiaſticos promouebantur. 284
de Proëdria. 372
de Profeſſione nominis. 201. 554
Progymnaſiæ priuatæ. 520
Προγυμνασίαι ac proagones, ſeu μελέται. 518
Πρόκλησις δίσκου, Prouocatio ad diſcum. 146.366
Προκόπτων & πλεῖον aduerſa 459.512
Promotio per ſaltum. 667
de Promotis ad Magiſteriũ in famoſis Vniuerſitatibus, iuxta Concordata. 667
Pronacti ſacra Nemæa dicata. 348
Προοίμια. 18. in marg.
Προπεῖραι. 532
Proſcholus quis appellatus. 242
Πρωτεῖα. &c. 591.592
Prouocatio ab Amphictyonibus ad Agonothetam. 632
Prouocatio ab Hellanodicis ad Eleum Senatum. 632
Pſeudomonachi. 474
Πτερνίζειν vox luctatorũ propria. 58
Πτερνιστοῦ nomen Iacobo aſſignatum à Philone. 58
Pueri in curulibus cum viris commiſſi. 487
Puerorum certamen etiam in ſtadio. 486
de Puerorum agonibus. 488. 489
Puerorum & virorum inæqualia præmia. 497
Puerorum nomine impuberes intelligebantur. 492
Pugiles duo præſtantiſſimi. 27
Pugiles non in luto, ſed in arena exercitos. 230.231
Pugiles reprehenſi maximè à Chriſtianis doctoribus. 39
Pugiles non omni ex parte nudos decertaſſe. 66
Pugiles non inunctos ceromate. 229
inter Pugiles & luctatores quidnam interſit. 39
inter Pugiles, pancratiaſtas, & luctatores, quæ differentia vel ſimilitudo. 58
Pugilũ eſſe, ὀρθοστάδην παίειν. 66
Pugilatitia & luctatoria. 88
Pugilatitia Plutarchi verba à Sophocle deſumpta. 66
Pugilatitiæ artis quæ fuerint propria. 97
Pugilatus duplex. 57
Pugilatus ante Lycurgum in vſu Lacedæmoniis. 71
Pugilatus non comprehenſus in pentathlo. 204
Pugilatus in grauibus agonibus numeratus. 191
Pugilatus à Feſto cur in quinquertionis explicatione prætermiſſus. 68
Pugilatus quamobrem cæteris exercitationibus contemptior. 38
Pugilatus à pancratio diſcernitur. 27
Pugilatus præmia quando propoſita. 204
Pugilatus præmia quis primus apud Olympiam retulerit. 37
Pugilatus laudes à Dione Chryſoſtomo. 39
Pugilatum Alexander abominatus. 53
Pugilatum virtutis nomine ſignificari, vel pãcratium. 27
Pugilatu ſolùm Lacedæmoniis interdictum. 51
in Pugilatu, non in cæteris exercitiis, cur victorem oſtenderet victi confeſſio. 51
Pugnatrices aues. 384
Pugnis & calcibus pugnare. 53
Pugnis meris inter ſe Lacones olim decertaſſe. 70
Pulchritudo qualis in athletis commendata. 89
Pulli pugnant. 384
Puluere aſperſi luctaturi. 600
Pyctes pro pugile à Tertulliano accipitur. 123
Pyctes pro pugile à Plinio accipitur. 615
Pyctas à pammachis videri diſtinctos. 54
de Pyrrhicha. 76.107



Pyrrhus certaminis gymnici præceptor. 104
Pythagorica probatio quinquennalis. 576
Pythia apud Delphos. 119
Pythia in memoriam Pythonis ſerpentis. 357
Pythiis picturæ certamen inſtitutum. 355
Pythicus agõ initiò fuit muſicus. 351
Pythicus agon initio coronarius, deinde pecuniarius. 350
Pythicus agon curulis Oreſtis temporibus. 354
Pythicus agon Apollini ſacer. 119
Pythicum agonem primum dicaſſe Apollini Diomedem. 355
de Pythicorum ludorum loco. 119
Pytho oppidum in Delphorum territorio ex quorundam opinione. 120
de Pythone ſerpente. 357

Q

QVæſtionum inter priuatos parietes expeditionis ratio. 168
Quies in agone. 44.53. Vide Pauſa.
Quintiliani locus de pãcratiaſtis. 54
Quintiliani locus obiter emendatus. 408

R

Ῥαπίζειν explicatur. 134. 580
Regum duæ apud Spartanos familiæ. 575
Relinqui in certaminib. qui dicti. 581
Remiſſio manuum in agonibus quid fuerit. 53
Renũtiatio victorum athletarum. 282.283.284.560
Reſcripti, quod hoc opere explicatur, verba & expoſitio. 2
Reſcripti ſententia coarctata. 8
Rhabdodi qui dicti. 150
Rhabdophori ſiue maſtigophori aleiptæ vocati. 126
Rhapiſmata apud Iuſtinianum. 134
Rhapſodorum virga. 150
Roboris nomine pernicitas continetur. 83
Roma vetus & noua. 639
Robori ratio comes in agonibus. 111
Romulo victoriale conuiuiũ præbitum. 316
Rudis, virga laniſtarum. 146

S

SAcerdotum apud Romanos fuiſſe ludos curare & illis præſidere. 131.145
Saginatio athletarum arida apud Tertullianum. 477
de Saginatione athletarum. 437.443.444
Salaria & annonæ profeſſorum à conſtitutionibus principalibus. 318
de Saliis collinis & agonalibus. 223
Saltatio in vſu apud Lacedæmonios. 72
de Saltationum variis generibus, & vtrum gymnicorum, an muſicorum ludorum fuerint. 72
Saltatores decertaſſe nudos. 72.222.225
Saltatores Thyreatico feſto apud Lacedæmonios. 223
Saltatoribus interdum galeę attributæ. 421
Saltatorum habitus ex Dionyſio. 223
Samius athleta cui nomen, Αἴγλης, repente loquutus. 154
Sandalia. 427
ad Sanguinem vſque. 45.51. 283
Iof. Scaligeri laus. 167.242. 595.630
Iul. Scaligeri laus. 72
Scamma quid fuerit. 209
Scamma cum ſtadio coniũctum. 210
Scãma apud Tertullianum. 231

Scamma trãſilire quid ſignificet. 210
Scammatis etymon. 208
de Scammate. 214
de Scammate multi loci conquiſiti. 247
Σκαπάνη quid ſit. 254
Scaphion genus poculi. 253
Σκάφιον apud Plutarchum. 253
Σκάφιον apud Plutarchũ pro fronte. 258
Σκάφιος tonſionis ſpecies. 261
Σκαφὶς apud Theocritũ quid 256
Scenicæ artes probro habitæ apud Romanos. 9
Scenicis præmia conceſſa. 11
de Scenicorum ludorũ apud Romanos editorum accurata hiſtoria. 182
Scenicorum baculus. 151
Sceptrum Homero eſt, quod aliis virga. 140
Schola cantatorum, Scholares, Scholaſtici. 242.243
Scholaſterium pentaclinum. 657
Scholiaſtes Ariſtophanis reprehenditur. 28
Scholiaſtes Chryſoſtomi reprehenditur. 248
Σκιαμαχία. 531
Scopæ pugilis cœna victorialis. 312
Senator Romanus Olympionices. 563
Seneca explicatus. 153
Seneca emendatus. 357
Senecæ locus de pugilatu Lacedæmoniis interdicto. 53
inter Senecam & philoſtratum reconciliationis inita ratio. 68
Sepulturæ honor equabus triſolympionicis cõceſſus. 380
Serapin Alexãdrinus ob ignauiam mulctam pependit apud Olympiam. 143
de Serpentum enormitate. 359.ad marg.
Serui in athletarum numerũ non allecti. 567.573.576
Seruos in certaminibus non contendiſſe. 527.562
Σημεῖον & τέρμα, idémne ſint, vt vult Euſtath. 211
Sibyllarum verſus emendati. 270
Sibyllinum carmen exponitur. 534
Sidonius emendatus. 138
Signum & τέρμα in diſci ludo quid dicatur. 211
Simonides Melicus. 357
Simonides artem memoriæ dicitur oſtendiſſe. 286
Simonidis hiſtoria. 286
de Simonide à Dioſcuris è cœna vocato. 312
Smyrna quinquennali agone ſacro inſignis. 643
Solini locus emendatus. 378
Solini cum Hygino tentata conciliatio. 108
Solomonis, id eſt Sapientiæ, locus expenſus. 275
Σοφία pro arte aſtúque in agonibus. 105
de Sophiſtarum tyrannide. 668.ad marg.
Sophocles à Pericle reprehenſus. 561
Sophoclis recepta lectio in dubium vocata. 192
Sophoclis loci quidam explicati. 290.354
à Sophocle ſuperatus Æſchylus. 174
Sortitio athletarum. 153
Sortitio in arcus certamine & muſicis. 160
Sortitio in naualib. & equeſtribus. 160
Spectatores & athletæ coërciti. 133
Sphæra apud Atheniẽſes magni habita. 34
de Sphæriſterio & Sphæriſtra. 34
Sphæromachia, dictus pilæ ludus. 32
Sphæromachia pugilum, quibus ſphæræ pro cæſtibus. 32
Σφαιρεῖς Herculi ſacra facere ſoliti. 36
Stadium, & circum idem fuiſſe, & quid. 400
Stadium Romæ. 548
Stadij medium, vbi palma & præmia. 361.364
Stare in gradu. 62.66
Σπάσις in curſura. 51.415
Statij Papinij locus explicatus. 368
Statuæ quibus, & à quibus erectæ. 318
Statuæ profeſſoribus erectæ. 318
Statuæ quales hieronicis erectæ. 318
Statuæ quæ perizomate velatæ, & quæ non. 321
Statuæ ethicæ vocatæ. 333
Statuæ eorum qui ſuperati eſſent verberatæ. 332
Statuæ ſupra natiuæ ſtaturæ veritatem deiectæ. 320
Statuæ deorum ex mulctis conflatæ. 143
de Statua ad viuum expreſſa. 323
Statuarum inſcriptiones. 322
Stipendium athletarum. 302
Stips data in certaminibus ad marg. 266
Stobæi locus emendatus. 375
Strabo emendatus obiter 266
Strato Corragi filius valetudini auxilium à το gymnaſtica petiit. 101
de Stratone inſigni athleta. 601
Strepſiades Thebanus pancratiaſta. 90
Subligaculum athletarũ. 216. 2.8
Subligacula vetuſto more vſurpata in gymnicis, diu apud Romanos retenta. 226
Subſcriptiones in grammateio fieri ſolitæ. 15
Suetonij lectio vulgata aduerſus Lipſium aſſerta. 131
Suetonij locus emendatus à Turnebo exponitur. 258
Suidæ locus emendatur. 315
Sumptus in hieronicas à Solone coërciti. 4
Sumptus in Circenſibus præſtandis maximi. 388
Sumptib. in hieronicas modum impoſuit Solon. 307
Suſpirium in agonibus. 374
de Sybaritarum deliciis. 660. ad marg.
Συγκαταστῶσαι apud Polybiũ quid ſit. 67
Συγκατατίθεσθαι. 214
Syllæ victoris epulum. 313
Syllæ victoris conuiuia, populo Rom. exhibita. 316
Syncipitis partẽ athletas deglabraſſe. 258.259
Syriacæ voluptates ac deliciæ. 657
Συστατικαί. 624

T

Taciti locus caſtigatus. 138.in marg.
Taciti locus aduerſus Lipſiũ. 671
Τέλειον γυμνάσιον 550. & ad marg.
de Τελεῖς voce. 497
Τελεῖς nomen apud Paulum explicatur. 497
de Τελεῖσθαι voce. 476.497.& deinceps per plures paginas.
Τελεῖσθαι cõſummari & conſecrari. 495
Τελεῖσθαι qui dicti: & de hac voce multa. 498.499
Τελείως ἀριστεῦσαι quid ſit. 515
Tertiarius. 159
Tertullianus obiter caſtigatus. 210.266.335.477
Τετελεσμένοι qui dicti ſint Grę cis. 662
Τετραχηλισμένα vox apud Paulum exponitur, & ἐκτραχήλισις apud Zonaram. 60.61
Τέχνη in lucta. 84
Τεχνῖται μετὰ τῶν ἀθλητῶν cõiuncti. 7
Theagenes mulctatus. 127. in marg.
Θέμα vox excutitur. 535
Thematici agones æquè ac ſtephanitæ ſacri, aduerſus Budæum. 263
Themiſtius explicatus & caſtigatus. 594
Themiſtij Euphradæ locus emendatus. 51
Themiſtij locus de probatione athletarum explicatus & emendatus, aliíque loci eiuſdem explicati & caſtigati. 573.575.576
Theocritus explicatus. 67. 256
Theocriti locus de pygmachis & pyctis. 54
Theſea, & Theſeum certamen. 259.674
Theſei ſtatuæ Herculeis adiunctæ. 111
Thucydidis locus de honore athletarum. 9
Thymelici qui dicti. 17.18
Θυμελικοὺς Græci quos dicũt. in marg. vbi de actuariis Thymeles. 7
de Tibiarum cantu. 16.17
Tibiarum vſus in gymnicis & ſcenicis ludis. 19
Tibiarum vſus quando explodi cœperit. 21
de Timone. 601
Toloſani agones, & quando intermiſſi. 190.277
in Toloſanis poëticæ agonibus adhortatio Latina. 402
Toloſanorum agonum præmia. 595.598
Tonſionis duæ ſpecies. 261
Tranſilire lineas. 252
Tranſitiui verbi vis. 149
Tranſuectio hieronicarum, eiuſque exempla. 268
Τετραχηλιζόμενος. 25. in marg.
Τετραχηλισμοί. 32
Triopus inſignis Apollinis templo. 640
Triſolympionicis triplex honos habitus. 336
Triſolympionicarum equarum ſepultura. 380
Tubæ præconum in agonibus. 16.17.22.149.192.268. 378.418.558
de Tubicine hieronica. 294

V

de Vacatione munerum conceſſa athletis. 636
Valerius obiter caſtigatus. 271
Valerij primi conſulis victoris epulum. 316
Vaſa duo in Pythiis. 362



Velocitatem à roboris aut virium nomine interdum ſeparari. 81.82
Ventilatio ex arte pugilum. 91.92
Verberatas ſtatuas ſuperatorum. 332
Verborum ſignificatio tranſitiua. 149
de Veſpaſiani numiſmalibus. 387.ad marginem.
Veſtis nomine tunicam deſignatã apud Suetonium. 131
Veſtis hieronicarum florida & candida. 277
Viatores qui 141. in margine.
Victimarij olim præconio functi munere. 292
Victor in lucta quis, & in pancratio quis. 62
Victor ſeu antagoniſta declaratus. 370
Victor vltimo loco præmia auferebat. 152
Victorẽ citari Olympiæ magna laus fuit. 285
Victores equeſtribus ludis coronati, licet abſentes. 168
Victores aliquando ſine certamine. 605.609
Victores amicos excipere epulo ſoliti. 312
Victores præmia & coronas ex loco eminentiore appenſas aſſumere ſolitos. 367
Victoribus coronæ ab amicis inditæ. 264
de Victorib. ſine puluere notata opinio quædã Budaicæ contraria. 619
de Victoribus ſine puluere exempla ex veteribus. 614
Victoriæ ſpontanea ceſſio. 381
Victoriæ vocati homines, & ſimiliter Veneres. 604
Victorialia carmina à poëtis ſcripta. 285
Victorinus rhetor ſtatuam meruit. 318
Victorius in loci cuiuſdam Ariſtotelici verſione carpitur. 102

de Vigiliis athletarum. 449
de Vigiliis ad feſta. 451.452
de Vigiliis Chriſtianorum. 451.452
Viginarius metaphraſtes Philoſtrati reprehenſus. 68
Viles homines etiam ad certamen admiſſos. 529
Vires in curſu neceſſarias. 83
Viribus opus omni athletarum generi. 82.83
Virga iudicum Atheniẽſium inſigne. 139
Virga olim à pręconibus geſtari ſolita. 140
de Virga Mercurij fabula. 129
de Virga gymnaſiarcharum. 136
Virgã geſtare ſoliti qui. 146
Virgam, ſeu ſceptrũ tenuiſſe agonothetas. 129
Virgæ geſtandæ ius. 141
Virgæ ſeu ferulę maſtigophororum. 133
Virgis datum ſignum certaminis apud Gręcos. 141
de Virgis lictorum. 147
Virorum nomine etiam iuuenes intellectos. 492
Virtus de pugilatu vel pancratio. 27
Virtutis ars de palęſtra. 103
Vitib. milites Romani coërciti. 565
Vitruuij locus obiter emendatus. 651
Vlpiani locus animaduerſus & illuſtratus. 478
Vnctio athletarum. 215. & ad marginem.
Vnctio initiatorũ Chriſtianorum cum ethnicorum vnctione comparatur. 233
de Vnctione ægrotorum. 233
de Voracitate athletarum. 437. & ad marg.
Vota athletarum. 300
Vrna & ſortitio athletarũ. 153

X

XAnthias certaminis gymnici præceptor. 106
Xenophon Corinthius. 201
Xenophontis locus. 70
Xylãdri verſio carpitur. 583
Xylandri interpretatio loci cuiuſdam apud Plutarchũ reprehenditur. 486
Xyſtarchæ. 146
Xyſticorum grãmateia. 297
Xyſtis & balneis præfecti. 551

Y

YὝμνοι.18.in marg.
Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, adagium 210
Ὑποδοχῶν vocabulo quid ſignificetur. 313
Ὑποσκελίζειν quorum proprium fuerit. 58
de Ὑπωπιάζω voce, quomodo exponenda. 537.538
ὕσπληγξ. 192.418
Ὕστατον λαχεῖν. 153

Z

ZΕῦγος nomen apud Iſocratem exponitur. 605
Zona athletarum. 216.217
Ζυγὸς, & ζυγομαχεῖν, & κατ' ἄνδρα ἢ ζυγόν. 413.414
Ζῶμα Homero, quod aliis cingulum. 216

FINIS.

# AVTHORVM NOMINA QVI HOC OPERE AGONISTICO CITANTVR.

A

ADrianus Iunius.
Ælianus.
Æmilius Probus.
Æſchylus.
Agellius.
Alexander.
Alexander ab Alexandro.
Alexandrides.
Alexis.
Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Amyotus.
Anacharſis.
Anaxandrides.
Anthologia epigrãmatum.
Antonius Auguſtinus.
Appianus.
Appion.
Apollonius Rhodius.
Ariſtides Rhetor.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arrias Montanus.
Arrianus.
Athanaſius.
Athenæus.
Aurelius Caſſiodorus.
Auſonius.
Auguſtinus.

B

Balſamon.
Baſilius.
Bellarminus.
Benedictus Pererius.
Beroaldus.
Biblia Sacra.
Billius Prunæus.
Briſſonius.
Brodęus.
Budęus.

C

Calderinus Domitius.
Camerarius.
Canterus Scoliaſtes.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
Celſus.
Claudianus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cœlius Rhodiginus.
Cruſerius.
Cruquius.
Cuiacius.
Cyprianus.

D

Demetrius Chomatianus.
Demoſthenes.
Dion.
Dio Chryſoſtomus.
Diogenes Laërtius.
Diogenes Sinopenſis.
Dionyſius Areopagita.
Diodorus Siculus.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Durantus Epiſcopus.
Durantus Præſes Toloſ.

E

D. Ephrem.
Eraſmus.
Eratoſthenes.
Euripides.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.
Euſtathius.

F

Fauorinus.
Fulgentius.

G

Galenus.
Genebrardus.
Georgius Cedrinus.
Gerbelius.
Gloſſarium vetus.
Gratianus.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius.
Gregorius Nyſſenus.
Greg. Palamas.

H

Hadrianus Iunius.
Heliodorus.
Herodianus.
Hermotimus.
Heſychius.
Heliodorus.
Herodotus.
Hieronymus.
Hier. ab oleaſtro.
Hippocrates.
Hœſchelius.
Homerus.
Horatius.
Hyginus.

I

Iacobus Billius.
Ioannes Damaſcenus.
Ioannes Druſius.
Ioannes Lucidus.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioſephus.
Ioſephus Scaliger.
Iſaacus Hortibonus.
Iſidorus Peluſiota.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſocrates.
Iulius Firmicus.
Iulius Pollux.
Iuretus.
Iuſtus Lipſius.

L

Lęuinus Torrentius.
Lactantius.
Lampridius.
Lazius.
Lexicon hiſtoricum.
Linacer.
Liuius.
Lucanus.
Lucianus.
Lyranus.

M

Macrobius.
M. Tullius Cicero.
Mamertinus.
Marianus Victorius.
Martialis.
Maximus Tyrius.
Mercurialis.
Micrologus.
Muretus.

N

Natalis Comes.
Nazianzenus.
Nicephorus.
Nicephorus Gregoras.
Nicolaus Gerbelius.
Nonnus Panopolita.

O

Obſopæus.
Onuphrius.
Ordo Romanus.
Orybazius.

Oui

Ouidius.

P

Pachymerius.
Pauſanias.
Paulinus.
Petrus Chryſologus.
Petrus de Sotto.
Petrus Faber.
Philander.
Philo.
Philoſtratus.
Phlegon Trallianus.
Phornutus.
Photius.
Pindarus.
Pithoeus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pomponius Mela.
Pontificalis codex.
Procopius.
Propertius.
Proſper Aquitanicus.
Prudentius.

Q

Quintilianus.

R

Robertus Britannus.

S

Salluſtius.
Saluianus Maſſilienſis.
Serranus.
Sidonius.
Silius Italicus.
Smetius.
Socrates.
Solinus.
Sophocles.
Statius Papinius.
Statius.
Stobæus.
Strabo.
Sudas.
Suetonius.
Suidas.
Sylburgius.
Symmachus.
Syneſius.

T

Tacitus.
Theocritus.
Theodoretus.
Theophylactus.
Theophraſtus.
Themiſtius Euphradas.
Thomas Aquinas.
Tertullianus.
Thucydides.
Tiraquellus.
Triclinius.
Turnebus.
Turrianus.
Tzetzes.

V

Valafridus Strabo.
Valerius Maximus.
Viginarius.
Virgilius.
Vitruuius.
Vlpianus.
Vopiſcus.

X

Xenophanes Colophonius.
Xenophon.
Xiphilinus.
Xylander.

Z

Zoſimus.

FINIS.

*LVGDVNI,*

EXCVDEBAT GVICHARDVS IVLLIERON,

TYPOGRAPHVS REGIVS,

1595.